9
19
10

HISTORIAE FRANCORVM AB ANNO CHRISTI DCCCC. AD ANN. M. CC. LXXXV. ſcriptores veteres XI;

IN QVIBVS

Glaber
Helgaudus
Sugerius Abbas
M. Rigordus
Guillermus Brito
Guillermus de Nangis & anonymi alij.

EXTREMA STIRPIS CAROLINÆ
ET
CAPETIORVM REGVM RES GESTAS vſque ad Philippum, D. Ludouici filium Regem, explicantes.

EX BIBLIOTHECA P. PITHOEI V. CL. NVNC primum in lucem dati.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

FRANCOFVRTI
Apud Andreæ Wecheli heredes Claudium Marnium & Ioannem Aubrium.
M. D. XCVI.

P. PITHOEO
V. CL. S. P.

Bibliotheca tua, P. Pithœe, V. CL. fons eſt doctrinæ purus & perennis: ita auctores ex ea bonos proboſq; quotidie haurimus, nec exhaurimus. Et tibi quidem illa meritiſſimò contigit, qui veluti publicam habes, communemq; doctorum omnium. Dediſti ex ea Patriæ Reiq; publ. nuper ſcriptores veteres, qui Karoli M. & eius familiæ, Francorũ Regum, memoriam litteris prodiderunt. Damus ex ea ipſa, beneficio tuo, auctores qui familiæ huius hiſtoriam conſcripſerunt, quæ tertia Francorum Regnum tenuit olim feliciter; tenet hodie, quantum poteſt fortiter. Tertia hæc Francorũ Regnum poſſidet iure, ſi quod ius vnquam Regnis: & poſſidet annos ſupra ſexcentos, quod vix vlli datum familiæ. Quæſitum virtute, LENITATE retinuit. Lenitate, vera illa, & natiua: qua prope extinctum Imperium, princeps à DEO datus ſuſcitat: ſeriò dico, & ex animi mei ſententia.

Sed perge tu, vir magne, de litteris ſimul & de Patria benè mereri: in quas coniurato impetu ruentes Barbaros, pleriq; noſtrûm aut adiuuant ſceleratè, aut ſpectant turpiter. Iam duo hæc, quæ à te legimus, hiſtoriæ Francorum volumina, tertium appellant, ad quod hiſce duobus videtur obligata fides tua. Karolinam & hanc ſtirpem explicuiſti nobis: illa reſtat vetus, Francici in Gallia nominis Regnique auctor.

Scio eſſe quibus parùm ſapiat ſcriptio hæc, rudis & ſtylo barbara, & illius omnino ſeculi. Nimis illi delicati, qui omnia ad Ciceronis atq; Auguſti æuum exigant: nec niſi Salluſtios ferant, & Cæſares, & Liuios. Sed verè tu olim: Hiſtoriam omnium ætatum auctores, non ſolùm ferre, ſed etiam deſiderare. Verè & inter antiquos neſcio qui: Hiſtoriam quomodocunque ſcriptam delectare: addo, & prodeſſe, quod caput hiſtoriæ. Igitur de illorum iudiciis parùm ſolliciti, & hæc à te præclara monumenta grati lubenteſq; complectimur, & illa exſpectamus. Vale & longùm viue.

CAPITA QVÆ HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Glabri Rodulphi, S. Germani cœnobij Antiſiodorenſis primùm, poſtea Cluniacenſis monachi, ad Odilonem Abbatem Cluniacenſem, Hiſtoriarum libri IIII. ab anno DCCCC. vel potius ab anno milleſimo, qui fuit Roberti Regis XIII. ad ann. M.XLV.

Helgaldi, ſiue Helgaudi, Floriacenſis monachi, Epitoma vitæ Roberti Regis, ex alterius monachi ſcriptis.

Aquitanicæ Hiſtoriæ fragmentum.

Fragmentum hiſtoriæ Francicæ à Roberto Rege, ad mortem Philippi Regis. ex vet. exemplari Floriacenſi.

Vita Ludouici Regis, Philippi filij, qui Groſſus, vel Craſſus dictus, auctore Sugerio, Abbate beati Areopagitæ Dionyſij.

Geſtà Ludouici Regis, filij Ludouici Groſſi Regis, qui minor dictus.

Geſta Philippi Auguſti, Francorum Regis, deſcripta à Magiſtro Rigordo, Chronographo Regio.

Guillermi Britonis Armorici, Philippidos libri XI. ſiue, Geſta Philippi Regis Franciæ.

Fragmentum continens geſta Ludouici VIII. Regis, qui Ludouico Regi pater fuit.

Geſta S. Ludouici Francorum Regis, deſcripta per fratrem Guillermum de Nangis, monachum S. Dionyſij in Francia.

Geſta Philippi, quem Audacem cognominant, Regis Franciæ, filij ſanctæ memoriæ Ludouici Regis, fratris Roberti, qui auctor Borboniæ familiæ.

HISTO-

HISTORIAE FRANCORVM LIBER PRIMVS.

CLARORVM VIRORVM ILLVSTRISSIMO ODILONI CLVNIENSIS COENOBII PATRI Glaber Rodulphus.

IVSTISSIMA ſtudioſorum fratrum querimonia interdumque propria ſæpius permotus, cur diebus noſtri temporis non quiſpiam exiſteret, qui futuris poſt nos multiplicia hæc quæ videntur fieri tam in eccleſiis Dei, quam in plebibus minime abdenda qualicumque ſtili pernotatione mandaret, præſertim cum ſaluatore teſte uſque in vltimam extremi diei horam ſancto ſpiritu cooperante ipſe facturus ſit in mundo noua cum patre. Et quoniam in ſpatio fere ducentorum annorum nemo iſta appetens extitit, id eſt, poſt Bedam Britanniæ presbyterum ſeu Italiæ Paulum, qui hiſtorialiter quippiam poſteris miſiſſet ſcriptum, quorum vterque hiſtoriam propriæ gentis, vel patriæ condidit, dum videlicet conſtet tam in orbe Romano, quam in tranſmarinis ſeu barbaris prouinciis per plura deueniſſe, quæ ſi memoriæ commendarentur proficua nimium hominibus forent, atque ad commodandum quibuſque cautelæ ſtudium potiſſimum iuuarent. Non ſecus ergo quæ dicuntur, quin ſolito multiplicius circa milleſimum humani Chriſti Saluatoris contigerunt annum, & iccirco prout valeo veſtræ præceptioni ac fraternæ voluntati obedio primitus duntaxat oſtenſurus, quanquam ſalus annorum a mundi origine pernotata ſecundum Hebræorum hiſtorias a ſeptuaginta interpretum tranſlatione diſcrepet. Illud tamen certiſſime commendamus, quod annus incarnati verbi milleſimus ſecundus ipſe ſit regni Henrici Saxonum regis primus. Idem quoque annus Domini milleſimus fuit regni Roberti Francorũ Regis tertiusdecimus. Iſti igitur duo in noſtro citramarino orbe tunc chriſtianiſſimi atq; præmaximi habebantur. Quorum primus videlicet Henricus Romanorum poſtmodum ſumpſit Imperium. Iccirco vero illorum memoriale ſcriti temporum ſtabilimus. præterea quoniam de quatuor mundani orbis partium euentibus relaturi ſumus, dignum videtur vt cordi eſt, qui vtique religioſis loquimur, vt vim diuinæ & abſtractæ quaternitatis eiuſque conformem conuenientiam domino præeunte ſuſcepti operis inſeramus.

SVMMA CAPITVM LIBRI PRIMI.

1. *De diuina quaternitate.*
2. *De Rodulpho Rege.*
3. *De Lothario Rege.*
4. *Qui poſtmodum Romæ Imperatores extiterint.*
5. *De Paganorum plagis.*

De Diuina quaternitate. CAP. I.

MVLTIPLICIBVS figuris formiſque Deus conditor vninerſorum diſtinguens ea quæ fecit, vt per ea quæ videnr ocnli vel intelligit animus, ſubleuaret hominem eruditum ad ſimplicem Deitatis intnitum. In his ergo perſcrutandis pernoſcendiſque primitus claruere patres Græcorum catholici mediocriter philoſophi. Cum enim in plurimis exercitatos haberent ſenſus perinde in quarumdam quaternitatum ſpeculatione, per quam præſens mundus infimus munduſque futurus datur intelligi ſupernus. Quaternitates vero earum, quæ in ſeſe reflexus, dum à nobis diſpertiri immobiliter ceperint, mentes ſimnl atque intellectus ſe ſpeculantium alacriores reddent. Quatuor ergo ſunt euangelia, quæ conſtitunnt in noſtris mentibus ſupernum mundum: tot enim conſtant elementa, quæ perficiunt iſtum infimum. Quatuor quoque virtutes, quæ ceterarum gerunt principatum, noſque per admirationem ſui ad ceteras informant. Pari etiam ratione quatuor ſenſus exiſtunt corporis præter tactum, qui ſubrilioribns famulatur ceteris. quod eſt ergo æther igneum elementum in mundo ſenſibili, idem eſt prudentia in intellectuali: ſurſum namque ſeſe erigens anhelanſque deſideranter eſſe circa Deum. Illud quoque qnod aër in mundo corporali, idipſum fortitudo intellectuali, qui cuncta viuentia vegetans, & in quemcunq; actũ promouentia roborat: Simili quippe modo quod gerit aqua in mundo corporali, idem temperantia in intellectuali; nutrix quippe eſt bonorum efferensque copiam virtutum ac ſeruans fidem per diuini amoris deſiderium, conformem quoque terra gerit ſpeciem, mundi infimi iuſtitiæ ſpecies in inrellectnali ſcilicet ſubſiſtens, atque immobilis collocatio recte diſtributionis: dignoſcitur namqne per omnia ſimilis enangeliorum complexio ſpiritalis: Euangelium itaque Matthæi terræ myſticam continet figuram, quoniam Chriſti hominis ceteris apertius demonſtrat carnis ſubſtantiam. Illud autem ſecundum Marcum temperantiæ, quæ aquæ ſpeciem gerit, cum ex Ioannis baptiſmate pœnitentiam temperanter indicit. Illud quoque iuxta Lucam aëriſq; & fortitudinis præfert ſimilitudinem, quoniam ſpatiatim diffuſum, plurimiſque eſt hiſtoriis roboratum: Illud vero ſecundum Ioannem ignifici ætheris ac prudentiæ, quodque ceteris conſtat ſublimius, formam ſignanter exprimit, dnm ſimplicem Dei notitiam quæ fidem inſinuans introducit. Quibus etiam ſpeculatiuis connexionibus elementorum ſcilicet, ac virtutum, euangeliorumque ille conuenienter ſociatur videlicet homo, cuius hæc inuiſa conceſſa ſunt obſequio. Namque illius vitæ ſubſtantiam Græci philoſophi μικρόκοσμον, id eſt, paruum mundum dixerunt, viſus quippe & auditus, qui intellectum & rationem miniſtrant, ſuperiori conueniunt ætheri, quod conſtat ſubtilius in elementis, quodque quantum cœteris ſublimius, eo honeſtius ac lucidius. Subſequitur non olfactus, qui aëris & fortitudinis ſignificantiam ſorte exprimir. Guſtus namque ſatis conuenienter atq; & temperantiæ parem portendit ſignificanriam: tactus ergo qui omnium conſtat infimus, ceteriſque ſolidius ac ſtabilius terræ ac iuſtitiæ congruentiſſime præfert indicium. ab his igitur euidentiſſimis complexibus rerum patenter & pulcherrime ſilenterque prædicatur Deus, quoniam dum ſtabili motu in ſeſe viciſſim vna portẽdit alteram ſuum principale primordium prædicando, a quo proceſſerunt, expetunt, vt in illo itere quieſcant. Conſtat etiam iuxta prædictæ ſtipulationis condictum mente cauta intueri fluuium, qui manat ex Eden orientis, partiturque in nominatiſſimos quatuor amnes: horum igitur primus Iden Phiſon, qui oris apertio dicitur, prudentiam ſignat, quæ ſemper eſt in optimis diffuſa & vtilis, per inertiam quippe paradiſus ſublatus eſt homini, neceſſe habet, vt præeunte prudentia repetatur ſeculus Geon, qui terræ hiatus intelligitur, temperantiam ſignat, nutricem vtique caſtitatis, quæ ſcilicet frondes ſalubriter extirpat viciorum. Tertius quoq; Tigris, quem incolunt Aſſirij, interpretantur dirigentes per hune nihilominus ſignatur fortitudo, quę ſcilicet reiectis prępuaricatoriis viciis dirigens homines per Dei auxilium

ad æterni

ad æterni regni gaudia. Quartus vero Euphrates, cuius etiam nomen abundantiam ſonat, patenter iuſtitiam deſignat, quæ paſcit ac reficit omnem animam illam deſideranter amātem. Cum igitur ſignificantia horum fluminū gerat in ſe ſpecies prædictarum virtutum, pariterque figuram quatuor euangeliorum, non minus eaſdem virtutes figulariter gerunt tempora mundani huius ſeculi diuiſa per quadrum. A mundi namque initio vſque adiutionem diluuij in his duntaxat, qui ex ſimplicis naturę amando ſuum cognouerunt creatorem bonitate prudētia viguit, vt in Abel, Enoch, Noe, in cæteris, qui mentis ratione pollentes vtilia quæ agent, intellexerunt: ab Abraham vero & in reliquis Patriarchis, qui ſignis & viſionibus fruiti ſunt, vt in Iſaac, Iacob, Ioſeph & in ceteris temperantia conformata probatur, qui ſcilicet inter aduerſa & proſpera proprium ſuper omnia dilexerunt auctorem. A Moyſe quoque & in reliquis Prophetis viris videlicet robuſtiſſimis legalium præceptorum inſtitutionibus fultis fortitudo ſancitur, dum laborioſa, ſi quidem legis præcepta ſollicite ab eis exercitata monſtrantur, ab aduentu deniq; incarnati, vbi ac deinceps omne ſeculum iuſtitia implet regitq;, circundat veluti ceterarum finis ac fundamentum, ſicut dixit ſuo Baptiſtæ veritas: decet, inquiens, nos implere omnem iuſtitiam.

Dicturi igitur ab anno DCCCC. incarnati creantis ac viuificantis omnia verbi ad nos vſque, qui claruere viri in Romano videlicet orbe inſignes catholicæ fidei, cultoreſque iuſtitiæ, prout certa relatione comperimus, vel viſuri ſuperfuimus; ſeu etiam qui rerum euentuſq; vel plura contigerunt memoranda tam in ſacris eccleſiis, quam in vtroque populo primitus ad illud totius quondam orbis imperium principale, ſcilicet Romanum, cōuertimus ſtilum. Cum ergo omnipotentis Chriſti virtus, vbiq; terrarum principes ad ſuum incuruaſſet imperium, tanto minus viguit terror Cæſarum, quanto iura illorum veracius comprobantur, plus extitiſſe ex timore ferocitatis, quam ex amore piæ humanitatis. Sic denique tota paulatim illorum ſtirps a præfato imperio diſpertita atq; euacuata, vt maius indigeret ſui dominio vrbs Romana eiuſque populus, quam vt olim conſueuerat promere leges & iura externis patriis ac ciuibus ceperunt & plures exigentibus, quas prius ſubdiderat crebris illam infeſtationibus vexare illius nomen etiam imperij præripiendo vſurpare nōnulli ex circumnexarum prouinciarum Regibus. Tunc perinde valentiores & præmaximi Reges gentis Francorum chriſtianitatis iuſtitia pollebant, armorumq; induſtria ac militari robore ceteris excellebant. Quorum videlicet dictioni triumpharunt per plures annos applicatum eſt totum imperij culmen, inter quos etiam excellentiſſime micuerunt Carolus ſcilicet, qui dictus eſt Magnus, nec nō & Ludouicus cognomento Pius. hi deniq; prudenti conſilio & virtute quoſque in girio belliones ita propoſito ſubiugauere dominio, vt quaſi vna domus famularetur ſuis Imperatoribus orbis Romanus, potiuſq; Reſpublica de paterno gratularetur prouectu, quam tuta pompatice extolleretur imperatorum metu ſcilicet, quia horum geſta non diſpoſuimus ſeu genealogiam hiſtoriali more narrare, ad quem tamen finem regnandi licet imperandi illorum genus deuenerit, breuiter curauimus intimare. Perdurauere igitur Reges ex eorum ꝓſapia Imperatores tam in Italia quā in Galliis vſq; ad vltimum Regem Carolum Hebetem cognominatum. Is deniq; habebat vnum inter regni ſui primates quendam Heribertum, cuius ex ſacro fonte filium ſuſceperat, qui tamen ei calliditate ſua certiſſime ſuſpectus eſſe potuiſſet, ſi nō excogitatæ fraudis ſimultas interueniſſet. Cum enim decreuiſſet idem Heribertus, prædictum regem decipere fingens cuiuſdam deliberandi occaſionem negocij qualiter illum vt poſtmodum fecit, demulcendo in vnum caſtrorum ſuorū introduceret, ac vinculatum carceri mācipa- ret: tandē vero a quibuſdam ſuggeſtū eſt regi, vt cautiſſime ſe ageret, ne Heriberti inuolueretur fraudibus, dumq; ille ex hoc, quod audierat credulus cautelam ſibi de Heriberto adhibere decreuiſſet, contigit vna die nimis expedite eundem Heribertum cum ſuo filio in regis palatium deuenire. Surgens itaq; Rex ei oſculum porrexit, ille vero toto ſe humilians corpore oſculum Regis ſuſcepit: deinde cum eius filium oſculatus fuiſſet, ſtanſque iuuenis quamuis conſcius fraudis, nouus ta-

men calliditatis Regi minime ſemet ſupplicaret pater cernens, qui propter adſtabat, valenter allapam collo iuuenis intulit ſeniorem, inquiensq; regem erecto corpore oſculaturum non debere, ſuſcipere quandoque ſcito, quod intuens Rex cunctiſque qui aderant abhinc diſceptionis fraudiſque aduerſus Regem Heribertum expertem crediderunt, vidēs quoq; regem contra ſe placatum, nihilo minus rogabat attentius, vt ad ſe veniens negotium deliberaturus, quod dudum popoſcerat. ſtatim vero Rex promiſit ſe, quo vellet iturum: deſignato igitur die venit Rex, vbi Heribertus rogauerat tenuem etiam ducens exercitum amicitiæ gratia, qui nimium pompoſe die primo ab eo ſuſceptus; in ſecundo autem quaſi ex iuſſu Regis præcepit idem Heribertus, vt vniuerſi, qui cum Rege venerant ad propria redirent, veluti ipſe eum ſuis obſequio regis ſufficeret. Illi quoque audito Heriberto receſſerunt ignorantes, quod regem in vinculis reliquiſſent. Tenuit enim Heribertus vinctum prædictum Regem vſq; in diem mortis ſuæ. Genuerat præterea idem Rex filium nomine Ludouicum, adhuc tamen puerum, qui vt cognouit, quod de patre factum fuerat, arripiens fugam Rhenum tranſiit, ibique vſque ad annos viriles deguit.

De Rodulpho Rege. CAP. II.

ERAT igitur tunc temporis Rodulphus Richardi ducis Burgundiæ filius aptus videlicet corpore & intellectu idoneus. Qui etiam vxorem duxerat, Emmam nomine ſenſu ſcilicet atq; aſpectu inſignē, ſororem videlicet Magni Hugonis, cuius ſiquidem militari induſtria regnum Francorum dirigebatur. Is quoque Hugo cernens Regnum rege deſtitutum adſciens Regis inſtaurationem ſuo pendere arbitrio miſit ad ſororem cōſulens illam, quem potiſſimum ad regale eligeret culmen, ſe videlicet ſuum fratrem, an potius maritum prædictum ſcilicet Rodulphum. Illa igitur prudenter, vt fuerat conſulta, reſpondit magis ſe velle Regis mariti genu oſculari, quam fratris. audiens autem Hugo gratanter annuit, regnique ſolium Rodulpho habere conceſſit. Qui Rodulphus carens omni prole, ſolus ſui generis regni culmine potitus obiit: fuit enim hic Hugo filius Roberti Pariſiorum comitis, qui videlicet Robertus breui in tempore rex conſtitutus, & ab exercitu Saxonum eſt interfectus. cuius genus iccirco adnotare diſtulimus, quia valde mante repetitur obſcurum.

De Lothario Rege. CAP. III.

INTEREA totius regni primates elegerunt Ludouicum filium, videlicet prædicti Regis Caroli, vnguētes eum, ſuper ſe Regem hæreditario iure regnaturum. Iam enim prædictus Heribertus morte crudeli obierat. Nā cum diuino excruciatus languore ad vitæ exitum propinquaret, atq; a ſuis tam de ſalute animæ, quam de ſuę domus diſpoſitione interrogaretur, omnino nihil aliud reſpōdebat, niſi hoc ſolūmodo verbum, duodecim fuimus, qui traditionē Caroli iurando cōſenſimus, hocq; plurimū repetens expirauit. Præterea Ludouicus ex Gerberga vxore, quondā Giſleberti ducis genuit filium, nomine Lotharium, qui cōfirmatus in regno, vt erat agilis corpore, & validus ſenſuq; integer, tentauit redintegrare regnū, vt olim fuerat. Nā partē ipſius regni ſuperiorē, quę etiam Lotbarij regnū cognominatur, Otto rex Saxonū immo Imperator Romanorū ad ſuum, id eſt, Saxonū ius iniuerat regnum. Ipſum deniq; Ottonem ſcilicet ſecundū filium primi ac maximi videlicet Ottonis conatus eſt quondā capere poſitū in palatio Aquis granis, ſed quoniam eidē Ottoni clam prenunciatum a quibuſdam eſt, noctuq; cum vxore vix fugę præſidium petens obtinuit. Tunc deniq; Otto cōgregato exercitu ſexaginta millia & eo amplius militum Franciam ingreſſus, venit vſq; Pariſius, ibiq; triduo commoratur cepit redire in Saxoniam, rurſuſq; quoq; Lotharius ex omni Francia atq; Burgundia militari manu in vnum coacta, perſecutus eſt Ottonis exercitū vſq; in fluuium Moſam, multoſq; ex ipſis fugientibus in eodem flumine cōtigit interire. de hinc vero vterq; ceſſauit Lothario minus explente, quod cupiit. Hic deniq; genuit filium nomine Ludouicum, quem iam adultum iuuenem, vt poſt ſe regnaret, regem conſtituit, cui etiam adduxit ab Aquitanis partibus vxorem, quæ cernens

videlicet

videlicet iuuenẽ patre minus fore induſtrium, vt erat ingenio callida, elegit agere diuortium, monuitq; illum ficte. Et ſimul de qua aduenerat, redirent prouinciam ſcilicet iure hereditario ſibi ſubdituram. Ille quoq; non intelligens mulieris aſtutiam, vt monitus fuerat ire parauit, ad quam dum veniſſent, relinquens eum mulier, ſuis adhæſit, cumque patri nunciatum fuiſſet, proſequens filium ad ſe reduxit, qui ſimul deinceps degentes, poſt aliquot annos abſque vlla liberorum ope vterque obiit. In his igitur duobus regale ſeu imperiale illorum genus regnandi finem accepit.

Qui poſtmodum Romæ Imperatores extiterint. Cap. IIII.

PRæscriptorvm igitur regum genere exinanito ſumpſerunt imperium Romanorũ Reges Saxonum. Quorum ſcilicet primus Otto Hẽrici Saxonum regis filius, cuius etiam ſororem nomine Haduidem duxit vxorẽ Hugo dux Francorum, cognomento Magnus. Is denique Otto in gloria & vigore imperij non diſpar illorum, qui ante ſe imperium rexerant, nec non & in eccleſiarum atque elemoſinæ expenſis valde liberalis extitit. Huius quoque imperij tempore egreſſi audacter Sarraceni ab Affricanis partibus occupauere tutiora Alpium montium loca, ibiq; aliquandiu morantes vaſtando regionem, in gyro diuerſo raptu tempus expleuerint. Contigit ergo eodem tempore, vt beatus pater Maiolus ab Italia rediens in artiſſimis alpium eoſdẽ Sarracenos obuiaret. Qui arripientes abduxerunt illum cum ſuis omnibus ad remotiora montis, ipſo tamen patre grauiter in manu vulnerato, dum in ea excepiſſet vltro ictum iaculi ſuper vnum de ſuis venientis, diſpertitis quoq; inter ſe omnibus, quę illius fuerant, interrogauerũt eum, ſi tantę ei eſſent in patria facultates rerũ, quibus videlicet ſe ſuoſq; valeret redimere de manibus illorum, tunc vir Dei vt erat totius affabilitatis dignitate pręcipuus, reſpõdit ſe in hoc mũdo nihil proprium poſſidere, nec peculiaris rei ſe fieri poſſeſſorem velle: ſua tamen ditione non negans plures teneri, qui amplorum fundorum & pecuniarum domini haberentur. Quibus auditis ipſimet hortabantur illum, vt vnũ e ſuis mitteret, qui ſuæ ſuorumque redemptionis pretium illis deferret. Inſuper pecuniæ pondus atque munerum ei determinantes indixerunt: fiunt enim mille librarum argenti, vt videlicet ſingulis libra vna in partem proueniret. Miſit quoq; vir ſecularis per vnum de ſuis ad monaſterium ſcilicet, cui præerat Cluniacenſe per paruam epiſtolam ita ſe habẽtem: Dominis & fratribus Cluniacenſibus frater Maiolus miſer & captus. Torrentes Belial circumdederunt me, pręoccupauerunt me laquei mortis. Hunc vero ſi placet pro me & his, qui mecum ſunt capti, redemptionem mittite. Quæ vt delata eſt, videlicet prædicti monaſterij fratribus, extitit illis pro vita incomparabilis mœror ac luctus, nec non & totius patriæ pertriſtis nuncius diſtractis quoque ab eiſdem fratribus, quæque in omni eiuſdem monaſterij ornamentorum erant ſuppellectili præſtitutum pij patris quam totius coadunauere præcium, ſed vir ſecularis, dum interim a Sarracenis captus teneretur, cuius meriti eſſet latere non potuit. Nam cum ei hora prandij obtuliſſent cibos, quibus veſcebantur carnes videlicet panemque admodum aſperum, & dicerent, comede, reſpondit: Ego vero, ſi eſuriero, domini eſt me paſcere; ex bis tamen non comedam, quia non mihi in vſu fuerunt. Cernens enim vnus illorum viri Dei reuerentiam pietate ductus, exuens brachia ſimulque abluens, & clipeum, ſuper quem etiam in conſpectu venerabilis Maioli ſatis mundiſſime panem confecit. Quem etiam citiſſime decoquens ei reuerendiſſime detulit; ipſe quoque ſuſcipiens illum, atque ex more oratione præmiſſa ex eodem reficiens, domino gratias egit. Alius quoque Sarracenorum eorundem cultro deplanans ligni caſtulam poſuit incunctanter pedem ſuper viri Dei codicem bibliothecam videlicet, quam ex more ſecum ſemper ferre conſueuerat, dumq; vir ſecularis intuens ingemuiſſet, aliqui minus feroces ex ipſis perſpicientes ſuum increpuerunt comparare, dicentes non debere magnos prophetas ſic pro nihilo duci, vt illorum dicta pedi ſubſterneret, ſiquidem Sarraceni Hebræorum, quin potius Chriſtianorum prophetas legunt, dicentes etiam completum iam eſſe in quodam ſuorum, quem illi

Mahomet nuncupant, quicquid de vniuerſorum domino Chriſto ſacri vates prædixere, ſed ad errorem illorum comprobandum, etiam ipſorum genealogiam penes ſe habent ad ſimilitudinẽ videlicet euãgelij Matthæi, qui ſcilicet ab Abraham narrat genealogiæ catalogum vſque ad Chriſtum per Iſaac ſucceſſionem deſcendens. In cuius videlicet ſemine vniuerſorum promiſſa atque prædicta eſt benedictio illorum, inquiens, Iſmael genuit Nabaioth, atq; deinceps vſque in erroneum illorum deſcendens figmẽtum, quod ſcilicet tantum eſt a veritate alienum, quantum a ſacra & catholica auctoritate extraneum. Præterea, vt beati Maioli ſanctitas clareſceret, is qui eius volumen pede calcauerat eodem die, per qua ius occaſione reuera iudicio Dei cœteræ furioſe irruentes in eum, eundẽ ei truncauerunt pedem. Plures enim iam ex ipſis erga eum ceperunt mitiores ac reuerentiores exiſtere; tandem vero quidam de fratribus illuc expeditius remeantes data eiſdem Sarracenis præſignata pecunia patrẽ cum iuris tantum, qui cum eo capti fuerãt in patriam reduxerunt. Ipſi deniq; Sarraceni paulo poſt, id eſt, qui fraxinetus dicitur circũ acti ab exercitu Mullermi Arelatẽſis ducis, omneſq; in breui perierunt, vt ne vnus quidẽ rediret in patriam: ipſo igitur in tempore mortuus eſt prædictus Otto Imperator, ſuſcepitq; filius eius ſecularis videlicet Otto idẽ imperium, quod ſatis ſtrenue dum aduiueret rexit. Eodem ergo imperante venerabilis Pontifex Adalbertus ex prouincia, quæ lingua Sclauorum vocatur Betheman ciuitate Braga regens eccleſiam ſancti Martyris Vitiſclodi egreſſus ad gentem Bruſcorum, vt eis verbum ſalutis prædicaret, dumque apud eoſdem plurimam egiſſet prædicationem, multique ex eis committerentur ad fidem Chriſti, prædixit iuis, quoniam in eadem regione martyrij coronam eſſet accepturus, ac ne pauerent, eis pariter indicauit, quia præter eum ibidem nemo ex eis erat perimendus. Contigit enim vt die quadam præcipiente eodem Epiſcopo quædam profana arbor ſita iuxta fluuium, cui etiam ſuperſtitioſe immolabat vniuerſum vulgus, videlicet exciſa conuelleretur, conſtructoque ac ſacraro in eodem loco altare miſſarum ſolemnia per ſe epiſcopus ex plebe parauit, qui dum in ipſis ſacramentis peragendis eſſet conſtitutus, ictibus iaculorum ab impiis perfoſſus, tandemque ſacrum ſolemne peractum, ſimulque præſentis vitæ impoſuit terminum. Denique diſcipuli eius accepro corpore ſui domini illud ſecum ferentes, in propriam ſunt reuerſi patriam. Cuius etiam meritis vſque in præſens largiuntur hominibus plurima beneficia: Sequenti quoque poſt multa nobiliter geſta, Remquè publicam decenter diſpoſitam tempore obiit Otto, relinquens filium Ottonem videlicet trium adoleſcentem tamen fere duodecim annorum. Qui vt erat iuuenculus, acer tamen viribus, & ingenio ſuſcepit iure paterno regimen imperij. Contingit igitur imperij illius initio, vt ſedes Apoſtolica vrbis Romæ, propoſito viduaretur Pontifice. Ipſe vero ilico imperiali vſus præcepto, quendam ſui conſanguineum cuiuſdam ducis filium illo delegit, atque ex more in ſede Apoſtolica ſublimari mandauit. Quod vtique dum ſine mora peractum fuiſſet, pergrandis calamitatis occaſio extitit. Erat enim quidam Creſcentius Romanorum ciuis præpotens, qui vt illorum mos eſt, quantum oneroſior pecuniæ, tantum pronior ſeruiens auaritiæ. Hic autem non plane, vt rei probauit euentus, parti fouebat Ottonis. Nam ipſum Pontificem, quem vt diximus ordinari Otto iuſſerat idem Creſcentius omni deſtitutum honore a ſede expulit, alterumque procaciter in eius loco ſubrogauit, ſed mox vt Otto hoc factum comperit ita accenſus cum permaximo exercitu Romam properante. Quod enim cognouiſſet Creſcentius illum ſcilicet vrbi propinquare cõſcendens cum ſuis turrim, quę ſita eſt extra ciuitatem tranſuerſum ob altitudinem ſui inter celos vocatã vallauit eam defenſurus pro vita tandẽ cum perueniſſet Imperator ad vrbem primitus iuſſit cõprehendere illum m ile ſecurũ Pontificẽ videlicet Creſcẽtij arrogantia conſtitutum comprehẽſum, & pręcepit eius manus quaſi ſacrilegas amputari, deinde vero aures abſcindi atque oculos expelli. poſt hęc deniq; comperiens Creſcentium, vt diximus, turre vallatum, quæ ſcilicet paulo poſt illum crudeli erat reddituta neci, præcepit eandem circumdari denſa obſidione ſui exercitus, ne videlicet Creſcentio quoquo mo-

quo modo locus daretur confugij. Interea iubente Imperatore conſtruuntur in gyro machinę ex lignis celſarum abietum nimium artificioſe compoſitę. Cernens quoq; Creſcentius nullam poſſe euadendi viam reperire, licet tardius pœnitudinis adinuenit conſilium, non tamen ei præſtitit miſerendi aditum: quadam igitur die quibuſdam de Imperatoris exercitu conſentientibus egrediens. Egrediens latenter Creſcentius de turre ſcilicet birro indutus, & operto capite, venienſque improuiſus corruit ad Imperatoris pedes, oranſque ſe ab ipſa roris pietate vitæ ſeruari. Cum enim reſpexiſſet Imperator eius ad ſuos, vt erat amaro animo, dixit: Cur, inquiens, Romanorum Principem Imperatorum decretorem, datoremque legum, atque ordinatorem Pontificum intrare ſiniſtris Magalia Saxonum. Hunc quoque reducite, eum ad thronum ſuæ ſublimitatis, donec eius honori condignam videlicet præparemus ſuſceptionem. Qui ſuſcipientes illum ſcilicet, vt iuſſum fuerat, illæſum reduxerunt ad turris introitum. Ingreſſuſque nunciauit ſecū pariter recluſis, quoniam ſolummodo tantum contingeret illis viuere, quandiu ipſa turris tueri valeret ab hoſtium captione, nec vllam prorſus ſalutem debere vltra ſeparate. At Imperatoris exercitus à foris vrgendo impellens machinas, paulatimque euntes, applicatæ ſunt turri, ſicque pugnæ inito certamine: dumque alij deſuper contendentes intrare, alij prorupere ad hoſtium turris, illudque concidentes euellunt, ſurſumque certatim gradientes, ad turris ſuperiora peruenerūt. Reſpiciens quoque Creſcentius, cernit ſe teneri ab his, quos putabat pugnando longius arceri poſſe. Capto namque ipſo ac grauiter vulnerato, ceteriſq; qui cum illo inuenti fuerant, trucidatis, miſerunt ad Imperatorem, quid de eo perciperet. Qui ait, per ſuperiora, inquit, propugnacula illum deiicite aperte, ne dicant Romani ſuum principem nos furatos fuiſſe. Quem, vt iuſſum fuerat, proiicientes, deinde poſt terga boum religatum per paludes marum plurimū deuoluentes, ad vltimum enim in conſpectu ciuitatis in trabe excelſa pendere dimiſerunt. His denique ita geſtis, accerſens Imperator Gerbertum videlicet Rauennæ Archiepiſcopum conſtituit illum principalem Romanorū Pontificem, iſque Gerbertus è Galliis oriundus extitit. Minorum etiam gerens proſapiam, ſed tamen ingenio acerrimus, artiumque liberalium ſtudiis pleniſſime inſtructus. Proinde Remorum etiam à Rege Francorum Hugone fuerat cōſtitutus Pontifex, ſed quoniam, vt diximus, valde erat acer ac prouidus, intelligens Arnulphum eiuſdem vrbis Archiepiſcopum, quo viuente ordinatus fuerat ex conſenſu eiuſdem Regis, niti in priſtinam reformari ſedem, caute iter arripiens ad prædictum deuenit Ottonem, qui ſatis honorifice ab eodem ſuſceptus, quem etiam ſtatim Rauennæ, inde vero, vt diximus, Romanæ vrbis ſublimauit Pontificem.

Contigit igitur ipſo in tempore, vt idem Imperator ſuggerente tam ipſo Pontifice, quam aliis quibuſque cœlum profectus, religionis domus Dei gerentibus, quoſque in beati Pauli Eccleſia, nomine tenus monachos, ceterum prane degentes, inde expellere deberet, ac alterius inſtituti, quos videlicet Canonicos dicimus, in eodem loco ſeruituros, vt ei ſuggeſtum fuerat, ſubſtituturus eſſet. Cumque hoc appeteret implere decretum, apparuit ei noctu per viſum beatiſſimus Apoſtolus Paulus, atque eundem Imperatorem huiuſmodi monere curauit. Si vere, inquiens, zelus diuinæ ſeruitutis optimi operis te adurit, vide ne huius propoſiti inſtitutum præſumas in monachis immutare expellendis. Non enim omnino expedit cuiuſque eccleſiaſtici ordinis quamuis ex parte deprauati propoſitum vmquam abiici ſeu immutari. In eo namque vnuſquiſque iudicandus eſt ordine, in quo ſe primitus Deo vouit ſeruire, reemendari tantum, licet corrupto cuique in eadē propriæ vocationis ſorte. Taliter quippe monitus Imperator, retulit ſuis, quæ audierat ab Apoſtolo, curamque agens qualiter eorundem inſtitutum ſcilicet monachorum quiuiſſet ad melius informare, non expellere à loco, licet immutare. Interea minus idoneo vſus conſilio, prædicti Creſcentij Ioannis in ſuam vxorē aſſumens, quam etiam paulo poſt, vt inconſulte acceperat, diuortium agens dimiſit. Tandem quoque nitens remeare ad Saxoniam, morte ſuperueniente in Italia obiit, cernens quoq; exercitus, quem ſecum duxerat, ſe ſuo domino deſtitutum,

coegerunt ſe pariter in vnũ agmen, ne ab iis quos in Italia preſſerant, trucidarētur, impoſito ante ſe in equo defuncti Imperatoris corpore, ſicq; in patriã tuti peruenientes, in monaſterio beatæ ſemper virginis Mariæ Aquiſgranis decēter ſepeliērũt. Snſcepit igitur poſt Ottonē videlicet tertium, regnum Saxonũ illius conſanguineus Henricus, qui etiã nono regni ſui imperator factus eſt Romanorũ. Sed interim libet ex parte cõmemorare, quibus viciſſim cladibus præſcriptorũ Regum tēporibns tam externis, quam inteſtinis conſequenter ſit flagellatus orbis Romanus. Conſtat igitur ab anterioribus illud principale totius orbis Imperium fuiſſe diuiſum, ſcilicet vt quemadmodum vniuerſæ Latinitatis Roma gerere deberet principatum. Ita Conſtantinopolis tam Græcorum ſpeciale caput in tranſmarinis Orientis partibus, quam ceterorum. Sed dnm ſemel in ſeſe nouit diſpertiri, poſtmodum paulatim pars vtraque vſitatius didicit minui, videlicet, donec contingeret illud admodum coarctari prœliis, vt foret brenius, & iſtud appeteret moderari extraneus. Et quoniam magis contingebat tyrannide imperare, quam vel liberali pietate, vel originali propagine; idcirco par erat talium contumaciam, cum ſibi ſubditis, crebris infeſtationum plagis atterere.

De Paganorum plagis. CAP. V.

DENIQVE circa nongenteſimum Verbi incarnati annum, egreſſus ab Hiſpania Rex Sarracenorum Algalif, veniensq; cnm exercitu maximo in Italiam, ſcilicet traditurus humanas res cum ſuis in prædam, cum gladio atq; incendio demoliendas. Qui cum veniſſet depopulans totam regionem vſque Beneuentum progreſſus eſt. Ex aliqnibus tantum ciuitatibus Italiæ primares collecto agmine, niſi ſunt aduerſus prędictnm Algalif inire pugnam. Sed cnm ſecernerent exercitu nimium impares, vt ſæpius mos eſt, iſtis modernis Italicis fugæ potius quam bellũ petiere præſidium. Interea reuerſi cum ſuo principe ad Affricam, Sarraceni ab illo tempore non deſtiterunt impugnare regionem Italiæ, quamuis plurimis fuiſſent prœliis laceſſiti tam ab Imperatoribus, quam à patriæ Ducibus, ac Marchionibus, vſq; ad Altmiror illorum principem, & prædictum Henricum Romanorum Imperatorem. Præſcripto igitur tēpore non minor clades in Galliarum populis, Normannorum infeſtatione, extitit hoſtium. Qui videlicet Normanni nomen inde ſumpſere, quoniam raptus amote primitus egreſſi ex Aquilonaribus partibus audacter Occidentalē petiere plagã. Siquidem lingua illorum propria Nort / aquilo dicitur, Mint quoq; populus appellatur. Inde vero Normanni, quaſi Aqnilonaris populus denominatur. Hi denique in primo egreſſu diutius circa mare Oceanum degentes, breuibus cõtenti ſtipendiis, quouſque in gentem coaluere non modicã. Poſtmodum vero telluris ampla & pelagi hoſtili manu peruagantes, aliquas vrbes ac prouincias in propriã redegere ſortem. In proceſſu quoq; temporis ortus eſt vir quidam in pago Trecaſſino ex infimo ruſticorũ genere, Aſtingus nomine, in vico videlicet, qui Tranquillus dicitur, tribus à cinitate diſtans milliaribus: qui iuuenis valens robore coporis, peruerſæ tamen indolis, ſuperbiendo abiiciens fortunam pauperũ parentũ, elegit exul fore dominandi victus cupidine. Deniq; clam egrediens ad prædictam Normannorũ gentem, illis tãtummodo primitus adhæſit, qui aſſiduo raptui ſeruientes, victum cæteris miniſtrabant, quos etiam illi cõmuniter Flottam vocant. Illoque aliquandin huic nequam mori inſeruiente, cepit peſſimis cõmilitonibus tanto exiſtere diligētior, quanto efficiebatur flagitioſior, paulatimque robuſtior, cæteris viribus ac rebus effectus omnes pariter in illum conſtituere terra marique principem. Conſtitutus autem huiuſmodi ampliore crudelitate aſſumpta, parui pendens præteritorum ſçuitiam, cepit ſuum in longinquas gladium dilatare prouincias. Poſtmodum etiam cum vniuerſa pene, cui præerat, gente, cõſcendens ad ſuperiores Galliarum partes, quamuis peſtifer parens natiuum male querens reuiſere ſolum. Qui cum veniſſet gladio & igne vltra omnem hoſtium cladem vniuerſa demoliens, nemine repugnante, diutius conſumpſit. Tunc quoque domus Eccleſiarum per Gallias vniuerſę, præter quas vniuerſa municipia ciuitatum vel caſtrorum ſeruarunt: omnimodis dehoneſtatę atq; igne ſuccenſę ſunt

vniuer-

vniuerſis ſiquidem peragratis Galliis, opimaque diuerſarum rerum potitus ſpolia, ad propria reduxit exercitum. Sicque deinceps tam ab ipſo Aſtingo, quam ab eius ſucceſſoribus, illius videlicet gentis principibus, in ſpatio fere centum annorum huiuſmodi clades illata eſt longe lateque populis Galliarum. Hæc quoque quæ retulimus per interualla defunctorum Regum ſeu Imperatorum tam in Italia quam in Galliis, priuſquam reſtaurarentur, ſæpius contigerunt. Sed cum interea prædictæ gentis exercitus more ſolito ad Gallias procedere decreuiſſet, occurrit illis iam longius Adulfi, vt ſupra commemorauimus, initoque cum eis prœlio, tanta cæde eoſdem proſtrauit, vt perpauci ex eis fuga lapſi, ad propria vix remearent. Et licet poſt hæc plures inſulas ac prouincias mari contiguas, iidem ſcilicet Normanni depopulauerint, in partes tamen Francorum Regum ſorte regendas non deinceps, niſi ab eiſdem Regibus euocati, conſcenderunt. Quin etiam paulo poſt viciſſim ſcilicet Franci, nec non & Burgundionum plerique cum prædictis Normannis catholicæ fidei iam effectis cultoribus, pacifice vinxere connubia, atque vnius Regis regnum pari conſenſu decreuere dici & eſſe. Indeque orti Duces excellentiſſimi, Guillermus videlicet, atque poſt ipſum quique denominati, paterno ſeu auito iure Richardi, illorum quippe ducaminis principatum fuit metropolis ciuitas Rotomagorum. Cum igitur prædicti Duces vltra cæteros viguerint militiæ armis, tum perinde præ ceteris gratia communis pacis ac virtute liberalitatis. Nam omnis prouincia, quæ illorum ditioni ſubiici contigerat, ac ſi vnius conſanguinitatis domus vel familia inuiolatæ fidei concors degebat, nempe furi ac prædoni apud illos comparabatur, quicumque hominum in aliquo negotio plus iuſto, vel falſum quippiam venundandum mentiens ſubtrahebat alteri. Egenorum quoque & pauperum, omniumque peregrinorum tanquam parentes filiorum curam gerebant aſſiduam. Dona etiam ampliſſima ſacris Eccleſiis pene in toto orbe mittebant, ita vt etiam ab Oriente ſcilicet monte denominatiſſimo Sina per ſingulos annos monachi Rotomagini veniẽtes, qui à prædictis Principibus plurima redeuntes auri & argenti ſuis deferrent xenia. Hieroſolymam vero ad ſepulchrum Saluatoris centum auri libras ſecundus miſit Richardus, ac quoſque cupientes illuc deuote peragrare, donis iuuabat immenſis. Præterea in ſucceſſibus prædictorum temporum, exigentibus culpis peccantium hominum orta eſt diſcordia duorum Regum, Francorum videlicet ac Saxonum, quæ ſcilicet diutius exardeſcens, occulto Dei iudicio rurſus terribile flagellum ingruit populis Galliarum. Denique Hungarorum Princeps cum omni ipſius gentis militari exercitu, huius diſcordiæ mali occaſione, fines Galliarum irrumpens, ſemel ac bis omnem miſerabiliter depopulans regionem, vtrumque etiam genus hominum captans cum rebus humanis abducens, nemine obſtante, diripuit. Quæ denique clades tamdiu deſæuit, quouſque Deo propitiante, vtriuſque regni Principes, Francorum videlicet ac Saxonum, vnius fidei ac conſanguinitatis vinculo necterentur. Euacuato ſiquidem priorum Regum genere, ſedatiſque iurgiis cepit orbis nouorum Regum pace, ſub amica refloreſcere, Chriſtique regnum per fontem ſacri Baptiſmatis circumquaque tyrannos ſibi ſubiugare, ipſa denique Hungarorum gens poſt tot patrata flagitia, poſt tot flagella gentibus illata, cum ſuo Rege ad catholicam fidem conuerſa, quæ prius conſueuerat crudeliter rapere aliena, libens impertitur pro Chriſto propria, à quibus etiam iamdudum diripiendo captiuabantur vndecumq; in miſerrima mancipia diſtrahendi qui reperiebantur Chriſtiani, ab eiſdem quoque fouentur nunc ſeu fratres vel liberi. Illud nihilominus nimium condecens ac perhoneſtum videtur, atque ad pacis tutelam optimum decretum ſcilicet, vt ne quiſquam audacter Romani Imperij ſceptrum præproperus geſtare Princeps appetat, ſeu Imperator dici aut eſſe valeat, niſi quem Papa ſedis Romanæ, morum probitare delegerit aptum Reipub. eique commiſerit inſigne Imperiale. Cum videlicet olim vbique terrarum, quilibet Tyranni ſeſe procaciter impellentes ſæpiſſime ſint Imperatores creati. Atque eo minus apti Reipub. quo conſtat eos ty-

rannide, quam pietatis auctoritate proceſſiſſe. Anno igitur Dominicæ incarnationis ſeptingenteſimo decimo, licet inſigne illud imperiale diuerſis ſpeciebus prius figuratum fuiſſet. Venerabili tamen Papa Benedicto ſedis Apoſtolicæ fieri iuſſum eſt ad modum intellectuali ſpecie, idem inſigne præcepit fabricari quaſi aureum pomum, atque circundari per quadrum præcioſiſſimis quibuſq; gemmis, ac deſuper auream crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei huius mundanæ molíſque videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur, vt dum ſiquidem illud reſpiceret princeps terreni imperij, foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quam vt dignus haberetur viuificæ crucis tueri vexillo. In ipſa etiam diuerſarum gemmarum decoramine videlicet imperij culmen plurimarum virtutum ſpeciebus exornari oportere. Cumque poſtmodum prædictus Papa Imperatori videlicet Henrico huius rei gratia Romam venienti obuiam cum maxima virorum & ſacrorum ordinum multitudine proceſſiſſet ex more, eique huiuſmodi inſigne ſcilicet Imperij in conſpectu totius Romanæ plebis tradidiſſet. Suſcipiens illud hilariter, circumſpectoque eo, vt erat vir ſagaciſſimus, dixit; Optime pater, inquiens, ad Papam, iſtud facere decreuiſti noſtræ portendendo iuuenis monarchiæ, qualiter ſeſe moderari debuerat, cautius perdocuiſti. Deinde manu gerens illud auri pomum, ſubiunxit; Nullis, inquit, melius hoc præſens donum poſſidere ac cernere congruit, quam illis, qui pompis mundi calcatis, crucem expeditius ſequuntur Saluatoris. Qui protinus miſit illud ad Cluniacenſe monaſterium Galliarum, quod etiam tunc temporis habebatur religioſiſſimum ceterorum, cui & alia dona plurima contulerat ornamentorum. Sed & illud nimirum etiam perpendendum, quoniã cum iſta quæ retulimus, videlicet de conuerſionibus perfidarum ad fidẽ Chriſti gentiũ extrinſecus in Aquilonaribus atq; Occidentalibus orbis partibus perſæpe fieri contigerit, nuſquam talia in Orientalibus atque Meridianis eiuſdem orbis plagis contingit audiri. Cuius denique veraciſſimus præſagij index fuit conſtitutio illa crucis Dominicæ, dum in ea Saluator penderet, in loco Caluariæ. Nam cum retro illius verticem ſuſpenſi tum fuiſſet, crudus nimium populis oriens, tunc etiam in eius oculorum conſpectu lumine fidei repleturus conſtitit occidens. Sic quoque omnipotentem ipſius dexteram ad miſceliæ opus extenſam, ſacri verbi fide miris ſuſcepit Septentrio, eiuſque leuam gentibus barbarorum tumultuoſis ſortitur Meridies. Sed licet huius ſacri breuiter meminerimus. Portenti noſtræ tamen idem Catholicæ manet inuiolabile ſubſidium fidei, quoniam in omni loco & gente abſque exceptione, quicumque ſacro regeneratus fonte, credens omnipotentem patrem eiuſq; filium Ieſum Chriſtum, pariterque in Spiritum ſanctum, vnum ſolumque verum Deum, ſi quid boni egerit ex fide, Deo acceptum fore, atque omnem, qui ſic permanſerit, perenni vita beate viuere. Hoc quippe ſoli Deo noſſe competit, cur humanum genus maius ſeu minus propriæ ſalutis capax efficitur in diuerſis partibus orbis. Sed idcirco iſta retulimus, quoniam vſque in fines prædictarum orbis binarum partium, videlicet Septentrionalis & Occidentalis Chriſti Domini deueniens Euangelium optimum in ſacræ fidei fundamentum. Cum videlicet è diuerſo minus reliquas duas ſcilicet Orientalem atque Meridianam penetrauerit, ac illarum populos cautius in proprij erroris feritate irretitos ſciuerit. Sed ne boni conditoris proinde diſpenſationi contumelioſa à quoquam inferatur in hac parte calumnia, cautius nihilominus proſpiciendus eſt ſacer ſcripturarum Canon, in quo videlicet Canone omnis proculdubio forma inuenitur expreſſa mundani ſeculi, vt ſcilicet ipſius auctoris bonitas, pariterque iuſtitia probabiliter demonſtrẽtur videlicet in his, qui ſalui fiunt, & in his, qui pereunt. Nam ſicut primus hominum pater, propriæ ſalutis arbiter, à totius boni auctore primitus fuerat conſtitutus, ita ab eodem redemptore vniuerſis pro captu ſpontanea generaliter oblata eſt ſalus. Sed tamen occulta illius diſpenſatio, cui ſemper & ſimul totum, quicquid eſſet habet, præſto fuit, ac cui nihil defuit, oſtendit ſpatiatim per incrementa temporum ſeſe omnipotentem ſolum bonum atque veracẽ, tanquam opera pietatis, quam per vltionem vindictæ iuſtæ retributionis. Non enim

principalis bonitas aliquando vacat à pietatis opere, quin immo ſemper aggregat pleroſque ex maſſa filiorum prçuaricatoris, in ſinum filij Deitatis, dumque id quotidie in mundo agitur, quid aliud qnam omnipotentis bonitas, etiam immobiliter mobilis, & mobiliter immobilis operari monſtratur. Atque idcirco qnanto præſentis ſeculi terminus imminet proprius, tanto iſta fieri, quæ dicuntur, contigerit frequentius. Suſpiciendũ etiam quomodo paulatim ab ipſo humani generis exordio ipſius auctoris ſit manifeſtata cognitio. Primus igitur hominum Adam etiam cnm omni ſuo genere Deum conditorem ſuum prædicat, dum per tranſgreſſionis præcepti illius culpa priuatus paradiſi gaudiis, multatuſque exilio, ſeſo miſerum clamat lugendo. Sed accepto diffuſius per vniuerſum orbem terræ incremento, niſi proprij auctoris bonitatis prouidentia miſericordiæ reduxiſſet ad ſinum totum penitus idem genus bumannm in ſui erroris atque cæcitatis præcipitinm iam olim irreuocabiliter fuiſſet dimerſnm. Idcirco ab exordio ſui diuina boni conditoris diſpenſatione prolara ſunt ei prodigioſa rerum miracula, ac portentuoſa elementorum ſigna, nec non & ſagaciſſimorum virorum, tam ſpem quam formidoloſitatem inculcatura diuinitus oracula. Ac velut idem conditor per ſex dierum interualla cunctamundanæ rerum machinæ proferendo perficiens opera. Hiſque editis, reqnieuit die ſeptima, videlicet ita per ſex millia annorum ſpatia operatus eſt, pro eruditione hominum exhibendo illis frequentia ſignanter oſtenta, ſcilicet vt non præteritis ſeculis quodquam dimiſſum eſt vacans ab his ſignis tempus miraculorum æternum Deum prædicantibus, vſquequo illud maximum rerum Principium apparens homine veſtitus in mundo? Sexta dnntaxat ætate præſentis ſeculi, atque vt putatur, quod ſit finis in ſeptima huius mundanæ molis diuerſorum laborum, vt ab illo proculdubio, vnde cepit quicquid eſſe, habuit exordium in eodem competentiſſimum, propriç quietis inueniat finem.

Explicit liber primus.

LIBER SECVNDVS.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

1. *De electione Hugonis in Regem.*
2. *De cetu, mariſque occidentalium belluis.*
3. *De Conano Duce Brittonum, & Fulcone Andegauorum.*
4. *De monaſterio Lucacenſi.*
5. *De portento Aurelianæ vrbis mirabili.*
6. *De prælationibus turpis lucri arreptis.*
7. *De incendiis & mortibus nobilium.*
8. *De Henrici Ducis morte, & vaſtatione Burgundiæ.*
9. *De fame valida, & infeſtatione Sarracenorum.*
10. *De inundatione lapidum.*
11. *De Leutardo inſaniente heretico.*
12. *De hæreſe in Italia reperta.*

De electione Hugonis in Regem. CAP. I.

SICVT quiſpiam igitur petagrãs quamlibet vaſtiſſimam orbis mũdani plagam, ſeu ſpatioſum remigando æquor penetrans, ſæpius altitudini montium, aut proceritati arborum ſcilicet reſpectãs, dirigit aciem oculorum, vt videlicet illorum à longe reperta agnitione, abſque errore, quo diſpoſuerat, valeat peruenire. Ita quoque erga nos fore con-

tingit, qui vtiq;, dum cupimus præterita oſtendere, futuris obtutus noſtri ſermonis, pariterque animi frequenter in relatione porrigimus magnorum virorum perſonis, quibus videlicet fiat ipſa relatio clarior & appareat certior. Igitur finito, vt diximus, tam regnandi, quam imperandi apud Italiam & Gallias, magnorum regum genere, videlicet Ludouici, nec non & Caroli, ac ſui generis ceterorum Regum protinus munitus conſanguinitatis viros, vtriuſq; regni contigit deuenire monarchiam. Nam qualiter primus ac ſecundus, nec non & tertius Otto, ſint potiti Romanorum Imperio ſcilicet, vſq; ad Henrici Imperium, ſuperius nos iam digeſſiſſe meminimus. Nunc quoq; reſtat, vt quemadmodum ab hinc Frãcorum ſit regnum diſpoſitum, referamus. Mortuis igitur Lothario ac Ludouico Regibus, totius Franciæ regni diſpoſitio incubuit Hugoni Pariſienſis Duci filio, videlicet illius Magni Hugonis ſupra memorati, cuius etiam frater erat nobiliſſimus Burgundiæ Dux Henricus, qui ſimul cum totius regni primatibus conuenientes, prædictum Hugonem in Regem vngi fecerunt. Erant ergo, vt iam commemorauimus, affinitate conſanguinitatis Regibus Saxonum vniti, à primo ſcilicet Ottone, qui natus eſt ex Hugonis Magni ſorore. Suſcepto igitur Hugo regimine regni Francorum, non multo poſt pleroſque ſuorum, quos etiam prius in vniuerſis habuerat ſubditos, perſenſit contumaces: tamen vt erat corpore & mente viuidus, cunctos ſibi rebellantes paulatim compeſcuit. Habebat enim filium admodum prudentem, nomine Robertum, artium etiam literarum plurimum ſtudiis eruditum. Cumque ſe cognouiſſet iam aliquantulum viribus defici, congregatis in Aureliana vrbe regia, quibuſque Francorum ac Burgundionum regni primoribus eundem Robertum, filium videlicet ſuum, anno ſcilicet tertiodecimo ante milleſimũ incarnati Saluatoris, adhuc ſe ſuperſtite, Regem conſtituit. Poſt aliquot verò annos idem etiam Rex Hugo in pace, regno diſpoſito, feliciter obiit. Erat namq; Robertus Rex tunc iuuenis, vt diximus, prudens atque èruditus, dulciſq; eloquio ac pietate inſignis, ſed diuina prouidente clementia, huiuſmodi virum ad catholicæ plebis regimen, omnium dominus illo præcipue in tempore dignatus eſt deſtinare. Nam diebus regni ipſius, elementorum etiam ſignis præeuntibus, non modicæ clades incubuere Chriſti Eccleſiæ, quibus niſi idem Rex ſapienter, Deo ſe iuuante, reſtitiſſet, ſæuiendo multiplicitet in longinquum proceſſiſſent.

De cetu maris, & Occidentalium belluis. Cap. II.

ANNO igitur quarto de ſupraſcripto milleſimo, viſa eſt cetus mirę magnitudinis deſcendiſſe per mare, in loco qui Bernouallis nuncupatur. Egrediens ſcilicet à Septentrionali plaga in Occidentalem. Apparuit quoque menſe Nouembrio mane ptima diei aurora, ad inſtar inſulæ ac tranſeundo perdurans vſq; in horã diei tertiam, maximum etiam ſtuporem admirationemque ſe cernentibus, contulit. Sed & ne alicui forte ſit dubium, quod narratur, quamuis à multis viſum fuit, tamen huic ſimile monſtrum à pleriſque inuenitur deſcriptum. Denique legitur in geſtis egregij Bendani confeſſoris, Orientalium videlicet Anglorum, quoniam idem vir Dei ſcilicet Bendanus cum pluribus monachis per marinas inſulas per aliquod temporis ſpatium heremiticam tranſegiſſet vitam, hanc vel huic ſimilem quondam obuiam haberet belluam. Nam cum remigrando quaſque in mari conſtitutas circumiret inſulas, ſuperueniente noctis crepuſculo, cernens procul velut maritimam inſulam, ad quam etiam diuertens cum omnibus qui ſecum erant, ſuperueniẽtem duntaxat exacturus noctem. Cumq; ibi ventum fuiſſet, exeuntes de ſcaphis, conſcendentes & turgentem belluæ deorſum vnius tantummodo ibidem hoſpitio noctis potituri. Cumque poſt breuem cœnam cæteri fratres feſſa indulſiſſent membra quieti, ſolus vir Domini Bendanus peruigil cuſtos dominici ouilis, ac magis aſſiduus, quam frequens pſalmicem explorabat caurius vim vẽtorum & ſiderum curſus. Qui dum hoc attentius per noctis conticinium ageret, repente intellexit, quoniam illud promunctorium, ad quod ſcilicet hoſpitaturi diuerterant, ad Orientalem illos eueheret plagam. Luce quoque alterius diei reddita, ſolertiſſimus vir cõuocans collegas videlicet ſuos, qui aderant, blande exortans

ac con-

ac conſolans eos, inquiens, Vniuerſorum conditori & gubernatori Deo fratris benigniſſimi indefeſſas referamus gratias,qui ſua nobis in his marinis fluctibus prouidentia præparauit vehiculum non egens humano remigio. Quibus à viro Dei ſocij auditis, mentis ſtupore adacti,diuinæ protinus ſeſe prouidentiæ committentes, ac viri ſancti innitentes prudentiæ ceperunt ſecuriores euentum præſtolari rei fortuitæ. Huiuſmodi ergo per ſpacia plurimorum dierum niſi euectione, ſemper tamen ſemet conſpiciebant ad ſolis ortum tendere. Tandem vero peruentum eſt ad inſulam ceterarum ſpecioſiſſimam atque omni amœnitate gratioſiſſimam. Illius quoque arborum habitudo, atque auium diſſimilitudinem gerit vniuerſorum. Egreſſus quoque vir ſecularis accedens ad eam reperit etiam ibi monachorum, vel potius Anachoritarum collectas miras ac multiplices, quorum ſcilicet vita & conuerſatio vniuerſorum mortalium ſtudiis ſanctior atque nobilior enitebat. A quibus etiam magna cum charitate ſuſcepti pluribus diebus ibidem commanentes,de multisque ad veram pertinēnt diligenter ſalutem inſtructi, poſtmodum & ad natiuum reuertentes ſolum,vniuerſaq; compererant patriæ redditi narrauerunt. Præterea viſo, vt dicere cœpimus Oceani portento, exorſus eſt bellicus tumultus in vniuerſa Occidentali orbis plaga, videlicet tam in regionibus Galliarū, quā in terris marinis Oceani inſulis, Anglorum videlicet atque Brittonum, necnon & Scotorū. Siquidē vt plerumq; ſolet cōtingere propter delicta infimi populi verſi in diſſenſionē illorū Reges ac ceteri Principes,ſtatimq; exardeſcentes in ſubiectę plebis depopulationem ſcilicet vſq; dum perducuntur ad ſuimet ſanguinis effuſionem. Quod videlicet tandiu patratum eſt in prædictis inſulis, quouſq; vnus Regū earundē vt ſolus potiretur regiminis ceterarū. Deniq; mortuo Rege Adalrado, in regno ſcilicet illorū,qui Danimarches cognominantur, qui etiam duxerat vxorē ſororem Ricardi Rotomagorū Ducis, inuaſit regnū illius Rex videlicet Cannæ Occidentalium Anglorū, qui etiam poſt crebra bellorū molimina ac patriæ depopulationes pactū cum Ricardo ſtabiliens, eiuſq; germanā Adalridi videlicet vxorē in matrimonium ducēs,vtriuſq; regni tenuit monarchiā. Poſt hęc quoq; idē Cannę cum plurimo exercitu egreſſus, vt ſubiugaret ſibi gentem Scotorum, quorū videlicet Rex Melculo vocabatur,viribus & armis validis,& quod potiſſimum erat, fide atque opere Chriſtianiſſimus. Vt autē cognouit, quoniam Cannæ audacter illius quæreret inuadere regnum,congregans omnem ſuæ gentis exercitū,potenter ei,ne valeret,reſtitit,ac diu multumq; talibus procaciter Cannæ inſeruiens iurgiis, ad poſtremum tantum prędicti Ricardi Rotomagorū Ducis, eiuſq; ſororis perſuaſionibus pro Dei amore omni prorſus depoſita feritate,mitis effectus, in pace deguit. Inſuper & Scotorum Regem amicitiæ gratia diligens, illiuſque filium de ſacro Baptiſmatis fonte excepit. Cœpit ergo ex illo fieri, vt ſi qua hoſtilis neceſſitas Rotomagorum duci incūberet à tranſmarinis inſulis, in ſuū auxilium exercitū ſumeret copioſum, ſicq; diutius gens Normannorū ſcilicet ac prædictarum populi inſularū tuti pace fidiſſima, vt ipſi potius formidine ſuæ potentiæ pleroſq; exterarum prouinciarum terrerent populos, quam ipſi ab aliis terrerentur. Hęc mirum quippe, quoniam à quibus bonorum extirpatrix Dei timore expulſa fuerat diſcordia, in eiſdem pace præuia Chriſti nobile regnum felix obtinuit tripudium.

De Conano Duce Brittonum, & Fulcone Andegauorum.

CAP. III.

PRÆSCRIPTORVM igitur dierum tempore nihilominus in infimis Galliarū partibus inteſtinorum bellorum deſæuit tumultus. Narrant ſiquidem plerique diſputantes de mundani orbis poſitione, quod ſitus regionis Galliæ quadra dimetiatur. Locatione licet ergo à Rifeis montibus vſque Hiſpaniarum terminos, in læuo habens Oceanum mare, in dextro vero paſſim iuga Alpiū, propria excedat longitudine menſurā rationis quadriformæ. Cuius etiam inferius finitimū ac perinde viliſſimū cornu Galliæ nuncupatur. Eſt enim illius metropolis ciuitas Redonū. Inhabitatur quoque diutius agente Brittonum, quorū ſolæ diuitiæ primitus fuere libertas fiſci publici & lactis copia, qui omni prorſus vrbanitate vacui, ſuntque illis

mores inculti, ac leuis ira & ſtulta garrulitas. Horum ſcilicet Brittonum aliquando Princeps extitit quidam Conanus nomine, qui etiam accepta in matrimonio Fulconis Andegauorum Comitis ſorore, ac demum inſolentior ceteris ſuæ gentis Principibus cœpit exiſtere. Nam more regio impoſito ſibi diademate in ſui anguli popello, plurimam inconſulte exercuit tyrannidem. Poſtmodum vero inter ipſum Conanum & prædictum Fulconem Andegauorum videlicet Comitem exortum eſt indiſſolubile iurgium, ita vt crebris ſuorum inuicem depopulationibus ac ſanguinis effuſionibus laceſſiti, ad vltimum quoque quanquam ciuile, tamen inluctabile inirent comminus prœlium. Cum igitur diu multumque viciſſim ſibi mala quæ poterant, irrogaſſent, ab vtroque decretum eſt, vt in loco, qui Concretus dicitur, quiſque illorum cum ſuo exercitu die conſtituto aduenientes, prœlij certamen iniret. Sed Brittonum exercitus excogitata fraudis decipula, partem Fulconis exercitus nequiter proſtrauerunt. In prædicto denique loco ſcilicet vbi certamen ineundum fuerat, clam præuenientes populique Brittonum ibique nimium aſtute profundum atque perlongum fodere vallum, ramiſq; arborum denſatim ſuperinſertis, impoſita videlicet hoſtibus muſcipula, receſſerunt. Die igitur conſtituto iuxta condictum, dum illuc vterque cum ſuo exercitu adueniret atque acies vtraque iam in procinctu videretur, informata gens Brittonum callida fraudiſque propriæ conſcia, ſimulans ſe velle arripere fugam ſcilicet, vt auidius demergeret hoſtem in latentem muſcipulam. Quod cernens Fulconis exercitus, cupiens expedite ſuper eos irruere, corruit pars ex eis non modica in foueā videlicet Brittonum aſtu patratam. Ilico autem Brittones conuerſi, qui prius fugam ſimulauerant, inhianterque ſuper Fulconis exercitum irruentes aſperrima quam plures ex eis cæde proſtrauerunt; ipſum etiam Fulconem pulſum de equo in terram loricatum deiecerunt. Qui exurgens nimio accenſus furore, dictis releuans exacuenſque ſuorum animos, ac velut turbo vehementiſſimus per denſas ſegetes impellentes, omnem exercitum Brittonum crudeli nimium cæde mactauerunt, deletoque pene vniuerſo exercitu Brittonum ipſum etiam Conanum illorum Principem truncatum dextera vnum capientes Fulconi reddiderunt. Qui potita victoria, reuerſus ad propria, non illi poſtmodum quiſpiam Brittonum moleſtus extitit.

De monaſterio Lucatenſe. CAP. IIII.

DE eodem igitur Fulcone perplura dici potuiſſent ipſius geſtorum, quæ ſcilicet faſtidiū vitantes ſiluimus, vnum tamen reſtat memorabile, quod in præſentiarū relaturi ſumus. Cum enim circumquaq; in diuerſis prœliorū euentibus, plurimū humanum fudiſſet ſanguinē, metu gehennę territus, ſepulchrum Saluatoris Hieroſolymorum adiit, indeq; vt erat audaciſſimus, admodū exultanter rediens, aliquantulum ad tēpus à propria feritate eſt lenior redditus. Tunc ergo mente concepit, vt in optimo fundorum ꝓprij iuris loco Eccleſiā conſtrueret, ibidemq; monachorum cœtum coadunaret, qui videlicet die noctuque pro illius animæ redemptione interuenirēt. Qui etiā (vt ſemꝑ curioſe aiebat) cœpit quoſq; percunctari religioſos, in quorū potiſſimum memoria ſeculorum eandem Eccleſiā fundare deberet, qui videlicet ꝓ eius remedio animæ omnipotentem Dominum orarent. Cui inter ceteros à propria etiam vxore, quæ valde ſano pollebat conſilio, ſuggeſtum eſt, vt in honore ac memoria illarum cœleſtium virtutum, quas Cherubin & Seraphin ſublimiores ſacra teſtatur auctoritas, votū quod vouerat, expoſtulet, qui libentiſſime annuens, ædificauit Eccleſiam admodum pulcherrimam in pago ſcilicet Turonico milliario interpoſito Alueacenſe caſtro. Expleto denique quantocius baſilicæ opere, protinus miſit ad Hugonem Turonorum Archipræſulem, in cuius ſcilicet conſtituta erat dioceſi, vt illam ſacraturus, quemadmodum decreuerat, adueniret. Qui venire diſtulit, dicens, ſe minime poſſe illius votum dicando Domino committere, qui videlicet matri Eccleſiæ ſedis ſibi commiſſæ prædia & mancipia ſurripuerat non pauca, hocque potius illi videbatur competere, vt primitus, ſi quid iniuſte diripuerat, alicui reſtitueret, ſicque deinceps iuſto iudici Deo propria, quæ vouerat, offerre deberet. Cumque igitur iſta

Fulco-

Fulconi à ſuis perlata fuiſſent diutina feritate reſumpta, nimium indigne ferens Epiſcopi reſponſa. Inſuper comminatus illum valde, ac ſublimus inde quod valuit adegit conſilium; mox deniq; copioſa argenti & auri aſſumpta pecunia, Romã pergẽs, ac Ioanni Papæ cauſam ſuæ profectionis expoſuit. At deinde, poſcens quod ab illo optauerat, plurima ei munerum dona obtulit. Qui protinus miſit cum eodem Fulcone ad prædictam baſilicam ſacrandam vnum ex illis, quos in beati Petri Apoſtolorum principis Eccleſia Cardinales vocant, nomine Petrum, cui etiam præcepit veluti Romani Pontificis auctoritate aſſumpta, quicquid agendum Fulconi videbatur, intrepidus expleret. Quod vtiq; audiẽtes Galliarum quiq; Præſules, præſumptionem ſacrilegam cognouerunt ex cæca cupiditate proceſſiſſe, dum videlicet vnus rapiens, alter raptum ſuſcipiens, recens in Romana Eccleſia ſciſma creauiſſent. Vniuerſi etiam pariter deteſtantes, quoniã nimium indecẽs videbatur, vt is, qui Apoſtolicam regebat Sedem, Apoſtolicum primitus ac canonicum tranſgrediebatur tenorem. Cum inſuper multiplici ſit antiquitus auctoritate roboratum, vt non quiſpiam Epiſcoporum in alterius dioceſi iſtud pręſumat exercere, niſi præſule, cuius fuerit compellente ſeu permittente. Igitur die quadam menſis Maij cõgregata eſt innumerabilis populi multitudo ad dedicationem ſcilicet prædictæ Eccleſiæ. Ex quibus multo etiam plures illuc Fulconis terror, ob ſuæ elationis pompam conuenire compulit. Epiſcopi tantum qui eius ditione premebantur, coacti interfuere. Cœpta igitur die conſtituto ſatis pompatice huiuſmodi dedicatione, atque peracta, miſſarumque ex more ſolemniis celebratis, poſtmodum quique ad propria rediere. Denique imminente ipſius diei hora nona, cum flabris lenibus ſerenum vndique conſiſteret cœlum, repente ſuperuenit à plaga auſtrali vehementiſſimus turbo, ipſam repellens ſeculam ac replens eam turbido aëre diu multumque concutiens, deinde vero ſolutis laquearibus, vniuerſæ eiuſdem Eccleſiæ trabes ſimulque tota teges per pignam templi eiuſdem occidentalem in terram corruentes, euerſum ierant. Quod cum multi per regionem factum comperiſſent, nulli venit in dubium, quoniam inſolens præſumptionis audacia irritum conſtituiſſet votum, ſimulque præſentibus ac futuris quibuſque, ne huic ſimile agerent, euidens indicium fuit. Licet namque Pontifex Romanæ Eccleſiæ ob dignitatem Apoſtolicæ ſedis ceteris in orbis conſtitutis reuerentior habeatur, non tamen ei licet tranſgredi in aliquo canonici moderaminis tenorem. Sicut enim vnuſquiſque orthodoxæ Eccleſiæ Pontifex, ac ſponſus propriæ ſedis, vniformiter ſpeciem gerit Saluatoris, ita generaliter nulli conuenit quippiam in alterius procaciter patrare Epiſcopi dioceſi.

De portento Aurelianæ vrbis mirabili. CAP. V.

ANNO igitur incarnati octingenteſimo octogeſimo octauo contigit in vrbe Aureliana Galliarum admodum memorabile atque formidoloſum portentum. Conſtat ergo in eadem vrbe monaſterium in honorem Apoſtolorum principis antiquitus conſtitutum, in quo primitus collegium ſanctimonialium virginum, omnipotenti Deo deſeruiſſe dignoſcitur, quod etiam ex inde cognomẽto puellare dicitur. In cuius denique monaſterij medio defixum ſtabat crucis vexillum præferens ipſius Saluatoris, pro ſalute humana mortem patientis, imaginem. A cuius ſcilicet imaginis oculis per aliquod dierum ſpatium continue multis cernentibus, riuis emanauit lachrymarum. Ad quod nimirum terribile ſpectaculum inſpiciendum multitudo maxima conuenit hominum. Pleriq; tamen cum illud cernerent, admodum animaduertentes, quoddam eſſe diuinitatis præſagium, videlicet illius vrbis ſuperuenturæ calamitatis. Quemadmodum enim idem per ſe Saluator præſciens imminere vrbis detrimentum Hieroſolymitanæ fleuiſſe illam perhibetur. Sic denique & hanc videlicet Aurelianam paulo poſt imminentem cladem paſſuram per expreſſam ſuæ imaginis figuram fleuiſſe comprobatur. Contigit ergo poſt paululum in eadem ciuitate inauditæ rei, idipſum, vt putatur, portendens euentus. Denique cum vna noctium cuſtodes videlicet maioris Eccleſiæ videlicet Epiſcopi ex more exſurrexiſſent, atq; ipſius Eccleſiæ portas, quibuſq; ad matutinales lau-

des præparantibus aperuiſſent, ſubito lupus affuit, Eccleſiamq; ingreſſus, ac funem ſigni ore arripiens agitanſq; illud inſonuit. Cernentes nimirum qui aderant, mentis ſtupore concuſſi, tandem clamore emiſſo, ac ſi inermes, viſu quo valuere, illum exturbaotes, ab eccleſia expulerunt. Sequenti vero anno tota illius ciuitatis humana habitatio cum domibus eccleſiarum terribiliter igne cremata eſt. Vnde etiam nulli venit in dubium, qooniam vnius cladis euētom vtriuſq; rei præceſſiſſet portentū. Erat igitur tunc temporis prædictæ ciuitatis Pontifex venerabilis Arnulfus, qui videlicet genere & doctrina ſapientiæ pernobilis, ac paternorum fundorum redditibus locupletiſſimus, cernens excidium ſcilicet propriæ ſedis, deſolationemque ſibi commiſſæ plebis, potiore vſus conſilio, magnum colligens apparatum, cœpit domū maioris Eccleſiæ, qoæ olim dicata fuerat io crucis Chriſti honore, iugiter à fundamentis reædificare. Qui dnm acerrime cœpto operi cnm ſuis omnibus intenderet, vt ſcilicet quantocius honeſtiſſime cooſummaret, nimium euidenter præſtitū eſt, illi diuinitus iuuamen contigit. Igitur quadam die dum cementarij fundamenta baſilicæ locaturi, ſoliditatem perſcrutareotur ipſius telluris, vt reperirent copioſa auri pondera, quæ ſcilicet ad totius quamuis magnæ baſilicæ fabricam reformandam certiſſime crederentur ſufficere. Suſcipientes ergo qui fortuito caſu inuenerant aorum ex integro Epiſcopo detulerunt. Ipſe vero omnipotenti Deo pro collato ſibi muoere, gratias agens ac ſuſcipiens illud cuſtodibus operis tradidit, totumque fideliter in opus eiuſdem Eccleſiæ expendi iuſſit. Fertur namque quod etiam illud aurum ſolertia beati Enurtij antiqui eiuſdem ſedis Præſulis ibidem huius reſtaurationis gratia fuiſſet reconditum. Iccirco permaxime, quoniam dum idem vir ſecularis quondam potiorem quam fuerat primitus, eandem informaret Eccleſiā, contigit illi huic ſimile munus diuinitus ſibi reſeruatum inibi repetire. Sicque præterea factum eſt, vt quæ domus Eccleſiæ videlicet ſedis Pontificalis priore elegantior reformaretur, ipſoque ſuadente Pontifice ceterarumque in eadem cioitate deperierant baſilicarum ſacrorum quorumque mitis dicatarum ædes anterioribus potiores conſtruerentur, atque diuinorum operum cultus in eiſdem excellentior haberetur præ omnibus. Ipſaqoe vrbs paulo poſt referta domorum ædificiis, plebs tandem illius mitigata à flagitiis domini pietate ſubuenta, tantoque citius conualuit, quanto ſagacius propriam calamitatem excepit ob correptionis vltionem. Fuit namque prædicta ciuitas antiquitus, vt eſt in præſentiarum Regum Francorum priocipalis ſedes regio ſcilicet pro ſui pulchritudine ac populari frequentia, nec non & telluris vbertate, perſpicuique irrigatione fluminis. Ex Ligere quippe ſibi congruo etiam flumine agnomen habet inditum, diciturque Aureliana, quaſi ore ligeriana, eo videlicet quod in ore eiuſdem fluminis ripa ſit conſtituta, non vt quidam minus cauti exiſtimant, ab Aureliano Auguſto, quaſi eam ipſe ædificauit, ſic vocatam, quin potius ab amne, vt diximos, quod rectius veriuſque illi coogruit.

De prælationibus turpis lucri arreptis. CAP. VI.

SACRO igitur præmonente eloquio, Ince clarius compertum habetur, quoniam in proceſſu nouiſſimorum dierum frigeſcente in hominibus charitate ac ſuperabundante iniquitate inſtabant pericuIoſa animarum tempora. Nam & multiplicibus antiquorum patrum intimatur aſſertionibus, quod craſſante auaritia præteritarum iura vel ordines religionum ex eo vnde conſurgere debuere, ad incrementi profectum, ex iode ſumpſere corruptionis defectum. Illndque aliquibus verſom eſt in animarum detrimentum, quod quibuſdam eo legitime vtentibus fuit emolumentum. Siquidem, vt diximus, turpis lucri auaritia imperante, ſuffocatur ſæpiſſime cenſura iuſtitiæ. Cum enim in diuerſarum gentium ac prouinciarum cultibus habebatur probabile, euidentius tamen in Iſraeliticæ plebis Leuitis & Sacerdotibus. Qui ſcilicet quanto dudum ceteris opulentiores, eo amplius plerique illorum ſuperba cupiditate inſolentiores. Iccirco etiam ad vltimum omnibus effectu deteriores. Sed multū diſtant legis veteris inſtituta multiplicibus figurarum ænigmatibus veſtita à oouæ gratiæ perſpicuis ac ſpiritalibus ſacramen-

torum

torum donis. Ibi namque munera ſolummodo conſerebantur terrenarum hoſtiarum, in his ipſe Deus accipitur in prẹmium, ibique nihilominus totum promerebatur quiſquis ex ſeruitutis actione. Hic vero quiſq; dignus habetur duntaxat ex ſinceræ optimæ conſcientiæ voluntate. Atq; iccirco iſta præmiſimus, quoniam iādudum muneribus mentis excæcatis, pene vniuerſis Principibus deſæuit hæc peſtis, longe lateq; in eccleſiarū quibuſq; Prẹlatis toto terrarū orbe diffuſis, deniq; omnipotentis Chriſti Domini gratuitum ac venerabile donum ad propriæ damnationis cumulū conuerterunt in auaritiæ lucrum. Ideoque huiuſmodi videlicet prælati tanto minus ad diuinum peragendum opus inueniuntur idonei, quanto conſtat, quia non ad illud acceſſerunt per aditum principalis hoſtij. Et licet aduerſus talium perſonarum procacitatem multipliciter clamet ſacrarum ſcripturarum Canon, nunc tamen ſolito multiplicius comperitur fieri in diuerſis Eccleſiarum ordinibus. Nam ipſi Reges, qui ſacræ religionis idonearum decretores perſonarum eſſe debuerant, munerum largitione corrupti, poriorem que piam ad regimen Eccleſiarum vel animarum diiudicant illum videlicet, à quo ampliora munera ſuſcipere ſperant. Atque idcirco permaxime quique procaces ac turgore ſuperbiæ inflati, ſeſe vltro cuique prælationi Ingerunt, minus formidantes incurrere lapſum neglectæ paſtoralis curæ, quoniam tota ſolummodo illorum pendet fiducia ex loculis collectæ pecuniæ, non ex perceptæ donis ſapientiæ, tantoque amplius adepto regimine ſtudent auaritiæ, quanto conſtat propriam ex illa ambitionem impleſſe. Ac velut idolo ſibi pro Deo conſtituto illi ſeruiunt, per quam ſcilicet informati, ad tale nomen abſque merito vel opere proruperunt, fitque minus cautis deceptoria imitandi forma, ac perinde viciſſim contumax inuidentia. Quippe quoniam quicquid in talibus aliter æmulando colligit, videtur alteri inuidendo ſibi ſubripit, atque vt inuidorum ſemper mos eſt, alienis felicitatibus indeſinenter appetunt torqueri. Hinc etiam procedunt litigiorum tumultus aſſidui, oriunturque frequentia ſcandala, ac diuerſorum tranſgrediendo tranſgreditur tenor ordinum. Sic etiam contigit, vt dum irreligioſitas graſſatur in clero, procacitatis & incontinentiæ appetitus ſuccreſcat in populo. Deinde vero mendaciorum circumuenientiæ, fraudes, atque homicidia vniuerſos pene in interitum ſubripiendo pertrahunt. Et quoniam catholicæ fidei oculum videlicet Eccleſiæ Prælatos peſſimæ cæcitatis caligo obrepſit, idcirco plebs illius propriæ ſalutis viam ignorans in ſuæ perditionis ruinam decidit. Iure etiam contigit, vt ipſi ſcilicet Prẹlati ab eiſdem, quos ſubiectos habere debuere, affligantur atque contumaces ſentiant illos, quos vtique ſuo exemplo à iuſtitiæ itinere fecere deuios. Nec mirum præterea ſi in aliquibus anguſtiis conſtituti, minus dum clamant exaudiuntur, quoniam ipſi ſibimet per auaritię cumulū clauſere miſericordię hoſtiū, cum certiſſimū nihilominus habeatur pro huiuſmodi viciſſitudine flagitij, ſæpiſſime imminere communem cladē populis & animantibus cunctis, nec non etiam plurimam peſtem frugibus videlicet ex intemperie aëris. Sic quippe fieri contigit, vt hi ſcilicet qui omnipotentis Dei gregi ſibi commiſſo ferre debuerant ſaluationis adminiculum, opponerent eidem conſueti beneficij obſtaculum. Quandocumque enim defuit religioſitas Pontificum, ac marceſſit diſtrictio regularis Abbatum, ſimulque monaſterialis diſciplinæ vigor tepeſcit, ac per illorum exempla cetera plebs mandatorum Dei præuaricatrix exiſtit, quid aliud quā totum ſimul humanum genus rurſus in antiquum præcipitij chaos ſuæ perditionis ſpontanea voluntate illabitur. Ex eiuſmodi rei proculdubio euentu, dudum ille antiquus Leuiathan fiduciam conceperat, quod inundatio Iordanis fluuios illaberetur illius, vt videlicet baptizatorum multitudo per auariciæ appetitum viam veritatis deſerens, demergeretur in interitum. Et qnia, vt ex auctoritate Apoſtolica completum dinoſcitur, frigeſcente ſcilicet charitate, ac ſuperabundante iniquitate in hominibus vtique ſemet plus iuſto amantibus, ſolito crebrius iſta, quæ retulimus circa milleſimum & poſt nati Saluatoris Domini annum vniuerſis mundi partibus contigerunt.

De incendiis & mortibus nobilium. CAP. VII.

SEPTIMO igitur de ſupradicto milleſimo anno Veſeuus mons, qui & Vulcani olla dicitur, ſolito multipliciore hiatu euomens igne permixtam ſulphureo grandium ſaxorum multitudinem, qui vſque in tertium rotabantur miliarium. Sicque ſuo alatu putido circa ſe inhabitabilem cœpit facere prouinciam. Sed neq; hoc puto ſilentio præterire, cur iſtud in ſola Affricana contingat regione. Primum denique ob telluris vacuitatem ex nimio ardore ſolis: & quoniam illud incumbit deuexum ab Oriente Oceanum, mare immẽſos vndarum, erigendo in ſeſe recolligit vertices, quibus videlicet percuſſus, recõditur aër telluris in gremio. Deinde vero, cũ ignifluа vaporatione, quo valet, eructuat ad ſupra, ſi quidem aër ſicut ex ordinali conſtitutione penetrat ſupra, ſic ex eiuſdem ambigua natura humoris ſcilicet atq; caloris ſæpius exagitatus exprimit in aridis ignem, aut in humidis glaciem. Contigit interea pene vniuerſas Italiæ & Galliæ ciuitates ignium incendiis deuaſtari, ipſamque vrbẽ Romanam ex parte maxima igne cremari. Quod dum fieret, beati Petri Eccleſiæ tigna idem ignis arripuit, cœpitque ſub æreo tabulatu conſumendo lambere ligna. Quod cernens vniuerſa hominum multitudo quæ aderat, nullam omnino compeſcendæ cladis artem reperiens, conuerſi vnanimes voce clamantes terribili, ad ipſius Apoſtolorum principis cucurrere confeſſionem, eum imprecantes, ſi non peruigil proprię foret ad præſens defenſor Eccleſiæ, multos in orbe terrarum à ſuæ fidei profeſſione decedere. Statim vero vorax flamma abietinas deſerens trabes, diſparuit. Per idem tempus obierunt in Italia & in Galliis, qui præcipui erant Pontifices & Duces, nec non & Comites. Primitus quoque Papa Ioannes, deinde Hugo Marchionum optimus. Poſt hæc vero per Italiam quique nobiliores, in Galliis namque Odo & Heribertus, quorum prior Turonorum Carnotique, ſequens vero Moldorum atque Trecorum Comes extitit. Tunc temporis etiam Dux Rotomagorum Ricardus obiit, qui monaſterium ædificauerat nimium locuples, in loco qui dicitur Fiſcampus, in quo etiam ſepultus quieſcit. Viellermus quoque Pictauorum Dux ſub eodem tempore vitam finiuit. Pontifices item in Galliis quinq; religioſiores à ſeculo exercuerunt, Manaſſes videlicet vir ſanctitate plenus Trecorum Epiſcopus, & Gislebertus Pariſiorum, nec non & Geboinus Catalonorum cum aliis pluribus, inter quos etiam bonæ memoriæ ſanctus videlicet Maiolus apud Siluiniacum cœnobium vitæ præſentis terminum conſecutus. Cuius ſcilicet vitæ honeſtate precioſus etiam commendat tranſitus. Nam ad illius famam ſanctitatis confluxere ex vniuerſo Romano orbe viri & mulieres vtrorumq; ordinũ plurimi, exinde referentes diuerſarum infirmitatum gratia ſanctitatis; deſæuiebat eodem tempore clades peſſima in hominibus, ignis ſcilicet occultus, qui quodcumque membrorum arripuiſſet, exurendo truncabat à corpore, pleroſque etiam in ſpacio vnius noctis huius ignis conſumpſit exuſtio. Sed cum in plurimis Sanctorum memoriis huius tremendæ peſtis ſint inuenta remedia, maximus tantum concurſus factus eſt ad trium ſanctorum Confeſſorum Eccleſias, Martini ſcilicet Turonorum, atque Odolrici Baioariorum, nec non & iſtius venerabilis patris Maioli, optatæque ſalutis inuenta ſunt beneficia.

De Henrici Ducis morte, & vaſtatione Burgundiæ.

CAP. VIII.

IGITVR anno tertio de ſupradicto milleſimo moritur in Burgundia Dux Henricus apud caſtrum Pulliacum ſuper Ararim fluuium, ſepulturæque Antiſiodori apud eximium Confeſſorem Germanum traditur Octobrio menſe. Sequente vero menſe Decembrio veſpere ſabbati ante diem Dominicæ natiuitatis apparuit in aëre portentum mirabile, ſpecies videlicet ſeu moles ipſa immenſi draconis à Septentrionali plaga egrediens cum nimia coruſcatione petebat Auſtrum. Quod prodigium penes homines vniuerſos qui videre infra Gallias, terruit. Sequenti denique anno aſcendit Robertus Rex in Burgundiam cum magno exercitu pugnatorum, ducens etiam ſecum Ricardum Rotomagorum Comitem cum triginta mil-

tà millibus Normannorum, quoniam Burgundiones ei fuere rebelles, nolentes eum ſuſcipere in ciuitatibus & caſtris, quæ fuerant ducis Henrici eius videlicet auunculi, quin potius ſibi in proprias diuiſere partes, deueniens quoque Rex primitus cum omni exercitu ciuitatem Antiſioderum, eam obſidione circundedit; qui diu ibi crebris aſſultibus fatigatus reſidens, non aduerſus eam præualuit, quæ fertur nunquam fraude vel hoſte fuiſſe decepta. Relicta namque ciuitate, Rex cum vniuerſo bellico apparatu conuertit ſe ad caſtrum beati Præſulis Germani expugnandum, quod munito aggere præpollens hæret ciuitati: vallauerat enim illud Landrici Comitis exercitus, nec non eiuſdem loci familiares viri, hoſtium ſiquidem metuentes ſacri gregis diremptionem. Occurrit interea furenti Regi Odilo venerabilis Abbas Cluniacenſis monaſterii, cupiens interuenire partes vtraſque: ſiquidem vt Regi exhiberetur honorificentia: ſolidaretur concordia principum: pax patriæ firmaretur. Qui minus poſſe fieri cernens quod decreuerat, hortabatur fratres octo tantummodo, qui ad confeſſoris cuſtodiam relicti fuerant: nam cæteros cum ſuo Abbate Hilderico nomine iuſſio Regis inde exire compulerat, vt orationi inſtarent aſſidue, ſi forte Domini pietas eos, pariterque locum a tanta obſidione dignaretur eripere. Sexto igitur obſidionis die illuceſcente, nimio Rex arreptus furore, indutus lorica ſimul & galea, omnemque exercitum dictis exacuens, habens etiam ſecum Hugonem eiuſdem vrbis Pontificem ſolum ex omni Burgundia, parti Regis fauentem. Idem namque Regi in procinctu iam conſtituto occurrit ſupradictus Abbas Odilo illum increpans, eiuſque primates redarguens, cur aduerſus tantum Dei Pontificem, ſcilicet germanum, hoſtili manu inſurrexiſſent: cui ſpecialiter, vt in geſtis illius inuenitur, vſui fuit Dei auxilio & bella compeſcere plurima, & Regum ferocitati reſiſtere. Cuius verbis minus auditum præbentes, quo tendebant peruenerunt, cingenteſque ſupra dictum caſtrum in coronæ modum, certamen illud expugnaturi prœlium inierunt, alternis quoque partibus diu multumque decertantibus, domus ſuæ parti Dei ſubito affuit præſens auxilium; Nam eiuſdem caſtri vniuerſa capacitas ita repleta eſt in hora prœlii teterrima nebula, vt nemini hoſtium a foris peruius foret iaculandi aditus, cum ab intro repugnantibus cernerent ſe graui cæde proſterni; ſicque cum ſuorum maxime Normānorum concitione, dimiſerunt caſtrum incolume, quos licet tarde penitus aduerſus magni meriti locum arma ſumpſiſſe. Contigit etiam vt hora, qua Regis exercitus aduerſus locum ſacrum certamen inire cœpiſſet, vir religioſus Giſlebertus eiuſdem loci monachus, ſuper altare beatæ Mariæ ſemper virginis, quod decentius cæteris in vertice eiuſdem conſtat Eccleſiæ, quemadmodum hora diei tertia quotidie conſueuerat miſſarum ſacramenta celebrare inciperet. quod ſcilicet factum ſatis cœlitus præſtitæ congruit victoriæ. Sequenti igitur die, egrediens Rex inde proceſſit igne cremando res hominum, præter ciuitates, & caſtra tutiſſima vſque in ſuperiores Burgundiæ partes. Qui Franciam rediens, poſt hæc tamen licet tardius ad ſe reuerſis Burgundionibus, proſpere vniuerſam obtinuit regionem.

De fame valida, & infeſtatione Sarracenorum.

Cap. IX.

EODEM autem temporo facta eſt fames præualida quinquennio in vniuerſo Romano orbe, ſiquidem vt nulla audiretur non inops regio, & indigens panę; multique exhauſti inedia de populo perierunt: tunc etiam per plura loca terrarum, non ſolum immundorum animalium, & reptilium, verum etiam virorum ac mulierum, infantiumque carnes compulit fames horrida ſumere in cibum, nulla vel parentum obſtante neceſſitudine: nam eo vſque deuenerat huius ſæuitia famis, vt iam adulti filii conſumerent matres, ipſæque in paruulos remota pietate materna, idem exercerent. Subſequente namq; tēpore, gens Sarracenorū cum Rege ſuo Almuzor nomine, egreſſa eſt ab Africanis partibus occupās pene vniuerſam Hiſpaniæ regionem vſque in Auſtrales Galliarum fines, plurimaſq; Chriſtianorum dedere ſtrages: ſed licet impar exercitu, ſæpius tamē iniit cum eis prœlia VVillermus Dux Nauariæ

cognomento Sanctus; tunc etiam ob exercitus raritatem compulſi ſunt regionis illius monachi ſumere arma bellica, cæſæ denique grauiter vtræque partes, tandem concesſa Chriſtianis victoria poſt grande ſuorum diſpendium, qui ſuperfuere Sarracenorum ad Affricam fecere confugium, ſed & in illis diutinis conflictibus praeliorum conſtat Chriſtianorum Religioſos plures occubuiſſe, qui potius ob fraternæ charitatis amorem cupiebant decertare, quam propter aliquam gloriam laudis pompaticæ, erat quippe eo tempore frater quiſpiam Vulferius nomine dulcis admodum moribus ex conuerſatione in monaſterio cognomento Reo Mama geniſſe, quod eſt ſitum in pago Tarnoderenſe, cui etiam apparuit die quadam Dominica viſio ſatis credulitati commoda: nam dum per expletionem matutinalium laudum in ſupradicto oraturus quieuiſſet monaſterio ceteris fratribus inde aliquantulum ad panſam redeuntibus ſubito repletus eſt totius eiuſdem eccleſiæ ambitus viris ſcilicet veſtibus albis indutis ac purpureis ſtolis inſigniter, quorum etiam continentiæ grauitas plurimum de ipſis inſtituerat eos cernentem; qui vero eos præcedebat crucem manu geſtans, epiſcopum ſe eſſe multarum dicebat plebium, ibique die ipſo ſacra miſſarum celebrare ſe oportere perhibebat. Referebat etiam tam ipſe quam ceteri, ſe illius noctis cum fratribus eiuſdem monaſterij matutinales interfuiſſe ſolemnes. Aſſerebant inſuper optimæ laudis officium, quod audierant illi diei congruere. Erat autem Dominica dies octaua Pentecoſtes, in qua propter gaudij expletionem reſurrectionis Dominicæ, eiuſdemque aſcenſionis, & aduentus Spiritus ſancti. In pleriſque diuerſarum regionum locis mos eſt pſallere Reſponſoria, verbis valde honeſtiſſimis compoſita, ac ſuaui ſonoritate referta, & vt mens valet humana, Deificæ Trinitati condigna. Cœpit interea, qui præerat Epiſcopus, ſuper altare ſancti Mauritij martyris, miſſarum ſolemnia eiuſdem Trinitatis antiphonam intonans celebrare. Interim vero percunctatus eſt ſupradictus frater, qui, aut vnde eſſent, pro quave cauſa illuc deueniſſent. Cui ſatis leniter tale dederũt reſponſum: Profesſionem, inquiunt, Chriſtianitatis geſtamus, ſed ob tutelam patriæ, catholicæque plebis defenſionem, gladius nos in bello Sarracenorum ſeparauit ab humanorum corporum habitatione; idcirco nos omnes pariter diuina vocatio nũc transfer in ſortem beatorum. Sed ideo per hanc prouinciam nobis contingit habere tranſitum, quoniam plures ex hac regione infra breue temporis ſpacium noſtro ſunt addendi collegio. Præterea is, qui miſſarum explebat officium, finita oratione Dominica, pacem omnibus dans, miſitque vnum qui ipſi fratri pacis oſculum daret. Qui cum feciſſet, innuit etiam ei, vt illum ſequeretur. His ita conſpectis, cum vellet eos ſequi, diſparuerunt: intellexit quoque idem frater, ſe in breui ſpacio exiturum à ſeculo, quod etiam ſic contigit fieri. Nam menſe quinto, id eſt Decembrio, poſtquã hæc quæ diximus, viderat, ſui Abbatis imperio perrexit Antiſiodorum gratia medicandi aliquorum, in monaſterio beati Confeſſoris Chriſti Germani, infirmantium fratrum: erat enim medicinæ artis ſtudiis inſtructus. Qui veniens illuc, cœpit commouere illos fratres, pro quorum cauſa aduenerat, vt quam citius, quæ pro ſalute illorũ agenda erant, exercere curarent; cognouerat enim exitum ſuum proximũ fore. Cui dum reſponderent, quieti indulge iam hodie pro fatigatione itineris, vt dies craſtina te valentiorem inueniat. At ipſe ait; ſi hodie, quantum ſupereſt, non expleuero, prout valeo tam die craſtina, noueritis me ex his nihil acturum. Qui ludere illum exiſtimantes, vt erat ſemper alacri mente placidus, quod monuerat, omiſerũt. Die autem altera illuceſcente, præuentus acri dolore, acceſſit prout poterat, ad altare beatæ Mariæ ſemper virginis, ſacra miſſarum celebraturus. Quibus peractis, receſſit ad domum infirmorum fratrum, iamque nimium dolentes artus compoſuit lecto. Cui, vt talibus fieri ſolet, cœperunt palpebræ ſomnium querere inter anguſtias: Repente vero aſtitit ei virgo ſplendida, coruſcans immenſo fulgore, interrogansque illum, quam mentis dubietatem haberet. Quam cum ipſe intuitus fuiſſet, adiecit: Si de itinere metuis, non neceſſe eſt enim, vt paueas, quoniam ego tibi cuſtos extitero. Ex qua viſione ſecurior effectus, ad ſe venire mandans loci Præpoſitũ nomine Achardum, eruditiſſimum valde virum, qui poſtea eiuſdem monaſterij Abbas extitit, narrauit ei non ſolum præſentem, ſed etiam præteritam viſionem ex ordine.

ordine. Qui dixit ei, Confortare frater in Domino: ſed quoniam ea vidiſti, quæ raro humano viſui conceduntur, neceſſe habes perſoluere vniuerſæ carnis debitum, vt in eorum, quos vidiſti poſſis admiſceri conſortium, conuocatiſque cæteris fratribus ſecundum morem ei viſitationem fecerunt. Tertia namque die peracta, incipiente nocte migrauit a corpore. Quem dum cuncti fratres ex more abluere, ac pannis cōponere pararent, lignaq; monaſterii vniuerſa pulſarent, quidā laicus, ſed religioſus, iuxta commanens, ignorans obitum fratris, æſtimanſque ob nunciandos matutinos ſigna pulſari, exſurrexit vt ſolebat pergere ad Eccleſiam: qui cum veniſſet ad pontem quendā ligneum, qui fere in medio erat itinere, audierūt plures ex vicinis voces quaſdam ex latere monaſterii proclamantes huiuſmodi; Extrahe, extrahe, & educ ad nos illum quantocius. Quibus etiam vocibus tale reſponſum eſt redditum; Hunc interim non queo, alium tamen educam ſi potero. Statim vero ille, qui ad Eccleſiam pergebat, cernit ante ſe ſuper pontem quaſi vnum vicinorum ſuorum, reuera ergo diabolum contra ſe venientem, de quo etiam dubitare non poſſet; quin etiam nomine proprio illius vocans, monuitque vt prouide tranſiret. Illico autem malignus ſpiritus turrigera ſpecie in altum ſe erigens, cupienſque decipere hominem eius fallacem pompam viſibus ſequentem: quam tamen dum aſpiceret, eius pes lapſus, grauiter in ponte corruit, qui citiſſime ſe erigens, munienſque ſe ſigno crucis cognita maligni diaboli fraude, regreſſus domum cautior eſt redditus. paulo poſt nempe & ipſe in pace obiit.

De inundantia lapidum. Cap. X.

PEr idem tempus contigit in Burgundia apud caſtrum Ianniacum valde mirum & memorabile præſagium in domo cuiuſdam nobilis, nomine Arlebandi: nam per triennium fere continue per vniuerſam illius domum indicibiliter, vel ab aëre ſiue a tabulatu diſtillauere magni atque parui lapides, ita vt aceruos circa domum ex ipſis eiectis lapidibus vſque nunc in promptu eſt videre. Sed cum die noctuque per domum vbique pluerent, neminem tamen ſuo ictu lædebant, ſed neque vas aliquod infringebant: multi enim ibi limites, quos alii *bonnas* nominant, ſuorum recognouere agrorum: ſimul etiam de viis, & domibus, ac diuerſis ædificiis & prope & longe conſtitutis illuc delati reperti ſunt lapides. Quod etiam futuræ peſtis illius domus fuiſſe familiæ indicium rei probauit euentus: nam extiterat vir ſupra dictus cum vxore ſua de generoſis admodum parentibus, idcirco increuerant eius filiis ac nepotibus paternorum fundorum cum circumiectis vicinis non parua litigia. Contigit ergo non longo poſt ſpatio temporis, vt nullam quandam Alauto cognomine, ſitam in pago Senonico, quæ etiam ex rectorum monaſterii ſanctæ Columbæ virginis largitione viri prouenerat. Sed milites Antiſidori commanentes ipſam eis diripiendo abſtulerant, ipſi tamen toto niſu illam ſibi redintegrari pararent. Cum vero iam plures de hac altercatum annos fuiſſet, imo vindemiarum die bellum inierunt in eadem villa partes vtræque, in quo etiam bello multi ex ambabus partibus ſunt interempti: ex ſupra dicta quoq; domo inter filios & nepotes vndecim ceciderunt. In proceſſu namque temporis imminente iurgio, creſcentibuſque diſcordiis perdurauere cædes innumeræ illius familiæ, illorumque homicidia hoſtium vſque in triceſimum & eo amplius annum.

De Leutardo, inſaniente hæretico. Cap. XI.

EXTITIT circa finem milleſimi anni homo plebeius in Galliis, apud vicum Virturis vocabulo, in pago Catalonico, Leutardus nomine, qui vt finis rei probauit, Sathanæ legatus credi potuit; cuius etiam veſaniæ peruicacia hoc exordium habuit. Morabatur enim aliquando ſolus in agro quippiam ruralis operis peracturus, qui ex labore ſomno depreſſus viſum eſt ei, vt grande examen apum in eius corpus per ſecreta ingrederetur naturæ, quod etiam per illius os nimio cum ſtrepitu erumpens crebris illum punctionibus agitabat, ac diu multum agitato ſtimulis loqui ei videbantur, & multa hominum impoſſibilia percipere vt faceret. Tandem fatigatus exurgens venit domum, dimittenſque vxorem, quaſi ex præcepto Euangelico fecit

BIBL. NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

diuortium: egreſſus autem velut oraturus, intrans Eccleſiam, arripienſque crucem & Saluatoris imaginem contriuit. Quod cernentes quique territi pauore, credentes illum, vt erat, inſanum fore; quibus etiam ipſe perſuaſit, ſicut ſunt ruſtici mente labiles, vniuerſa hæc patrare ex mirabili Dei reuelatione. Affluebat igitur nimium ſermonibus vtilitate & veritate vacuis, doctorque cupiens apparere, dedocebat magiſtrum doctrinæ. Nam decimas dare dicebat eſſe omnimodis ſuperfluum & inane. Et ſicut hæreſes cæteræ vt cautius decipiant ſcripturis ſe diuinis, quibus etiam contrariæ ſunt palliant, ita & iſte dicebat profanas ex parte narraſſe, vtilia ex parte non credenda. Cuius etiam fama, quaſi alicuius mente ſani ac religioſi in breui ad ſe traxit partem non modicam vulgi. Quod comperiens vir eruditiſſimus Lebuinus ſenex Epiſcopus, in cuius ſcilicet erat diœceſi, accerſeri illum ad ſe iuſſit, quem cum interrogaſſet de vniuerſis, quæ dixiſſe vel feciſſe compererat, cœpit venenum ſuæ nequitiæ occultare, cupienſque quod non didicerat de Scripturis ſacris teſtimonia ſibi aſſumere: audiens vero ſagaciſſimus Epiſcopus, non eſſe conuenientia, immo non magis turpia, quam damnabilia, oſtendens hominem inſanientem hæreticum factum, reuocauit ab inſania populum ex parte deceptum Catholicæ plenius reſtituit fidei. At ille cernens ſe deuictum, atque ambitione vulgi deſtitutum, ſemet puteo periturus immerſit.

De hæreſi in Italia reperta. CAP. XII.

IPSO quoque tempore non impar apud Rauennam exortum eſt malum. Quidam igitur Vilgardus dictus ſtudio artis Grammaticæ magis aſſiduus, quam frequens, ſicut Italis mos ſemper fuit artes negligere cæteras, illam ſectari. Is enim cum ex ſcientia ſuæ artis cœpiſſet inflatus ſuperbia ſtultior apparere, quadam nocte aſſumpſere dæmones poetarum ſpecies Virgilii, & Horatii, atque Iuuenalis, apparenteſque illi fallaces retulerunt grates, quoniam ſuorum dicta voluminum charius amplectens exerceret, ſeque illorum poſteritatis felicem eſſe præconem, promiſerunt ei inſuper ſuæ gloriæ poſtmodum fore participem: hiſque dæmonum fallaciis deprauatus, cœpit multa turgide docere fidei ſacræ contraria, dictaque poetarum per omnia credenda eſſe aſſerebat. Ad vltimum vero hæreticus eſt repertus, atque a Pontifice ipſius vrbis Petro damnatus. Plures etiam per Italiam tempore huius peſtiferi dogmatis reperti, quique ipſi aut gladiis, aut incendiis perierunt. Ex Sardinia quoque inſula, quæ his plurimum abundare ſolet, ipſo tempore aliqui egreſſi, partem populi in Hiſpania corrumpentes, & ipſi a viris Catholicis exterminati ſunt. Quod præſagium Ioannis Prophetiæ congruit: quia dixit Sathanam ſoluendum, & expletis mille annis, de quibus in tertio iam libello prolixius tractabimus.

Explicitus eſt liber Secundus.

LIBER TERTIVS.

NVNC igitur quoniam de priorum geſtis aliqua retulimus ab illoque infra, vt ſpopondimus, anno videlicet milleſimo nati cuncta viuificantis verbi tertii ſumamus incitamen huius operis libelli. Eo autem, vt diximus, imminente priuatus eſt pene orbis vniuerſus, perſaniſque, religioſiſque nobilibus. Claruere tamen ab eodem anno tam in Italia, quam in Galliis vtrarumque ordinum viri, quorum vita, & operatio queunt poſteris immutabilia informare exempla. Regnantibus quoque duobus Chriſtianiſſimis Regibus Henrico ſcilicet Saxonum Rege, & Roberto Francorum. & ſi ab exteris nationibus illorum quieuerunt patria creberrima: tamen præliis fatigare, fatigata ſunt inteſtinis. Sicut enim aliquando perfidis honor exhibetur ex timore, ita bonis infertur pro ſua reuerentia timor. Nam cum ab omni Romanorum populo, intercedente Papa Benedicto, viro ſanctiſſimo Henricus adſciſceretur in imperium Longabardorum gens conſueta fraude diſſenſit, ſibique Regem Arduinum quendam vngentes inſtituerunt. Sed licet diu multumque

cumque renitentes, poſtea tamen cum cæde ſuorum maxima, Imperialibus ſemet ſubdidere præceptis. Qui veniens Papiam, ab eiſdem Longobardis miri operis palatium ſibi conſtrui fecit: potitoque decenter imperio, accepit in regno ſuo coniugem, filiam ſcilicet Siefredi Saxonum Ducis, ex qua etiam cernens non poſſe ſuſcipere liberos, non etiam propter hoc dimiſit: ſed omne patrimonium, quod liberis debebatur, Chriſti Eccleſiæ contulit. Ædificauit quoque monaſterium in Saxonia loco, qui dicitur Banoberch, id eſt, banonis mons: lingua enim Theutonica Berch mons appellatur. Quod etiam monaſterium donis innumerabilibus locupletatum a Pontifice Romano ſupra dicto, ſcilicet Benedicto in honore Apoſtolorum Principis dedicari fecit, atque eiuſdem Pontificis vſus conſilio, eandem Eccleſiam in Epiſcopalem ſublimauit ſedem, conſtitutoque in ea Epiſcopo ampliſſimorum fundorum redditibus eſſe fecit locupletem.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII.

1. *De Stephano Rege Vngrorum bellis Beneuentanorum.*
2. *De Roberto Rege Francorum.*
3. *De ſtella Cometa, quæ apparens plurima portenderit.*
4. *De innouatione Eccleſiarum in toto orbe.*
5. *De monaſteriis reædificatis bene a VVillermo Abbate, vel inſtitutis.*
6. *De ſanctorum pignoribus vbique reuelatis.*
7. *De euerſione templi Hieroſolymorum, & cæde Iudæorum.*
8. *De hæreſi apud Aurelianos reperta.*
9. *De filiis Regis eiuſdem.*

De Stephano Rege Vngrorum bellis Beneuentanorum.

CAPVT I.

IPso igitur tempore Vngrorum gens, quæ erat circa Danubium cum ſuo Rege ad fidem Chriſti conuerſa eſt, quorum Regi Stephano ex baptiſmate vocato, decenterque Chriſtianiſſimo, dedit memoratus Imperator Henricus germanam in vxorem. Tunc temporis cœperunt pene vniuerſi, qui de Italia, & Galliis ad ſepulchrum Domini Hieroſolymis ire cupiebant, conſuetum iter quod erat per fretum maris, omittere, atque per huius regionis patriam tranſitum habere: ille vero tutiſſimam omnibus conſtituit viam; excipiebat vt fratres quoſcunque videbat, dabatque illis immenſa munera. Cuius rei gratia prouocata innumerabilis multitudo, tam nobilium, quam vulgi populi Hieroſolymam abierunt. Tunc etiam Imperator Baſilius ſancti Imperii Conſtantinopolitani præcepit cuidam ſatrapæ ſuo illi, qui cognominatur Cataponti, eo ſcilicet, quod iuxta mare inhabitet, vt a tranſmarinis ciuitatibus quæ Romano debentur imperio, veniens tributa exigeret, qui libenter annuens, miſit Græcorum claſſem ad res Italicas ſublaturas: hoc vero pertemptatum eſt per duorum annorum ſpacium; non parua etiam pars ſubiugata eſt a Græcis Beneuentanæ prouinciæ. Contigit autem ipſo in tempore, vt quidam Normannorum audaciſſimus, nomine Rodulphus, qui etiam Comiti Richardo diſplicuerat: cuius iram metuens cum omnibus, quæ ſecum ducere potuit, Romam pergeret, cauſamq; propriam ſummo Pontifici exponere Benedicto, qui cernens eum pugnæ militari elegantiſſimũ, cœpit ei querelam exponere de Grçcorum inuaſione Romani imperii, ſeque multum dolere, quoniam minime talis in ſuis exiſteret, qui repelleret viros exteræ nationis. Quibus auditis ſpopondit ſe idem Rodulphus aduerſus tranſmarinos prœliaturũ, ſi aliquod ei auxiliũ prçberent, vel illi quibus maior incũbebat genuinæ neceſſitudo patriæ. Tũc vero prædictus Papa miſit illũ cũ ſuis ad

Beneuentanos primates, vt eum pacifice excipetent, ſemperque prœliaturi præ ſe haberent, illiuſque iuſſioni vnanimes obedirent. Egreſſus ad Beneuentanos, qui eum vt Papa iuſſerat ſuſcepere. Illico autem illos ex Græcorum officio, qui vectigalia in populo exigebât inuadens Rodulphus, diripuit quæq; illorû ac trucidauit. His itaque auditis illorum ſocii, qui iam plures ciuitates & caſtella propriæ ſubiugauerant ditioni, coacto in vnum ſuorum exercitu inierunt prœlium aduerſus Rodulphum eos, qui eius fauebant parti: in quo ſcilicet prœlio pars Græcorum occubuit maxima, inſuper & caſtra aliqua dimiſere vacua: quæ ſubſequutus Rodulphi exercitus victor obtinuit. Viſa igitur Græci ſuorum cæde, miſerunt Conſtantinopolim, vt auxiliaretur eis quantocius ab his, qui eos miſerant; ſtatimque reformantes claſſem, multo plures, quam prœliaturus prius miſerunt. Interea cum auditum eſſet vbique, quoniam paucis Normannorum conceſſa fuiſſet de ſuperbientibus Græcis victoria, innumerabilis multitudo etiam cum vxoribus, & liberis proſecuta eſt a patria, de qua egreſſus fuerat, Rodulphum, non ſolum permittente, ſed etiam compellente, vt irent Richardo illorum comite. Egredientes autem ſatis audacter venerunt ad loca Alpium, qui & mons Iouis dicitur, vbi etiam in anguſtiſſimis ſemitis præpotentes regionis illius conſtituerant, imperante cupiditate, ſeras & cuſtodes ad pretia tranſmeantium exigenda. At illi Normãnorum exercitus confractis ſeris, cæſiſque cuſtodibus, per vim tranſitum fecerunt; egreſſique non paruum Rodulpho contulerunt auxilium: ſicque pars vtraque reſumptis viribus ſecundo inierunt prœlium, in quo vtrorumque exercitus grauiter cæſus, Normãnorum tamen exercitui victoria prouenit. Poſt paululum vero terno commiſſo prœlio, in ſe ſe pars vtraque feſſa cohibuit; perſpicienſque Rodulphus ſuos defeciſſe, viroſque illius patriæ minus belli aptos cum paucis, per Rex ad Imperatorem Henricum expoſiturus ei huius rei negotium; qui benigne illum ſuſcipiens diuerſis muneribus ditauit: quoniam rumor, quem de illo audierat cernendi contulerat deſiderium. Protinus Imperator congregans exercitum copioſum ob tuendam Rempubl. ire diſpoſuit. Tandem vero Græci putantes a patria fugiſſe Rodulphum, proſilierunt ad caſtra, quæ ipſe victor ab eis abſtulerat ſe ne quicquam: nam & veterem Troadem ciuitatem feſtinanter cinxere muris, replentes eam copioſe viris & mulieribus. Interea Imperator pergens ad regionem Beneuentanam, expugnauit ac ſubdidit vniuerſas ciuitates & caſtra, quæ Græci ſurripuerant eius imperio. Ad ſupra dictam autem cum veniſſet Troadem, rebellantes qui intus erant, diu multumque ei reſtiterunt: nam ſperabant vt ſibi futuræ æſtati, ſicut Græci promiſerant fore, Baſilius ſuccurreret. Inſuper adiicientes in rantum Henticum humiliari, vt pedes Baſilii territus pauore ſuſciperet: at ille circundans ciuitatem ſui exercitus obſidione inſtruxit machinas, vt eam per vim caperet. Illique de intus noctu egreſſi, tulerunt ſecum faces pice perlitas, igneque ſuccenſas machinas a foris cremauerunt. Quod cernens Imperator accenſus ira potiores fecit reinſtrui machinas, crudoque circundari corio vigilantiq; cuſtodia iuſſit illas tueri. Exacto igitur iam tertio obſidionis menſe, alterniſq; cædibus vtriq; nimium feſſi, namque exercitum Imperatoris diſſenteria clades oppido vexauerat: tandem obſeſſi meliore vſi conſilio, inuenerunt viam euadendi diſcriminis. Quadam autem die accipientes ſolitarium quendam, indurum monachali habitu, quibus etiam Italia plurimû abûdat, dederunt ei crucê geſtare, miſeruntq; poſt illû omnes ciuitatis pueros minoris ætatis, ſicq; exclamando, Kyrie eleiſon, deuenit ad Imperatoris tentorium: quod audiens Imperator iuſſit interrogari quid ſibi vellent, cumq; reſpôſum fuiſſet, quod miſereri a ſe afflictæ ciuitati implorarent, reſpondit; Optime nouit ipſe, qui agnitor eſt cordium, inquit, quoniam magis quam ego horum paruulorum patres illorum ſunt homicidæ, illachrymanſque iuſſit, vt ſalui in ciuitatem redirent. Fecerunt autem vt iuſſerat Imperator. Altera quoque die iterum primo mane proceſſerunt a ciuitate vt prius clamantes, Kyrie eleiſon vſque dum ſonoritas vocum illorum aures pulſaret Imperatoris, qui ſtatim egreſſus tentorio, reſpicienſque pupillorum turbam, pietate permotus, vt erat vir ſapientiſſimus, voce Dominica vſus, ait; Miſereor ſuper turbam. Nam ante iam dixerat, quoniam ſi ei contingeret capere ciuitatem, quicquid maſculini ſexus inue-

niretur

niretur, in ea ſuſpenderetur patibulis: reliqua vero igne cremari, ipſiuſque ciuitatis mœnia ad ſolum pertrahi. Præterea mandauit Imperator illis, qui in ciuitate ceteris præerant, vt ſi indulgeri ſibi ab eo vellent, iramque eius placare, ipſimet ſubuerterent partem murorum ciuitatis, quæ contra ſuas machinas rebellis ſtare videbatur. Qui audientes, certatim impleuerunt, quod eis mandatum fuerat. Poſt hæc quoque præcepit Imperator eos pacifice ad ſe egredi, murumque ciuitatis ab eiſdem reædificari, acceptiſque pacis obſidibus ab vniuerſis regionis illius prouincialibus, reuerſus eſt Saxoniam. Normanni quippe cum ſuo Duce Rodulfo reuerſi in ſuam patriam, gratanter recepti a proprio Principe Richardo. Sequenti denique anno menſe Iulio obiit Henricus Imperator apud Saxoniam, ſepultuſque eſt honorifice in monaſterio Bauoberch, quod ipſe, vt dictũ eſt, in honore Apoſtolorum Principis ædificauerat.

De Roberto Rege Francorum. CAP. II.

IN præſcripto igitur tempore diſponente Francorum regnum Roberto Rege plurimas ei intulere ſui contumeliæ inſolentias, illi maxime quos aut ex mediocri, aut ex infimo genere tam ipſe, quam vterque Hugo ei ſcilicet pater atque auus fecerunt maximis honoribus ſublimes. Inter quos fuit Odo rebellionum maximus, qui fuit filius Tebaldi Carnotenſis cognomento Fallacis, ceterique quamplures inferioris potentiæ, qui ex inde extiterunt ei rebelles, vnde eſſe debuerant humiliores. Quorum non diſpar fuit ſecundus Odo, filius ſcilicet prioris Odonis, qui quãto potentior, tanto fraudulentior ceteris. Nam cum obiiſſet Stephanus comes Threcorum & Meldorum Heriberti filius, ipſius Regis conſobrinus abſque liberis, apparuit idem Odo contra Regis voluntatem vniuerſa quæque latifundia in Regis videlicet dominium iure ceſſura: fuit etiam iuge litigium & bella frequentia inter ipſum Odonem & Fulconem Andegauorum comitem, quoniam vterque tumidus ſuperbia, iccirco & pacis refuga. Nec non etiam VVillermus Henrici Ducis priuignus ac Alberti Longobardorum Ducis filius eidem Regi aliquando rebellis extitit fauente ei Landrico Neuernis Comite, qui eius filiam vxorem duxerat, & Brunone Lingonenſi Epiſcopo, cuius habebat in matrimonio ſororem, ex qua ſuſcepit filios & filias, de quibus prius natam Landricus, reliquas vterque VVillermus ſcilicet Pictauenſis & Arelatenſis duxere vxores, vnuſque filiorum eius Ralmaldus nomine duxit filiam Richardi Rotomagenſis Ducis ad Eledam nomine vxorem. Qui licet aduena puer etiam furtim ſublatus a Longobardorum patria matrique non mediocriter aſtute per quendam monachum redditus in Burgundia in tantum conualuit, vt in diuitiis & in militia non inueniretur ſecundus in patria. Sed huic plurimũ aduerſatus reſtitit Hugo filius Lamberti Cambillonenſis Comitis viri honeſtiſſimi, qui inter cetera quæ geſſit optima, monaſterium etiam conſtruxit in pago Auguſtidunenſe, quod dicitur Paredo in honore ſanctæ Mariæ, ſanctique Ioannis Baptiſtæ; in quo etiam ſepultus honorifice quieſcit: fuit enim idem Hugo Epiſcopus Antiſiodori, regenſque comitatum patris ex imperio Regis, quoniam præter eum pater non habuit ſobolem ſexus maſculini. Idcirco hoſtibus Regis contrarius, quoniam Regi fidiſſimus parebat in omnibus. Accepit autem ſupradictus Rex illius cognatam nomine & animo Conſtantiam inclitam Reginam, filiam videlicet quatuor & filias duas. Extitit tamen aliquando quidam Hugo dictus Beluacenſis, qui inter ipſum Regem, eiuſque coniugem nequam ſemen odiis ſpargebat, ſuique gratia præmii reginam ei fecerat odioſam. Tantam denique inſuper gratiam a Rege conſecutus fuerat, vt comes palatii haberetur: factumque eſt, vt die quadam Rex in ſilua venatum iret, idemque Hugo, vt ſemper ſolebat cum illo, veneruntque miſſi a Fulcone Andegauorum Comite, cognato ſcilicet eiuſdem Reginæ, fortiſſimi milites duodecim, qui ſupra dictum Hugonem ante Regem trucidauerunt. Ipſe vero Rex, licet aliquanto tempore tali facto triſtis effectus, poſtea tamen vt decebat, concors Reginæ fuit. Hic itaque Rex, vt ſapientiſſimus Dei cultor, ſemper fuit humilium amator, ſuperborumque vt valuit oſor. Si qua enim Pontificalis ſedes in ſuo regno proprio viduaretur præſule, cura erat maxima vt vtilis paſtor, licet genere in-

ſimus reſtitueretur Eccleſiæ potius quam nobilitatis eligeretur perſona ſecularis pompæ. Qua de cauſa etiam primates regni ſenſit plurimum contumaces, qui deſpectis humilibus, ſui ſimiles eligebant ſuperbos. Fuit enim ei pax cum Regibus in gyro regni ſui poſitis, maxime cum ſupra dicto Imperatore Henrico. Nam cum aliquando ad inuicem colloquendũ ſuper Moſam fluuium, qui limes eſt vtriuſque regni conueniſſent, pluresq; ex ambabus partibus inuſitarent indecens eſſe, vt quis illorum tantorum ſcilicet Regum ſemet humilians, quaſi in alterius tranſiret auxilium, hoc etiam fore potiſſimum, vt in fluminis medio nauibus portarentur ſimul locuturi. Sed viri eruditiſſimi illud vterque in mente habens, quanto magnus es, humilia te in omnibus. Primo namque mane ſurgens Imperator, tranſiit cum paucis ad Regem Francorum, nimioque amplexu ſemet deoſculantes, ſacramentiſque miſſarum decenter ab Epiſcopis in conſpectu illorum celebratis, prandere vtriſque ſimul congruit. Expleto quoque prandio obtulit Robertus Rex immenſa munera auri atque argenti & pretioſarum gemmarum Henrico, centum inſuper equos honeſtiſſime phaleratos, ſuper vnum quemq; lorica & galea; mandans inſuper tantum illorum amicitiam imminuere, quantum contingeret ex omnibus illi relinquere. At Henricus cernens amici liberalitatem, ſuſcepit ex illis tantum librum Euangelii, aureis lapidibus pretioſis inſertum ac philaterium ſimile factum, continens dentem ſancti Vincentii, Leuitæque martyris: vxor vero illius pares auri tantum naues accepit; cætera autem egrediens in gratia dimiſit. Sequenti igitur die iterum Rex Robertus cum Epiſcopis ad Imperatoris tentoria tranſiens, qui eum ſatis ſublime ſuſcipiens, expletoque ſimul prandio centum libras ei ex auro puro obtulit, Rex quoque pares tantum naues auri ex illo ſumpſit, firmatoque vterque pacto amicitiæ, rediere ad propria. Ab aliis quoque Regibus ſatis gratifice fuit ſemper habitus ab Alrado ſcilicet Rege Anglorum & Rodulpho Rege Auſtraſiorum, necnon & ſancto Rege Nauatriæ, Hiſpaniarũ, mittebãtq; ei munera, & petebant ab eo auxilia.

De ſtella Cometa, quæ apparens plurima portenderit. CAP. III.

APPARVIT igitur præfati Regis tempore in Occidentalis aëris parte ſtella; quæ vocatur Cometa Septembrio menſe incipiente nocte perdurans ſpatio trium menſium: quæ ſcilicet nimia claritate fulgens, maximam aëris partem ſibi illuſtrando vendicabat, vſque dum circa galli cantum occumberet. Sed vtrum nouiter adeo ſtella mittatur, ſeu ab eodem ob gratiam portenti alicuius ſtellæ lumen multiplicius augeatur ipſi ſoli ſcire competit, qui cetera indicibiliter ſua ſapientia diſponit: illud tamen habetur probatiſſimum, quoniam quotiens huiuſmodi hominibus oſtenditur fieri in mundo paulo poſt quoddam mirum atque terribile patenter innuitur. Deniq; contigit in proximum Eccleſiam beati Michaelis Archangeli cremari incendio, quæ ſcilicet conſtituta in quodam promontorio littoris Oceani maris, toto orbe nũc vſq; habetur venerabilis. Nam & inibi certiſſimum conſpicitur, videlicet ex incremento atque detrimento lunari eundo ac redeundo proceſſu mirabili in gyro eius promontorii reuma ſcilicet Oceani. Cuius etiã maris excrementum *malinas* vocant, decrementum quoq; *ledones* nuncupant: atque ob hoc maxime prædictus locus a plurimis terrarũ populis ſæpius frequentatur. Eſt etiam non longe a prædicto promõtorio fluuiolus cognomẽto Arduus, qui poſt hęc paullulum excreſcens per aliquod tẽporis ſpatium intranſmeabilis effectus, atq; ad prędictam Eccleſiam ire volentibus viam plurimum impediẽs aliquantiſper eiuſdem itineris obſtaculum fuit: poſtmodũ vero in ſe ſe rediens profundiſſime littus ſuo curſu ſulcatũ reliquit. His ita geſtis, contigit, vt venerabilis Abo pater monaſterii S. Benedicti Floriacenſis cognominati gratia propagãdæ religionis monaſticę in prouinciam tranſiret meridianorum Vuaſconũ. Cumq; illuc deueniẽs in quodam moraretur cœnobio, ibiq; more ſolito ea quę Dei ſunt ſedulo exerceret, nimio a cũctis venerabatur affectu. Accidit igitur die quadã, vt in atrio eiuſdẽ cœnobii exardeſcentibus, quorũ dam litigioſorum irarũ ſtimulis nimiũ acer oriretur tumultus. Dũq; vir reuerendiſſimus prędictus videlicet Abo cõperiens ad eundem tumultũ ſedandum pugillares gerẽs in manibus tabellas cũ ſtillo proceſſiſſet vnus e vulgo afflatus ſpiritu diabo-

Diabolico irruens in eum, eiuſque latus lancea perforans, Chriſti martyrem fecit. Qui etiam, vt fertur, paulo poſt arreptus a dæmone, miſerabiliter vitam finiuit: corpus vero prædicti patris tam ſui, quam cæteri, quique fideles eiuſdem prouinciæ honorifice ibi ſepelierunt, vbi etiam ad laudem ſui nominis perplura poſtmodum Dominus largitus eſt hominibus beneficia. Tunc igitur temporis in Italia, atque in Galliis plerique Epiſcoporum nonnulla inter ſe de diuerſis quæſtionibus habuere Synodorum conciliabula. Nam de ieiuniis, quæ plerique fidelium ſcilicet inter aſcenſionem Saluatoris, & Pentecoſten obſeruant, ita decreuerunt, vt ne per imperium ſacerdotum fierent, excepto ſabbatho Pentecoſten, & a quibus fieri vellent, prohiberentur fieri; ſimulque incidit quæſtio, cur monachi per tres vel quatuor Dominicas dies ante diem Natiuitatis Dominicæ, ſeu quadrageſimalis obſeruationis tempore hymnum ſcilicet, *Te Deum laudamus*, decantarent contra morem Romanæ Eccleſiæ. Qua videlicet quæſtione aggreſſi tam Abbates, quam monachi, reſponderunt ſe pro nulla re illud agere, niſi ex beati Benedicti nominatiſſimi, atque excellentiſſimi Patris præceptione. Cuius etiam actus ſimulque dicta a ſummo Romanorum Pontifice, videlicet Gregorio haberentur deſcripta, ac laudabiliter roborata; his denique comperti Epiſcopi vſus monachorum authentico ex more viguit: nec non etiam de die adnunciationis Dominicæ, qui celebratur octauo Kalendarum Aprilium, ſi forte quolibet alio tempore præter quadrageſimam excoli congruentius potuiſſet, ab eiſdem Pontificibus non parua illata eſt quæſtio. Ferebatur enim a quibuſdam, eandem videlicet annunciationem Dominicam more Hiſpanorum quintodecimo Kalendarum Ianuariarum die irreprehenſibiliter poſſe celebrare. Nam cum ego poſtmodum in monaſterio Cluniacenſi cum cæteris fratribus degerem, conuenerunt illuc ab Hiſpaniis, quam partes honeſtæ commiſerationis iamdudum more viuentes propriæ regionis monachi; propinquante vero die Natiuitatis Dominicæ, petierunt prædicti monachi venerabilem Odilonem eiuſdem loci Abbatem, vt more ſuorum liceret eis celebrare annunciationem; quod cum feciſſent, ſegregati a cæteris, viſum eſt nocte eadem duobus ſenioribus loci, quod vnus de Hiſpanis fuſcina focaria arriperet deſuper altare puerum, mitteretque illum in ſartaginem prunis plena, ita clamantem: Pater, Pater, quod tu dediſti, iſti auferunt. Quid plura apud nos antiqua conſuetudo vti decebat, præualuit.

De innouatione Eccleſiarum in toto orbe. Cap. IIII.

Igitur infra ſupra dictum milleſimum, tertio iam fere imminente anno, contigit in vniuerſo pene terrarum orbe, præcipue tamen in Italia, & in Galliis innouari Eccleſiarum baſilicas, licet pleræque decenter locatæ minime indiguiſſent: æmulabatur tamen quæque gens Chriſticolarum aduerſus alteram decentiore frui. Erat enim inſtar ac ſi mundus ipſe excutiendo ſemet reiecta vetuſtate, paſſim candidam Eccleſiarum veſtem indueret. Tunc deniq; Epiſcopalium ſedium Eccleſias pene vniuerſas, ac cætera quæque diuerſorum ſanctorum monaſteria, ſeu minora villarũ oratoria in meliora quiq; permutauere fideles. Eo quoq; tempore inter cætera beati Martini Turonis monaſterium emicuit, a venerabili ſcilicet viro Henrico eiuſdem loci archiclauo euerſum, atque ante ipſius obitum mirifico opere reædificatum. De cuius etiam vita & conuerſatione, qualis a pueritia vſq; ad præſentis vitæ terminũ extitit, ſi quis referre queuiſſet, pleniter incomparabilem huius temporis oſtenderet virum hominibus. Duxit enim ex nobilibus Francorum mente, nobilior ipſe proſapiam, & vt lilium vel roſa de ſpinis, de ferocioribus ſecundum ſanguinem patriæ fuit, qui vt generoſioribus mos eſt nobiliter educatus; dehinc vero ſcholis artium liberalium applicatus. Sed intelligens ex his pleroſque plus fore contumaces, quam diuinæ obedientiæ ſubditos, ſufficere ſibi credidit, ſi exinde ſalutem animæ reportaret. Relictis autem pompaticæ ſcientiæ ſtudiis, ad quoddam monaſterium clam ingrediens monachum ſe fieri ſatis deuote poſtulauit. Sed quoniam, vt diximus, clari erat generis, idcirco parentum minas pertimeſcentes, nullo modo acquieuere fieri, quod popoſcerat fratres eiuſdem monaſterii. In hoc tamen

illum ſeruantes ei fidem dederunt, vt ſi ius non obſtaret parentum ſcilicet ipſius libentiſſime quod petebat expletent. Tandem inibi commemorans qualis poſtmodum futurus eſſet, dans ſanctitatis indicium, vniuerſiſque ibi degentibus imitabile prębuit exemplum. Comperiens vero patet eius quod fecerat, furore arreptus venit ad prædictum monaſterium, filium ex inde abſtracturus; reuera potioribus lucris inſeruientem, ſatiſque verbis tedargutum, vim ei faciens, duxit illum inde ſecum vſque in Regis curiam, ipſumque Regem obſecrans, vt eius animum ab hac intentione bonotum ſponſionibus reuocaret. Quem cernens Rex videlicet Robettus, vt erat pius ac religioſus, dulcius illum exhortans, qualiter bonum propoſitum mente integra conſeruare ſatagetet, arque in præſeus beati Martini Eccleſiæ Archiclauum eſſe præcepit, cupiens illum poſtmodum ceteris mutabilem conſtituere Pontificem. Id deni.ꝗ multotiens pattem pratum eſſe: ſed ipſo renuenre effectu caruit; ſuſcepta quippe ac ſi coactus Eccleſiæ cura, veſteque alba tectus, inrerdum more canonico mentem tamen & vitam plenitet poſſedit monachicam. Nam ſemper ad uudum tectus cilicio inrefragabili macerans corpus, ieiunio ſibi parciſſimus, largus paupetibus, vigiliis & orationibus inſtabat aſſiduis. Præterea vir Deo plenus, meute coucepit, vt Eccleſiam cui cuſtos adſcitus fuerat, amplioris altioriſque totius operis corpore ſublimaret: ſancto itaque Spiritu ſe docente, deſignante Latomis incomparabilis iactare fundamētum operis, quod ipſe vt optauerat ad perfectum duxit. Expleto itaque opere, accerſitiſque plurimarum vrbium Epiſcopis opus prædictum Deo conſecrari ſtuduit, ipſoque die ſecundum Dei confeſſorem Martinum intro ſicut decebat repoſuit: Venerabatur euim eo die prætentæ dedicatio baſilicæ, quarto videlicet Nonarum menſis Iulii. Fertur etiam, quoniam idem vir Domiui Herineus anre aliquot dies præfatæ tranſlationis Dominum rogauiſſet, vt ad oſtenſionem dilectionis ſponſæ ſuæ Eccleſiæ pet beatum Martinum, vt olim fecerat, quodcuuque miraculum dignaretur demonſtrare. Cui in oratione proſtrato apparuit idem confeſſor blando vſus alloquio, ita inquiens; Hocquod petis, fili dilectiſſime, ſcito tepotiora poſſe apud Dominum impetrare: ſed tempori huic ſufficere debent exhibita dudum miracula, quoniam contiguum iuſtat prius exſparſi ſeminis collecturæ meſſis. Sola euim animarum erigens medela exoranda eſt vniuerſis: pro his enim Domini miſericordiam obſecrare miuime omitto; namque pro his uoueris me apud Dominum præcipue intetueuire, qui illi aſſidue in præſeuti ſeruiunt Eccleſia: quidam enim illorum plus iuſto præſentis ſeculi implicati negotiis, armis inſuper militaribus famulantes, quibus trucidati in prœlio deciderunt. De quibus nolo te latear, quouiam vix apud Chriſti clementiam obtinui vt erepti de miniſtris tenebrarum locis refrigerii ac lucis ſiſtere mererentur. Ceterum tu delectabile Domino votum, vt cœperas exple. Superueniente igitur deſignato die, congtegatiſque Epiſcopis, & Abbatibus cum innumera multitudine fidelium vtrorumque ſexuum & ordiuum, priuſquam inciperent ſacra fieri, vir reuetendiſſimus Heriueus ſanctionbus qui conuenerant ſacerdotibus, hoc quod ei reuelatum fuerat, manifeſtare cutauit: peracta vero ex more ſacratione, omnibus vtenſilibus rite compoſitis, cœpit idem vit artioris vitæ macerationibus ſeſe conterere, atque ſolitarius in exigua penes Eccleſiam cellula pſalmis & orationibus vacans degere. Qui cum poſt hæc anno quarto cognouiſſet ſe in bteui migraturum a ſeculo, iam iamque ægrotare cœpiſſet, ac plures ad eum viſitandi gratia concurrerent, ſimulque præſtolantes in eius diſceſſu aliquod fieri miraculum videre, vt pote qui tanti meriti præſciebant virum. Ipſe vero mente ſagaci prædixit illis ac mouuit vt alia curatent, ſignum quod & minime eſſent viſuri, ne expectarent: pto ſe potius obſectabar, vt piiſſimum Dominum attentius orarent. Iam ſiquidem ptopinquans ſui exitus horam erectis in cœlum manibus & oculis crebetrime dicebar, Domine miſerere, Domine miſetere; ſicque inter hæc verba vltimum efflauit ſpiritum, ſepultuſque eſt in eadem Eccleſia, in eo ſcilicet loco, vbi primitus beatus Martinus ſepultus quieuerat.

De monaſteriis readificatis bene a VVillermo Abbate, vel inſtitutis.

CAP. V.

CLARVIT eo in tempore in prædicta domorum Dei melioratione venerabilis Abbas VVillermus a beato ſiquidem Maiolo primitus Eccleſiæ Sancti Martyris Benigni pater conſtitutus. Quam videlicet Eccleſiam illico tam mira locatione permutauit, vt huiuſcemodi alter difficile queat inueniri; regulari etiam diſtinctione non minus effloruit, atque incomparabilis huius ordinis ſuo tempore propagator extitit. Sed quantum pro hac re diligebatur a religioſis & piis, tanto magis detrahebatur, inſidiabaturque a fraudulentis & impiis: fuit enim ex Italia ortus nobilem ducens a parentibus proſapiam: nobilior tamẽ illuſtrem per aſſecutam ſcientiam. Nam in eodem territorio, ſcilicet in fundo, qui ei parentum iure debebatur, prius vocato Vulpiam conſtruxit monaſteriũ totius Græciæ abundantiſſimum: poſtea ab ipſo mutato nomine Frutuarenſe cognominatum. Quod cum multigenis locupletaſſet beneficiis, conſtituit ibi monachorum patrem, per omnia ſe imitantem nomine Ioannem: erat enim prędictus VVillermus acer ingenio, & inſignis prudentia, idcirco ſummum in palatiis Regum ac cæterorum Principum obtinebat locum. Quodcunque denique monaſterium proprio induebatur paſtore, ſtatim compellebatur tam a Regibus, vel comitibus, quam a Pontificibus, vt meliorandi gratia illud ad regendum ſuſciperet, quoniam vltra cætera diuitiis, & ſanctitate ipſius patrocinio aſſumpta cernebantur excellere monaſteria. Ipſe quoque firma teſtabatur aſſertione, quia ſi huius inſtitutionis tenor quocumque loco a monachis cuſtodiretur, nullam omnino indigentiam cuiuſcunque rei paterentur. Quod etiam euidentiſſime declaratum eſt in locis ſibi commiſſis: fertur ſiquidem eadem inſtitutio vſuſque huius conſuetudinis ex ſancti patris Benedicti monaſteriis vel regula exordium habuiſſe, atque per beatum Maurum, ipſius videlicet diſcipulum, ad noſtrum, id eſt, Gallicanum territorium delatam fuiſſe. Extat etiam veridica relatio: quoniam poſt beati Mauri obitum, ſuccedenti tempore hoſtium infeſtationibus expulſi monachi à monaſterio cognomento Glaunofolio, quod ipſe conſtruxerat, ſicut in eius geſtis habetur. In Andegauenſe territorio, venienteſque ad monaſterium ſancti Sanini Confeſſoris Pictauenſis tulerunt ſecum totam, quæ valuere ſuppellectilem, ibique per aliquod ſpatium temporis ea, quæ didicerant operam dedere: ruſuſque illo frigeſcente eiuſdem diſtrictionis tenore apud monaſterium ſancti Martini Auguſti Dunenſis ſuſcepta dignoſcitur aliquotiens viguiſſe: deinde vero quaſi tertia tranſmigratione in ſuperiore Burgundia locatum Balinenſe occupauit monaſterium. Ad vltimum quoque prædicta videlicet inſtitutio iam pene defeſſa, auctore Deo elegit ſibi Sapientiæ ſedem, vires collectura, ac fructificatura germine multiplici, in monaſterio ſcilicet cognomento Cluniaco, quod etiam ex ſitu eiuſdem loci adcliuo, atque humili tale ſortitum eſt nomen: vel etiam, quod aptius illi congruit, a cluendo dictum, quoniam cluere, creſcere dicimus; inſigne quippe incrementum diuerſorum donorum, a ſui principio in dies locus idem obtinuit. Conſtruxit igitur prædictum cœnobium primitus pater monachorum ſupra dicti Balinenſis monaſterii Berno vocatus, iubente VVillermo piiſſimo Aquitanorum duce, in pago Matiſconenſe, ſuper Graonam fluuiolum. Quod etiam cœnobium in primo, non amplius quam quindecim terræ colonias dicitur in dotem accepiſſe fratres; tamen duodecim numero inibi memorantur conueniſſe. Ex quorum veluti optimo ſemine multiplicata ſtirps Domini exercituum innumerabilis magnam cognoſcitur repleſſe. Qui quoniam his, quæ Dei ſunt, videlicet iuſtitiæ & pietatis operibus inceſſanter adhæſerunt, idcirco bonis omnibus repleri meruerunt; inſuperque futuris imitabile reliquerunt exemplum: nam poſt præfatum Bernonem ſuſcepit regiminis curam ſapientiſſimus Abbas Odo, vir per omnia religioſiſſimus, qui fuerat ſancti Martini Turonis Eccleſiæ præpoſitus, moribus, & cõuerſatione ſanctitatis valde ornatus; hic enim in tantum huius inſtituti propagator extitit, vt a Beneuẽtana prouincia quæq; habebantur in Italia, & in Gallis vſq; Oceanũ mare potiora monaſteria illius ditioni gratularentur

eſſe ſubiecta. Poſt cuius obitum ſucceſſit Heimardus vir ſimplex in Ipſius locum, qui licet non adeo famoſiſſimus, regularis tamen obſeruantiæ non impar cuſtos. Poſt hunc quoq; Sanctus ac venerabilis eligitur Maiolus, cuius ſuperius memoriam fecimus, qui etiam ſucceſſorem ſibi monachorum patrē præuidit Odilonem: hicq; enim quintus a primo Berno Abbas extitit prædicti Clunienſis cœnobii, ex quo videlicet cœnobio per diuerſas prouincias fratres ſæpius petiti, atque monachorum patres ordinati plurimum Domino acquiſiuere lucrum. Hic tamen pater ſcilicet Villermus, de quo in præſentiarum ſermo exordium habuit, præ omnibus ex inde præcedētibus præſcriptæ inſtitutionis laborioſior ac ſpermologius fructificatior eſt repertus.

De Sanctorum pignoribus vbique reuelatis. CAP. VI.

CANDIDATO vt diximus in nouatis Eccleſiarum baſilicis vniuerſo mundo, ſubſequenti tempore idem eſt anno octauo infra prædictum milleſimum humanati Saluatoris annum, reuelata ſunt diuerſorum argumentorum indiciis, quorſum diu latuerant plurimorum ſanctorum pignora. Nam veluti quoddam reſurrectionis decoramen præſtolantes Dei nutu fidelium obtutibus patuere: quorum etiam mentibus plurimum intulere ſolamen. Hæc enim reuelatio primitus in Senonica Galliarum vrbe, apud Eccleſiam beati martyris Stephani dignoſcitur cepiſſe. Cui etiam præerat Archipræſul Leotericus, a quo ſcilicet admiranda relatu reperta ſunt ibi antiquorum ſacrorum inſignia. Quippe inter cætera per plura quæ latebant dicitur virgæ Moyſi inueniſſe partem: ad cuius rei famam conuenerunt quique fideles, non ſolum ex Gallicanis prouinciis, verum etiam ex vniuerſa pene Italia, ac de tranſmarinis regionibus, ſimulque ægrotantes non pauci Sanctorum interuentu ex inde redierunt incolumes. Sed, vt ſæpiſſime contigit, quoniam vnde humana vtilitas ſumit exordium, cupiditatis vitio impellente, ex inde ſolet incurrere caſum: nam prædicta vrbs conuentu populorum, vt diximus, gratia pietatis effecta opulentiſſima, conceperunt illius habitatores nimiam pro tanto beneficio inſolentiam; ſiquidem mortuo ipſius ciuitatis Comite Frotmundo nomine, viro æque ſimpliciſſimo, ſuſcepit eius filius principatum ſatis nequam, res ciuiles diſpoſiturus, nimium quippe flagitioſus effectus, Eccleſiæ inſuper decus, niſi quo valebat, fœdare tentabat, Iudæorum quoque in tantum præuaricatorias diligebat conſuetudines, vt ſe Regem ipſorum ſuo prænomine, Rainardus quippe dicebatur, ſuis omnibus imperaret. Cum enim in ceteris mendaciſſimus etiam Chriſtianæ fidei inſidioſus habebatur detractor, atque ideo pauperum indicia abſque vlla promulgabat pietate, penitus humanitate remota: nam rei, quam dicturus ſum, tot teſtes extiterunt, quanti in eadem ciuitate eo tempore viuebant homines. Comprehenſus aliquando flagitioſus quidam furtum faciens, ductuſque ad eum; vt eius audientia, quid de eo faciendum eſſet, aſſignaretur: qui ſtatim omni miſeratione remota ſuſpendi in patibulo illum adiudicauit. At ipſe qui deprehenſus fuerat lachrymabiliter prædictum Rainardum rogare cœpit, vt ei ad præſens vitam indulgeret, promittenſque ſe deinceps non latrocinaturum: ſed nec quicquam, crudelior quippe fiebat ſacramentis etiam ſe obſtringens, non vltra victurum obſecrantem ſe miſerum. Qui videns minime poſſe prolatam de ſe immutare ſententiam, hoc ſolummodo impetrauit, vt prædicto fieret confeſſus ſuorum facinorum Epiſcopo, ſibique protinus morituro, quod huius miniſterio conceſſum eſt, clementer remitteret. Quod vt obtinuit illico antequam miniſtris compellitur ſuſpenſum iri, eductuſque ad conſtitutum locum hæc verba ſæpius iterabat, Domine Ieſu, qui in hac die pependiſti in cruce pro ſalute hominum, indulge mihi: erat enim ille dierum ſextus, qui idcirco fidelibus vniuerſis reuerentior habetur. Eſto; vincitur, eleuatur, aratoque ſuſpenditur gutture, cunctiſque ab hac funeſta, vt putabant, executione recedentibus pendens velut exanimis, manſit in diem alterum. Tunc nutu diuino ruptis ligaminibus ſuſcepit terra ſolutum hominem pariterque viuum, qui cogebatur ſubire necem ſibi ſublatus per aëris vacua. Qui egreſſus ciuitatem ſtupidum vniuerſis præbuit ſpectaculum: ſed heu, proh dolor, ad priſtina reuerſus flagitioſus euaſit. Cui rei ſimile fertur contigiſſe in Treccaſſina ciuitate non longo ante

tempore. Nam dum quidam fures boues præ ſe minantes, à dominis bonum inſequi ſe intellexiſſent, cõmiſerunt eoſdem boues viro cuidã ſeni & innocenti, quaſi victus neceſſaria quæſituri, re vera fugæ præſidium petentes euaſuri. Quod cum feciſſent, ſtatim deprehenſus eſt ſenex, cum bobus trahitur, cæditur, ac reorum more vincitur, ductuſq; ad Principẽ ciuitatis, Comitem videlicet Heribertũ, vult cauſam diſcutere, non auditur, quin potius quaſi cruda ſenectute reus necis, ſuſpendio ab eodem Comite adiudicatur, quodque etiam abſque vlla dilatione peractum eſt. Sed mox, vt ſuſpendium pertulit, mirum in modum iuuenca magni & perualidi corporis, erecto corpore cornua ſuſpenſi plantis ſuppoſuit, ſicque per triduum ſine dolore viuum ſuſtinuit, expletoque triduo audiuit is qui pendebat, viatores iuxta prætereuntes ſermocinari ad inuicem. Qui exclamans voce qua potuit, ad deponendũ ſe quantocius venire rogabat: illi vero audientes dæmonica fieri illuſione credebant, proclamante quoque ipſo attentius, ſeque viuere affirmante, occurrerunt viri ſoluentes illum depoſuerunt, qui perductus ad ciuitatẽ, dum percunctaretur, quomodo tandem in patibulo pendens ſeſe habuiſſet, aiebat: Dum eſſem, inquiens, iunior, accepta iam coniuge, excepti cum ipſa oblatũ mihi à quodã de ſacro fonte filiolum, cui etiã conſenſimus dare ex noſtra parua facultatula, quẽ ſolum de matre ſuſceperamus liberali gratia vitulum vnum, vt enim pridem ſum dimiſſus celſa de trabe pẽdere, viſa eſt mihi grandior vniuerſis occurriſſe, extenſoq; corpore atq; erecta ceruice leniter meis ſubmiſit cornua plantis, ac me huiuſmodi, quandiu pepẽdi, ſuſtinuit. Hoc vero illo qui ſeruatus à morte fuerat, referẽte, ad illius exemplũ data eſt poſtmodũ in giro filiolis fontis ſacrę fidei vitulorũ innumera multitudo. Præterea Rainardo, vt diximus, Iudaizãte, quin potius inſaniẽte ſuaſum eſt Regi, qui videlicet illum frequenter ob ſuam improbitatẽ redarguerat, vt ſcilicet tantæ ciuitatis principatũ regio ſubiugaret dominio, ne ſiquidẽ diutius vires peſſimi incrementi ſumeret ſcandalum ſacræ fidei. Qua ratione Rex cõpulſus, miſit exercitum qui prędictum Rainardum à ciuitate pellerent, ſibique illam tuendam ſeruarẽt: Venientes vero qui miſſi fuerant à Rege ceperunt vrbem cum nimia depopulatione, partem etiam eius non modicam incendio cremauere. Superauit ſiquidem magnitudinem prioris gradu prometentibus flagitiis enormitas calamitatis.

De euerſione templi Hieroſolymorum, & cæde Iudæorum.

Cap. VII.

EO quoque tempore, id eſt anno nono poſt præfatum milleſimum, eccleſia quę apud Hieroſolymã ſepulchrum cõtinebat Domini ac Saluatoris noſtri, euerſã eſt funditus iuſſu Principis Babylonis. Cuius videlicet euerſionis occaſio tale quod dicturi ſumus, cognoſcitur exordiũ habuiſſe. Cum enim de toto terrarũ orbe ob inſigne dominicũ memoriale plurima fideliũ multitudo Hieroſolymã viſitaturi pgerent, rurſus cœpit inuidus diabolus p aſſuetã ſibi Iudęorum gentẽ verę fidei cultoribus venenum ſuæ nequitiæ ꝓpinare. Erat igitur huius generis apud Aurelianenſem Galliarum regiam vrbẽ non modica multitudo, qui ceteris ſuę gentis tumidiores & mundi atque audaciores ſunt reperti. Hi denique nequam conſilio inito corruperunt quendam data pecunia, videlicet girouagum, ſub peregrino habitu, nomine Robertum fugitiuum vtiq; ſeruum beatæ Mariæ Melerenſis cenobij. Quem accipientes caute miſerunt ad Principẽ Babylonis cum Hebraicis caracteribus ſcriptis, epiſtolis pictaciolis ferri baculo inſertis, ne quo caſu potuiſſent ab eo diuelli. Qui egreſſus detulit literas prædicto Principi refertas dolo & nequitia: & quoniam, niſi celerius domum Chriſtianorum venerabilem ſubuerteret, ſciret ſe in proximum Chriſtianis regnum illius occupantibus omni penitus dignitate carere. His vero Princeps auditis, protinus furore arreptus, miſit Hieroſolymam de ſuis, qui prædictum funditus ſubuerterent templum; qui venientes fecerunt vt eis fuerat imperatum: ipſum quoque concauum ſepulchri tumulum ferri tuditibus quaſſare tentantes, minime valuerunt. Tunc etiam beati martyris Georgij Eccleſiam in Ramulo pariter ſubuerterunt, cuius olim virtus Sarracenorum nimium gentem terruerat. Fertur enim crebro illuc eos ingredi cupientes,

raptum cæcitatem perculiſſe. Euerſo igitur, vt diximus, templo, poſt paululum manifeſte claruit, quoniam Iudæorum nequitia tantum nefas ſit patratum, vt & diuulgatum eſt per orbem vniuerſum, communi omnium Chriſtianorum conſenſu decretũ eſt, vt omnes Iudæi ab illorum terris vel ciuitatibus funditus pellerentur. Sicque vniuerſi odio habiti, expulſi de ciuitatibus, alij gladiis trucidati, alij fluminibus necati, diuerſiſque mortium generibus interempti, nonnulli etiam ſeſe diuerſa cæde interemerunt. Ita ſcilicet, vt digna de eis vltione peracta, vix pauci illorum in orbe reperirentur Romano. Tunc quoque decretum eſt ab Epiſcopis atque interdictum, vt nullus Chriſtianorum illis ſe in quocumque ſociaret negotio. Si qui tamen de illis ad Baptiſmi gratiam conuerti voluiſſent, omnemque Iudaicam reſpuere conſuetudinem vel morem, illos tantum ſuſcipere decreuerunt. Quod & fecerunt plurimi illorum magis amore præſentis vitæ coacti metu mortis, quam vitæ ſempiternæ gaudiis. Nam quicumque illorum ſeſe tales mentiendo fieri popoſcerant, paulo poſt ad morem priſtinum ſunt impudenter reuerſi. Præterea his ita geſtis, prædictus literarum baiulus ad natiuum male ſecurus repudiauit ſolum. Cœpit itaque ſedulo perquirere, ſi forte quempiam gentis ſuæ fraudis conſciæ reperiret. Inuentis vero perpaucis in ciuitate Aurelianorum pauide admodum degentibus, rurſus cœpit illorum familiarius vti conſortio. Accidit igitur, vt quidam peregrinus eius in tranſmarino ſocius itinere, atque certiſſime illius itineris conſcius, negotij illuc deueniret, rurſuſque illum Iudæorum amicitiis nimis hærere cerneret, palam vniuerſis indicare curauit, quanti mali gerulus ille eſſet homoncio, ex cuius rei cauſa Iudæorum potiretur opibus. Qui ilico cõprehenſus, acriſq; agitatus verberibus, propriæ dilationi confitetur crimen. Moxque à miniſtris Regis in conſpectu totius plebis extra ciuitatem igni eſt traditus atque conſumptus. Iudæi tamen profugi ac vagabundi, qui in locis abditis deliteſcentes prædictæ ſuperfuerant cladi poſt quinquennium euerſionis templi cœperunt in vrbibus apparere perpauci. Et quoniam oportet, quamuis ad illorum confuſionem, vt ex illis aliqui in futurum ſuperſint, vel ad confirmandum proprium nefas, ſeu ad teſtimonium fuſi ſanguinis Chriſti. Idcirco vero credimus Chriſtianorum animoſitatem diuina diſpenſante prouidentia in eis ad tempus manſueuiſſe. Eodem nihilominus anno diuina propitiante clementia, cœpit mater ipſius Principis videlicet Ammirati Babilonis mulier Chriſtianiſſima nomine Maria, reædificare Chriſti templum iuſſu eius filij euerſum, politis & quadris lapidibus. Nam & vir ipſius quaſi alter Nicodemus pater huius ſcilicet, de quo præſens eſt ſermo, habitus occulte Chriſtianus dicitur fuiſſe. Tunc quoque de vniuerſo terrarum orbe incredibilis hominum multitudo exultanter Hieroſolymam pergentes domui Dei reſtaurandæ plurima detulerunt munera.

De hæreſi apud Aurelianos reperta. CAP. VIII.

TERTIO deuiceſimo infra iam dictum milleſimum anno reperta eſt apud præfatam Aurelianenſem vrbem cruda nimium atque inſolens hæreſis, quæ ſcilicet diutius occulte germinata in perditionis ſegetem male pullulans, plures in ſuæ cæcitatis præcipitauit laqueum. Fertur namque à muliere quadam ex Italia procedente, hæc inſaniſſima hæreſis in Gallis habuiſſe exordium, quæ vt erat diabolo plena, ſeducebat quoſcumque volebat, non ſolum idiotas & ſimplices, verum etiã pleroſque, qui videbantur doctiores in clericorum ordine. Quæ ſcilicet veniens ciuitatem Aurelianenſem, dum moraretur ibi per aliquot ſpacium tẽporis veneno ſuæ nequitiæ plures infecit. Quod etiam ſeminarium nequam in plures hi qui ſuſceperant, toto conamine ſpargere nitebãtur. Fuerunt nempe huius peruerſi dogmatis hæreſiarches duo, heu proh dolor, qui in ciuitate putabantur genere ac ſcientia valentiores in clero, quorum vnus Heribertus, alter Liſoius dicebatur. Hi denique quandiu res latuit, tam apud Regem, quã apud palatij proceres ſummã obtinuerant amicitiam. Nempe idcirco facilius quoſque decipere potuerunt, quorũ mentes amor fidei vniuerſalis minus adſtrinxerat. Qui nõ ſolum in prædicta vrbe, ſed etiã in vicinis vrbibus malignũ dogma ſpargere tentabãt, dum quendã ſanæ mentis in Rotomagorũ ciuitate presbyterum cupiẽtes ſuæ conſortẽ facere veſaniæ, miſſis legatis qui ei

qui ei omne ſecretum huius peruerſi dogmatis explanantes, docerent. Dicebant nempe fore in proximum in illorum ſcilicet dogma cadere populum vniuerſum. Quibus cõpertis presbyter ſollicite perrexit ad Christianiſſimum Comitẽ eiuſdem ciuitatis Richardum, expoſuit ei omnẽ rei, vt compererat, ordinem. Qui videlicet Comes ꝓtinus miſit celeriter ad Regem, palam ei faciens clandeſtinã in regno proprio Chriſti ouium peſtẽ. Vt autem cognouit Rex ſcilicet Robertus, vt erat doctiſſimus ac Chriſtianiſſimus triſtis ac mœrens nimiũ effectus, quoniam & ruinã patriæ re vera & animarum metuebat interitũ. Idcirco quantocius Aurelianis properans, conuocatis plurimis Epiſcopis & Abbatibus, ac religioſis quibuſq; laicis, acerrime cœpit perſcrutari, qui eſſent auctores huius peruerſi dogmatis, vel qui parti illorum iam decepti, cõſentirent. Facta igitur perſcrutatione inter clericos, quomodo vnuſquiſque ſentiret & crederet ea, quæ fides Catholica per doctrinam Apoſtolicam incõmutabiliter ſeruat & prædicat, illi duo videlicet, Liſious & Heribertus, ſtatim ſe aliter ſentire non negantes, quales diu latuerant, manifeſtauerunt. Deinde vero plures poſt illos ſe parti iſtorum profitebantur hærere, nec vlla ratione ſe poſſe affirmabant ab illorum ſegregare conſortio. Quibus compertis tam Rex quam Pontifices triſtiores effecti interrogauerunt illos ſecretius, vtpote viros hactenus in omni morum probitate perutiliſſimos, quorum vnus Liſious in monaſterio ſanctæ Crucis clericorum chariſſimus habebatur; alter idem Heribertus ſancti Petri Eccleſiæ, cognomento puellaris, capitale ſcholæ tenebat dominium. Qui dum interrogati fuiſſent, à quo vel vnde eis iſta præſumptio accidiſſet, huiuſmodi dederunt reſponſum: Hoc enim diu eſt quod ſectam, quam vos iam tarde agnoſcitis, amplectimur, ſed tam vos quam ceteros cuiuſcunque legis vel ordinis in eam cadere expectauimus, quod etiam adhuc fore credimus. His dictis, continuo palam expoſuerunt omnium antiquarum ſtultiſſimam ac miſerrimam; nempe ſui deceptricem hæreſem. Cuius videlicet ratiocinatio tanto minus erat idoneis ſermonibus obnixa, quanto conſtat eſſe illi ter veritati contrariam. Dicebant ergo, deliramenta eſſe, quicquid in veteri ac nouo Canone certis ſignis ac prodigiis veteribuſque teſtatoribus de trina vnaque Deitate beata confirmat auctoritas. Cœlum pariter ac terram, vt conſpiciuntur, abſque auctore initij ſemper extitiſſe aſſerebant; & cum vniuerſarum hæreſum inſanientes, canum more latrantes, deterrima in hoc tantum Epicureis erant hæreticis ſimiles, quoniam voluptatum flagitiis credebant, non recompenſari vltionis vindictam. Omne Chriſtianorum opus pietatis duntaxat & iuſtitiæ quod æſtimatur precium, remunerationis æternæ laborem ſuperfluum iudicabant: eſſe interea his aliiſque quamplurimis inſanis. Impudenter ab eiſdem prolatis, non defuere fideles atque idonei teſtes veritatis, qui illis ſufficienter ſe vellent tam veritati quam propriæ acquieſcere ſaluti, reſpondere de ſuis cæcis atque erroneis aſſertionibus valerent.

Sed & nos quoque ſecundum exiguitatem noſtri intellectus his quos prænotauimus, illorum erroribus vel per pauca reſpondere decreuimus; primitus tamen fideles hortamur vniuerſos, vt interim mentes illorum præſagium ſerenet Apoſtoli, qui præuidens in futuram huiuſmodi cautelam intulit. Oportet, inquit, hæreſes eſſe, vt ij qui ex fide ſunt, probentur. In hoc igitur permaxime iſtorum inſipientia deprehenditur, atque ipſi omni ſcientia ac ſapientia vacui pernoſcuntur, cum negent creaturarum auctorem vniuerſarum ſcilicet Deum. Quoniam manifeſtum eſt, quod omne quantæcunque ſit molis vel magnitudinis, ſi cuiuſque ſuperatur magnitudine, à maximo omnium cognoſcitur proceſſiſſe. Pari quoque ratione ſciendum eſt, tam de re corporea quam incorporea. Sciendum etiam, quoniam quæcunque res ſiue corporalis ſiue incorporalis per quodlibet accidens vel motione, vel cuiuslibet alternitate ſit diuerſa ab immobili rerum præceptore, conſtat eam proceſſiſſe per ipſum, & ſi forte quieuerit finem expetere. Cum enim totius conditor creaturæ propria eſſentia ſit immobilis, propria eſſentia bonus, ſimulque verax, ſua omnipotentia naturarum modos diſtribuens ordinanſque ineffabiliter non extat præter eum, vbi

quietem expetant, niſi vnde proceſſerant, redeant. Manifeſtumque eſt nihil in vniuerſis factori deperiſſe, niſi illud, quod procaciter ab illo conſtitutæ tranſcendit naturæ, & idcirco omnis res tanto melius veriuſque eſt, quod illā conſtat eſſe, quanto ſolidius firmiuſque in propriæ naturæ ordine conſiſtit. Sicque fit, vt vniuerſa quæ illius diſpoſitioni incommutabiliter obediunt, continue ſeruiendo auctorem prædicent. Si qua vero res procaciter ab eo deuiando in deterius cecidit, ceteris iure manentibus, documentum præbuit. In prædictis videlicet creaturis quoddam medium continet genus hominum potius ſcilicet cunctis animantibus atq; inferni ſis cœleſtibus ſpiritibus. Quod vtique genus, vt diximus, velut medium ſuperorum inferorumque, ſi cui parti plus adhæſerit, illi efficitur conformis. Ideoque tanto infimis potius atque melius efficitur, quanto ſupernorum ſpirituum naturam imitatur. Soli etiam homini datum eſt præ ceteris animantibus fore ſeſe beatius, quoniā quidem & illum duntaxat, ſi caruerit omnibus fieri deuenire miſerius. Quem videlicet conditionis ordinem caute ab initio prouidens omnipotentis bonitas conditoris, cernenſque ſæpius eundem videlicet hominem deſerendo ſupera, inuolui nimium infimis fecit, proinde plura identidem pro tēpore ad eruditionem illius gratia erectionis prodigia. Huius quoque rei teſtis vel documentum extat omnis diuinarū liber, vel pagina literarum. Quæ ſcilicet literæ ipſius omnipotentis magiſterio repertæ, cum eius ſpecialiter multimoda gerant teſtimonia, mentē etiam, ſeu intellectum hominis in eiſdem eruditi ad cognitionis reſpectum ſui erigunt conditoris. Denique dum eidē homini depoſitæ oſtendunt ſuper quæ ſit conſtitutus, aut ſub quibus poſitus, inexplebile ingerunt ei deſiderium, quoniam tantum ei incipiunt diſplicere vniuerſa quæ adſunt, quantum incaleſcit ad amorem illorum quę deſunt, fitque tanto melior atque pulcrior, quanto his per amorem hæſerit vicinior. Atque in quantum melior, in tantum illi qui ſumme bonus extat, creatori ſimilior. Et idcirco patenter datur intelligi, quoniam quiſquis hominum huius amoris vacuus fuerit deſiderio, omni proculdubio fiet pecude miſerior ac deterior. Quippe qui ſolus præ cunctis animantibus æternitatis potuit conſequi beatitudinem, nullum præter eum corporale animal proprij erroris vel flagitij æternā ſentiet vindictā. Sed & ſi cuius hominis animus ſui conditoris cognitionē deſiderat, expedit vt primum ſtudeat, qualiter ſeſe, vt præualuerit intelligat. Quoniam ſicut non contemnenda teſtatur auctoritas, quod in ea parte præcipue gerit homo ſpeciem conditoris, quia valet præ ceteris animantibus dono atque virtute rationis. Sed & ſicut rationis bonum cuſtodiunt ſui moderamen & auctoris dilectio, idem vera humilitas & perfecta caritas, ita illius adnulant vtilitatem nequam concupiſcentia & furor. Hiſque non repugnando efficitur homo beſtiis ſimilis, illis inſeruiendo conformatur ad ſpeciem vel imaginem conditoris, vt videlicet per humilitatem ſeſe quid ſit, intelligat, per dilectionem vero in boni conditoris ſimilitudinem tranſeat. Ob id etiam conſtituuntur ei ſolūmodo ab hominibus preces & donaria, vt vel illis donū rationis ſeruet integrum, ſeu quod minus eſt aut deprauatū, conditoris bonitas augeat & reformet. Simul etiam laus & benedictio exhibentur eidē conditori, vt fiant hominibus ſana mente ac ratione vigentibus illius teſtimonium cognitionis, & quanto plus cuique contigerit, in conditoris cognitionem proficere, tanto magis reperiet idem homo ſe ipſum per eandem cognitionem & plus & melius effectum eſſe. Nec idem poterit in aliquo conditoris ſui opere, exiſter blaſphemus, qui illius cognitione omnimodis melior quam extiterat, fuerit effectus. Atque ideo manifeſtum eſt, quoniam quæcumque illius operationis blaſphemus extitit, cuius cognitionis alienus fuit, vnde etiam certiſſime comprobatur, quoniam ſicut ad ſummum bonū deducit omnem hominem creatoris cognitio, ſic demergit ad extremū malorum illius ignoratio. Nam plures illius beneficiis per inſipientiam ingrati, ac miſericordiæ operibus illudentes, atq; increduli pecudibus deteriores effecti, qui etiā in ſuæ cæcitatis caliginē perpetuo ſunt demerſi, & quod pleriſque contigit factū in ſuæ ſalutis maximum remediū, exinde ſibi alij adquiſiere præeunte culpa, æternū detrimentum. Hoc perſpicaciſſime & permaxime claret in omnipotentis patris ſingulari gratia, ſponte de cœlo hominibus ab eo in mundo miſſa per ſuæ maieſtatis atque

Deita-

Deitatis, coæternum filium videlicet Ieſum Chriſtum, qui ſcilicet cum patre æque origo omnis vitæ & veritatis atque bonitatis exhibuit ſibi plane credentibus. Quibuſque à ſeculis incognitum, occultis ęnigmatibus inuolutum, de ſe etiam teſtimoniorum perhibentium ſcripturarum, ad implebile documentum, in quo etiam veracibus verbis & prodigiis ſe ipſum & ſuum patrem atque eorum ſpiritum in tribus diſerete certiſſimis perſonis vnum idem eſſe, id eſt vnius æternitatis & potentiæ, vniuſque voluntatis atque operationis, & quod idipſum totum eſt vnius bonitatis, & per omnia coęqualis eſſentiæ; ex quo ſcilicet & per quem, & in quo ſunt omnia, quę vere eſſe habent, plenũ ſemp & ęquale ſubſiſtens, ante omnia tẽporum curricula rerũ principium. Cuius etiã tota plenitudo per omnia, & finis omniũ, ſed cùm ipſe omnipotentis in quodã creaturarum medio, videlicet in homine ſuam expreſſiſſet imaginem, illumque proprio dimiſiſſet arbitrio, inſuperque omnia mundi optima illius ditioni ſubdidiſſet, neglecto propriæ cõſtitutionis moderamine, ac plus quippiam vel aliud quam auctoris voluntas illum decreuerat, ſeſe exiſtimans fore continuo, tanto deterior eſt effectus, quanto præſumptior. Ad cuius potiorem etiam reformationem idem conditor perſonam filij ſuæ Deitatis miſit in mundum ſui præformatam ſumere imaginem. Quæ ſcilicet quanto vtilior ac decentior, tanto ſubtilior ac mirabilior. Quam etiam populique hominum non volentes, ſeu minus volentes credere, vel amare, vt ſic tandem in illa ſuæ ſalutis ſufficientiam potuiſſent intellectam reperire, potiuſque diuerſis impliciti erroribus tanto extiterunt veritatis rebelles, quanto probantur illius cognitionis expertes; de quorum proculdubio ſorte ſunt vniuerſæ hæreſes, vel quorumcunq; errorum ſectæ in toto terrarum orbe. Quibus ſcilicet omnibus niſi conuerſi ſequantur Ieſum geſta plenitudine, melius fuerat non fuiſſe. At quorum mens plena fide, amando & credendo illi obediuit, tanto meliores ex eo effecti, quanto perfectius adhæſerunt illi, qui eſt initium & perfectio totius boni. Ex his nempe conſtat tota Sanctorum laudabilis ſumma, quorum venerabilis memoria vniuerſa ſeculorum ornat tempora. Quibus etiam datum eſt cum vniuerſorum creatore perenne & feliciter eſſe, & viuere, illiuſque ſemper agnitionis viſione beatiores fore. Nos igitur tandem credimus, vt ſpoponderamus his paucis illorum damnatorum infame ſufficienter reſpondiſſe. Præterea cum à pluribus omni ſagacitate elaboratum fuiſſe qualiter, depoſita mentis perfidia, veram & vniuerſalem reciperent fidem, atque illi omnimodis ſe facere denegarent, dictum eſt eis, quoniam niſi celerius ad ſanam fidei mentem redeant, Regis iuſſu & vniuerſæ plebis conſenſu igne eſſent protinus crematuri. At illi male in ſua confiſi veſania, vel pertimeſcere ſe iactantes, ſeque euaſuros ab igne illæſos promittentes, quin potius ad meliora ſibi ſuadentibus, ſpernendo illudebant. Cernens quoque Rex & vniuerſi qui aderant, minus poſſe illos reuocari ab inſania, iuſſit accendere non longe à ciuitate ignem permaximum, vt vel eo forte territi à ſua malignitate deſinerent. Ad quem eum ducerentur, rabida adacti dementia, ſe omnimodis hoc velle proclamabant, ac ſeſe vltro ad ignem trahentibus inferebant. Quibus ad vltimum numero XIII igni traditis. Cum iam cœpiſſent acrius aduri, cœperunt voce qua poterant ex eodem igne clamare, ſe peſſime deceptos arte diabolica nuper de vniuerſorum Deo ac Domino male ſenſiſſe, & ob hanc ab eiſdem illatam ei blaſphemiam illos temporali atque æterna vltione torqueri. His vero plures è circumſtantibus auditis, humanitatis pietate permori accendentes, vt vel ſemiuiuos ab igne eriperent, minime valuerunt, quoniam vindice flamma conſumente illos, continuo in puluerem ſunt redacti. Si qui vero poſtmodum huius peruerſitatis ſectatores fuerunt reperti, ſimili vltionis vindicta vbique fuerunt perditi. Præterea venerabilis catholicæ fidei cultus, extirpata inſanientium peſſimorum veſania vbique terrarum clarior emicuit.

De filiis Regis eiuſdem. CAP. IX.

SVSCEPIT igitur præfatus Rex de ſupraſcripta coniuge ſua filios quatuor, prouiduſque de regni ſucceſſu, elegit regnare poſt ſe illorum primogenitum Hugonem nomine puerũ adhuc, clariſſimæ indolis illuſtrem, cumq; de ipſius ſacrando

ſublimio primates regni ſagaciores conſuluiſſet, tale ei dedere reſponſum: Sine puerum, Rex, ſi placet, creſcendo procedere in viriles annos, ne veluti de te geſtum eſt tanti regni pondus infirmæ committas ætati. Erat autem idem puer ferme decēnis. Qui minime illorum acquieſcens dictis, matre præcipue inſtigante, regio in cōpendio adſcitis regni primoribus coronam, vt decreuerat, ex more à Pontificibus fecit puero imponi. In proceſſu quoque temporis cum adoleuiſſet, cernens ſe in dominij rei peculiaris præter victum & veſtitum ex regno, vnde coronatus fuerat, poſſe mandare, cœpit corde triſtari, atque apud patrem, vt ei quippiam dominij largiretur, conqueri. Quod eius mater comperiens, vt erat auariſſima, maritique magiſtra, fieri renitentes, inſuper conuitiis ac maledictis iuuenem laceſſerat. Et ſicut quidam ait; *Noui ingenium mulierum, cum velis, ipſa nolit, at ſi nolis, cupiet vltro.* Nam quæ prius, ne faſtu regni careret aliquo, ingruente mariti infortunio, contra omnium ſola decretum ſublimauit puerum, poſtea toto mentis niſu, ac ſi hoſtem alienigenam turpabat illum verbis & operibus. Ille vero cernens ſe non poſſe diutius talia æquanimiter tolerare, iunctis ſecum aliquibus ſuæ ætatis iuuenibus, cœpit infeſtari ac diripere ad libitum res genitorum. Tamen paulo poſt Dei nutu in ſe reuerſus, ad genitores rediens, humili eos ſatisfactione beneuolos erga ſe reddidit. Tunc demum ab eiſdem largitus illi, vt optimum decebat filium, ius vbique ac poteſtas regni. Sed qualis & quantus poſtmodum extitit, præſenti ſtilo nequit explicari, quam humilis ac dulcis eloquio patri ac matri ſeruis obedientior, pauperum largus dator monachorum & clericorum conſolator, nec non apud patrem cunctorum rogantum fideliſſimus interuentor, quam affluenter in cunctis optimis melior, quis valet exequi relator. Huiuſmodi enim fama vbique prouinciarum percitus peroptabatur à multis præcipue ab Italicis, vt ſibi imperatet in imperium ſublimari. Nam & ex cognomento proaui, Magnus Hugo dicebatur à cunctis. Dum igitur incomparabili mentis ſimul ac corporis decore floreret, exigentibus maiorum flagitiis, repente illum mors inuida mundo ſubripuit. Sed quale inſtitium contigit vniuerſis, nullo ſermone valet exprimi. De cuius etiam funere ſubſequentes Iambicos rogatus à fratribus, cecini.

PLaſmator parce mæſtis mundialibus,
Succurrat fletus intimis doloribus,
Paſcat mærentes ſingultuum gemitus,
Humanum decus dum rapit interitus.
Annis florebat mundo iuuenilibus
Ter denis minus excreuerat duobus,
Regnorum lumen HVGO, *Regum maximus.*
Quem nox funeſta inuidit hominibus,
Non alter noſtro talis emicat æuo,
Regnis ſpectatus, adſcitus Imperio,
Bellorum tanto decoretur triumpho,
Vigore pari valeat corporeo.
Quo gens Francorum vigebat lætabunda,
Fides & pace tota ſimul Gallia,
Omnis quem prona poſcebat Italia,
Cæſar vt iura promeret regalia.
Sed te non noſtra, iuuenum pulcherrime,
Heu, proh dolor, tempora meruere.
Quibus inundant malorum miſeria,
Vires bonorum corruunt aſſidue.
Tu dolor matris, calamitaſque patris,
Crudele nimis monimentum germanis:
Mæror communis cunctis in palatiis,
Iuſtitiumque populorum vltimis.
Leone preſſo virgo ſolem cœperat,
Tua cum dirus membra pallor occupat,

Denis diebus ſorte fit lux ſeptima,
Te patri fama perdiſtice nunciat.
Iam ſeculorum æterne rector optime
Gentem Francorum qui regat tutiſſime,
Hoſtemque ſæuum valeat repellere,
Pactum quietis illi da perpetue.

Qui in eadem qua primitus coronatus fuerat Eccleſia beati martyris Cornelij videlicet regio in compendio eſt ſepultus. Poſt cuius obitum cœpit iterum idem Rex tractare, quis potiſſimum ex reſiduis filius poſt ſe regnare deberet. Conſtitnerat autem ſecundum Burgundiæ ducere Henricum nomine poſt Hugonem natũ, ipſumque decreuit pro fratre in regnum ſublimare. Sed rurſum mater muliebri animoſitate agitata tam à patre quam à ceteris qui parti illius fauebant, diſſentit, dicens: Tertium ad regni moderamen præſtantiorem fore filium, qui & Roberti patris nomine cenſebatur; hoc quippe inter fratres ſeminarium diſcordiæ fuit. Coadunatis denique Rex metropoli Remis regni primatibus ſtabiliuit regni coronæ Henricum quem delegerat. Tunc demum poſt aliquod temporis ſpacium, illi duo fratres firmato amicitiæ fœdere, pręcipue ob inſolentiam matris cœpere vi inuadere vicos & caſtella ſui patris, ac circumcirca diripere quæ poterant bonorum illius. Nam ille quem Regem fecerat, Drogas illi caſtrum ſubripuit, alter vero in Burgundiæ partibus Auallonem atque Bellenſem. Pro quibus Rex graui turbatus amore, colligens exercitum aſcendit Burgundiam, bellum plus quam ciuile patratur. Interea cum ſuper his venerabilem patrem VVillermum conſuluiſſet, apud Duuonenſi caſtro, quid agere deberet, oranſque, vt erat vir totius manſuetudinis & pietatis, qualiter tam pro ſe quam pro illis Dominum oraret, tale reſponſum ab eodem ſuſcepit: Meminiſſe te, o Rex, conuenit iniuriarum opprobriorumque patri ac matri à te illatorum in tua iuuentute, quoniam talia tibi iuſto iudice Deo permittente, à filiis ingeruntur, qualia tu ipſe genitoribus ingeſſiſti. Hęc audiens Rex patientiſſime tulit, ſeque vltro culpabilem clamans, non negauit deinde poſt obſidionem ac depopulationem vtriuſque prouinciæ, ad pacem redeuntes, pauliſper quieuerunt. Anno quoque ſequenti menſe Iulio Robertus Rex apud caſtrũ Meledunẽſe diem clauſit. Extremum delatumque eſt corpus eius ad Eccleſiã ſancti Dionyſij martyris, ac in eadẽ ſepultum. Tunc rurſus oritur inter matrẽ & filios rediuiua diſcordiæ crudelitas ac præteritarũ irarum fræna laxant, inueterata odia diu multumq; vaſtando res ꝓprias, debacchatum eſt, donec Fulco Andegauorũ Comes, cognatus [*al. auunculus*] ſcilicet ipſorum matrem redarguens; Cur beſtialem veſaniam erga filios exerceret, vtrumque parentem in pacem reduceret. Sequenti vero anno eodem mẽſe, atque in eodem caſtro, quo Rex obierat, & ipſa obiit, indeque portata eſt ad ſancti Dionyſij baſilicam, ac iuxta Regẽ ſepulta. Henricus nempe Rex paternis rebus potitus, germanum ſuum Robertum conſtituit Burgundiæ Ducem. Præterea cum idem Rex Rempub. viuaci mente & agili copore regni ſui diſcuteret, tunc contigit, vt Letoericus Senonum Archipræſul obiret; ille vero vnum de ſuæ gentis nobilibus cõſecrari mandauit, atque in eius loco ſubrogari: ſed Odo rerum ditiſſimus, licet fide pauper, alterum è contra delegerat, ne ius regium hac in parte foret integrum. Nam qui viuenti patri Roberto multa tam vi quam calliditate ſubripuerat, arte ſimili filiis facere cupiebat. Cum enim primitus ciuitates Trecorum videlicet ac Melclorum cum multiplicibus caſtris illi præripuiſſet, poſt mortem eius coniugi & filiis illius Senonicam ſubripuit vrbem, quam etiam tunc aduerſus illos infamis poſſeſſor vallauerat, quod cernens Henricus, acra animi ferocitate tamdiu illum inſecutus eſt debellando, quouſque genu flectens ei ſe ſubderet, eiuſq; Druoni obediens pareret. Erat enim idem Odo natus ex filia Conradi Regis Auſtraſiorum Berta nomine, Lucia patris ſui proauis obſcuræ duxiſſet genus lineæ. Et quoniam Regi Rodulfo auunculo ſcilicet eius non erat proles vlla, quæ foret regni hæres, præſumpſit ipſo viuente, vi potius quam amore regni habenas præripere, conferẽs inſuper multa donaria, vt ei aſſenſum præberent, primoribus patriæ. Sed nequicquam Domini eſt regnum & cuicumque voluerit, dabit illud. Eſt etiam prouer-

bium, Secundum fidem hominis erit amicus illius. Gens enim præcipue regni eiuſdem aſſertionem fidei floccipendit, & fœdus pro nihilo ducit. Extitit igitur poſt mortem Henrici Imperatoris, qui fuit nepos Regis Rodulfi. Conradus, de quo in ſubſequentibus narrabimus, habens in coniugio neptam præfati Rodulfi, ob hoc maxime valenter reſiſtens contradicebat Odoni, quorum etiam lis acerrima regni vtriuſque maximam fecit depopulationem. Ad vltimum denique cum iam in conſpectu Dei excederet menſura tanti mali, collecto vndecumque exercitu permaximo, conſcendit Odo in Tullenſem pagum, quem iam ſæpius depopulauerat, ibique oppugnans cepit Barrenſe caſtrum cum magna tamen diremptionis euerſione totius prouinciæ, cumque in eodem caſtro locatis militibus ad cuſtodiam ferme quingentis, vt tamen ipſe quantocius ad propria repedaret, vtpote qui curis agitabatur innumeris. Præſtolabantur itaque illum legati ex Italia directi, deferentes eis æram principatus, vt agebant totius Italiæ regionis: contempſerant enim ſuum Principem prædictum videlicet Conradum Mediolanenſes, coniuratione facta aduerſus eum, vinctis ſibi quos poterant ex ciuitatibus in circuitu. Exiſtimabant quoque eundem Odonem poſſe percipere regnum Auſtraſiorum, atque ad eos tranſire, vt illis gereret principatum. Sed ſicut ait Manuſortis inſignis præcentor bellorum Domini; Deiecisti eos, inquiens, dum alleuarentur, ita contigit: nam ſubito Gocilo Dux totius Prometetiæ regionis Renum cum exercitu nimio in eum irruens, omnem Odonis exercitum in fugam vertit, licet ex vtraq; parte plurima multitudo moriens corruerit. Tunc denique & ipſe Odo miſerrime interiit cuius laceratum cadauer Rogerius Catalonorum præſul habens ſecum virum venerabilem Abbatem Richardū à cæde ſuſcipiens vxori reddidit. [*In alio ex. Sil. Ant. Oiſ. additum eſt in margine, ſed recentiore manu. Narrant etiam plerique, quod corpus eius diu multumque quæſitum inueniri non potuit, donec vxor eius veniens tali interſignio inuenit. Habebat enim verrucam inter genitalia & anum. Quod ſic inuentum arripiens, &c.*] Quæ accipiens direxit illud Turonis, ibiq; ſepultum eſt iuxta patrem ſuum in atrio ſancti Martini ſuperioris cœnobij. Et quidem finis Odonis talis extitit, quem idcirco huic ſeriei intexere voluimus, qualiter in præſentiarū cognoſceretur rerū creator iuſtiſſimus potenter explere, quod olim Themoforo ſuo Moyſi promiſit. Ego, inquiens Dominus, qui iudico peccata patrum in filiis in tertiā & quartam generationē. Tertius namque hic Odo, de quo à nobis ſermo ſuperior eſt habitus, trinepos fuit illius Tebaldi Carnoti Comitis, cui cognomen Tricator fuit, hic nempe quondā vinctus Arnulfo Flandrenſi Comiti expetens per legatos VVillermum Rothomagorū Ducē, velut ad familiare colloquium pacis, permittens ſe ex parte Regis Francorum ſeu Hugonis Magni, qui fuerat filius Roberti Regis, quē Otto Dux Saxonū, poſtea vero Imperator Romanorum Sueſſionis interfecit, ei vtilia eſſe dicturū. At ille quoq; vt erat vir innocens, licet potentiſſimus, vbi illi conſtituerat per fluuium Sequanę euectus nauigio, velociter illi affuit. Qui dum ſimul cōuenientes, irruunt in amplexus, vnus ſimplicitate re vera, ceteri dolo illecti ſimulatæ pacis atq; amicitiæ miſcuere colloquia: poſt finē vero in ſimulatorum verborum repro receſſu iam lōgiuſcule progrediente VVillelmo, reuocauit eum Tebaldus quaſi ſecretiora adhuc ei loquens crediturus ſeu carius valedicturus. At ille Renum dextra accipiēs, prohibuit vt nemo ſuorum exiens cum ſequeretur, exiluit ad ripam Tebaldus quoque illum appropinquās, quaſi aliquid locuturus, ilico exerta, quam ad hoc tulerat ſub pallio, ſpata, vno ictu à corpore caput decuſſit. Quod cernentes qui cum VVillelmo venerant, remigando fugam arripiunt, nunciauere Rothomagenſibus vt contigerat. Erat enim VVillelmo filius ex concubina Richardus nomine, tamen adhuc adoleſcens, quē accipientes ſui ſtatuerunt pro patre Principem regni. Tebaldus nempe patrato ſcelere cōcitus perrexit ad Heribertū Trecorum Comitē petens ab eo ſororē ipſius dari ſibi in conſugium vxorē ſcilicet prædicti VVillelmi quē interfecerat. At ille ſtatim promiſit dari, vocans eam ad colloquium ſui, quæ nondum genuerat prolem quaſi conſolaturus ex damno mariti, tradidit illam Tebaldo, deteſtabile ſatis in coniugium; ex qua genuit Odonem, patrem videlicet iſtius, cuius finem teterrimum ſupra diximus. Illud etiam commemorari in calce tertij libelli placuit,

placuit qualiter vindex diuina poteſtas totius boni moderatrix, inſolentiæ humani generis vel vltrix in præſentiarum extiterit. Olim igitur circa milleſimum incarnati Verbi annum, cum Rex Robertus accepiſſet ſibi reginam Conſtantiam à partibus Aquitaniæ in coniugium, cœperunt confluere genera eiuſdẽ Reginæ in Franciam atque Burgundiam ab Aruenia & Aquitania homines omni leuitate vaniſſimi, moribus & veſte diſtorti, armis & equorum phaleris incompoſiti, à medio capitis nudati, hiſtrionum more barbis raſi, caligis & ocreis turpiſſimi, fidei & pacis fœdere omnino vacui. Quorum itaque nefanda exemplaria, heu proh dolor, tota gens Francorum nuper omnium honeſtiſſima ac Burgundionum ſitibunda rapuit, donec omnis foret nequitiæ & turpitudinis illorum conformis. Si quilibet vero religioſus ac Deum timens talia gerentes compeſcere tentauiſſet, ab eiſdem inſania notabatur. Sed vir integerrimæ fidei aç conſtantiæ pater, videlicet V. Villelmus, quem iam ſupra commemorauimus, reiecto pudore, ſumptaque ſpiritali inuectione, Regem pariter ac Reginam cur talia in ſuo regno permitterent fieri, acerrime increpans, quippe quod cæterorum honeſtiſſimum honore & religioſitate diutius claruerat regnorum. Ceteros quoque inferioris gradus ſeu ordinis ita redarguens comminabatur, vt pleriq; monitionibus illius coerciti, relicta ſuperſtitioſa vanitate, in priſtinum ſe reformarent vſum. Aſſerebat igitur idem Abbas, hæc omnia molimina calteria eſſe Sathanæ. Ac ſi quis hominum talibus inſigniis calteriatus ex hoc ſeculo migraſſet, difficulter à diaboli vinculis poſſe eripi, in pluribus tamen nequam vſus conualuit, cuius etiam deteſtans elogium, paucis Heroicis pernotaui:

ANno poſt Dominum terris de virgine natum
Milleno, grauibus homines erroribus acti,
Dum cupimus rerum ſpecies intendere plures,
Prateritiuque places ſtudiis componere mores,
Obiectat ſeſe nouitas incauta periclis.
Ecce priora ſibi rident, & tempora noſtri
Ludicra, quam probris ſociant, tumque vſibus aptant
Turpia nec horrent, animis & ſeria calcant.
Quaſitos rexere viros, honeſta refutant,
Corpore peruerſo erat hic, non vita tyranno,
Trunca veſte viros, ſine fœdere, pacis ineptos,
Conſilio muliebre gemit Reſpublica laxa,
Fraus, raptus, quodcumque nefas dominantur in orbe.
Nullus honor ſanctis, nulla eſt reuerentia ſacris.
Hic gladius, peſtiſque, fames, populantur vbique,
Nec tamen impietas hominum correcta pepercit.
Ac niſi magna Domini pietas protenderet iram
Infernus hos terricrepo conſumeret ore,
Hoc habet infelix peccandi conſuetudo:
Quod plus quis peccat minus hic peccare paueſcat,
Quiſque minus peccat, magis hic peccare timeſcat.

Explicit liber tertius.

LIBER QVARTVS.

POST *multiplicia prodigiorum ſigna, quæ tam antequam poſt circa tamen annũ Chriſti Domini milleſimum in orbe terrarum contigere, plures fuiſſe conſtat ſagaci mente viros induſtrios, qui non his minora propinquante eiuſdem Dominicæ paſſionis anno milleſimo fore prædixere, quod vtique euidentiſſime contigit. Mortuo quoque, vt iam diximus, Henrico piiſſimo Imperatore, cui ſcilicet nulla proles extitit, qui in regnum poſt illum ſuccederet, nonnulli ſeſe inferre tentantes de primatibus, qui tamen potius vt regni corona fulgerent, quam profectum Reip. moderamenq; iuſtitia exercerent. Præ cunctis ergo quidam Conradus, quem ſuperius taxauimus, audax, animo & viribus ingens, ſed fide non*

multum firmus. Cum enim diu multumque de conſtituendo regni Principe, ac præcipue inter præſules tractatũ fuiſſet, viſum eſt eis ipſum Conradum debere eligere, niſi quod vnum intererat, propter quod Henricus etiã illum valde exoſum habuerat. Habebat enim coniugem, qui illi erat affinis, quam etiam primitus quidã cognatus ipſius duxerat. Præterea innotuerunt ei Pontifices quid potiſſimum vellet aut tale coniugium, quod manifeſtiſſime ſacræ auctoritati nimiũ repugnabat tenere ſeu eo dimiſſo coronam Imperij ſumere, qui protinus dimittendum promiſit talis inceſti coniugium, ſeq; parere diligentiſſime illorum dictis & obedire conſiliis. Deinde vero mittunt ad Papam Romanum, vt eis in hoc quod decreuerant conſentiret, qui ſtatim libentiſſime annuit, mandans inſuper, vt quantocius ſuſcepto Germaniæ ſceptro Romam pergeret, ſuſcepturus totius Italiæ coronam. Interea indeptus regni infula Conradus Italiam perrexit, ſecumque ducens vxorem, quam, vt diximus, illicito ceperat matrimonio, cui protinus in deſcẽſu Alpium, quẽ Curiam Gallorũ licet corrupte vocant, in oppido Cumis occurrit cum ſummo apparatu Papa Romanus, vt ante ſpoponderat. Fuere tunc quidam de Marchionibus Italiæ, qui minus ei aſſenſum præbuerunt: Sic enim illis facere mos eſt, vt iam ſupra taxauimus in moribus Imperatorum. Nam qua Papienſes, ceterorum ſuperbiſſimi, palatium Regis in ſua ciuitate operoſo ſumptu conſtructum deſtruxerant vſq; ad ſolum. Ille vero vt comperit, ferociter irruit Iporciã primitus ciuitatem capiens, deinde ceteras cum caſtris vniuerſis propriæ ſubiiciens ditioni, ſicque Romam deueniens, coronam ex more ſumpſit Imperij: cui dum Epiſcopi ſuggererent, vt auctoritate Romani Pontificis, qualiter illis promiſerat, repudium illiciti facere inconiugij grauiter accipiens, dixit: ſe Imperatorem creatum nullo modo debere vxore viduari, ac ſicut inepte ceperat, tenuit.

SVMMA CAPITVM LIBRI QVARTI.

1. *De vniuerſalitate Eccleſiæ à Conſtantinopolitanis iniuſte requiſita.*
2. *De hæreſi in Italia inuenta.*
3. *Quod peccatis hominum exigentibus, Domino permittente, à nequam ſpiritibus aliquando fiant miracula.*
4. *De fame validiſſima, quæ contigit in orbe terrarum.*
5. *De pace & abundantia anni milleſimi à paſſione Domini.*
6. *De confluentia populi totius orbis, quæ ad ſepulchrum Domini Hieroſolymis facta eſt.*
7. *De prælijs Sarracenorum, aduerſus Chriſtianos in Africa partibus.*
8. *De Leuticorum prælio aduerſus Chriſtianos in partibus Aquilonis.*
9. *De ſigno quod in ſole apparuit.*

De vniuerſalitate Eccleſiæ à Conſtantinopolitanis iniuſte requiſita.

CAP. I.

CIRCA annum igitur Domini milleſimum viceſimum quartum Conſtantinopolitanus Præſul cum ſuo Principe Baſilio, aliiq; nõnulli Græcorũ conſilium iniere, quatenus eum cõſenſu Romani Pontificis liceret Eccleſiã Conſtantinopolitanã in ſuo orbe, ſicuti Roma in vniuerſo vniuerſalẽ dici & haberi. Qui ſtatim miſerunt qui deferrent multa ac diuerſa donorũ xenia Romam, tam Pontifici quã ceteris quos ſuæ parti fauere conſpicerent, vbi inuenientes expoſuerunt apud Pontificẽ ſuæ profectionis querelam. Sed quid non pertentat cęcus amor habendi, eſtq; prouerbium; aureo pugillo murum frangere ferreum, ac licet pro tempore philargiria mundi regina queat appellari, in Romanis tamen inexplebile cubile locauit. Mox namque vt videre Græcorum ſibi deferre fulgidas opes, verſum eſt cor illorum ad fraudulentiæ diuerticula, pertentantes an forte clanculo concedere quiuerant quod petebatur, ſed nequaquam: non enim poteſt falli ſumma veritas, quæ ſpopondit, portæ inferi nõ pręualebunt aduerſus eam. Dum ergo adhuc leni ſub murmure huiuſce machinatores in conclaui ſeſe putarent talia tractauiſſe, velox fama de ipſis per vniuerſam Italiam decurrit. Sed qualis tunc tumultus, quam vehemens commotio per cunctos extitit, qui audierunt, dici non valet: præcipue tamen vir prudentiſſimus, pater videlicet VVillelmus, de quo iam diximus, ad Romanum Pontificem de hac re miſit epiſto-

epiſtolam corpore breuem, ſed materia ingentem, ac ſermone pungentem, talia continentem: Gratia Dei & reuerentia beati Apoſtolorum Principis Petri ſedium in orbe terrarum excellentiſſimo, indepto Papæ Ioanni VVillermus crucis Chriſti ſeruus, ſedem iudicij cum Apoſtolis & regni coronam magiſtri gentium, dictis inſtruimur ſeniorem non increpandum, idem tamen alias dicit, tactus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Idcirco igitur filiationis diligentia hortamur communem veſtram paternitatem, qualiter in vno imitemini cogitationes hominum, prouidentem Dominum Saluatorem, vt dicatis ad aliquem vobis vnanimem, quemadmodũ ipſe Petro, quid dicunt homines de me? Si vero reſponſum illius ex fide fuerit, animaduertite, qualiter ſonuerit, ſi autem clare, cuſtodite ne obfuſcetur: ſi vero obſcure, lux mundi oranda eſt, qualiter ita fulgeatis, vt vniuerſis in gremio Eccleſiæ conſtitutis ad viam mandatorum Dei gradiendam lumen præbeatis. Sed eſt fama rei quę nuper erga nos accidit, de qua quis audiens non ſcandalizatur, nouerit ſe lõge ab amore ſuperno diſparari. Quoniam licet poteſtas Romani Imperij, quæ olim in orbe terrarum monarches viguit, nunc per diuerſa terrarum innumeris regatur ſceptris, ligandi ſoluendique in terra, quæ in cœlo poteſtas dono inuiolabili incumbit magiſterio Petri, atque iſta idcirco diximus vt animaduertatis, non aliter Græcis quam xenodochia huiuſce quam audiuimus, apud vos requirere impetrauiſſe. De cetero quoque optamus vti vniuerſalem decet antiſtitem, vos acrius in correctione ac diſciplina ſanctæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ vigere, æterneque ac feliciter valere. Erat quippe Ioannes iſte cognomento Romanus, frater illius Benedicti, cui in Epiſcopatum ſucceſſerat; largitione pecuniæ repente ex laicali ordine neophitus conſtitutus eſt præſul, ſed inſolentia Romanorum huiuſmodi adinuenit palliatæ ſubdoloſitatis ridiculum ſcilicet, vt quemcumque pro ſuo libitu in præſeotiarum ad Pontificatus officium delegerint mutato nomine, quod illi prius fuerat aliquo magnorum Pontificum nomine illum appellari decernunt. Re vera quem ſi non initũ rei ſaltem nomen extollat, præterea Conſtantinopolitani ad propria remeantes confutata illorum vndique timida præſumptio conquieuit.

De hereſi in Italia inuenta. CAP. II.

CASTRVM igitur erat per idem tempus in gente Longobardorum, quod vt eorat vocabatur, Mons videlicet fortis, plenum etiam ex nobilioribus eiuſdem gentis, hos nempe cunctos ita maculauerat hæretica prauitas, vt ante erat illis crudeli morte finiri, quam ab illa quoquo modo poſſent ad ſalubertimam Chriſti Domini fidem reuocari. Colebant enim idola more Paganorum, ac cum Iudæis inepta ſacrificia litare nitebantur. Sæpiſſime deniq; tam Mainfredus Marchionũ prudentiſſimus, quã frater eius Alricus Aſtenſis vrbis præſul, in cuius ſcilicet dioceſi locatũ habebatur prędictum caſtrum, ceteriq; Marchiones ac Præſules circũcirca crebertimos illis aſſultus intulerunt, capientes ex eis nonnullos, quos dum non quiuiſſent reuocare ab inſania, igne cremauere. Cõtigit ergo in vicino haberi aliud caſtrũ noſtræ religionis & fidei, in quo quidam miles aliquando ægrotans ad extremum pene deuenerat, ad quem vtique viſitandum ex hæreticorũ caſtello illorum pręcipua, iuxta morem, veniens mulier re vera potius, vt euidentior fieret ſecta eiuſdẽ nequitiæ, protinus vt egrediens domum, in qua ęger decubabat, intraret, repente proſpiciens is qui languebat, vidit intrare cum eadem muliere ad ſe innumerabilem exercitum in nigerrimis veſtibus facie buſq; teterrimis. Qua vero ingreſſa, poſtquam languentis frontem ac pulſum pectoris & cetera, vt vſus habet, manu perluſtrauiſſet, pronuntiaretq; illum cõualiturũ in proximũ, domo egreſſa eſt, totaq; ſimul familia cum illa, ſolũ relinquere infirmum. Statim quoq; affuit illi nigrorũ, quem viderat, globus, cui ita, qui videbatur illorum princeps, infit: Agnoſcis me, inquiens, Hugo? hoc enim erat illius ægri vocabulũ, cumq; ille reſpõdens diceret: tu quis es? dixit ei: Potentiſſimus potentum, ac ditiſſimus diuitum. Ego qui occurro tibi, ſi me tantum credideris facere poſſe, vt te à morte quæ præſens imminet, eripiam, longoq; viuas opere, & vt certiſſime credas, quod ſpondeo, noueris in eo auxilio meaq; induſtria Chounradum hoc tempore Imperatorem eſſe creatum. Tu quippe bene noſti-

quod nullus Imperatorum ita velociter omnẽ Germaniam atque Italiam, ſicuti iſte ſuæ ſubiugauit ditioni. Noui, inquiens æger, & mirum diu mihi cum ceteris fuit. Deinde vero primæ fraudis auctor adiecit: Nonne etiam in tranſmarinis partibus regnum Græcorũ poſt Baſiliũ Michaeli mihi obedienti tradidi. Idcircó crede mihi, quę faciã tibi multo maiora quam ſperare queas, teq; ipſum ſanitati reſtituam. Erat quippe fama tunc temporis, qđ idem Michael cubicularius fuiſſet Baſilij, clamq; illi venenũ in potu ad necẽ dediſſet, cuius ꝓculdubio imperij poſt mortẽ eius ſumpſit coronã; cuius etiam, vt par erat, regimen Imperij nõ ſatis vtile fuit. Interea memoratur Hugo in ſeſe reuerſus, dextra ſignũ venerabilis crucis exprimere tẽtans, dixit: Ego vero Ieſum Dei filiũ teſtor, quẽ adoro, credo & confiteor, nõ alium te omnino credidero niſi vt fuiſti & es, fallacẽ diabolũ. Tunc dęmon cõtinuo hanc vocẽ edidit: Quęſo ne brachiũ contra me erigas; ſicq; cõtinuo omnis ille globus, vt fumus euanuit. At ille exclamans voce qua potuit: occurrunt quippe domeſtici, narrat illis ex ordine, quæ vidit, quæ audiuit: Quibus dictis ipſo die ante ſolis occaſum obiit. Nulli denique dubium, quoniam iſta quæ ſibi, quæ nobis, vidit.

Quod peccatis hominum exigentibus, Domino permittente à nequam ſpiritibus aliquando fiant miracula. CAP. III.

DIVINA igitur auctoritas per Moyſem Iudæis prolata, taliter illos monuit, dicens: Si fuerit, inquit, propheta inter vos, loquens in nomine alicuius deorum gentium, quæ prædixerit quiſpiam futurum & fortuitu euenerit, non credatis ei, quoniã tentat vos Dominus Deus veſter, vt ſciat ſi diligatis eum, an non. Habemus ergo in præſentiarum in re diſſimili non diſpar exemplum. [illegible] in præſenti tempore homo plebeius Mangonum calliďiſſimus, ignoti tamen nominis & patriæ, quoniam pro diuerſitatibus locorum quærens latibra ne a[illegible]etur, fraudulenter imponebat ſibi vocabula vel de qua foret prouincia. Cuſt[illegible]diebat quoque è tumulis clanculo oſſa euellens à cineribus n[illegible] defunctorum hominum, ſicque imp[illegible]ſita in diuerſis apophoretis, vẽd[illegible] apud plurimos pro ſanctorũ Martyrum ſeu Confeſſorũ reliquiis. Hic vero poſt [illegible]eras huiuſce illuſiones in Galliis patratas, perfuga venit ad loca Al[illegible]um, vbi [illegible]ę brutę gentes inhabitant, habentes in arduis plurima domicilia; ibi nempe ſe Stephanum nuncupauit, qui alias Petrus, alias Ioannes dictus fuerat. [illegible] ergo more ſolito noctu colligens à loco abiectiſſimo ignoti oſſa homini[illegible], quæ po[illegible]uit in caſſella & feretro, dicebat ſibi angelica oſtenſione reuelatum fuiſſe, quem fingebat eſſe ſanctum martyrem nomine Iuſtum. Mox quoque vulgus, vt ſe in talibus habere ſolet, ignauum quicquid ruſticanæ plebis fuit totum ad hanc famam cõfluit, pœnitet inſuper ſi non eſt ſibi morbus quo curari depoſcat: tunc ducit debiles, confert mun[illegible]a, peruigil tenet excubias, præſtolans repentina fore miracula, quæ, vt diximus, aliquotiens permittuntur fieri à malignis ſpiritibus tentatorie peccatis hominum præcedentibus, quod tunc proculdubio euidentiſſime claruit. Multimode quippe membrorum reformationes ibidem viſæ ſunt extitiſſe [illegible]ſignia pendere oſcillorum multiformia, nec tamen Moriannę vel vt Coticæ [illegible]monæ vrbiũ pręſules, in quorũ diœceſibus talia ꝓfanabantur. Diligentiam h[illegible] inquirendæ rei adhibuere, quin potius conciliabula ſtatuentes in al[illegible]ibus ni[illegible]ud niſi inepti lucri quæſitum à plebe ſimulque fauorem fallaciæ e[illegible]ebant. Interea Manifredus Marchionum ditiſſimus huiuſmodi famam comperiens, mitit e ſuis, qui vi rapientes illud quod colebatur ſimulachrũ, ſibi d[illegible]errent, q[illegible]em a[illegible]mabat martyrem venerandum, imperat idem Marchio conſtituere monaſteriũ in Seutiæ caſtro, quod eſt antiquiſſimũ inter Alpes in honore Dei omnipotentis, eiuſdemq; genitricis Mariæ ſemper virginis, in quo etiã poſt expletionem operis illum cum aliis quamplurimis ſanctorum pignoribus locare decreuerat. Po[illegible] paululũ quoque completo eccleſię opere, ſtatutoq; dedicationis die, accerſitis Epiſcopis in giro d[illegible]ntibus, cũ quibus etiã ſępe nominatus Abbas VVillelmus, nõnulli & Abbates affuerunt. Erat autẽ tũc ꝓdictus ibi mango iã dicto Marchioni ꝑchariſſimus effectus, quippe quon[illegible] ſpõdebat ſe multo precioſiora ſanctorum pignora in ꝓximo reuelaturum, quorũ ſcilicet geſta & nomina atq; paſſionum certami-

certamina vt cetera fallaciter confingebat, qui cum a doctioribus quibuſque interrogaretur qualiter talia pernoſceret, minus veriſimilia blatterans perſonabat: namque egomet cum ſæpius nominato Abbate illuc deueniens in terram. Aiebat namque, apparet, inquiens, mihi noctu Angelus, narratque ac docet quæcunque me velle ſcire nouerit, & tam diu apud me manet, vſque dum ego recedere compello. Cum vero ad hæc reſpondentes ſciſcitaremus, an vigil ſeu in ſomnis hoc cerneret, ſubiunxit per ſingulas pene noctes eripit me Angelus e lectulo, vxore mea ignorante, qui poſt multa colloquia ſalutans me atq; deoſculans recedit. Nos quoque expoliatum calliditatibus intelligentes mendacium, cognouimus virum non angelicum, quin potius fraudis ac malignitatis miniſtrum. Præterea Pontifices rite peragentes, ob quam venerant Eccleſiæ conſecrationem intromiſerunt cum ceteris reliquiarum pignoribus oſſa illius prophani aſtu adinuenta: non tamen ſine magna vtriuſque plebis exultatione, quæ innumerabilis illico conuenerat. Contigit ergo iſta fieri die xvi. Kalendarum Nouembrium. Idcirco nempe quoniam fautores huius erroris aſſerebant eſſe eadem Iuſti martyris oſſa, qui eo die Be[l]uaco Galliarũ paſſus vrbe: cuius etiam caput Antiſiodoro, vbi natus & nutritus fuerat, relatum eſt & habetur. Sed ego qui rei nouitatem noueram, friuolum quod [di]cebatur aſſerebam: elegantiores tamen virorum perſonæ cognoſcentes figmenta fallaciæ, fidem dabant aſſertioni quam protuleram. Nocte denique inſecut[a], viſas a quibuſdam monachorum ſeu aliorum religioſorum monſtruoſa in eade[m] Eccleſia phantaſmata atque a locello, quo incluſa habebantur oſſa, formas nigrorum Æthiopum exiſſe, nec non ab Eccleſia receſſiſſe; & licet plures ſanæ men[tis] de[te]ſtabile figmentum abominandum clamarent, vulgus tantum ruſticanæ plebis mangon[is] corruptum iniuſti nomen pro iuſto venerans olim in ſuo permanſit errore. Nos autem idcirco iſta retulimus, vt a multiformis dæmonum ſeu humanorum errorum qu[i] in orbe paſſim abundant, præcipue in fontibus ſeu arboribus ab ægris incaute venerantis caueatur.

De fame validiſſima, quæ contigit in orbe terrarum. CAP. IIII.

IMMINENTE igitur anno incarnati Chriſti milleſimo triceſimo tertio, qui eſt a paſſione eiuſdem Saluatoris rel[igi]onis ſignifer, Benedictus videlicet Papa vniuerſalis ac Rex Frãcorum, vt iam diximus, Robertus Fulbertus quoq; Carnoti præſulum incomparabilis, vir ſapientiſſi[mu]s, nec non prænominatus pater monachorum, fundatorque cœnobiorum eximius VVillermus, de quo et [quam]plura forent dicenda vtilia, niſi quod in libello, quem de vita & vi[r]tutibus [i]l[li]us [e]didimus, prolata dudum fuiſſe noſcuntur: vnum reſtat tamen quod noui ibidem minime contineri. Migrauit enim prædictus pater a ſeculo ad beatorum requiem in Neuſtriæ partibus in Fiſcaninenſe videlicet monaſterio ſupra mare Oceanum conſtituto, quod a Rothomagenſe vrbe quadraginta fere mil[l]iaribus diſtat; vti tantũ condecebat virum in loco optimo eiuſdem Eccleſiæ. Poſt aliquot vero dies contigit vt puerulus ferme decennis valida confectus ægritudine ad ſepulchrum illius gratia recuperandæ ſanitatis duceretur, ibique a parentibus dimiſſus decubabat ſolus: qui ſubito reſpiciens vidit ſuper idem ſepulchrum inſidentem auiculam formam columbæ præferentem: quam diu intuens obdormiuit, dehinc leni exoletus ſomno, euigilans ita ſe reperit incolumem, ac [ſi] nihil ægritudinis perſenſiſſet. Suſcipiunt itaque læti parentes ſuum: fit omnibus commune gaudium. Sequenti itaque tempore cœpit in vniuerſo orbe terrarum fames conualeſcere, ac interitus pene vniuerſi humani generis imminere. Nam temperies aëris ſic intempeſtiua eſt effecta, vt nullius ſationis proueniret tempus congruum, nec meſſioni præcipue ob inundantiam aquarum foret opportunum: videbantur enim inter ſe ipſa elementa inter ſe pugnam diſcordiæ agere, cum procul dubio vindictam exercerent humanæ inſolentiæ. aſſiduis enim imbribus ita compluta erat vniuerſa tellus, vt in ſpatio trium annorum nulli reperirentur ſulci vtiles ſeminibus. Tempore quoque meſſis herbæ agreſtes, atque infœlix lolium totam opperuerant ſuperficiem agrorum. Modius quoque ſementis vbi magis proficiebat, reddebat in meſſe ſextarium

ipſeque ſextarius: vix referebat pugillum. Cœperat enim primitus hæc ſterilitas vltionis in partibus Orientis depopulando Græciam, deuenit in Italiam; dehinc infuſa per Gallias, tranſiit ad vniuerſos Anglorum populos. Tunc vero conſtricta tota gens indigentia victus maiores ac mediocres fame pallebant cum pauperibus: ceſſit enim raptus potentum vniuerſali inopiæ. Si quid ergo victus venundatus reperiebatur, arbitrio vendentis pro libitu erat excedere, ſeu accipere pretium: nam in pleriſque locis fuit modii pretium ſexaginta ſolidorum, alias quoque ſextarius ſolidorum quindecim. Interea poſt eſum beſtiarum & volucrum, vrgente fame acerrima cœpere homines præripere in cibum morticina quæque ac dictu horrenda. Quidam vero fecere confugium euadendæ mortis ad radices ſyluarum, herbaſque fluuiorum: ſed nequicquam. Non ergo aufugium iræ vltionis Dei, niſi ad ſemetipſum horret. Denique referre quæ tunc generi humano corruptiones acciderunt. Heu, proh dolor, quod olim raro audiri contigerit; tunc rabida inedies compulit vorari ab hominibus humanas carnes: arripiebantur autem viantes a ſe præualentibus, membratimque diuidebantur. Multi quoque de loco ad locum famem fugiendo pergentes hoſpitiis recepti, noctuq; iugulati, quibus ſuſcepti ſunt, in cibum fuerunt. Plerique vero pomo oſtenſo, vel ouo pueris ad remota circumuentos, trucidatoſq; deuorauerunt: corpora defunctorum in locis plurimis ab humo euulſa, nihilominus fami ſubuenerunt. Quæ denique rabiei inſanies in tantum excreuit, vt tutius moraretur ſolitarium abſque raptore genus pecudum quam hominum. Nam veluti iam in v[illegible]m deuenire deberet carnes humanas comedi: quidam decoctas detulit venundandas in forum Trenorchii, ac ſi fuiſſent alicuius pecudis; qui deprehenſus, crimen flagitii non negauit, deinde aratus loris, igne crematus eſt: carnem autem illam humo abſconſam alter effodiens, noctu comedit. pari modo & ille igne combuſtus eſt. Eſt nempe Eccleſia a ciuitate Manſconẽſe, tribus fere milliaribus diſtans in ſylua Caſtanedi ſita, ſine plebe ſolitaria, ſancto Ioanni dicata; iuxta quam locauerat quidam feralis homo tugurium, qui ibidem multitudinem tranſeuntium vel ad ſe diuertentium trucidans, in nefandiſſimum ſumpſit edulium. Contigit ſiquidem vna dierum, vt vir quidam cum muliere illuc diuertens, ad hoſpitium paullulum conquieuit; dehinc cum duceret oculos per angulos Tugurii, proſpexit detruncata capita virorum atq; mulierum, & infantium. Qui protinus palluit, egredi cupiens: ſed peſtifer ille poſſeſſor tugurii renitens vi manere compellebat: ſed ille pertimeſcens mortis decipulam præualuit, concituſque ad ciuitatem cum vxore perrexit. Ad quam veniens quod compererat Ottoni Comiti, ceteriſque ciuibus indicauit, qui protinus mittentes vi[illegible]os quamplurimos, qui rei veritatem inquirerent, pergenteſque velocius, reperierunt illum crudeliſſimum in ſuo tugurio cum quadraginta octo capitibus trucidatorum, quorum carnes ore belluino vorauerat: quem deducentes ad ciuitatem in quodam horreo religatum, ad ſtipitem vt ipſi poſtmodum conſpeximus, igne combuſſerunt. Tunc etiam pertemptatum eſt in eiſdẽ partibus quod nuſquam competimus quempiam feciſſe. Effodiebant enim plerique albam humum ar[illegible]æ [illegible]lem [illegible]ermi[illegible]centes, quantum erat farinæ vel cantabro, ex inde panes conficiebant, vt ve[illegible]æ mortis ſuccurrerent. In hoc conficiendo ſpes tantum erat euaden[illegible], ſed profectus inanis. Tenebat ergo pallor & macilentia ora cunctoru[illegible], vtiſque d[illegible] inflatione in pellioribus apparebat: ipſæque voces humanæ perex[illegible]e fectæ, garritus morientium auium imitabantur. Tunc nihilominus e ca[illegible] mortuorum paſſim præ multitudine ſepultura carentibus, lupi adeſca[illegible] po[illegible]rum tempus prædam cepere ex hominibus. Et quoniam, vt diximus, ſepeli[illegible]um ob multitudinem non quibant, conſtructa in quibuſdam locis a Deum t[illegible]entibus, quæ vulgo dicuntur carnaria, in quibus quingenti, & co[illegible]us, ſeu quantum capere poterant permixt[illegible]m abſque ordine proiecta ſunt ſe[illegible]uda, vel abſque tegminibus defunctorum corpora. Triuia quoque & agrorum fu[illegible]ciua pro cimiteriis habebãtur. Si qui vero auditu compererant, quod melius haberent: ſi ad alia tranſirent arua, p[illegible]rplures in it[illegible]nere deficientes, moriebantur: deſæuit enim in orbe terrarum peccatis hominum exigentibus prædictæ peſtilentiæ clades in ſpatium trium an[illegible]rum. Tunc in expenſis egenorum diſtracta ſunt Eccleſia-

Eccleſia-

ſiarum ornamenta, diſpertitique theſauri qui ob hoc in decretis patrum inueniũtur ibidem primitus fuiſſe repoſitos. Sed quantum ſupererat vindictæ inſtæ vltionis, exceſſit nimietas egenorũ in pleriſq; locis, theſauros Eccleſiarum. Nã & ipſi famelici nimia affecti inedia, ſi cõtigiſſet eos repleri cibo, diſtenti inflatione protinus moriebantur. Alii autem cibos manibus contrectantes ori tentantes imponere: ſed conquiniſcendo deficiebant, non valentes explere quod cupiebant. Quantus enim dolor tunc: quanta mœſtitia: qui ſingultus: qui planctus: quæ lachrymæ a talia cernentibus datæ ſunt; præcipue a viris Eccleſiaſticæ religionis, Epiſcopis videlicet, atque Abbatibus, monachis & ſanctimonialibus, ſimulque omnibus in commune vtriuſq; ſexus & ordinis Deum metuentibus, non valet ſtylus quiſpiam explicare characteribus: æſtimabatur enim ordo temporum & elementorum præterita ab initio moderans ſecula in chaos decidiſſe perpetuum, atque humani generis interitum. Illud præterea ſtupore nimio permirabillimum, quoniam in tam clandeſtina diuinæ vltionis calamitate rariſſime reperiebantur, qui pro talibus contrito corde, & humiliato corpore vt expediebat, leuarent corda cum manibus ad Dominum, ſibiq; ſubueniendum interpellarent. Tunc nempe Eſaianum illud elogium noſtro impletũ eſt tempore quod dixit, Populus non eſt conuerſus ad percutientem ſe. Erat enim in hominibus quædam duritia cordis cum hebetudine mentis, & quoniã ille ſummus iudex & auctor totius bonitatis dat velle rogare ſe qui nouit quãdo debeat miſereri.

De pace & abundantia anni milleſimi a paſſione Domini.

CAP. V.

ANNO a paſſione Domini milleſimo memoratæ cladis penurias ſubſequente ſedatis, nimborum imbribus reſpectu diuinæ bonitatis & miſericordia cœpit læta facies cœli clareſcere, congruiſque æthereis flare, placidaq; ſerenitate magnanimitatem conditoris oſtendere: telluris quoque tota ſuperficies amicabiliter virens frugum abundantiam funditus inopiam expellendo portendere. Tunc ergo primitus cœpere in Aquitaniæ partibus ab Epiſcopis & Abbatibus cæteriſque viris ſacræ religionis deuotis ex vniuerſa plebe coadunari conciliorum conuentus, ad quos etiam multa delata ſunt corpora ſanctorum, atque innumerabiles ſanctarum apophoretæ reliquiarum: dehinc per Arelatenſem prouinciam, atque Lugdunenſem, ſicque per vniuerſam Burgundiam vſque in vltimas Franciæ partes, per vniuerſos Epiſcopatus indictum eſt, qualiter certis in locis a præſulibus magnatiſque totius patriæ de reformanda pace & ſacræ fidei inſtitutione celebrarentur concilia. Quod etiam tota multitudo vniuerſæ plebis audiens lætanter adiere maximi, mediocres, ac minimi: parati cuncti obedire quicquid præceptum fuiſſet a paſtoribus Eccleſiæ; non minus videlicet quam ſi vox emiſſa de cœlo hominibus in terra loqueretur. Terrebat enim vniuerſos clades præteriti temporis, inſtabatq; metus ne adipiſcerentur opulentiam futuræ vbertatis: erat quippe deſcriptio capitatim digeſta, qua continebantur tam illa quæ fieri prohibebantur, quam ea quæ deuota ſponſione omnipotenti Domino offerre decreuerant. In quibus potiſſimum erat de inuiolabili pace conſeruanda, vt ſcilicet viri vtriuſque conditionis, cuiuſcunque antea fuiſſent rei obnoxii, abſque formidine procederent armis vacui. Prædo namque aut inuaſor alterius facultatis legum diſtrictione arctatus, vel donis facultatum, ſeu pœnis corporis acerrime mulctaretur: locis nihilominus ſacris omnium Eccleſiarum honor & reuerentia talis exhiberetur, vt ſi quis ad ea cuiuſcunque culpæ obnoxius confugium faceret, illæſus euaderet, niſi ſolummodo ille qui pactum prædictæ pacis violaſſet: hic tamen captus ab altare præſtitutam vindictam lueret. Clericis ſimiliter omnibus, monachis & ſanctimonialibus, vt ſi quis cum eis per regionem pergeret, nullam vim ab aliquo pateretur. Plurima autem in eiſdem conciliis conſtituta ſunt, quæ per longum duximus referre. Illud ſane memorandum, quod omnibus in commune placuit, qualiter omnibus hebdomadibus ſanctione perpetua, ſexta die abſtineretur, a vino & carnibus ſeptima: niſi forte grauis infirmitas compelleret, aut celeberrima ſolemnitas interueniret. Si vero effectio aliqua intercederet, vt hic tenor paullulum laxaretur: tres proinde pauperes

victu ſuſtentarentur. Tunc innumeræ ſanitates patratæ ſunt infirmantium in eiſdem conuentibus ſanctorum. Sed & ne cui friuolum videretur in multis diſtupta curis, diſciſſaque caro crurium & brachiorum nuper curuorum, erigendo in ſtatum priſtinum plurimus ſanguis effundebatur. Quod vtique in ceteris quæ dubitare poterant, fidem præſtabat, quibus vniuerſi tanto ardore accenſi, vt per manus Epiſcoporum baculum ad cœlum eleuarent, ipſique palmis extenſis ad Deum, Pax, pax, pax, vnanimiter clamarent, vt eſſet videlicet ſignum perpetui pacti de hoc, quod ſpoponderant inter ſe & Deum. In hac tamen oratione, vt euoluto quinquennio confirmandæ pacis gratia id ipſum ab vniuerſis in orbe fieret, mirum in modum eodem denique anno tanta copia abundantiç frumenti & vini, ceterarumque frugum extitit, quanta in ſubſequente quinquennio contigiſſe ſperari non potuit. Aliquis enim victus humanus præter carnes ſeu delicioſa pulmentaria nullius erat pretii. Erat autem inſtar illius antiqui Moſaici magni Iubilei: ſequenti vero anno tertio & quarto non minus prouenit. Sed heu, proh dolor, humana denique ſtirps immemor beneficiorum Dei ab initio prona ad malum, veluti canis ad vomitum, vel ſus lota in cœni volutabrum, irritum in multis facere propriæ ſponſionis pactum. Et ſicut ſcriptum eſt, impinguatus & dilatatus recalcitrauit: nam ipſi primates vtriuſq; ordinis in auaritiam verſi cepêrūt exercere plurimas, vt olim fecerant, vel etiam eo amplius rapinas cupiditatis, deinde mediocres ac minores exemplo maiorum ad immania ſunt flagitia deuoluti. Quis enim vnquam antea tantos inceſtus, tanta adulteria, tantas conſanguinitatis illicitas permixtiones, tot concubinarum ludibria, tot malorum æmulationes audiuerat. Inſuper ad cumulum tanti mali, cum non eſſent in populo, vel rari, qui ceteros corrigentes talia redarguerent, impletum eſt prophetæ vaticinium, quod ait, Et erit ſicut populus ſic ſacerdos. Præſertim cum tunc in ſeculari poteſtate, tum etiam in Eccleſiaſtica religione totius regiminis perſonæ conſtiterant in pueriili ætate: propter peccata enim populi contigit tunc illud Salomonicum, quod ait; Væ tibi terræ. Nam & ipſe vniuerſalis Papa Romanus nepos ſcilicet duorum, Benedicti atq; Ioannis, qui ei præceſſerant, puer ferme decennis intercedente theſaurorum pecunia electus extitit a Romanis; a quibus ex inde frequenter eiectus ac inhoneſte receptus nulla poteſtate viguit. Et vt iam ſuperius taxauimus ceteros tunc temporis Eccleſiarum prælatos, aurum potius vel argentum exaltabat quam meritum. Proh pudor, dê his euidentiſſime Scriptura ait, immo os ipſius Dei principes extiterunt, & non cognoui.

De confluentia populi totius orbis, quæ ad ſepulchrum Domini Hieroſolymis facta eſt.

CAP. VI.

PER idem tempus ex vniuerſo orbe tam innumerabilis multitudo cœpit confluere ad ſepulchrum Saluatoris Hieroſolymis, quãtam nullus hominum prius ſperare poterat: primitus enim ordo inferioris plebis: deinde vero mediocres; poſt hæc permaximi quique Reges & comites ac præſules: ad vltimum vero, quod nunquam contigerat, mulieres multæ nobiles cum pauperioribus illuc perrexere: pluribus enim erat mentis deſiderium mori, priuſquam ad propria reuerterentur. Contigit enim, vt quidam a Burgundiæ partibus ex Auguſtidunẽſe territorio Lethbaldus nomine cum ceteris illuc pergens deueniret, qui proſpectis locis omnium ſacratimis, cum ad illum locum montis Oliueti deueniſſe contigit, ex quo Saluator ad cœlos aſcendens tot cernentibus idoneis teſtibus, venturus inde iudicare viuos & mortuos, eſt repromiſſus, proiiciens ſe in crucis modum toto proſtratus corpore cum lachrymis inenarrabile mentis iubilo exultauit in Domino: reerigens ſe identidem palmis ad cœlum extenſis, niſu quo poterant corpus librabat in altum, ac in voce huiuſmodi aperiebat mentis deſiderium. Aiebat namque, Domine Ieſu, qui propter nos de ſede maieſtatis tuæ ad terras deſcendere dignatus es, vt genus humanum ſaluares, quique ex hoc loco quem oculis intueor, carne veſtitus remeaſti ad cœlos, vnde veneras, obſecro tuam omnipotentiſſimam bonitatem, vt ſi hoc anno eſt mea anima ex hoc corpore migratura, non hinc recedam: ſed in conſpectu loci tuæ aſcenſionis fieri contingat. Credo enim, quoniam ſicut te ſecutus ſum corpore,

qualiter

qualiter ad hunc deueñitem locum: ſic anima mea illæſa & gaudens poſt te ſit ingreſſura ad paradiſum. His peroratis, reuerſus eſt cum ſociis ad hoſpitium. Erat autem iam hora prandii: ceteris vero diſcumbentibus conuerſus ipſe ad lectulum vultu alacris, ac veluti graui ſopore paululum requietutus, illico namque obdormiſcens, ignoratur quid viderit, protinus dormiens exclamauit, Gloria tibi Deus. Socii quoque hæc audientes, monebant illum vt ſurgens comederet: qui noluit, ſed vertens ſe in latus aliud, dixit ſe pati aliquid incommodi, recubanſq; vſque ad veſperum, conuocatis ſui itineris ſociis viuificæ Euchariſtiæ requirens, accepit viaticum, illiſque dulciter ſalutaris emiſit ſpiritum. Iſte proculdubio liber a vanitate, ob quam multi proficiſcuntur, vt ſolummodo mirabiles habeantur, de Hieroſolymitano itinere in nomine Domini Ieſu fideliter periuit patrem, quodq; accepit. Cuius ſocii reuertẽtes nobis ea quæ diximus retulerunt: poſitis tunc apud Beſue monaſterium. Eodem tempore quippe Odolricus Aurelianorum præſul illuc pergens quid viderit nobiſque narrauerit non prætermittendum videtur miraculum. Die igitur magni illius ſabbathi quo ignis mirabili Dei potentia veniens ab vniuerſo populo præſtolatur, ibi cum ceteris idem præſul adſtabat. Iamque dies ipſa in veſperum tranſiens repente penes horam qua ſperabatur ignis affuturus, vnus Sarracenorum ſcurra impudentiſſimus, ex plurima illorum multitudine, quæ annuatim ſemper vna cum Chriſtianis adeſſe ſolet, exclamauit, vt Chriſtianis mos eſt, cum primum viderit eos, Kyrie eleiſon cauillanter cachinnum emiſit, extenſaq; manu arripuit cereum de manu cuiuſdam Chriſtiani auferre tentans. Qui illico arreptus a dæmonio turpiter nimiũ vexari cœpit, quẽ proſequens Chriſtianus, cereũ abſtulit. Ille vero tortus acerrime protinus inter Sarracenorũ manus expirauit. Quod factũ omnibus in cõmune terrorem immiſit: Chriſticolis tamen gaudiũ & exultationem prębuit. Statim vero, vt aſſolet Dei virtute erũpens ignis ex vna lampadarum, quæ ſepte ibidem pendere cernuntur curſim eructando ceteras inflãmauit, quam etiam cum ſuo oleo pręfatus Epiſcopus emens auri libra a Iordano qui tunc præerat Patriarcha ſecũ detulit, atq; in ſede propria reponẽs, plurima infirmis contulit beneficia: detulit etiam Roberto Regi partẽ prægrandẽ venerabilis crucis Domini Saluatoris miſſam a Cõſtantino Imperatore Græcorũ cum multitudine palliorum oloſericorum, cui idem Rex miſerat per eundẽ Epiſcopum ſpatã capulum habẽs aureum thecamq; auream cum gẽmis pretioſiſſimis. Tunc etiã inter ceteros Robertus Normãnorum Dux cũ ingẽti multitudine ſuæ gentis Hieroſolymã proficiſcẽs, detulit ſecũ plurima auri & argenti donaria erogãdi gratia; qui dũ rediret apud Niceã obiit vrbem, ibidemq; ſepultus quieuit, de quo maximũ apud ſuos idcirco extitit iuſtitiũ, quoniam nõ fuerat ei proles matrimonio aliqua ad regimen ſuſcipiendũ prouincię, quamlibet ſororem Anglorũ regis cauſe manifeſtũ eſt duxiſſe vxorẽ, quam odiẽdo diuortiũ fecerat, ex concubina tamen filiũ genuerat VVillelmi nomen ataui ei imponẽs: cui antequam proficiſceretur, vniuerſos ſui ducaminis principes militaribus adſtrinxit ſacramẽtis, qualiter illũ in principẽ pro ſe, ſi non rediret eligerent. Quod etiã ſtatim ex cõſenſu regis Francorũ Henrici vnanimiter poſtmodũ firmauerunt; fuit enim vſui a primo aduentu ipſius gentis in Gallias, vt ſuperius petnotauimus, ex huiuſmodi cõcubinarum cõmixtione illorum principes extitiſſe. Sed & hoc ne ſupra modũ putetur abominabile, libet cõparationẽ de filiis concubinarum Iacob inducere, qui ob hoc nõ caruere paterna dignitate inter ceteros fratres cõſtituti patriarchæ. Et lõgo poſt inferiore tẽpore ſingularis monarchiæ, magnus imperii protochriſticola Conſtãtinus ex cõcubina Helena legitur genitus fuiſſe. Pręterea dum quidam de ſollicitatoribus qui eo tempore habebantur conſulti a pluribus fuiſſent, quod tantus populorũ concurſus ad Hieroſolymam deſignaret olim ſeculi inauditus præteriti. Reſponſum eſt a quibuſdã ſatis caute, nõ aliud portendere, quam aduentũ illius perditi Antichriſti qui circa finem ſeculi iſtius diuina teſtante authoritate pręſtolatur affuturus. Tũc & gentibus vniuerſis via Orientis plagæ vnde venturus eſt, patefacta, obuiã illi cunctæ nationes incunctanter ſint proceſſuræ. Reuera vt illud Dominicum adimpleatur præſagium, quoniam tunc in tentationem incident: ſi fieri poteſt etiam electi huius. Hic meta, vbi ceterum nõ negamus deuotum laborem fidelium exinde præmium ſeu mercedem percipere a iuſto iudice.

De prœliis Sarracenorum aduerſus Chriſtianos in Africæ partibus.

CAP. VII.

SVB iiſdem vero temporibus conſurgens rediuiua Sarracenorum in Africæ partibus aduerſus Chriſtianorum populum perfidia perſequendo eos terra mariq; quoſquos reperire poterant, quoſdam excoriabant viuos, alios trucidabant. Et cum iam diu multumque inter vtroſque debacchatum plurima cæde fuiſſet; pluteſque ſtrages ab vtriſq; partibus datæ, cõtigit vt ex deliberatione partis vtriuſq; in comminus illorum acies pugnaturæ deuenirent. Illi præſumentes confidebant in rabida feritate immenſæ ſuæ multitudinis, victores ſeſe fore exiſtimabant: noſtri vero licet admodum pauci numero, Dei omnipotentis auxilium inuocantes per interuentum genitricis ipſius Mariæ, ſanctique Apoſtolorum principis Petri, omniumque ſanctorum ſperabant; de illis fiducialiter obtinere triumphum, præcipue quoque in voto, quod in ipſius procinctu belli vouentes ſeſe obſtrinxerant, vt ſi videlicet manus Domini valida gentem illam perfidiſſimam in manus illorum concluderet, potito de illis triumpho, quicquid auri argentique ſeu ceteræ ſuppellectilis ex eiſdem capere contigiſſet, totum omnino ad locum Cluniaci, Apoſtolorum principi Petro deſtinarent. Iam olim namque, vt ſuperius pernotauimus, plures ipſius gentis veri religioſi in eodem cœnobio ſacri inſtituti habitum ſuſcipientes, totam gentem ad amorem eiuſdem loci conſciuerant. Sed quid plura, inito pugnæ certamine diu multumque congreſſum eſt: Chriſtiani tamen omnino inlæſi victores apparebant. Ad vltimum quoque tantus horroris tremor inuaſit Sarracenorum exercitum, vt veluti pugnæ obliti, fugam arripere tentantes, quamuis nequiequam, propriis irretiti iaculis, immo virtute Dei ſtupentes hæſerunt: Chriſtianorum vero quantus erat cuneus diuino fortificatus auxilio, tanta eoſdem cæde proſtrauit, vt ex innumerabili multitudine illorum vix pauci euaderent. Motget nempe princeps illorum, qui quaſi Moyſes ita confuſe nominatur, illo prœlio dicitur defuiſſe, collectiſque ſpoliis confecerunt ex eiſdem plurima argenti talentorum pondera, memores voti quod Deo ſpoponderant. Eſt namque mos Sarracenorum ad prœlia euntium, vt ſeſe phaleris argenti vel auri plurimum perornent: quod tunc etiam deuotioni noſtrorum præ[illegible] augmentum, qui protinus miſerunt quicquid exinde prouenit, vt vouerant ad C[illegible]enſe monaſterium. Ex quibus venerabilis eiuſdem loci Abbas Odilo ciborum ſu[illegible] altate ſancti Petri perhoneſtiſſimum fieri præcepit. Cætera vero liberali d[illegible]ione famoſiſſime, vt decebat erogari indigentibus vſque ad aſſem mandau[illegible] Sarracenorum: nihilominus tumultuatio ad præſens cõquaſſata quieuit.

De Leuticorum prœlio aduerſus Chriſtianos in partibus Aquilonis.

CAP. VIII.

GERMANIA igitur, quæ a Rheno flumine ſurſum verſus ad Aquilonarem orbis plagam tendens ſumit exordium, gentibus incolitur quam plurimis, ferociſſimis tamen atque permiſcuis; inter quas vna ceteris crudelior, commanens in vltima parte ſedere Retiæ. Nam prima Retia licet a Reno vtræque dicantur in parte eiuſdem Reni coniacet Occidentali, quæ ſcilicet corruptæ regnum Lotharii vulgo nuncupauit. In altera, vt diximus, gens Leuticorum barbara omni crudelitate ferocior: cuius vocabulum a luto deriuatur. Eſt enim omnis illorum habitatio circa mare Aquilonare, in paludibus ſordentibus, & idcirco Leutici quaſi Lutei vocantur. Hi quoque anno a paſſione Domini milleſimo de ſuis egreſſi latibulis, vicinas ſibi prouincias Saxonum ac barbarorum nimium crudeliter deuaſtantes, res Chriſtianorum ad ſolum vſque deleuerunt, viros ac mulieres trucidantes exterminabant. Aduerſus quos Imperator Conradus cum exercitu permaximo egrediens multotiens plures ex illis cæde proſtrauit: non tamen ſine damno ſuorum. Ob quam rem totius Eccleſię clerus ac plebs regni ſui ſemet affligentes, Dominum rogauerunt, vt vltionis vindictam de tanta barbarorum veſania illi concederet, vt ad ſui nominis honorem Chriſtianis foret ex illis victoria. Dehinc vero irruens ſuper eos maxi-

mam,

mam illorum partem contriuit: ceteri fugæ præſidium arripientes ad loca ſuarum paludum inacceſſibilia nimium præteriti euaſerunt, de qua victoria idem Imperator accepta confidentia, rurſum collecto exercitu Italiam pergens ad ipſam vrbem Romam progrediens vniuerſos rebelliones, qui contra eum inſurgere tentauerant, anno integro ibidem degens proterendo compeſcuit pactum etiam ſecuritatis & amicitiæ, veluti Henricus cum patre illius egerat cum rege Francorum Henrico filio Roberti ſtatuit, cui etiam leonem pergrandem amicitiæ gratia miſit, qui poſt modum vxorem nomine Mathildem moribus egregiam de regno eius, ex Germaniæ nobilioribus accepit.

De ſigno quod in Sole apparuit. Cap. IX.

ANNO igitur, eodem die Dominicæ paſſionis, milleſimo die tertio Kalendarum Iuliarum, ſexta feria, Luna viceſima octaua, facta eſt eclipſis ſeu deliquium Solis ab hora eiuſdem diei ſexta vſque in octauam, nimium terribilis: nam ſol ipſe factus eſt ſaphirini coloris gerens in ſuperiori parte ſpeciem Lunæ a ſua reilluminatione quartæ. Intuitus hominum in alterutrum velut mortuorum pallor conſpiciebatur: res vero quæcunque ſub aëre croci coloris eſſe cernebantur; tunc corda humani generis ſtupor ac pauor tenuit immenſus, quoniam illud intuentes intelligebant portendere quiddam fore ſuperuenturæ cladis humano generi triſte: nam eadem die natale videlicet Apoſtolorum in Eccleſia beati Petri quidã de Principibus Romanorum conſpirantes in Papam Romanum, cupientes illum interimere: ſed minime valentes, a ſede tamen propria expulerunt. Sed vt præmiſimus tam pro hac re, quam pro aliis inſolenter patratis, imperator illuc proficiſcens proprię ſedi reſtituit, nec non & alia paſſim in orbe cum in Eccleſiaſticis, tum etiam in rebus ſecularibus multa contra ius faſq; patrata contigerunt, inſtinctu nempe rapidæ cupiditatis pene nullius tuta fides in altero quem eſt fundamentum & columen totius boni reperiebatur. Et vt euidentius foret, quod peccata terræ cœlos pulſarent, ſicut Propheta clamat, propter creberrimas populi iniquitates ſanguis, inquit, ſanguinẽ tetigit: nã poſtmodum pene in vniuerſis mortalium ordinibus inſolentia pullulante, ac vigore iuſtæ ſeueritatis, tenoriſq; tepeſcente, vt illud Apoſtolicum noſtræ genti rectiſſime potuiſſet improbari elogium, quod ait, Auditur inter vos nefas, quod nec inter gentes: nam impudentiſſima auaritia humana pectora inuadente, periclitabatur fides in cunctis. Exinde procedebant rapinæ & inceſtus, litigia cæcarum cupiditatum, furta & adulteria immaniſſima. Proh pudor, horrori erat cuiq; referre de ſe quod ſentiebat: nemo tamen propter hoc a nefario malitiæ vſu ſeſe corrigebat. Iterum quoque poſt annos quatuor facta eſt eclipſis Solis vndecimo die Kalẽdarum Septembrium, feria quarta, hora ſexta; atque vt ſemper fit Luna viceſima octaua. Eodem nihilominus anno Conradus, cuius ſuperius mẽtionem fecimus, apud Saxoniam Romanorum obiit Imperator, cuius filius Henricus nomine, quem ipſe viuens pro ſe regem conſtituerat, imperauit VVillelmus etiam Pictauorum Comes multis pecuniis, libera captione, qua filius Fulconis Gotfredus cognomento Martellus illum in prœlio capiens, ſpatio trium annorum tenuerat, ad propria remeans ipſo in anno finem vitæ habuit. Hugo quoque Antiſiodorenſis Epiſcopus vir nominatiſſimus viuendi finem fecit: ſimiliter Rainaldus Comes eiuſdem ciuitatis Landrici Comitis filius, qui filiam Roberti Regis duxerat vxorem; ipſe quidem audax a quodam milite generis infimi audacter interemptus eſt. Is quoque pertimeſcens ob audaciam, ſicuti contigit præpropere ſibi funus imminere, dum adhuc viueret, Abbatiam in honore Domini Saluatoris conſtructam monaſterio beati Germani ex integro perpetualiter poſſidendam reſtituit; quo etiam ſepultus quieſcit. Præterea Fulco Andegauorum Comes, de quo ſuperius quædam retulimus, ter Hieroſolymam iam perrexerat, veniens que Metenſem vrbem ibidem obiit: cuius corpus Lucanenſe ad monaſterium, quod ipſe conſtruxerat, delatum eſt, atq; in eodem ſepultum honorifice.

Explicit liber quartus.

LIBER QVINTVS.

SVMMA CAPITVM

LIBRI QVINTI.

1. *Variæ quæſtiones.*
2. *De bello mire geſto.*
3. *De tertia eclypſi Solis.*
4. *De diſſenſione Lugdunenſis præſulatus.*
5. *De extirpatione Simoniaca.*

Variæ quæſtiones. CAP. I.

RERVM diuerſarum permutationibus ac variorum caſuum euentibus attonitæ aures, menteſque obtuſæ, ſeu hebetatæ vniuerſorum tunc temporis pene mortalium, tum etiam infeſtationibus ſiniſtrorum ſpirituum, aliquibus tamen reuelationum vtilium phantaſiæ manifeſtatę fuiſſe creberrime ferebantur. Cui namque monacho vna noctium viſum eſt hora, qua matutinale agitatum eſt ſignum, affuiſſe ſibi quendam teterrimum, qui eidem plura perſuadendo inferebat huiuſce colloquium: Cur, inquiens, vos monachi tot labores, tot vigilias, atque ieiunia, néc non afflictiones & pſalmodias, pluresque alias humiliationes exercetis extra communem aliorum hominum vſum, nonne innumerabiles ſecularium homines vſque ad vitæ terminum in diuerſis flagitiis perſeuerantes, eandem tamen percepturi quam vos expectatis requiem? Sufficeret enim dies vnus, vel hora ad promerenda præmia æternæ beatitudinis veſtræ iuſtitiæ. namque tu ipſe, miror qua de cauſa tam ſollicitus mox vt audis ſignum velociter exurgis a lecto, rumpiſque dulcem ſomni quietem, quum poſſes quieti indulgere, vel vſque ad tertium ſignum. Eſt etiam quod tibi pandam ſecretum valde memorabile, licet noſtræ ſit parti diſpendium, veſtræ quoque ſaluṫate remedium. Nam conſtat omnibus annis, die qua Chriſtus reſurgens ex mortuis vitam reparauit humani generis, ab eodem vniuerſa ſpoliari tartaro, & ſuos quoque reduci ad ſupera. Pro qua re nihil vobis pertimeſcendum quicquid libuerit voluptatum carnis ac deſideriorum ſecuri agere poteſtis, hæc nempe & alia perplura; ſicuti erat fallaciſſimus dæmon eidem monacho illudens friuola retulit, adeoque illum illexit, vt communi fratrum ſinaxi matutinali defuerit. Illud ſane quod de Dominica reſurrectione ſeductorie confinxiſ, verba ſacri redarguunt Euangelii, quæ dicunt; Multa corpora ſanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt. Non inquiunt omnia, ſed multa: & ita reuera profitetur fides Catholica, licet enim aliquotiens vera omnipotentis præſcientia diſponente fallaciſſimi omnino dæmones minus irrita prænuntient, tamen quantum ex illorum deliberatione fit, perfunctoria ac ſeductoria conſtant; vel etiam ſi contigerit ex parte quæ præſagatis ab eiſdem fieri non plane ſaluti humanæ ſunt profutura, niſi forte diuina fiat prouidentia ob correctionis ſolertiam. Huiuſmodi igitur mihimet nuperrime multotiens Deo propitiante palam eſt contigiſſe: nam dum aliquando in beati martyris Leodegarii monaſterio, quod Capellis cognominatur poſitus degerem, nocte quadam ante matutinalem ſinaxin aſtitit mihi ex parte pedum lectuli forma homunculi teterrimæ ſpeciei: erat enim quantum a me dignoſci potuit, ſtatura mediocris, collo gracili, facie macilenta, oculis nigerrimis, fronte rugoſa & contracta, depreſſis naribus, os exporrectum, labellis tumentibus, mento ſubtracto ac perangusto, barba caprina, aures hirtas & præacutas, capillis ſtantibus & incompoſitus, dentibus caninis, occipitio acuto, pectore tumido, dorſo gibbato, cluni-

clunibus agitantibus, veſtibus ſordibus, conatu æſtuans, ac toto corpore præceps; arripienſque ſummitatem ſtrati in quo cubabam, totum terribiliter concuſſit lectulum, ac deinde infit; Non tu in hoc loco vltra manebis. At ego territus, euigilanſque ſicuti repente fieri contingit, aſpexi talem quem præſcripſi. Ipſe vero infrendens identidem aiebat non hic vltra manebis. Illico denique a lectulo exiliens, cucurri in monaſterium, atque ante altare ſanctiſſimi patris Benedicti proſtratus, ac nimium pauefactus diutine decubui, cœpique acerrime ad memoriam reducere quicquid ab ineunte ætate offenſionum, grauiumque peccaminum procaciter ſeu negligenter commiſeram. Tum præcipue quoniam pene nulla pœnitudinis ſatiſfactio ob amorem ſeu timorem diuinitatis a me ex inde ſucceſſerat: ita quoque miſer & confuſus iacens, non habebam quid potiſſimum dicerem, niſi tantum, Domine Ieſu qui veniſti peccatores ſaluos facere ſecundum magnam miſericordiam tuam, miſerere mei. Interea confiteri non erubeſco, me non ſolum in peccatis parentum meorum genitum, verum fuiſſe moribus importunum, & actibus intolerabilem pluſquam narrari queat extitiſſe. Vi etiam cuiuſdam monachi, mei ſcilicet auunculi abſtractus a peruerſiſſima quam præ cæteris agebam ſecularis vitæ vanitate, cum eſſem ferme duodenis, atque monachili indutus habitu. Heu, proh dolor: quoniam veſte ſolummodo, non mente mutatus: quæcunque enim a patribus vel ſpiritalibus fratribus modeſta & ſancta charitatiue mihi ſuggererentur, truculenti animi inflatione rurgidum ſcutum cordis gerens, dictante ſuperbia, ne ſalubria me contingerent, opponebam; dehinc ſenioribus non obediens, coæqualibus moleſtus, iunioribus oneroſus, atque vt vere fatear vniuerſis mei præſentia grauedo, erat leuamen abſentia: præterea his quæ huiuſmodi prædicti loci fratres inſtigati expulerunt me a contubernio ſuæ habitationis: tamen ſcientes non defore mihi locum quempiam commanendi tantum ob litteratoriam notionem, hoc etiam perſæpe expertum fuerat. Poſt hoc igitur in monaſterio ſancti Benigni Diuionenſis martyris locatus, non diſpar: immo idem mihi viſus eſt in dormitorio fratrum incipiente aurora diei currens exiit a domo latrinarum, taliter inclamando, Meus baccalaureus vbi eſt, meus baccalaureus vbi eſt. Sequenti quoq; die, eadem fere hora, aufugiens abiit ex inde quidam frater iuuenis, mente leuiſſimus, Theodoricus nomine, reiectoque habitu per aliquod temporis ſpacium, ſeculariter vixit, qui poſtmodum corde compunctus, ad propoſitum ſacri ordinis rediit. Tertio quoque eſt apud cœnobium beatæ ſemperque virginis Mariæ cognomento Melerendenſe, demorarer vna noctium dum matutinum pulſaretur ſignum, & ego labore quodam feſſus non vt debueram; mox vt auditum fuerat, exſurrexiſſem, mecumque aliqui remanſiſſent, quos videlicet praua conſuetudo illexerat, cæteris ad Eccleſiam concurrentibus. Egrediens autem poſt fratrum veſtigia Hanelus aſcendit gradum præſignatus dæmon ad dorſum manibus reductis hærenſque parieti bis, terque repetebat dicens, Ego ſum, ego ſum, qui ſto cum illis qui remanent. Qua voce excitus caput eleuans, vidi recognoſcens, quem bis dudum iam videram: poſt diem vero tertium, vnus ex illis fratribus qui, vt diximus, clauiculæ cubitare ſoliti fuerant procaciter a monaſterio egreſſus, præfato dæmone inſtigante, ſex dies extra monaſterium cum ſecularibus tumultuoſe manſit. Septima tamen die correptus recipitur: profecto vt beatus Gregorius teſtatur, quibuſdam hic apparent ad ſuum detrimentum: aliquibus vero ad emendationis emolumentum, quod mihi contingat ad ſalutem orari, ac prouenire opto per Dominum Ieſum redemptorem noſtrum. Illud nempe attentius eſt memoriæ commendandum, quoniam dum manifeſtiſſima prodigia in corpore adhuc conſtituuntur, ſiue per bonos, ſeu per ſiniſtros ſpiritus oſtententur, non illos diutius in hac carne victuros, quibus huiuſmodi videre contigerit. Huius quoque aſſertionis experimenta multa comperimus, ex quibus etiam nonnulla memoriæ commendari placuit, vt quotiens euenerint cautelam inferant potius quam deceptionem. Apud caſtrum Tarnodorenſem erat quidam presbyter religioſe degens, Frotterius nomine [illegible]

mine, tempore quo Bruno Lingonum præſulatum tenebat: hic vero vna dierum Dominica iam veſperaſcente cum cœnaturus eſſet, exiuit paullulum ſe releuandi gratia ad feneſtras domus ſuæ, proſpicienſque indita Septemtrionali parte egredi acies equitum, velut in prœlium innumeræ multitudinis pergentes ad Occidentem, quas cum diu multumque intuitus fuiſſet, æſtuans vocare quempiam e ſuis ad teſtimonium tanti oſtentus; dum autem cœpit clamare vt occurreretur, rareſcendo protinus diſparuerunt: ipſe quoque tanto animi terrore perculſus, vt vix a lachrymis ſe continere poſſet, dehinc cœpit infirmari, eodemque anno, vt optime vixerat obiit; portento denique ſubtractus quod vidit, illi qui perſenſere teſtes fuerunt. Nam ſequenti anno filius Regis Roberti Henricus, qui poſt illum regnauit, ad idem caſtrum ira permotus veniens cum ingenti exercitu, multa ibidem hominum cædes ab vtraque parte patrata eſt: de hoc profecto conſtat, quoniam ea quæ viderat, & ſibi proſpexit, & aliis, licet diſſimiliter, mirifice tamen apud Antiſiodorum in Eccleſia beati Germani contigiſſe meminimus. Erat ibidem frater Gerardus nomine, cui mos erat poſt ſolemnes matutinales in oratorio remorari; huic contigit quodam mane vt inter orationes obdormiſceret, qui protinus graui ſomno depreſſus, velut exanimis delatus eſt foras monaſterii, ſed qualiter aut a quibus huc vſque neſcitur. Qui expergefactus reperit ſe in clauſtro extra monaſterium eiectum, admirans indicibiliter quod factum de ſe ſe cernebat: ſimili quippe modo contigit cuidam presbytero in eodem monaſterio pernoctanti, dum in ſubterioribus criptis, vbi nihil aſportatum poſt chorum mona[illegible]rum: namque de eadem Eccleſia certa relatio conſtat, quoniam ſi contigerit noctu luminare extingui, quouſque reaccendatur cuſtodes eiuſdem Eccleſiæ nullam quietem poſſe conſequi. Præterea fuit quidam frater, qui ſolitus erat ad altare ſanctæ Mariæ, quod excellentiſſime conſtat frequenter orare ac gemitus & compunctionis lachrymas fundere; vnum igitur ei erat quod pene vniuerſis accidit inter oratum, frequenter ſpuere ad delumbæ ſaliuam e[illegible]ittere. Contigit vero aliquando vt ſomno oppreſſus obdormiret, apparuit ei ſtans iuxta altare quidam candidis indumentis circundatus, præferens in manibus pannum candidiſſimum, atq; in huiuſmodi erumpebat verba, Cur me, inquiens, ſputis proptus verberando illinis? Nam ego, vt cernis, ſuſcipio munus tuarum orationum, deferens illud ad conſpectum miſericordiſſimi iudicis. Qua viſione correptus frater ille, & ſeſe continuit, & ceteros, vt ſe in quantum valerent in ſacris locis continerent ante monere curauit, & licet hoc natura dictante proueniat: tamen in pleriſque locis gentium omnimodis abſtinetur in Eccleſia ab ſcreationum ſputis, niſi forte ſuſcepta delatura ex inde foras in quibuſdam receptaculis, & præcipue apud Græcos, vbi ſemper tenor Eccleſiaſticus cautiſſime viget. Clarere igitur locum prædictum diutine meritis beati Germani, ac ceterorum ſanctorum ibidem quieſcentium ſignis & prodigiis tam in donis ſanitatum, quam in vltionum vindictis ad ſe pertinentia diripientium manifeſtum eſt. Si qui nempe de primatibus patriæ huiuſce loci rerum inuaſores ſeu diremptores increuerunt; Deus exinde vltor ipſorum genus cum ſuis rebus in opprobrium & pœnæ ad nihilum redigere conſueuit: huius enim teſtimonium inter cetera noſtræ aſſertionis euidens extat vltio generis cuiuſdam Bauonis, necnon & filii eius Aluualonis, creberrimaq; confuſio Silliniaci ſacrilegiſſimi caſtri. Præterea egomet quondam rogatus a conſeruis & fratribus noſtris eiu[illegible] loci, vt altariorum titulos qui a ſcholaſticis viris compoſiti olim fuerant ſed ve[illegible]ate vt pene cuncta feſcente minime comparebant, reformarem: quod vt competẽs erat, libenti animo quomodo valebam adimplere ſtudui. Sed priuſquam ad cœpti operis calcem opus perducerem ex nimia corporis ſtatione, vt reor, nocte quadam in ſtrato conquinifcens ita cõtractus membris omnibus hectherica paſſione, vt non erigere memet, neque in latus aliud vertere vllo modo valerem. Poſt triduum vero inſecutan octe nimiis detento anguſtiis, apparuit mihi vir canitie venerandus, qui meam ſomnis per brachium erigens aiebat. Exple quantocius quod cœpiſti dolere [illegible]tra ne paueas. Illico vero expergefactus memet admirans, excutienſque a lectulo cucurri ad altare victorioſorum martyrum Victoris videlicet Apollinariſque ac Georgii, quoniam

illorum

illorum oratorium contiguum erat Domini infirmorum, ibique vniuerſorum Deo humillimas grates referens, alacer matutinales expleui ſolemnes; die vero inſecuta toto integerrime valens corpore eorundem martyrum nominibus propriis ibidem compoſui titulum. Eccleſiæ denique maioris erant altaria numero viginti duo, quibus vt decens erat titulis ſynopi, de verſibus hexametris conuenienter digeſtis, ſanctorumque epitaphiis reparatis; religioſorum etiam virorum quorundam tumulos itidem perornare curaui; quod ſanæ mentis hominibus admodum placabile fuit. Sed vt pater Odilo ſæpius plangere ſolitus fuerat, ita contigit: Heu, proh dolor, inquiens, Quoniam næuum inuidentiæ licet in ceteris graſſetur hominibus, tamen in finibus aliquorum monachaliter viuere profeſſis cubile ſibi locauit: nam quidam a ſui monaſterii fratribus exoſus diſcedens, venit ad noſtros, a quibus vt mos illorum ſemper fuit, deuote ſuſceptus eſt. Is autem veneno inuidiæ infecit Abbatem cum aliquibus monachis compellens in tantum aduerſum me odium, vt præſcriptos altariorum titulos deſtruerent vniuerſos. Sed protinus Domino vltore affuit illius vindex, qui incentor extiterat fraternæ diſcordiæ: mulctatus enim illico damnabili oculorum cæcitate, offendens pedibus irrecuperabiliter vſque in finem vitæ ſuæ. Cuius denique rei euentus tam vicinis quam longe poſitis non minimam præbuit admirationem. Contigit ibidem ipſo in tempore, vt aliqui e fratribus ſubinde migrarent ab hac luce: quorum vnus nomine VValterius cognomento, vt erat ſtatura puſillus ac natura ſimpliciſſimus, incipiente nocte magni ſabbathi reſurrectionis Dominicæ qua ipſe obiit. Apparuit enim in hora ſui exitus innumerabilibus viris ac mulieribus columna lucis ignea a culmine monaſterii ad cœlum vſque pertingens. Quibus nempe non dierum fuit miſericordiſſimi Dei actum largitione, qui animam fratris iſtius ſuæ glorioſæ reſurrectionis voluit participem fore, ac viuentibus viam innocentiæ demonſtrare.

Quæri ſolet a nonnullis, cur tempore nouæ Legis vel gratiæ non manifeſte, ſicut antiquitus fiunt viſiones diuinitus, ac rerum miracula? Quibus paucis reſpondendum eſt ex ipſius diuinæ Scripturæ teſtimoniis, ſi tamen cor illorum capax fuit Sancti Spiritus donorum, libet quoque vt Deuteronomium euidens primitus exhibeat teſtimonium. Poſtquam enim populus Hebræorum paſtus quadraginta annorum cœleſte manna, Iordanem tranſiens, in terram venit Chanaan, ceſſauit cœlum pluere illud: nec vltra vſi ſunt tali cibo filii Iſrael. Quid igitur in hoc facto nobis innuit, quibus pæne omnia in figura contingunt, niſi quod tranſito noſtro Iordane, id eſt Chriſti baptiſmate, non vltra præſagiorum cœlitus ſigna debere inquiri: ſed potius nobis debet panis viuus ille ſufficere; quo quis veſcetur, viuet in æternum poſſeſſurus terram viuentium. Rurſus vero ex præcepto Domini conſtitutum eſt a Moyſe, vt quæque vaſa ex præda hoſtium illi populo prouenirent, lignea aqua expiarentur, quæ ænea igne. Simili quoque modo figuraliter exprimit, quoniam vaſa iidem homines, qui ex præda hoſtis antiqui in partem ceſſerunt Saluatoris, aqua baptiſmatis atque igne martyrii purificandi eſſent. Non minus etiam virgeus ille ſerpens, qui Moyſi pauorem incuſſit, ita vt fugeret illum, & rurſus accipiens illum caudatenus, effectus eſt virga. Typice in hoc facto perſpiciendus eſt, ſignatur per ſerpentem ex virga factum deitatis potentia ex ſanctæ Mariæ virginis carne induta. Per Moyſen enim Iudaicus populus, qui cernens Dominum Ieſum verum Deum & hominem, fugit ab eo incredulus: ſed recipiet illum circa finem ſeculi, quod exprimitur per caudam ſerpentis. Ille quoque tranſitus maris rubri, in quo illud mare diuiſum vel exſiccatum eſt: deinde gentes ex præcepto Domini gladio extirpatæ euidenter ſignant regnum Iſraeliticæ gentis temporaliter ſubſiſtens marceſcendo adnullari. In initio quippe nouæ gratiæ, vel regni Chriſti ſtans Dominus Ieſus atque ambulans ſuper fluctus maris, ac Petro, quem Eccleſiæ ſuæ præfecerat ſecum ambulare conceſſit: fidelibus vniuerſis intuetur, niſi quod ſubactis gentibus vniuerſis, & non funditus perditis vel extirpatis, ex eiſdem ſtabilietur Chriſti regnum per ſecula manſurum. Eſt enim frequens atteſtatio diuini ſermonis, quod videlicet mare figuram gerat præſentis ſeculi.

Sæpe igitur dum aliquis rem permaximam verbis elucidare cupit in ſe ſe deficiens minuit, vt Sciptura dicit, Qui eſt ſcrutator maieſtatis, opprimitur a gloria. Sed cur iſta permiſimus, breuiter intimabimus. Conſtat enim myſterium euchariſtiæ pauciſſimis perſpicuum dum ſit pene mortalibus vniuerſis incognitum, ſicuti cetera quæ fide conſtant & intuitum oculorum non expoſcunt. Illud præcipue commonendum: quod corporis & ſanguinis Domini Ieſu Chriſti viuificans confectio exiſtimetur nullatenus in ſeſe pati diſpendium, aut caſu aliquo incurrere periculum. Si quando autem videtur conlabi, ſeu deperire per negligentiam ſibi tractantium, reſtat eiſdem ſi non alacriter pœnituerint, damnationis iudicium. At cum Dominus dixerit, Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum; nullo modo putare debemus, vt quodquam animal præter hominem carnis reſurrectionem percipiat, ſed nec niſi fidelis etiam euchariſtiam percipit ad ſalutem. Denique extitit quidam in noſtro tempore in clericali habitu, dum iure culparetur quodam crimine, contigit vt ſumeret audacter iudicio examinationis donum euchariſtiæ calicis videlicet ſanguinis Chriſti, cui protinus per medium vmbilici egredi viſa eſt pars candidiſſima quam ſumpſerat eiuſdem ſacrificii, dans procul dubio euidens indicium reatus ſe indigne percipientis: illico vero confitens quod prius negauerat, digne pœnituit. In Cabillonenſi quoque pago, ob imminentem cladem, vidimus qui videre ex pane ſacrato veram carnem effectam. Apud Diuonem caſtrum eodem tempore, dum a quodam deferretur cuidam ægrotanti, caſu excedere manu ferentis, qui attente quærens, reperire minime potuit: poſt annum vero euolutum, repertum eſt iuxta viam publicam, vbi ſub diuo ceciderat, ita candidum, atque incontaminatum, ac ſi hora eadem cecidiſſet. Lugduni denique in monaſterio Barbarenſe, dum quidam, vt credi debet, inconuenienter buſtulam vel pixidem in qua ſeruabatur, vt mos eſt, adtractare vellet, e manibus illius ſeſe eripiens, longius in aëre ſtetit.

De criſmate etiam quod a quibuſdam corporalis appellatur, plurimum expertum eſt præſtare remedia, ſi fides exigentium non fuerit dubia: nam contra incendia ſæpius eleuatum, aut extinguendo compeſcuit, aut retrorſum pepulit; ſed in partem alteram retorſit. Membra quippe ægrorum dolentia multotiens ſana reſtituit, febricitantibus nihilo minus impoſitum, ſalutem contulit. Apud monaſterium Reomenſe, tempore venerabilis VVillelmi Abbatis contigit, vt incendium circumiacentia monaſterii depopularetur: arripientes autem eiuſdem loci fratres criſmale conto impoſitum, eleuauerunt illud contra incendii flammas dire flagrantes; ſtatim vero idem ignis in ſe ſe retorquens, minime amplius quam inuaſerat, arripere valuit; panis tamen ille Dominicus, aura flante, a contulo elapſus, plus minus duobus milliariis auolauit vſque ad villam, cui Tiualgas vocabulum eſt, ibique ſuper domum cuiuſdam veniens ſedit, quo proſecutus ad monaſterium dignanter eſt delatus. Contigerat enim in ipſo anno, die Paſchæ in Eccleſia, quæ monaſterio adiacet beati Pauli nomine dicata, vt calix viuifici ſanguinis de ſacerdotis manibus in terram laberetur: ſed vt prædictus pater comperit, vt erat vir ſolertis ingenii, tribus e ſuis monachis huius delicti culpam pœnitere præcepit, videlicet pertimeſcens ne culpa inſipientis presbyteri ſuos inuolueret cum illo ad vindictam vltionis. Quod etiam feciſſet, ſi non obſtitiſſet prouidentia ſagacis viri, vt rei probauit euentus. Atque idcirco iſta præmiſimus, vt intimaremus fidenter credere, quoniam ſicubi caſus huius ſacri ac viuifici doni negligenter euenerit, vltionis cladem diuinitus imminere ac ſubſequi. Quemadmodū verſa vice quolibet in loco condigne illud tractari contigerit, abundare cōmodis vniuerſis. Sed & illius magnifici myſterii celebratio, quātum proſit animabus defunctorū fidelium cum in multis ſit probatiſſimum, libet tamen e diuerſis præſentialiter producere ad medium vnum. In remotioribus Africæ partibus erat quidam Anachorita, de quo ferebatur quod ſpatium viginti annorum tenebat illum omnino ſegregatum a cōſpectu vllius hominis: viuebat enim labore manuū, & radicibus herbarum. Contigit vt homuncio quidam genere Teiphalus, vnus ex illis circuitoribus regionum, qui nunquam

ſaturan-

ſaturantur experientia & nouitatibus locorum, illuc pergens deueniret. Quiſnam illius Anachoritæ comperiens, aggreſſus ſolitudinem ardore ſolis peruſtæ regionis, diu multumque illum inquirens, ſi forte reperiret. Tandem ille prior ſolitarius ſe inquirentem aſpiciens, vocauit eum vt ad ſe veniret, qui veniens ad illum interrogare eundem cœpit; quis aut vnde eſſet, ſeu cuius rei gratia illuc deueniſſet. Qui protinus reſpondit; ipſius deſiderio conſpiciendi accenſus illuc deueniſſe, nihilque præter eum aliud quærere. Deinde vir ille Theologus ſubſecutus air: Noui te, inquiens, à partibus Galliarum huc deueniſſe, ſed quæſo, dic mihi, ſi cœnobium maioris monaſterij quod in eiſdem partibus habetur aliquando vidiſti. At ille dixit: Vidi, inquit, & optime cognitum eſt mihi. Tunc dixit ei: Scito, ait, præ cunctis Romani orbis illud valere præcipue in liberatione animarum à dæmonica dominatione. Tanta enim viget in eo viuifici ſacrificij frequens immolatio, vt nulla pene dies pertranſeat, in qua non de poteſtate malignorum dæmonum tale commercium animas eripiat. Erat ſiquidem, vt ipſi perſpeximus, mos illius cœnobij à prima diei aurora vſque in horam prandij, propter fratrum copiam, continua miſſarum celebratio: quæ videlicet tam digne pureque ac reuerenter fiebat, vt magis angelica, quam humana exhibitio putabatur.

Anno igitur milleſimo quadrageſimo primo incarnationis Dominicæ extitit terminus Paſchalis duodecimo Kalendarum Aprilium & ipſe dies vndecimo, atque idcirco adnotare placuit, quoniam nec communis vnquam fit temperior, nec emboliſmus ſeptimo Kalendarum Maiarum diem aliquando excedit. Sed inter ipſos triginta quinque dies legitime dies ſacerrimus Paſchæ coarctatur, obiit quoque eodem anno Conradus Imperator, cui ſucceſſit in regnum Henricus filius ipſius iam ab eodem patre conſtitutus Rex. Contigit vero ipſo in tempore, inſpirante diuina gratia, primitus in partibus Aquitanicis, deinde paulatim per vniuerſum Galliarum territorium firmari pactum propter timorem Dei pariter & amorem, taliter vt nemo mortalium à feriæ quartæ veſperæ vſque ad ſecundam feriam incipiente luce auſu temerario præſumeret quippiam alicui hominum per vim auferre, neque vltionis vindictam à quocumque inimico exigere, nec etiam à fideiuſſore vadimonium ſumere: quod ſi ab aliquo fieri contigiſſet contra hoc decretum publicum, aut de vita componeret, aut à Chriſtianorum conſortio expulſus patria pelleretur, hoc inſuper placuit vniuerſis, veluti vulgo dicitur, vt treuga Domini vocaretur; quæ videlicet non ſolum humanis fulta præſidiis, verum etiam multotiens diuinis ſuffragata terroribus. Nam populi & veſani audaci temeritate præſcriptum pactum non timuere tranſgredi, in quibus protinus aut diuina vindex ira, ſeu humanus gladius vltor extitit, & hoc paſſim tam frequenter contigit, vt præ ſui multitudine ſingulatim non queant adnotari, & hoc ſatis iuſte. Nam ſicut dies dominicus propter dominicam reſurrectionem venerabilis habetur, & Octauus cognominatur, ita quintus, ſextus, & ſeptimus, ob Dominicæ cœnæ & eiuſdem paſſionis reuerentiam debent ab iniquis actionibus eſſe ſeruari. Contigit enim, vt dum pene, ſicut iam diximus, per totas Gallias hoc ſtatutum firmiter cuſtodiretur Neuſtriæ gentis illud ſuſcipere recuſaret. Erat enim huius rei occaſio diſſidium ſuperbiſſimi litigij, quod ortum fuerat inter Henricum Regem filium Roberti, & filios ſupradicti Odonis, qui viciſſim incendiis bella miſcentes inteſtina, ſibimet damna inferentes non modica, plurimas ſuorum ſtrages dederunt. Deinde quoque occulto Dei iudicio cœpit deſæuire in ipſorum plebibus diuina vltio; conſumpſit enim quidam mortifer ardor multos tam de magnatibus, quam de mediocribus atque infimis populi, quoſdam vero truncatis membrorum partibus reſeruauit ad futurorum exemplum. Tunc etiam pene gens totius orbis ſuſtinuit penuriam pro raritate vini & tritici.

Eodem vero anno, id eſt, quinto poſt quadrageſimum atque milleſimum Dominicæ incarnationis annum, ante dictus Henricus filius Conradi Rex

Saxonum iam in re, Romanorum vero Imperator in ſpe, duxit vxorem filiam VVilhelmi Pictauorum Ducis, nomine Agnetem, quam etiam deſponſauit in ciuitate Chryſopolitana, quæ vulgo Veſuntio vocatur. Illuc denique ob amoris ac beneuolentiæ gratiam vtriuſque conuenit maxima nobilium multitudo, Epiſcoporum vero numero viginti octo. Prouenerat enim in deditionem prædicti Regis regnum Auſtraſiorum, quod illi à progenitoribus competebat, ſimul etiam genti Bunorum proprio moderamine Regem, Abbonem nomine inſtituerat. Vnanimiter enim vniuerſi Marchiones ac Comites tam ex Italia quam ex Germania, longe lateque eiuſdem Regis dominium ſemet ſuper exercere gratanter expetebant, & non immerito: erat enim affabilitate gratiſſimus, ac liberalitate perſpicuus, atque humilitatis gratia præditus, nec cuiuſpiam extollentiæ nutu notabatur, indeptus, atque idcirco vniuerſis circumcirca exiſtebat amabilis. Ipſo itidem anno prædicta gens Vngarorum eius Imperio rebellis extitit, quam ille hoſtiliter aggreſſus, potenter deuicit, ſibique tributariam ſubiugauit, tamen, proh pudor, vnum in eo erat nimiũ reprehenſibile, quod incontinentia carnis luxuriæ infamabatur. Illud enim vitium plus ceteris in genere humano rerum ordinem turbat.

Sequenti igitur anno, id eſt quadrageſimo ſexto poſt milleſimum, facta eſt per loca magna vini fertilitas & leguminum. Poſt hęc vero ſexto Idus Nouembrij menſis, luna quartadecima, nulla currente epacta concurrente ſeptimo, facta eſt eclipſis lunæ hominibus valde tremenda: nam octaua hora noctis inter ſolem & ipſam luuã ſiue patratum à Deo oſtenſum, ſeu in veniente ſphęra alterius ſyderis qualiter euenerit, manet notum ſcientiæ conditoris. Ipſa quoque luna primitus pene facta eſt tota ſicut teter ſanguis, paululum euadendo vſque ad auroram ſuperuenientis diei. Eodem nihilominus menſe apud caſtrum ſancti Florentini, quod eſt ſuper Armentionem fluuium circa medium euiuſdam diei cecidit de cœlo quod græce dicitur Selas vel Caſma ſeu Palmetle, dum fulgor ętherei ſplendoris inſolito ad terras emittitur; inſulſum enim vulgus perhibet ſtellam de cœlo cadere. Tunc ergo prædicto menſe Nouembrio perductæ ſunt in quibuſdam locis Galliarum præter ſolitum ad maturitatem ſegetes primæ ſationis Auguſti menſis collectę menſe Octobrio, quod non ſine magna admiratione contigit fieri.

De bello mire geſto. CAP. II.

SVB eodem quoque tempore fuerat orta grandis diſcordia vſque ad effuſionem multi ſanguinis, inter Henricum Francorum Regem Roberti filium, & filios ſupra taxati Odonis, Tebaldum videlicet, atque Stephanum. Contigit enim poſt multas ſtrages cladis vtrarumque partium, vt idem Rex ablato ab eiſdem dominio Turonicæ vrbis daret illud Gotfredo, cognomento Tuditi, filio ſcilicet Fulconis iam dicti Andegauorum Comitis, qui collecto magno exercitu, ipſam ciuitatem anno vno & eo amplius obſidione circumdedit: aduerſus quem tandem hoſtili manu pergentes dimicaturi, re vera vt afflictæ indigentique alimoniis ſuccurrerent vrbi ambo prædicti filij Odonis: quod Gotfredus comperiens, ei petiuit auxilium beati Martini, promiſit ſe humiliter emendaturum, quicquid in ipſius ſancti Confeſſoris, ceterorumque ſanctorum poſſeſſionibus raptu abſtraxerat. Indeque accepto ſigillo imponens illud propriæ haſtæ, cum exercitu equitum peditumque multorum obuiam perrexit aduerſum ſe dimicaturis. Dumque venirent vtræque partes in comminus, tantus terror inuaſit exercitum duorum fratrum, ac ſi vincti ligaminibus omnes pariter imbelles extiterunt. Stephanus autem arrepta fuga cum aliquibus militibus euaſit; Theobaldus vero ex cetera multitudine totius exercitus captus ad Turonenſem ciuitatem deducitur, ipſamque Gotfredo reddidit, atque cum ſuis omnibus huc illucque diſperſis, in captione remanſit. Nulli dubium eſt, beato Martino auxiliante, qui illum pie inuocauerat, ſuorum inimicorum victorẽ extitiſſe. Referebant enim aliqui ex acie fugientes, quod tota phalanx militum Gotfredi in ipſo procinctu belli, tam equites quam pedites candidiſſimis indumentis videbantur adoperti. Nam ex rapina pauperum eiuſdem Confeſſoris ferebant ſupplementum ſuis filij Odonis. Præbuit enim vniuerſis audientibus formidoloſum

ſum

ſum ſtuporem, quod mille ſeptingenti & eo amplius viri armis inſtructi abſque ſanguinis effuſione.

De tertia eclypſi ſolis. CAP. III.

IN præſcripto quoque menſe Nouembrio decimo Kalendarum Decembrium hora tertia eiuſdem diei facta eſt noſtro in tempore tertia eclypſis ſolis, luna duntaxat viceſima octaua, quoniam neque ſolis aliquando eclypſis niſi in viceſima octaua luna, nec lunæ niſi in quartadecima luna proueniet. Dicitur enim eclypſis defectus ſiue defectio, non quod ſibimet res ſed nobis impedita potius deficiat. Ipſis quoque diebus, referente VVidone Remorum archipræſule, didicimus quod viſa ſit à ſuis ſtella Boſphorus, quę & Lucifer veſpere, ſurſum atque deorſum agitari quaſi comminans terrigenas idem tutabat, huiuſmodi quippe oſtentis cœlitus emiſſis terruerunt quamplurimos ſuæ prauitates, vt ad correctionis viam pœnitendo redirent. Tunc inter ceteras rerum inopias vini tanta raritas extitit, vt viginti quatuor ſolidorum foret pretium vnius modij.

De diſſenſione Lugdunenſis præſulatus. CAP. IIII.

FVIT igitur in ſupra taxatis diebus diſſenſio permaxima poſt mortem Burchardi archipræſulis Lugdunenſis, de præſulatu ipſius ſedis quamplures non iuſtis appetebant meritis, ſed inſtinctu ſuperbæ elationis primus omnium prædicti Burchardi nepos eiuſdem æquiuocus ſupra modum ſuperbiſſimus, relicta ſede propriá Auguſtanæ ciuitatis procaciter Lugdunenſem arripuit, qui poſt multas perpetratas nequitias captus à militibus Imperatoris perpetuo eſt condemnatus exilio. Poſt ipſum vero quidam Comes Girardum ſuum filium puerulū quendam arroganter ibidē ſola præſumptione auctore ſubſtituit, & ipſe poſt modicū non vt paſtor ouiū, ſed veluti mercenarius in fugā verſus delituit. Quę omnia dum perlata fuiſſent Romano Pontifici, ſuggeſtū eſt ei à viris fidelibus, vt ſua auctoritate patrem Odilonem Clunienſis monaſterij Abbatē ibidem eligeret conſecrari Pontificē. Sic enim totius cleri ac plebis optans acclamabat deuotio: qui protinus mittens eidē patri pallium ſimul & anulū, imperauit eundem prædictę ciuitatis fore Archiepiſcopū. Sed vir religioſus ſuę humilitatis attendens, ꝓpoſitum omnimodis renuit fieri, palliū & anulū ſuſcipiēs, illi qui Deo dignus exiſteret, reſeruauit futuro Pontifici eiuſdē ſedis: habetur enim antiquitus ipſa Lugdunenſis ciuitas index veri luminis maximæ partis Galliæ, quoniam præcones primitus Chriſtianæ fidei à ſancto Policarpo diſcipulo Ioannis Apoſtoli miſſi deuenientes vniuerſam illuſtrauerint regionem, contigit enim poſt modum, vt ſuperius diximus, vt Henricus Rex recepto regno Auſtraſiorum dum cœpiſſet, huius diſſenſionis cladem condoluit, perquirens quid exinde agere deberet. Cui, dum apud Veſoncionem deueniſſet, ſuggeſtum tam ab Epiſcopis quàm ab omni plebe, vt virum æque tali miniſterio dignum Odolricum ſcilicet Lingonenſis Eccleſiæ Archidiaconum Lugduni conſtitueret Pontificem, qui protinus ſuggeſtum fuerat, ſpecioſiſſimis adornatum indumentis ad præfatam illum deſtinauit ſedem, illico nempe reſtituta eſt totius prouinciæ requies & pax diu optata cum gaudio. Poſtmodum vero gens Hungarorum iam ſecundo prædicto Regi rebellis exiſtens aduerſus eundem prœliari diſpoſuit. Contra quem egreſſus, licet impar numero, confidens tamen in Dei auxilio confligere cum ipſis non timuit. Non enim erat in exercitu ipſius pluſquam ſex millia virorum, cum in Hungarorum phalangibus æſtimarentur ducenta millia armatorum. Erant etiam cum Rege quam plures Epiſcopi cum clericis multis, qui pietatis gratia inermes cum eo in certamen introierunt. In eoque certamine tanta caligo ac tenebræ occupauerunt Hungarorum partem, vt vix vir ea ſe poſitum quis illorum poſſet agnoſcere. Exercitus quoque Regis videbatur clariſſimo ſole circum & infra perluſtratus, qui fortiter dimicans innumerabili cæde proſtrauit aduerſarios fugauitque, cum de ſuis perpauci corruiſſent. Capta vero præda hoſtium ac regno, vt primitus cœperat, ordinato, triūphans Rex deuenit ad ꝓpria. Contigit [c. xi.] ergo tunc tēporis vt Abbas cuiuſdā monaſterij honeſtæ poſſeſſionis eidem Imperatori equum valde optimum præſentaret, quatenus ſibi ac loco ſibi commiſſo ipſius liberalitati

amicitiam cõciliaret. Fuerat denique idem equus ignorante Abbate, cuidam militi clam ſublatus, ſibique precio venundatus. At Imperator gratanter illum ſuſcipiens, ſuimet cuectioni mancipauit. Quodam i[illegible]tur die eidem equo inſidens, iter agebat, obuiam fuit ei miles, cui præfatus equus [illegible]urtim ablatus fuerat, qui prudenter aggrediens Imperatorem, in huiuſmodi pro[illegible]up[illegible] verba: Tu, inquiens, o Rex, qui cenſuram d[illegible]bes tenere totius iuſtitiæ, equum modo fraudulenter abſtractum cerneris poſſidere. Cui illico Rex tale pertulit reſ[illegible]onſum: Si tuus, inquit, eſt equus, vt ais, accipe i[illegible]lum cum ſeſſore, & ed[illegible]c tecum q[illegible] melius optas, & habeas vtrumque quouſque per ſol[illegible]tionem facti ſuſcipias. Mil[illegible]s quoque exiſtimans [illegible]bi illudi, hærebat ſtupens. Enimuero Rex compulit eum vt manu iniecta duceret vtrumque in ſuum dom[illegible]nium: aſpicientes vero qui circu[illegible]ſtabant, ingenti admiratione ſtupuerunt. Quæ grates, inquiens Rex, referendæ ſunt i[illegible]i viro qui me tam ſubdole in hac impulit captionem? Qui dum ab vniuerſis horribiliter deteſtaretur, ait Rex, adducite illum, vt ſecundum illuſionem, quam in me geſſi[illegible], in eo vindicetur. Dumque præfatus Abbas accerſitus fuiſſet, ait ei; depone baculum regiminis paſtoralis, quem credis largitione mortalis hominis debere geſtari. Quem cum à ſe proieciſſet, ſuſcipiens illum Rex, impoſuit dexteræ imaginis Saluatoris: Vade, inquiens, Abbas, & ſuſcipe illum de manu omnipotentis Regis, nec ſis vltra pro eo debitor alicuius mortalis, ſed libere vtere eo, vt decet culmẽ tanti nominis. At ipſe gaudenter illum ſuſcipiens, plurimis de tali facto alacritatem contulit, ac dehinc omni cum libertate viguit.

De extirpatione ſimoniaca. Cap. V.

DIGNOSCENS igitur idem Henricus per [illegible]niuerſam Galliam atque Germaniam ſimoniacæ philargyriæ graſſari cupiditatẽ, coadunari fecit ex omni imperio ſuo tam Archipræſules quam ceteros [illegible]ontifices, & tale eis intulit colloquium: Lugens vobis incipio loqui, qui v[illegible] Ch[illegible] Eccl[illegible]ſia conſ[illegible]tuti eſtis, quam ipſe ſibi deſponſauit, ac precio ſui ſan[illegible]inis redemit. [illegible]cut enim ipſe gratuita bonitate de ſinu Dei patris per virginem ad [illegible]os natus eſt, re[illegible]endos ita ſuis præcepit, mittens eos in orbem vniu[illegible]ſum Ap[illegible] s a[illegible] ſtis, gratis date: Vos enim auaritia & cupiditate corrupti qui [illegible]uc[illegible] e deberetis [illegible] huiuſmodi tranſgreſſionis dando & accipiendo can[illegible] eſtis. nam & pater meus, de cuius animæ periculo valde [illegible] bilem auariciam in vita nimis exercuit. Idcirco quicunque veſtr[illegible]run[illegible] [illegible]e norunt contaminatos, oportet vt à ſacro miniſterio ſecu[illegible] poſitionem canonicam arceantur. Patet ergo manifeſtiſſime, quoniam propter hanc offenſam venerunt ſuper filios hominum diuerſæ clades, fames videlicet, a[illegible]que mortalitas, nec non & gladius. Omnes quippe gradus Eccleſiaſtici à maximo Pontifice [illegible]ue ad Hoſtiarium opprimuntur per ſuæ damnationis precium, ac iuxta vocem [illegible]minicam in cunctis graſſatur ſpiritale latrocinium. H[illegible] denique ab Imperatore acertime perlatis, ſtupefacti Pontifices, quid illi reſponderent, non habebant. Pertimeſcebant enim carere ob hanc culpam propriis Epi[illegible]copatuum carere ſedibus. Et quoniam non ſolum in Gallicanis Epiſcopis hæc pe[illegible]ima pul[illegible]uerat nequitia, verum etiam multo amplius totam occupauerat Italiam. (Omnia qui[illegible]pe miniſteria Eccleſiaſtica ita eo tempore habebantur venalia, quaſi in foro ſecularia mercimonia.) Cernentes quoque Epiſcopi grani ſeſe inue[illegible] e irretitos, miſericordiæ opetam implorabunt. At ipſe Princeps miſericordia motus, tale conſolationis pertulit verbum: Ite, inquiens, & quod illicite accepiſtis, bene diſponere ſatagite, ac pro anima patris mei, qui hac noxa reus vobiſcum tenetur, attentius intercedere mementote, quatenus ei indulgentiam huius facinoris à Deo poſſitis acquirere. Tum propoſuit edictum omni imperio ſuo, vt nullus gradus clericorum, vel miniſterium eccleſiaſticum precio aliquo conquireretur. Ac ſi quis dare aut accipere præſumeret, omni honore deſtitutus, anathemate multaretur; ſpopondit inſuper prom[illegible]ſum huiuſmodi, dicens. Sicut enim mihi Dominus coronam Imperii ſ[illegible]la miſera[illegible]e ſua gratis de[illegible]it, ita & ego, quod ad religionem ipſius pertinet, gratis impendam. Volo, ſi placet, vt & vos ſimiliter faciatis.

Ipſo

Ipſo [XIII.] quoque in tempore Romana ſedes, quæ vniuerſalis iure habetur in orbe terrarum, prę̄fato morbo peſtifero per viginti quinque annorum ſpacia miſerrime laborauerat. Fuerat enim eidem ſedi ordinatus quidã puer circiter annorum XII. contra ius faſque, quem ſcilicet ſola pecunia auri & argenti plus commendauit, quam ętas aut ſanctitas, & quoniam infœlicem habuit introitum, infœliciorem perſenſit exitum, quippe referre turpitudo illius conuerſationis & vitæ. Tunc vero cum conſenſu totius Romani populi, atque ex præcepto Imperatoris eiectus eſt à ſede, & in loco eius ſubrogatus eſt vir religioſiſſimus ac ſanctitati perſpicuus Gregorius natione Romanus: cuius [*Anno 1045.*] videlicet bona fama quicquid prior fœdauerat, in melius reformauit.

HELGALDI SIVE HELGAVDI FLORIACENSIS MONACHI EPITOMA VITÆ ROBERTI REGIS, EX ALTERIVS MONACHI SCRIPTIS.

VIR Domini ſanctiſſimus Anianus inter cetera, quæ à Deo poſſedit in hoc ſeculo, præcipuos & non ſegnes ad regendum ſuum ſanctum Dei locum habuit patres: ex quibus vnus benigniſſime effloruit Leodebodus nomine, ſanctitate, ſcientia, diuitiis pollens & gloria. Hic autem fuit temporibus Chlotharij Frãcorum Regis, patris Dagoberti ſenioris, & eius in diebus monaſterij ſancti Aniani pater eſt electus. Sane mortuo Chlothario & eius filio Dagoberto, Chlodoueus inclitus ei ſucceſſit in regno, iuſtitiæ & pietatis amictus ornamento: ad quem accedens memoratus Abbas, facto & dicto impetrauit vicum Floriacum monachorum vſibus præparandum, dans pro eo agellum Attiniacum, cum cunctis ſibi adiacentibus, ſuper Axonem fluuium ſitum. Vnde memor ſui, de his teſtamentum condidit, regia auctoritate muniuit, & eum in archiuo monaſterij S. Petri, quod ipſe poſtea ædificauit, cuſtodiri fecit: in quo hæredes fecit Floriaci fiſci fratres Floriacenſes ex toto, ſicut & à Rege eum emerat corde deuoto. Vbi quæ & quanta regia poteſtati Ieſu Chriſti, & domini Petri, & ſancti Aniani & Francorum Regis Chlodouei ſubmiſerit, ſubiecta declarat epiſtola.

Explicit procemium.

Incipit Teſtamentum Leodebodi Abbatis.

IN nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Anno ſecundo regnante Domino noſtro Chlodoueo glorioſiſſimo Rege ſub die v. Kal. Iulij. virtute & firmiſſimo robore adquiritur, vt agreſtæ & doctæ menti teſtificatio ſuffragetur. Et quoniam ita eſt, Dei protegente dextera, ego Leodebodus iſta conſcribo, ac ſi indignus & peccator Abbas. Dum me diuina pietas baſilicæ domini Aniani, vbi ipſe dominus in corpore requieſcit Abbatiæ ſublimatum honore eiuſdem loci cuſtodem eſſe inſtituit, congruum duxi, & deuotione pleniſſima mihi conſenſit voluntas, vt de re proprietatis meæ tam in ipſa baſilica, quam & baſilicæ dominæ Mariæ, quam Ioannes Floriacus à nouo quondam conſtruxit, vbi venerabilis vir Fulcaldus Abbas cuſtos præeſſe dignoſcitur, ſeu & in agro Floriaco, quem cum glorioſo atque præcelſo domino Chlodoueo Rege, & glorioſa domina vxore eius Baltilde Regina viſus ſum de rebus meis propriis commutaſſe: vbi pro ſalute Regia vel cuncto populo exorandum, monaſterium in honore ſancti Petri ædificare delibero, vbi iam dictus vir Dei, ſanctus videlicet Præſul Anianus condigne iacet tumulatus: in quo monachi iuxta regulam ſanctiſſimi Benedicti & domini Columbani

conſiſtere debeant, ſingulariter de facultate proprietatis meæ Chriſto præſule conferre delibero: Dono igitur ante dictæ baſilicæ domini Aniani, vel monachis ibidẽ deſeruientibus, vbi ad præſens diuinitate propitia funguntur officio, & de iure meo in ius antedictæ baſilicæ à die præſenti transfundo portiones terrulæ infra agrum Nogtometenſe ſitas in territorio Biturico, nuncupatas Litmato & Mariniaco, quas de Auiana & Proſperiana fœminis per inſtrumenta chartarum viſus ſum recepiſſe; cum domibus, ædificiis, mancipiis, qui à me liberati non fuerunt, vineis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, cum omni iure & beneficio ſuo, vel omnigeno pecude ibidem reſidente, ſicut à me poſſeſſum eſt. Similiter portionem meam quæ eſt infra agrum Littidum in Secalonia, quam de Agana fœmina dato pretio per venditionis titulũ viſus ſum comparaſſe, cum domibus, ædificiis, mancipiis, præter quos ingenuos relaxauero, vineis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, omniq; beneficio ſuo, ſicut à me poſſeſſum eſt. Itemque & portionem meam quæ eſt ad Vetulam caſam, quam de Abbone & filio ſuo Fraterno, dato pretio per venditionis titulum comparaui, & quæ per epiſtolas donationis ad me peruenit; cum manſis, vineis, campis, pratis, ſyluis, paſcuis, omnique genere pecudum & beneficio ſuo, ſicut à me poſſeſſum eſt. Simili modo & portionem meam, quæ eſt in villa Frietoni in Secalonia, ſicut à me poſſeſſa eſt cum manſis, accolabus, ſyluis, pratis, campis, paſcuis In integrum cum termino, vel omnigeno pecude ibidem reſidente, ſimulque terras vel prata, quæ ab Albuna in pago Stampenſi viſus ſum comparaſſe, ſicut à me poſſeſſum eſt in integrum. Pari modo vaſa dono argentea anacleta penſantia libris VII. & vncias duas. Sandalia II. ad miſſas, & oralia ad menſam vna cum cappis & omni apparatu, & vela II. acu picta. Iſta omnia vt in poteſtate & dominatione ipſius monaſterij & monachorum ibidem Deo ſeruientium perenniter maneant, integra deuotione inſtituo. Simulque & quod in pago Biturico cognominante monte, qui eſt iuxta Carbrias vico portionem terrulæ, quã de Domolo & vxore ſua Ingara, vel de pluribus hominibus viſus ſum comparaſſe, dono: vel quodcunque ibidem per donationis epiſtolam aut quolibet contractu ad me peruenit, ſeu & quod in Bria quæ eſt ſuper fluuium Flitonte habeo, quæ de pluribus hominibus viſus ſum comparaſſe, & ad ipſum montem ſubiungitur cum domibus, ædificiis, mancipiis, qui à me liberati non fuerint, vineis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, cum omni iure & termino earum, omnique genere pecudum, ſicut à me poſſeſſum eſt, dono. Idemque & villam Camberon quæ eſt iuxta terminum Clariacenſe vel vcello vice, quam de hæredibus Nummoli dato pretio per venditionis titulũ viſus ſum comparaſſe; cum domibus, ædificiis, mancipiis, qui à me liberati non fuerint, vineis, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, omnique genere pecudum, cum omni iure & beneficio vel termino ad ſe pertinente, ſicut à me poſſeſſum eſt, dono ſancto Petro Floriacenſi; idemque & in Rauſedone villa quæ eſt in pago Magdunenſe, quam de hæredibus VVagini dato pretio ſuprascripta pars ante dictæ baſilicæ domini Petri Floriacenſis perpetuo iure atque proprietario, vt poſſideat integra voluntate decerno. Idemque antedictæ baſilicæ dominæ Mariæ portionem meam quæ eſt iuxta Columne vicum, quartam partem ex ipſo agro Colommenſi cum mãſis, accolabus, campis cultis & incultis, cum omni genere pecudum in integrum, ſicut à me poſſeſſum eſt, delego perpetualiter poſſidendum. Idemque in Simpliciacenſe quod eſt in Secalonia quod de homine quodam Aregiſilo nomine vel de aliis dato pretio, per venditionis titulũ viſus ſum cõparaſſe portionem meam cum manſis, ſyluis, pratis, campis, paſcuis, vel omni genere pecudũ, & beneficio ſuo ſicut à me poſſeſſum eſt, baſilicæ dominæ Mariæ tribuo, & vt in perpetuum poſſideat pleniſſima voluntate exopto. Pari modo & ad memoratũ monaſterium, quod in honorem domini Petri ſicut prædictum eſt, in agro Floriaco ædificare delibero, vbi monachi regulariter conſiſtere debeant, dono à præſenti fiſcum Floriacum, cum domibus, ædificiis, mancipiis, quos iugo ſeruituris non relaxauero, ſyluis, campis, pratis, paſcuis, vineis, aquis, aquarumve decurſibus cum adiunctis & adiacentibus ſuis, omnique genere pecudum, cum omni iure & termino ſuo, ſicut acto tempore ad fiſcum fuit poſſeſſum, vel ad nos peruenit. Idemque in poteſtate Melliaco quod per vẽditionis titulum viſus ſum cõparaſſe, cum domibus, ædificiis,

ædificiis, mancipiis, qui à me liberati non fuerint, eum campis cultis & incultis ſeu officina molendiui, quod in malua in ipſo territorio eſſe videtur, in integrum cum termino ſuo & omni genere pecudum ſicut à me poſſeſſum eſt cõcedo, ſeu & quod de hęredibus Paoloni negotiatoris quondam viſus ſum comparaſſe, areas ſcilicet in oppido ciuitatis Aurelianenſiũ, cum domibus deſuper poſitis, accolabus ibidẽ reſidentibus, vel vineas ad oppidum ipſius ciuitatis pertinẽtes, ſeu & locella villatũ cognominata Curun, Canauarias, Simpliciaco & Caliace vltra fluuium Ligeris, quod dato pretio anteacto tẽpore viſus ſum comparaſſe. Vnde & in indicio ante virum Apoſtolicum dominum Audoënum Epiſcopum, & illuſtrẽ virum Chranulfum optimatẽ vel reliquos Abbates conuenit, vt ex omnibus tam in terris quam in mãcipiis ſeu & vineis medietatẽ exinde pars baſilicæ dominæ Mariæ retineret, & aliam medietatem in meo iure in integro deberem recipere. Quam medietatẽ eorum iudicio viſus ſum recepiſſe. Ipſam eum in integrũ ad memoratum monaſterium S. Petri Floriaco conſtructum delego perpetualiter poſſidendã, ſimulq; & Aſinarias villam, quæ eſt in valle, quam de ratione illuſtris viri Trodouei per cõmutationis epiſtolas quantum textus earum declarat, ad me peruenit, dum ego è contra portionem illã quę eſt in Suncanto vel VVarentias, quod de Machilde fœmina quondam dato pretio per vẽditionis titulum comparaui, & hoc ad vicem memorati Trodouei dediſſe viſus fui in ipſa villa Aſinarias, pars memorati monaſterij domini Petri quod eſt Floriaco conſtructũ in integrũ abſq; cuiuslibet impedimento cum omni iure & termino, ſicut à me poſſeſſum eſt, omneq; genus pecudum ibidem reſidens, recipiat poſſidẽdum. Areas vero infra muros Aurelianis, quas de Chonulfo clerico dato pretio per venditionis titulum viſus ſum comparaſſe, vbi Leobaſtus accola commanere videtur, ad prædictum monaſterium domini Petri vel monachis ibidem degentibus integra volũtate dare decerno. Similiter & caballos xxx. bonos, greges equinos v. cum emiſſariis eorum, boum greges xx. vaccarũ v. armentorum x. Argentũ quod ad ipſum monaſterium domini Petri vel monachis ibidẽ deſeruientibus dono per huius texti vigorem inſerendum putaui, hoc eſt bacchraicha puta ſigillata trãſmarina penſantia pondo libras x. quorum vnus habet in medio crucem aureã. Dono & ſcutellam, quæ habet in medio effigiem capitis hominis ſimili modo aureã. Idemq; & ſcutellas ii. minores Maſſilienſes deauratas, quæ habẽt in medio cruces niellatas, quę ſpecies argenti in iure & dominatione memorati monaſterij domini Petri perenniter permaneãt volo. De veſtimẽtis vero quæ in paupertate mea habere videor, præter id quod ſuperius baſilicæ domini Aniani delegaui, reliquũ quod ſuperfuerit, pars domini Petri Floriacenſis recipiat ad poſſidendum. Spero autẽ non futurũ, nec quolibet modo fieri poſſe credo, vt aliquis de hæredibus meis aut quælibet perſona contra pręſentem venire tentet epiſtolam. Quod ſi fecerit, & factum meum irrumpere conatus fuerit, in primis iram cœleſtis incurrat Trinitatis, & inſuper partibus baſilicæ domini Aniani & baſilicæ dominæ Mariæ, vel monaſterio S. Petri, quod eſt conſtructum Floriaco duplum quod ad ipſas baſilicas dedi, iuxta quod res ipſæ melioratæ fuerint ipſis Abbatibus vel monachis ibidẽ deſeruientibus reformet & fiſci iuribus auri libras iii. argenti pondo xx. teneatur obnoxius. Quam donationẽ vt firmior habeatur, geſtis municipalibus alligare decreui, & duas epiſtolas vno tenore conſcriptas feci de re ſuperius nominata: vna quæ in archiuo domini reſideat Aniani, aliam vero pars monaſterij domini Petri per futura tempora reſeruandam recipiat, qualiter monachi ibidẽ Deo ſeruientes, id quod eis per ipſam dedi, defenſare valeant, & pręſens nihilominus à me facta donatio, firma omni tempore & inuiolata permaneat, ſtipulatione in omnibus comprehenſa. Actum Aurelianis publice. Addi vero conuenit quod ſuperius intimare debueramus, vt quicquid præfato monaſterio domini Petri Floriacẽſis, quod nos à nouo conſtruximus, delegauimus, & à timoratis viris delegatum fuerit in poſterum, quicquid Abbas qui ibidem præfuerit, exinde voluerit facere pro vſu, aut vtilitate monaſterij ipſius vel lucro animæ, aut fratrũ neceſſitate liberã habeat poteſtatẽ, abſq; detrimẽto & impedimẽto ſępe dicti monaſterij. Leodebodus peccator Abbas, epiſtola à me facta. Audoenus peccator Epiſcopus, rogante venerabili viro Leodebodo Abbate hanc epiſtolã relegi & ſubſcripſi.

Leodegarius ac ſi indignus Epiſcopus, rogante Leodebodo Abbate hanc deuotionis eius epiſtolam firmaui in Chriſto nomine.

Beccelenus Abbas.
Ado Abbas.
Salomon Abbas.
Leotſnidus Abbas.
Burgulfus presbyter.
Higecius diaconus & vicediaconus.
Martinus diaconus.
Boſo diaconus.
Agneramnus, Dagobertus.

Nummolenus, Vapingus.
Sigirius Frameſindus.
Autbertus Salomon ſiue Boſo.
Pappolus Siſobaldus, ſiue Saxo.
Amnegiſilus teſtis.
Manalles, Authacarius.
Nonno Hildulfus.
Grunnoldus Segonius.

Anno incarnationis Dominicæ DCXXIII. data in menſe Iunio. Anno vero domini Chlodouei Francorum Regis filij Dagoberti ſenioris ſanctorum Dionyſij ſociorumq; eius loci mirifici conſtructoris. Hic autem præcipuus Abbas Leodebodus quantũ locum Floriacenſem dilexerit, in quibuſdã ſuis factis agnoſci valet. Nã in Camberon & Roſdon villis à ſe S. Petro datis, hanc ipſe conſuetudinem tenuit, & fratribus Floriacẽſibus tenendã reliquit, vt quilibet Eccleſias, in quarum parochiis ipſæ villæ ſunt, poſſideret, media pars decimæ agrorum & vinearum in quibuſdã locis ipſarum villarũm, in aliquibus vero tota ad dominium perueniret fratrum. Qui videlicet vſus hactenus ſeruatur. Quodq; magis cum diuitem fuiſſe declarat, nõ eſt omittendum, emiſſe videlicet illum hæreditatem Thomæ cuiuſdam Pariſiaci cuius obrizi auri mille & ſexcentis ſolidis. Teſtatur hoc charta memorati venditoris ad ipſum dominum Leodebodum facta in noſtris archiuis recondita, licet vetuſtate conſumpta. Cuius hæreditatis in territorio Aurelianorũ ſitæ, media pars ab eo huic ſacro collata eſt loco, alia medietate monaſteriæ S. Mariæ remanente, quod quidã Ioannes, vt ſupra ſcriptum eſt, à fundamentis conſtruxerat, cuiuſq; idem Dei famulus Leodebodus Abbas extitit, habens ſub ſe Fuchaldum nobilem virum. Quartam quoq; partem de Suncanto, atque villam VVatentiarias à Machilde fœmina CCC. probatis auri ſolidis, & villam Roſdon ab Auderanno CC. eiuſdem metalli emit ſolidis. Ipſe vero vſq; ad XVIII. annum memorati Regis Chlodouei perdurans, poſtmodum laudabilis vitæ curſum ſancto fine concluſit. Reperiuntur autem ab incarnatione Domini non plures quam DCXX. prætetiſſe anni, donec a domino Leodebodo fabrica huius ſacri cœpta eſt cœnobij, auxiliante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat.

Explicit teſtamentum Leodebodi Abbatis monaſterij ſancti Aniani, quod factum eſt ſub Chlodouio Rege Francorum filio Dagoberti ſenioris.

Fiat. Fiat.

INCIPIT EPITOMA VITÆ REGIS ROBERTI PII.

COELESTIS *Imperij dignitas, cui ſpiritus ſuperbia æqualis voluit eſſe poteſtas, elegit in hoc ſeculo Principes, qui regerent huius ſeculi ſceptra potentes. Et ſicut ſancta Eccleſia quæ eſt mater noſtra, obtinuit ſibi ad regendum populũ Dei Pontifices, Abbates, & ceteros ſacri ordinis miniſtros: ita & in hoc mundo elegit Imperatores, Reges, & Principes ad vindictam malefactorum, & ad reprimendam proteruiam iniquorum, vt laudaretur Deus in ſecula ſeculorum. Et quia à patribus monaſterij domini Aniani ſermo ſumpſit exordium, neceſſarium eſt & vtile, vt vnus adhuc præcipuus pater ſumatur pro omnibus, vt habeat de eo leuamen omnis mundus, quia cum bonum elegit Chriſti Domini pietas, & conſtituit ſuper familiam ſuam diuina maieſtas. Ad quid iſta protulerimus, dicamus.*

Omnipotentia igitur omnipotentis Dei volente, & beato Aniano auxiliante, memoriam domini & venerandi Leadebodi Abbatis monaſterij ſæpedicti ſancti Aniani fecimus, per teſtamentum quod de ſuis rebus propriis ſancto Petro Aurelianenſi, Domina Maria, & ſancto Petro Floriacenſi, contulit: nunc huic ſcripto addere curauimus,

quod

quod in omnes terras ſonus exiens pietatis & bonitatis Roberti ſuauiſſimi & piiſſimi Regis Francorum filij Hugonis Regis, hunc ſanctum in quantum potuit, exornauit, dilexit, & excoluit. Quo concedente, vitam huius excellentiſſimi Regis adoriri cupimus, præſentibus & futuris imitabilem. Nam hic languentes animæ perſpicient quid charitatis, humilitatis, & miſericordiæ valeant opera, ſine quibus nullus ad regna poterit peruenire cæleſtia: in quibus ita enituit, vt poſt ſanctiſſimum Regem Prophetamque Dauid nullus ei æquaretur: præcipue in ſancta humilitate, quæ ſemper Deo proxima, amatores ſuos corpore ſimul Deo coniungit & ſpiritu. Initio autem deſcriptionis omnem vultus illius habitudinem corporisve degentiam, prout ipſi perſpeximus, propalamus: adiuuante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui vbi vult, & quomodo, & cui vult, inolita bonitate adſpirat.

Explicit præfatio.

Incipit vita.

IN tempore quo reſpexit Deus ſuper filios hominum, vt videret, ſi eſſet intelligens aut requirens Deum, fuit Rex Francorum Robertus origine natus nobiliſſima, patre illuſtri Hugone, matre Adhelaide vocitata, quę à Deo [*vel a deo*] bene laudata tanti filij digna extitit prerogatiua. Eius inclita progenies, ſicuti ipſe ſuis ſanctis & humillimis aſſerebat verbis ab Auſoniæ partibus deſcenderat. Probis hic actibus decoratus, creſcebat quotidie meritorum lumine, qui erat inſignitus totius ſcientiæ perfectione. Huius igitur ſtatura corporis eminēs, cæſaries admodum plana & bene ducta, oculi humiles, nares porrectæ, & patulæ, os ſuaue & dulce ad dandum ſanctę pacis oſculū, barba ſatis honeſta, humeri eius in altū porrecti; corona capiti impoſita, decernebat eum auis & atauis ſtirpe proceſſiſſe regia. Sedēs equo regio, mirabile dictu, pene iungebant pedum digiti calcaneo, & hoc erat videntibus in ſeculo pro miraculo. Erat in eo iugis & frequens ad Deum oratio, genuum flexio innumerabilis, erat ꝑ certo, & vt verbis Aurelij Victorini loquar, ad humanæ conuerſationis exēplum, per laboris genera vniuerſa, vit prouectus ad ſumma: ſiſtens in conſiſtorio, clientē ſe eſſe libentiſſime fatebatur; nūquā iniuria accepta ad vlciſcēdum ductus; amabat ſimplicitatē; cōmuni ſe affatu & conuiuio & inceſſu præbebat. Eloquentiæ tantum incumbēs, vt nullus laberetur dies, quin legeret Pſalteriū, & exoraret cum S. Dauide Deum altiſſimum. Extitit mitis, gratus, ciuilis animi & lepidi, magis beneficus quam blandus.

Fuit idem Rex ſapientiſſimus literarum, cuius prudentiſſimo cordi erant inſita à Deo data perfectæ ſcientiæ dona. Nam à piiſſima matre Eccleſiæ Remenſi traditus domino Virberto ad erudiendum eſt datus, qui eum ſufficienter liberalibus inſtrueret diſciplinis, vt in omnibus Deo omnipotenti complaceret virtutibus almis. Factumque eſt. Is quippe Virbertus pro maximo ſuæ ſapientiæ merito, qua toto radiabat in mundo, donatiuo Regis Hugonis munere, Pontificium adeptus Remenſe, non multis annis illud adornauit ſplendide, in his quę forent neceſſaria Eccleſiæ ſanctæ. Eo namque derelicto Rauennatium factus eſt Rector ab Ottone III. de quo ad Apoſtolatum Petri Apoſtoli ſanctiſſimi feſtinus conſcendens, multa in eo virtutum operatus eſt inſignia, & præcipue in eleemoſyna ſancta, quam fortiter tenuit, dum fideliter vixit. Inter cetera de ſe lætus & hilaris ita in R. litera luſit:

Scandit ab R. Girbertus in R. poſt Papa viget R.

Hoc aperte demōſtrans, quod hi tres Epiſcopatus honores, quos profeſſione regularis vitæ patris Benedicti monachus factus ſuſcepit, rexit, & tenuit, huius R. literæ ſigno in capite ſunt declarati. In addiſcendis vero artibus hic vir Dei humillimus dominum Ingonem collegam habuit, quem abbatia S. Martini Maſciacenſis remuneratum, poſt Abbatia S. Germani Pariſiacenſis inclitum ſeculo reddidit, vt decebat tantum virum. Quantum autem in eo harum virtutum incrementa viguerint, nos breuitati ſtudentes paucis adnotare curauimus.

Quodam tempore palatio Compendij, hic vir miſericordiæ, vir pietatis poſitus; vnum quiddam ibi in vno operatus eſt, quod omni ſeculo patuit, & cunctis pro

ipſa pietate & miſericordia, imitabile reliquit. Sanctum Paſcha illo in loco Rex amabilis celebraturus in die cœnę Domini, à duodecim iniquæ conſpirationis ducibus mors ei iuramento ꝓmittitur, vita abſtrahitur, honor regius tollitur. Capi eos & adduci ante ſe iubet Rex mitiſſimus. Percontatus eos, mandat ſeruari domo Karoli Calui, regalibus dapibus opulenter refici, & in die ſanctæ Reſurrectionis perceptione corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti inſigniter præmuniri. Secunda autē ſabbati, proferuntur in medium, iudicantur, damnantur, & ſup eos tot ſententię, quot homines. Audiuit iſta Princeps Dei, pius & prudens, ſciens & intelligens, & ipſos propter benignū Ieſum abſoluit, dicens, nō debere damnari, qui fuerant præmuniti cibo potuq; cœleſti: ſed ne amplius talia in aliquo gererent, ſuis ſanctis imperat verbis, & ſic eos inlæſos ad ſua regredi iuſſit. In lattociniis vero pauperum clericorum & laicorū ſibi inlatis, adplene erat conſentiens, quę pro certo erant in auro vel argento & pretioſiſſimis ornamētis. Volentibus ea inueſtigare, minas dabat virtute, iurans Domini fidem, ne perderent quę aſportauerant. Stampis caſtro Regina Conſtantia palatium cōſtruxerat nobile, ſimul cum oratorio. Quo delectatus Rex ad prandendū cum ſuis aſſedit: impleri domū ſanctis pauperibus iuſſit; inter quos ad pedes eius vnus ſe collocans, ab eo ſub menſa ſatiatur. Qui nō obliuioſus factus, ornamentum, quod erat in ſex vnciis auri depēdens à genibus, & quod nos lingua ruſtica labellos vocamus, ipſo cōſpiciente, cultello diripit, quantocius diſceſſurus. Liberata vacuatur domus à pauperū caterua, imperat longe à ſe expelli, qui iam ſatiati fuerāt carnium eſu ſimul & poculo. Cumq; ſurgerent à menſa, aſpicit Regina dominum ſuum fraudatum gloria, & turbata eſt, cōtra ſanctum Dei non Conſtantia ꝓtulit verba: Heu ſenior bone, quis inimicorum Dei vos aureo veſtitu deturpauit honeſto? Me, inquit, aliquis nō deturpauit, ſed illi qui abſtulit neceſſarium magis quā nobis, volente Deo, proficiet. Sedatis his vocibus, collocat ſe in oratorio Rex Deo dono, lætificans ſe de ſuo perdito, & de ſuæ coniugis dicto, adſtantibus ibi domino Guillelmo Diuionenſium Abbate ſimul & Odone Comite, & non minimis Francorum primoribus. Quædā adhuc de eius non minima pietate narranda ſunt. Præſuli cuidā [*Leotherico Senon. Archiep.*] de Domino non bene ſentienti & quærenti pro quibuſdā cauſis probationem in corpore Domini noſtri Ieſu Chriſti, indigne tulit Rex amator bonitatis, & ſcripſit ei in his verbis: Cum ſit tibi nomen ſcientiæ, & non luceat in te lumen ſapientię, miror qua ratione quęſieris pro tuis iniquiſſimis imperiis & pro infeſtato odio, quod erga Dei ſeruos habes, examinationem in corpore & ſanguine Domini: & cum hoc ſit quod à dante ſacerdote dicitur, Corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ſalus animæ & corporis, cur tu temerario ore & polluto dicas: Si dignus es accipe, cum ſit nullus qui habeatur dignus? Cur diuinitati attribuis ærumnas corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ? Iurans Domini fidem Princeps Dei, priuaberis, inquit, honore Pontificis, niſi ab his reſipueris, & damnaberis cum his qui dixerunt Domino: Recede à nobis, & non communicabis his quibus dicitur: Appropinquate Deo & appropinquabit vobis. His verbis Præſul bene correctus à Rege pio & bono ſapienter inſtructus, quieuit, obmutuit, & ſiluit à dogmate peruerſo, quod erat contrarium omni bono, & iam creſcebat in ſeculo.

In ſinu matris Eccleſiæ collocatus iſte Dei ſeruus, factus eſt Dominici corporis & ſanguinis, vaſorumq; eius cuſtos fortiſſimus: Ad vnguēta pordinans cuncta, quaſi videretur Deus ſuſcipi nō vt in alterius, ſed in propria ſanctæ maieſtatis gloria. Hæc eius deuotio, hęc erat fortis prouiſio, vt corde mundo & veſtitu candido Deus immolaretur, pro totius mundi piaculo. Hoc ſeruitutis obſequio delectabatur terris, poſitus tam in cœlis: Iucundabatur in ſanctorum pignoribus à ſe auro & argento bene ornatis veſtibus albis, ſacerdotalibus indumentis, crucibus pretioſis, calicibus auro bono fabricatis, thuribulis electū thymiama proferentibus, vaſis argēteis ad emundationem manuum ſacerdotis, qui ſtabat illa hora fundens preces ad Deum pro totius populi delictis. Et quid? Vas vinarium ex argento factum, quod cantara dicitur, à ſuo quodam clerico fuerat furatum, quod eum omnimodis triſtem reddidit: Non ſic autem vt turbaretur clericus, qui poſtea fuit illi pretioſus.

Exami-

Examinationem furti minitans Rex fieri, volens nolens clericus, mali patrator operis, quæſiuit, redemit, & ſuo illud loco reſtituit. In hoc Rex Dei amicus alludens clerico dicebat: Melius eſſe in domo propria apportare quam exportare, ne efficeretur ſimilis Iudæ, qui fur erat & loculos habens, ea quæ mittebantur, exportabat. Habuit enim poſtea hunc ſuæ vtilitati proximũ, & ſui boni conſilij dignum. Sciebat hic piiſſimus Dei virtute ſua & aliena curare vulnera, ſecundũ patris Benedicti mandata non detegere & publicare. Huius igitur peccata pro tali facto, ſua Deus deleat quæſumus clementia, vt ſanctis omnibus intercedentibus, poſſideat iuſtorum gaudia repromiſſa.

Pergratum mihi eſt & hoc auribus intimare fidelium, quod eſt omnino narratu digniſſimum. Prouocabit nos Deũ amantes in hoc liberalis iſtius ſereniſſimi Regis memoria, & eius operatio digna, cum cordibus fidelium & infidelium tinnierit tuba, non illa quæ ex æramento, ſed quæ procedit de cœleſti theſauro, & aperiens os ſuum dicit: Conclude eleemoſynam in ſinu pauperis, & ipſa pro te exorabit. Hęc de tali viro cogitantes, occurrunt nobis plura cogitatione, auditu, & ſermone, quę non poſſunt adſcribi præ multitudine, quia illa ſolus Deus agnouit ſua forti prudentia & ſcientia, ingenio, & arte, quæ non poteſt comprehendi miſerabilis hominis virtute. Et quia à nobis diligitur mundus, delectamur in huius excellentiſſimi Regis operibus, in quibus, vt credimus, laudatur Deus Rex glorioſus, cuius regni hęres erit perpetuus, qui fuit mentis & corporis integra bonitate conſpicuus; quia eius iucunda & delectabili vita adhuc frueretur mundus, credat orbis vniuerſus, ſi voluiſſet Dei filius pro peccatoribus occiſus.

Aliquando proficiſcẽte eo ad Eccleſiam, & proſtrato in oratione coram Deo, quiddam verecundiæ in ornamentis pellium, à ſancto collo dependẽtium, ſuſtinuit Rex mitis & corde humilis. Fundẽte eo preces ad Deum, adſtat è proximo Rapton latro, non ille fortiſſimus princeps latronum, qui tenet lectione principatum in libro Regum. Nam medietatem primalium chlamidis Regis auferens, hæc ab eo ſuſcepit manſuetiſſima & omni melle dulciora mandata: Recede ab hinc, recede, ſufficiat tibi quod abſtuliſti, quia & alteri neceſſarium erit quod reliquum eſt. Confuſus latro abſceſſit ad imperium ſancti viri, qui periclitantibus & pauperrimis hoc cõſentiebat ex more pro Dei amore, vt haberet eos apud Deum interceſſores, quos ſciebat iam eſſe factos Dei ciues.

Sedes regalis Piſciacus dicta ſupra Sequanam poſita Francorum Regibus ſatis eſt oportuna. In ea monaſteria tria ab antiquis viris didicimus facta: vnum in honorem ſanctæ Mariæ, aliud ſancti Iohannis: tertium ſancti Martini confeſſoris. E quibus vnum in honore S. Mariæ matris Domini Rex bonus aſſumens, & à nouo ædificans, illud in ornamentis & clericis, auro & argẽto ſatis honorabile reddidit. Quo laudandi Deum nunquam finem habuit. Porro orationibus ibi adhęrens Deo, cum ad locũ repauſationis ſui humillimi corporis reuerteretur, poſt aſſuetos in oratione lachrymarũ imbres fuſos, inuenit ibi ſuam lanceã à coniuge glorioſa bene argento paratã. Hanc cõſiderans aſpicit à foris ſi quempiã reperiret, argẽtum hoc cui neceſſarium foret: inueniensq; quendã pauperrimũ, interrogat caute ſi haberet aliquid ferramenti, quo poſſet auferri argentũ. Pauperi inſcio ad quid ita requireret, ait Dei famulus, vt ꝑquirat quantocius. Inter hęc orationi vacabat. Adueniens is qui miſſus fuerat, ferramentũ offert tali operi ſatis congruũ. Obſerantur oſtia domus, & Rex cũ paupere argentũ à lancea auferens, paupculo dat bene faciens, & ſuis ipſe ſanctis manibus ei in ſacculũ mittens, dat in mandatis, ſicut mos erat, vt ſibi in redeundo ꝓſpiceret, ne vxor eius eũ videre poſſet. Obaudiuit p̃ceptis Regis neceſſitas pauperis. Peractis his aduenit Regina mirans q̃d factũ fuerit de lancea, quæ ſic erat deſtructa, de qua ſperabat dominũ ſuum forti lętificari gloria. Ad hęc Domini fidẽ iurans Rex ioco, huius ſe non eſſe facti conſciũ, inter eos amicabilis eſt exorta cõtentio, quibus eleemoſynæ largitio ꝓfuit & proderit faciente Deo mortuis ſeculo, viuẽtibus Deo. Quædam adhuc de eius non minima pietate narranda ſunt.

Clericus quidã pauperculus de regno Lotharij exiens, ad hunc, de quo loquimur, ſeruum Dei veniens, eſt receptus. Is nempe clericus Oggerius dicebatur. Qui

cum nimia bonitate ſuſcipiens, ſuo ſanctorum collegio ſociauit clericorum, & eum ſufficienter in his quæ debuit adornauit, ſperans ſecũ habitaturum non paucis diebus & annis. Verum in his quę præuidere noluit, inuentus eſt. Nam ſuper eum dicta Dauid Prophetæ merito dicta ſunt: Verba oris eius iniquitas & dolus: Noluit intelligere, vt bene ageret: Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo: Aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit. Splendebat quippe in eo ſpecies Iudæ traditoris Domini, qui loculos habens, ea quæ mittebantur exportabat. Nam quodam tempore aduesperaſcente hora diei, cœna cum ſuis ſumpta, incumbentibus iam noctis tenebris, dum ad cõplenda, & quę ſunt Deo reddenda cogitaret, ad domum Dei de more ꝑceſſit, pręeuntibus ante ſe clericis cũ ceroferariis nõ minimi ponderis. Quibus poſitis ſignificauit Rex humilis, ne accederent ad excelſa. Stat Rex in angulo, & corde tacito Deo ſuo reddit vota iucundo. Meditans ergo in conſpectu Domini, aſpicit iam dictum Oggerium ad altare accedere, cereum ad terrã deponere candelabrũ ſinu contegere. Turbantur clerici qui huius latrocinij debuerãt eſſe cuſtodes. Inquirũt Dominum Regẽ de furto, quibus ſe reſpõdit neſcire vllo modo. Peruenit hoc ad aures Cõſtantię reginę eius cõiugis, de qua quidã ad nomen eius luſit dicẽs:

Conſtans & fortis, quæ non Conſtantia ludit.

Hæc accenſa furore iurat ꝑ animã VVillelmi ſui genitoris, cuſtodibus mala ſe irrogaturã fore, luminibus priuari, & malis aliis deturpari, ni reddãt qđ ablatum fuerat de theſauro ſancti & iuſti. Hoc vbi audiuit, in quo erat requies pietatis, eum qui erat latrunculus aduocãs, ita ad eum locutus eſt: Amice Oggeri, abi hinc iam, ne te cõſumat inconſtans Conſtantia vxor mea: Sufficiunt enim quę habes, donec intres in terrã natiuitatis tuæ; ſit Dominus tecũ vbicunq; ꝑrexeris. Vbi hoc audiuit furti dominus, cadens ad pedes piiſſimi Regis volutabatur clamãs: Succurre mihi domine, ſuccurre. Ipſe vero volens eum eripere, dicebat: Tranſi, tranſi, noli hic ꝑmanere, dans ei & aliã cum his quæ abſportauerat, ne deficeret in via. Poſt aliquot dies idem Dei famulus credens illum iam poſſe ſuum attigiſſe ſolum, cõuerſus ad ſuos lepide & iucundiſſime dixit: O bone Theudo (hic enim ei erat familiaris) vt quid tantum laboras in quærendo candelabro, cum Deus omnipotens illud ſuo attribuerit pauperculo? Scias etenim tu & tui quod illi plus quam nobis neceſſarium fuerat, cum Deus nobis peccatoribus omnia quæ ſunt in terris attribuerit, vt ſubueniamus pauperibus, orphanis, viduis, & omni populo Dei.

Palatium inſigne quod eſt Pariſiis, ſuo cõſtruxerant iuſſu officiales eius. Quod volens præſentia ſui die ſancto Paſchæ nobilitari, more regali iuſſit menſam parari: Cumque aquam ad abluendas manus præſto haberet, adeſt cæcus quidam inter pauperum multitudinem coram eo aſſiſtentium, qui illius erant memoriale continuum, qui vt illi aquam iactaret in faciem, humillimam efferr precem: At ille continuo, velut pro ioco ducens pauperis precem, dum primum in manibus accepit aquam, illius proiecit in faciem. Qui mox, videntibus cunctis optimatibus qui adſtabant, cum reſperſione aquæ amiſſa oculorum cæcitate, congratulantibus cunctis in Domino, lætior inter conuiuas diſcubuit prandio: Fuitq; diſcumbentibus tota die huiuſce rei confabulatio ad laudem omnipotentis Dei: quorum verba forte fuiſſent vana & otioſa, niſi tanto lumine forent illuſtrati illo die. Nec immerito ſane poteſt exiſtimari, quod palatium illud frequenti regio conuentu ſit honorandum, quod diuina virtus tali decorauit miraculo, & populi ſacrauit iubilo, dum veſci voluit ibi deuotiſſimus Rex die primo.

Vigore iuſtitiæ vigens idem Rex sereniſſimus, ſtudebat non continuari os ſuũ mendacio, ſed veritatem corde & ore proferre, Domini Dei fidem iurans aſſidue. Vnde nimirum ſuos, à quibus ſacramentum recipiebat volens iuſtificari, quẽadmodum ſeipſum, fecerat vnum phylacterium olocriſtallinũ, in gyro auro puro adornatum, abſque alicuius ſancti pignorum incluſione, ſuper quod iurabant ſui primates, hac pia fraude neſcij. Aliud quoq; iuſſit parari argento, in quo poſuit ouum cuiuſdã auis quę vocatur Grippis, ſuper quod minus potentes & ruſticos iurare pręcipiebat. O quam bene & congrue huic ſancto viro concordant illius ſancti dicta Prophetæ dicentis: Habitabit in tabernaculum altiſſimi, qui loquitur veritatem in

corde

corde ſuo, qui nõ egit dolum in lingua, nec fecit proximo ſuo malũ, & opprobrium non accepit aduerſus proximum ſuũ. Cui vtiq; bono illũ adhęſiſſe tota cordis intentione certiſſimum eſt, vt mereretur eſſe in ſuperna hereditate beatorum cohæres.

Quanta vero humilitatis virtus in eo fuerit, paucis edicendum eſt verbis. Colloquium cum Epiſcopis ſui regni habens rex humilis, inter colloquium vnumquemque aſpiciens, vidit quendam eorum mole carnis grauatum, pedes ſuos dependere ab alta pietate ductus, a longe quærens ſubpedaneum reperit vnum, quod manibus Deo & hominibus charus apprehendens, illud tanto Pontifici offerre non recuſauit, & ſub pedibus eius ponere non eſt dedignatus. Erat autem hic Epiſcopus Lingonenſis Lambertus nomine dictus, ſcientia, religione, & bonitate pollens. In magna etenim ex hoc admiratione pro tali facto omnes Epiſcopi & Principes habuere ſæpe fatum Robertum humillimum & inclytum regem.

Is quippe rex Deo dilectus Robertus ſemper meminit ſanctæ legis, quia memor fuit operis Dei in omnibus viis ſuis: ſciebat etenim ſcriptum; Scientia virtus, cuſtos virtutis humilitas ſancta. Et illud beati Papæ Gregorii; Qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum puluerẽ portat. Legerat quid dixerit quidã ex patribus; Omnis labor ſine humilitate vanus eſt: humilitatis ſignum dat regnum cœlorũ. Nos ergo oremus omnipotentem Deum, vt hic Dei electus, qui depoſito omni tumore ſuperbiæ cõiunctus eſt Chriſto Deo ſanctæ humilitatis virtute: ita illi iungatur in ſeculo vẽturo, vt in iudicio a ſiniſtra parte disiunctus, nõ inueniet in eo Ieſus Chriſtus, quod dãnet in pœna, ſed quod pietate multiplici prouehat ad coronã, quã promiſit diligẽtibus ſe ad gloriã. Hic etenim vir Dei tãtus ac talis, quod amauit, quod cupiit, quod credidit, Deus eſt rex regum, Dominus dominorũ, ſpes vtiq; certa fidelium.

Iactantiam ſuperbiæ mentis rex humilis & cũ multiplici pietate nominãdas Robertus ſtudebat illi ſemper placere virtutibus bonis, qui habitat in excelſis: deuitans ſublimes, ſuſcipiebat quos poterat humiles, qui certis tẽporibus veras vero Deo redderent laudes. Suſcepit in hoc & exemplum ab Ambroſio Mediolanenſiũ ciuitatis venerabili Epiſcopo, qui binos Eccleſiæ ſuæ, cui præſidebat clericos pro inceſſu ſuperbo grauibus tradidit lamentis, donec calcato tumore ſuperbiæ addiſcerent humilitate pergere, qui erant correcti virga ſacerdotalis diſciplinæ. Idẽ namq; beatus Pontifex, in tractatu de diluuio & archa Noë, habitus hoc modo arrogantiũ, curauit edicere; ſcilicet quales deſcribit Eſaias Iudeæ filias oculorũ micantes nutibus, & alta ſe ceruice iactantes: ſunt enim eiuſmodi erigentes ſupercilia, inflato corde, elato pectore, ceruice reſupina, qui ſolum quidẽ pedum pręſtringant veſtigiis, toto autem ſe librant corpore, & inani ſuſpendũt examine; in priora greſſu prodeũt, in poſteriora verticem reclinantes, cœlum ſpectant, terrã autem faſtidiunt, tanquã ceruicis dolore ſuffixi, vt eã inclinare non poſſint. Hos igitur deleuit Deus de libro vitæ, dicens; Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: nec inter merita ſanctorũ cõmentis, [*commeritis, vel, cum mentibus*] facit adhærẽs cœleſtibus. Hęc idcirco diximus, vt cognoſcant omnes, quis in tanto Francorum imperatore mundi fuerit deſpectus, qui humilitate ſancta cœlorum poſſedit regna.

Huius igitur inclyti regis auus Hugo pro pietate, bonitate, fortitudine magnus dictus, monaſteriũ S. Maglorii confeſſoris Chriſti, in ciuitate Pariſiis ſimul cum filio conſtruens nobiliter, monachos ſub regulę patris Benedicti viuere paratos ibi collocat, & in auro vel argẽto locũ ipſum dicat, & ceteris ornamẽtis pro ſalute ſua & filii ac futuræ poſteritatis. Mater quoq; eius ſupra dicta Adhelaidis admirãda ſatis in ſancta deuotione regina fecit monaſterium ſancti Frambaldi in ciuitate Syluanectenſi, vbi XII. ad ſeruiendum Domino clericos miſit, & de quibus viuerent abunde ſubminiſtrauit. Conſtruxit & monaſterium in territorio Pariſienſi, villa quæ dicitur Argentoilus, vbi numerum ancillarum Dei non minimũ ſub norma ſancti Benedicti viuere paratas adunauit, ad laudem & gloriam bonorum omnium inſpiratoris, & ſub honore ſanctæ Dei genitricis & perpetuæ virginis Marię omnipotenti Domino dedicari & conſecrari voluit. Fecit nihilominus ſancto Pontifici Martino caſulam auro operatam optimo, inter ſcapulas maieſtatẽ veri Pontificis continentem, Cherubim quoq; ac Seraphim colla dominatori omniũ ſubmittẽtia. In pectore vero agnũ

Dei,noſtræ redemptionis hoſtiam; quatuor e regione præfigens animalia, Dominum gloriæ adorantia. Fecit & eidem beato confeſſori cappam vnam intextam auro,duas vero ex argento.Speciali autem ſuo poſt Dominum,amicorum amico beato videlicet Dionyſio caſulam miro itidem opere factam contulit: cui & aliud vt tantam decebat fœminam ornamentum contexuit,quod vocatur orbis terrarum illi Caroli Calui diſſimillimum. Sperabat enim ſe Deo fidelis Regina partem habituram cum eo cui promiſerat Deus ſermone non caſſo, impetraturum pro quibuſcunque petiiſſet. Etenim illius vniuerſa progenies famulam ſe tāti martyris in omni opere proclamabat,reddēs Domino ſuo quæ ſunt ſerui, debitæ ſeruitutis obſequio. Erant ſiquidem huic generationi ſpeciales amici, ſancta videlicet Maria, & pater & dux monachorum ſanctus Benedictus,ſanctus quoque Martinus, ſanctus nec nō Anianus, atq; victorioſi Martyres Chriſti, Cornelius & Cyprianus: optatiſſimus vero glorioſus martyr Dionyſius,ac inclyta virgo beata Genouefa. Fertur autem dixiſſe moriens bonus pater:

O optime fili per ſanctam & indiuiduam Trinitatem te obteſtor, ne quando animus ſubripiat acquieſcere conſiliis adulantium vel muneribus donisque venenatis te ad vota ſua maligna adducere cupientium,ex iis abbatiis,quę tibi poſt Deum perpetualiter delego: neve animi leuitate ductus quolibet modo diſtrahas,diripias,aut ira excitante diſſipes. Specialiter vero tibi inculco nullo pacto ducem omnium patrem, dico Benedictum a te patiaris diuelli,illum apud communem iudicem ſalutis aditum,tranquillitatis portum,poſtque carnis obitum ſecuritatis aſylum.

Quæ autem hæc ancilla Dei, mater prudentiſſimi Regis Roberti opera bona fecerit,paucis adnotare libet. Ipſe iuuenis laborabat forti infirmitate corporis.de qua erat patri & matri in timore periculum, pro quo fecit in ſeniori Eccleſia Aurelianenſis ciuitatis, quam ſanctus Euurtius per Dei dexteram fundauit, & more Eccleſiaſtico benedixit, in ſanctæ & viuificæ crucis honore, imaginem Domini & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti pendētis in cruce,ex auro puro, vt liberaretur a mortis periculo,quem Deus omnipotens iam apud ſe decreuerat regnaturum in mundo: nam & eius virtute liberatus eſt. Dederat autem & pater pro filio vnico ſanctæ crucis loco vrceum argenteum penſantem lx. libras,qui vſque ad hæc noſtra tempora permanſit in domo Dei ſancta. Creſcens quippe ætate, & vir factus virtute totam terram ſanctæ crucis, quam Fulco Epiſcopus pro adiutorio ſui Hugoni potentiſſimo Beluacenſi dederat. Hic vir Dei qui laude & verbo omnipotēti complacebat Deo, mœſto factus animo, per ſecula celebrando ſalutiferæ crucis loco, ſuo reddidit dono. Hunc denique locum Aurelianenſem ſcilicet ſedem ſpecialius ſemper dilexit, quia in ea natus adoleuit,& poſt regeneratus ex aqua & Spiritu ſācto, ibi aſſumptionis ſuæ in Regem ſolemnem vtique percepit benedictionē. Dominus etiam Theodericus, eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, cuius vox laudem Domini digne & laudabiliter eructabat, volens haberi memoriam ſui nominis,in monaſterio ſanctæ crucis,iubet vas fieri ex cētum ſolidis auri optimi, in quo conſecraretur ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Iunxerat ſe tanto Pontifici Rex mente humili, qui ſuperno tactus amore,fecit in ipſo ſancto calice patinam, ad conficiendum in ea corpus Redemptoris mundi, vt eſſet ei crucis ſignaculum in auxilium, & ſancta paſſio, vera animæ carniſque redemptio. Nihilominus & dominum Odolricum Epiſcopum in ſacerdotali veſtimento ſic honorauit,vt adſtans in ſacrificio Domini,circumtectus ex omni parte auro & purpura, videretur vrceolum ex onichino factum,quod comparauerat Rex ditiſſimus pretio lx. librarum. Iterum ipſi ſanctæ crucis loco contulit ſimul cum alio argenteo & manipulo. Dedit etiam & pallia tria pretioſa, in ornatu Eccleſiæ pro ſua ſuorumque filiorum ſalute, & alia multa, quæ non poſſunt litera notari, nec numero comprehendi. Sanctorum enim corpora martyrum pretioſorum Sauiniani,& Potentiani, qui paſſi ſunt acerrime in Senonēſi vrbe,auro, argento, gemmis ita veſtiuit, vt in his delectaretur omnis mundus, quos in terris Rex honorificauerat laude dignis. Præterea patri Benedicto & ſuis, cui ſemper totis adhæſerat præcordiis,pro ſua in tota mundi latitudine admirabili vita, piſcatoriā Ligeritti fluminis benigniſſimus adtribuit, ſcripto firmauit, & ex his nil aliud quam interceſſionis illius

illius quæſiuit ſuffragia. Sed & præceptum de immunitate Floriaci loci, ſcit de his quæ monaſterii competiuit vtilitatibus auctoritate regia firmauit, & ſigillo ſuo, vt bonus & ſapiens inſigniuit. In ornamentis quippe eccleſiaſticis patrem Benedictum honorans, quo eo amore dilexerit, manifeſtiſſime aperuit. Nam altare ſanctæ Dei genitricis Mariæ pallio pretioſiſſimo poſt ignem qui fuit in menſa noſtri ſancti loci calamitas cooperuit, & thymiama mathcrio vſquequaque ſatis mitabili, auro & gemmis bene eleuato in ſublimi hunc ſanctum deuotiſſime nobilitauit. Erat enim & hoc ad plene conueniens thymia matherium thuribulo aureo a Gauzlino abbate mirabilium factore patrato, cuius opus ſplendeſcit præ omnibus, quæ vidimus ipſi, qui hæc ſcribimus in Floriaco loco. Monaſterium S. Caſſiani confeſſoris ſummi in Hedua ciuitate quæ & Auguſtidunus nimia dirutum vetuſtate a nouo ædificauit, & in eo Dei miniſtros collocans, abbatiam ſicut prius conſtruxit, præbens ſumptus his qui ibidem Deo deſeruirent. Hoc ei ſtudium, hæc eius ſemper fuit in opere Dei voluntas.

Palatio Compendii dãnum accidit regi in furto nobili. Inſtabat tunc dies Pentecoſtes, quo Spiritus ſanctus replens animas mundat fidelium corda, vt placeat Patri & Filio, quibus æqualis Spiritus ſancti portio. Volens illo die pater rex glorioſus filiũ ſuum ſtatuere in regem nomine Hugonem, ſtrenuiſſimæ nobilitatis iuuenem, pro immenſa patris & filii bonitate, quæ erat diuulgata toto terrarum orbe, ad faciendum feſtinabat omnis mũdus, quia delectabatur in talibus. Fuit enim hic bonus iuuenis, excellentiſſimæ probitatis, omnes complectens, omnes diligens, nullum deſpiciens, dilectus a cunctis & ſemper amatus. Die aurẽ primo perfecta benedictione mirabili, pater lætus factus de filio, exultabat gaudio immenſo. Ammotio [*ammonitio*] patris eo die talis facta eſt in filio bono: Vide fili, ſemper ſis memor Dei, qui te hodie participẽ ſui fecit regni, vt æquitatis & iuſtitiæ in ſemitis delecteris: quod quęſo attribuat mihi Deus vt videã, & tibi vt facias iuxta eius voluntatem, quę omnibus deſiderantibus eã, ſemper adeſt. Inter hæc feſtiua ſolemnia quidã clericorũ veſano corde meditatus peruerſa, accelerat perficere ea. Speciem cerui ex argento mero facti vir Dei habens in theſauris ſuis, eo delectabatur ſolẽnibus feſtis. Acceperat hoc munus a duce Normannorum Richardo ad vſus humanos, quod benignus ore, benignus corde, benigno nõ diſtulit cõferre Deo. Erat huic ornamento adiunctus cyphus corneus, quo deferebatur vinũ ad celebrãdum ſacrificiũ. Hæc aſpiciẽs quidam peſtifer & clericus nequã, arripit, caligis recondit, huc illucq; vadens nõ inuenit cui ea vẽditione cõtribueret, vel quomodo illã ſpeciẽ cerui deſtruere poſſet. Credendũ eſt cũctis ea pii regis ſeruata meritis, qui toto corde erat Deo fidelis: tertia ſabbathi in oratorio turris Caroli colloquẽs cum quodam familiaritate perfecta, ſibi coniuncto, ecce fur veniẽs ante altare ſe collocat, preces inutiles ſpargit, & lõga protrahẽs ſuſpiria, faciſtergio altaris prolixo operit, ſimul cũ cypho, & ſic verecundus abiit, neſciẽs miſer quorum oculi ſuper eum erant defixi. Ceſſans rex colloquio, vadit ad altare pede leui, cum amico vero, & ſua accipiens reddit lętus miniſtro, interminans ſocio, ne dũ adiuueret, nomẽ eius ſeculo innoteſceret, & tãto viro verecũdiã faceret.

Verum quia opponit ſe noſtræ narrationi quorundam peruerſæ mentis intentio, qui omne bonum quod ipſi nequeunt aſſequi aliis inuidere, & malignitatis calcaneo prout poſſunt premere non erubeſcunt, quiq; ſi quid exceſſus humanitus admiſſum eſt, eo cuncta boni operis ſuccedentia germina canino dente oblatrant ſuffocari, hunc ſanctiſſimum virum lacerare non pertimeſcentes: Non, inquiunt, hæc quæ prolata ſunt bona de eo opera ad ſalutem illius prouenient animæ, quoniam non exhorruit facinus copulationis illicitæ, dum commatrem & ſibi conſanguinitatis vinculo nexam duxit vxorem. Quorum irrationabilitatem placet euidenti ſanctæ Scripturæ indicio conuincere. Sed ne forte loquendi proclament aditum ſibi intercludi, dent nobis aliquem ſine prolapſione delicti: quis vero caſtum ſe habere cor gloriabitur? cum nec vnius diei infans mundus eſſe Scripturæ teſtimonio comprobetur? ſiquidem ob inertiam deſipientium cõprimendam hęc dixerim, non vt viri vltro pœnitentis culpam occultem. Sicut enim ſanctus Dauid lege prohibitus, Berſabeę contra fas concupiuit & rapuit: ita & iſte contra ſacræ fidei iura agens,

præfatam mulierem nefarie ſibi copulauit vxorem: illi non ſolum ſatis fuit in mulierem peccaſſe: ſed molita viri innoxii nece, incurrit duplex peccatum: huic profectò magis libuit Deum offendiſſe, quam a muliere duplici ſibi lege prohibita, thorum ſeruare immaculatum. Sed vtriuſque peccati vulnus, verus humani generis benigna diſpoſitione ſanauit medicus; illum per Nathan Prophetam ſuum, dum pauperis viri, vnius ouiculæ & diuitis ouium abundantis multitudine paradigma obiecta, ſe reum agnoſcens dixit peccaſſe; iſtum æque per dominum & venerabilem Abbonem Floriacenſium a Deo prælectum Abbatem, nunc Chriſti fauente gratia miraculis coruſcum, ſpreta mortis formidine dure increpatum priuatim & publice. Cuius ſancti viri increpatio tam diu perſtitit, donec Rex mitiſſimus reatum ſuum agnoſceret, & quam male ſibi copulauerat mulierem prorſus derelinqueret, & peccati maculam grata Deo ſatisfactione dilueret. Vterque igitur Rex Deo acceptus, vtpote ab illo coronatus, quos nudos peperit natura mundo, ſancta diſpoſitione ſui glorioſos habere voluit & inclitos ſeculo. Et quia, vt ait Scriptura, permittit Deus fieri quod non vult, permiſit benigna diſpenſatio ſic eos occumbere peccato, vt ſe humanitate æquales ſubiectis recognoſcerent, & reliquum vitæ tempus vigiliis & orationibus inhærendo tranſigerent, varias corporum paſſiones ſuſtinerent, vt adimpleretur in eis ſacræ Scripturæ teſtimonium, quæ ait; Corripit Deus, quem diligit, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Vterque peccauit, quod ſolent reges, ſed a Deo viſitati pœnituerunt, fleuerunt, ingemuerunt, quod non ſolent reges. Siquidem exemplo beati Dauid, dominus iſte noſter Robertus cõfeſſus eſt culpam, obſecrauit indulgentiam, deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauit, & confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſecula vulgato dolore tranſmiſit. Quod non erubeſcunt facere priuati, rex non erubuit confiteri. Qui tenentur legibus, audent ſuum negare peccatum, dedignantur rogare indulgentiam, quam petebat, qui nullis legibus tenebatur humanis. Quod peccauit conditionis eſt, quod ſupplicauit correctionis: lapſus communis, ſed confeſſio ſpecialis: culpam itaque incidiſſe naturæ eſt, diluiſſe virtutis. Ob hoc nimirum iſta facere non deſpexit, quia ſciebat Deum puſillis & magnis fore timendum, & potentem quemque diuina admoneri Scriptura; Quanto magnus eſt, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. His igitur rex humilis legibus abſolutus, ſuæ tamen reus fuit conſcientiæ. Quibus vinculis ſe enodare deſiderans, diuinum ſibi precatur auxilium, vt ab omni criminis labe mundetur. Et re vera cum mitis, & corde manſuetus egregia ſemper habuerit ſanctus rex ſuæ manſuetudinis & pietatis inſignia, ita vt aduerſariis ſuis frequenter ignouerit, atque ab eorum nece abſtinendum putauerit, non eſt mirum, quod tam grauiter doleat noxium ſibi obrepſiſſe peccatum. Et ideo a peccatis mortalibus liberari ſe poſtulauit: laudauit Dominum Deum ſuum, iuſtitiam Domini prædicauit, & exultauit eius lingua iuſtitia de cœlo proſpicientis, quæ proceſſit de vtero intactæ virginis.

Vnum vero quiddam memoria dignum a patre huius inclyti regis & a Deo electi patratum, huic lectioni inſerere dignum duxi. In eo namque ſacerdotes veridici, Abbates & monachi ſanctæ normæ non neſcii, exemplar virtutum quod non ſolum imitari, ſed etiam admirari valeant, inuenient. Ante omnia autem pietatis & miſericordiæ omni laude extollenda inſignia. Quodam namq; tempore ſanctum diem Paſchæ in ciuitate Pariſius ſolemniter celebrans, ſecunda ſabbathi ad domum ſuam apud ſanctum Dionyſium lætus regreſſus eſt, ibique ſolemnes exegit dies. Tertia autem ſabbathi, adueniente hora, qua laudibus laudaretur per omnia ſecula Deus, ſurgit a lecto, & ad Eccleſiam ire diſponit. Aſpiciens ergo videt duos ex aduerſo iacentes in angulo, operi inſiſtentes nefario. Horum fragilitati condolens, ornamentum pellium, quod erat pretioſiſſimum tollit a collo, & ſuper peccatores proiicit corde benigno. Quo facto Eccleſiam ſanctorum omnipotentem Deum rogaturus intrauit, vbi pro ipſis peccatoribus ne perirent, orauit. Prolongata vero oratione, & ſperans iam abiiſſe mortuos peccatores, qui pœnitentia viuerent Deo, euocat ſui corporis cuſtodem, & vt aliud ſibi eiuſdem generis deferat ornamentum humillimis verbis imperat, mandans hoc minis imperialibus, vt neque coniugi glorioſę, ne-

que

que alicui iſtud vnquam manifeſtaretur. O quam perfectus, qui ſic ſuo peccatores protexit veſtimento: quam ſanctus ſacerdos, quam pius abbas religioſuſque monachus, quam rectiſſima virtutis & perfectionis norma, cui inniti poteſt iuſtitiæ concupiſcens ſemitas. Tali quippe mandat monachorum pater & dux confiteri peccata, qui ſciret ſua & aliena curare vulnera, non autem detegere & publicare. O fœlix participatione Dei pietas & miſericordia, quæ ſic floruerunt in tanto & tali viro: quas & ipſe Robertus noſter quaſi hereditario iure a patre relictas poſſedit.

Ingo ſummæ ingenuitatis vir & bonitatis abbas monaſterii ſancti Germani Pariſiis ciuitate conſtituti, ad hunc Dei famulum pro ſua & fratrum vtilitate Aurelianis duos boni teſtimonii direxit fratres: qui ab eo viſi pacis honorati ſunt oſculo, vt ei mos erat: interrogatique ſunt benigniſſime, qua cauſa ad eum properaſſent. Vocabantur autem propriis nominibus Herbertus vnus, alter vero Gauzfredus haud infimi ordinis monaſtici viri. Quibus pio de more imperat, vt poſt matutinos hymnos ſua præſentia adſiſterent, & de quibus vellent audientiam haberent. Quibus iuſſa obſeruantibus contigit vt in ipſa Eccleſia, in qua conſederant, his cernentibus candela extingueretur: qua extincta religioſum virum Theudonem clericum proximum ſuum a lecto euocat, candelamque porrigens, ad requirendum lumen quantocius dirigit. Interea deuotiſſimus rex pſalmis & orationibus vacans, dum qui miſſus fuerat reuertitur, videt virum Domini candelam ardentem tenere in manibus, qui tenebat charitatem in moribus: quod admirans & Deum hymniſonis vocibus laudare cupiens, omnimodis illum prohibet, vt a iactantia ſuperbæ mentis ex toto ſe liberans, Dei in omnibus conlaudans virtutem, diceret cum Dauid: Ego ſum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis, Et iterum: Humiliatus ſum vſquequaque Domine, viuifica me ſecundum verbum tuum.

Legimus in diuinis voluminibus, quod ſeruire Deo regnare eſt: quod pro certo cognouit qui admonuit, dicens: Seruite Domino in timore. Quod vtique iſte noſter, de quo loquimur, vir beatus adimpleuit pro poſſe & velle. Et ſicut Moyſes Dei famulus precibus humillimis, manibus extenſis proſtrauit Amalech: ita & his verus Dei amicus, ſuis deuictis hoſtibus virtute ſancti Spiritus, ſemper Deum habuit adiutorem, qui eſt ſalus omnium. Reſplendebat quippe in eo animi dulcedo, qua omnem ſibi conciliabat hominem. Erat ei ſapientia ſalutaris, qua delectabatur cum ſuis. Docebat quoſdam in lectionibus, alios in hymnis & laudibus, & ad talia ſemper exhortans, omne ſecundum Apoſtolum omnibus fiebat, vt cunctos lucrifaceret. Cæterum quod pontifices ipſi abbateſque facere pigritabant, quorum eſt errantes corrigere, & bonos quoſque exemplo ſuo ad meliora prouocare, ipſe verus Dei amicus audebat: de cuius cordis theſauro procedebat vox exultationis & ſalutis, qua delectari gaudebat cum omnibus ſanctis, ſecundum Apoſtolum carnem ſuam crucifigendo cum vitiis & concupiſcentiis mundi huius, delectabile ſemper diuinitati ſeipſum præparans templum. Ad diuinum officium primus, ad laudandum Deum ſedulus. Quocunque illi erat eundum, præparabatur vehiculum, quod deportaret diuini miniſterii tentorium; quo in terram fixo, deponebantur ibi ſancta, vt quia ſecundum Pſalmiſtam, Domini eſt terra & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuerſi qui habitant in eo, proderet ſe deuotum famulum, quouis in loco Deo deuotas perſoluere laudes. Erant enim fixa & bene plantata in corde manſuetiſſimi & domini bene amantis regis, beatiſſimi Antonii verba: Ieſum Chriſtum ſemper deſiderate, quia in omni ſede terrarum conſtituta ſunt regna cœlorum. Sanctas noctes, hoc eſt natiuitatis Domini, ſancti Paſchæ, & Pentecoſten ſic totas ducebat inſomnes vſque ad ſummum mane, vt nec ſedens vel ſtans ſomnum caperet, donec quā expectabat & deſiderabat ſalutiferam corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti perceptionem perciperet. Probata de eo res iſta, & in omni ſeculo manifeſtata. Solēnitate vero natiuitatis ſancti Iohannis Baptiſtæ, hanc quam & in natiuitate Domini tenebat conſuetudinem, vt poſt laudationem Domini quæ eſt in hymno, Te Deum laudamus, miſſa celebraretur deuote, quæ ſanctis eſt libris prænotata, in primo mane. Hoc ſancta conſtituit au-

ctoritas Gregorii Magni & aliorum in miſſa. Amalarii vero iterum doctrina, quam aſſumpſit ex dictis ſanctorum patrum.

Quis autem ei mos fuerit dandæ eleemoſynæ in ſui regni ſedibus, non prætermittimus. In Pariſiis ciuitate, Syluanectis, Aurelianis, Diuione, Antiſſiodoro, Aualone, Miliduno, Stampis, in vtraque harum ſede trecentis, vel quod eſt verius mille pauperibus dabatur panis & vini abundantia, & hoc ſpecialius ipſo quo ad Deum tranſiit anno, qui eſt incarnationis Dominicæ milleſimus triceſimus ſecundus. Præter hæc, quo ibat quotidie in ſancta quadrageſima c. aut cc. iubebat pauperibus dari panis, piſcium, & vini cibaria. In die autem Cœnæ Domini, non videntibus incredibile, videntibus vero & ſeruientibus in tali negotio ſatis admirabile, cum non minus quam trecenti ipſa die ſua prouidentia congregati, de eius ſancta manu flexo poplite in terram, vnuſquiſque legumen, piſcem, panem, denarium vnum ſumebat in manibus. Et hoc hora diei tertia: hora itidem ſexta: itidem centum clericis pauperibus præbendam panis, piſcis, & vini concedebat, duodecim vnumquemque eorum honorans denariis, corde & ore Dauidicos ſemper decantans Pſalmos. Poſt menſam vero præparans ſe ad Dei ſeruirium rex humilis ponebat veſtimenta ſua indutus ad carnem cilicio, adiunctoque clericorum collegio centum ſexaginta & eo amplius numero, ad exemplum Domini, eorum pedes lauans, capillis capitis ſui tergebat, & ad mandatum Domini ſingulos eorum duobus ſolidis remunerans, clero præſente, & diacono adſtante, qui lectionem legeret ſecundum Iohannem in Cœna Domini dictam & factam. Talibus factis occupabat ſe rex meritis glorioſus, loca ſanctorum perluſtrando toto die ſancto Paraſceue, & crucem Domini adorando vſque in vigilia ſanctæ reſurrectionis, in qua aſſumebat ſtatim ſacrificium laudis, quæ nō defuit ab eius ore, in omnibus ſeculis. His & huiuſcemodi virtutum meritis bonorumque operum exhibitionibus glorioſus & toto orbe prædicandus Robertus rex ſe mirabilem mundo præbuit, cunctis poſteris imitabilem dereliquit.

Hic autem poſt Deum ſpecialis gloria regum, pro ſacrato ſanctorum Apoſtolorum numero, quos ſemper amabat corde benigno, & quorum ſolemnes feſtiuitates votiuo præueniebat ieiunio, ad horum exemplum duodecim pauperes ſecum ducebat, quos ſpecialius diligebat, quibus ipſe erat vera requies, poſt labores. Nam his ſanctis pauperibus comparans fortiſſimos aſinorum pullos, ante ſe vbicunque pergebat lætantes, Deum laudantes, & animam ſuam benedicentes dirigebat. In his nempe & aliis innumerabilibus pauperibus recreandis nunquam habuit nolle, ſed ſemper velle. Morituris his fortis erat prouiſio, ne quis minueretur de numero, eratque eis viuorum ſucceſſio, & apud Deum tanti Regis oblatio. Hoc ſtudium, hæc eius ſemper fuit bona voluntas, cui ſemper adhæſerat, participatione ſummi boni, vera bonitas, in qua clariſſimus verſificator his verſibus eſt delectatus;

Maior cura boni eſt Fratrum releuare labores:
Et fieri optatum triſtibus auxilium.
Paſcere ieiunos, nudos veſtire, ligatos
Soluere, diſcordes conciliare ſibi.
Et quacunque homines miſeri ſolatia quærunt
Hæc vt poſſibile eſt promere corde pio.
Vt recte vere cupidus, vereque benignus
Quæ mala ſunt fugiat, quæ bona ſunt, faciat.

Hæc omnia in tanto viro fuiſſe omnis cognouit mundus, quia eum ſemper dilexit Deus.

Præterea conſtruxit a nouo in vrbe Aureliana monaſterium ſancti Aniani ſingularis ſui apud Deum aduocati: qui quam pium ſanctæ deuotionis amorem erga eundem habuerit, nullus edicere valet, quia illum ſuum ſemper poſt Deum adiutorem, protectorem, & defenſorem habere voluit, ad quoſcunque potuiſſet pergere greſſus. Nam vno die a quodam ſuo ſpeciali amicorum amico interpellatus, vt quid talem ac tantum Pontificem, & non alios ſic ſanctos ſuis ſanctis laudibus extolleret, reſpondiſſe humillima & piiſſima voce fertur: Quis eſt Anianus? Anianus, Anianus pro certo eſt vera noſtrorum conſolatio, laborantium fortitudo, regum protectio, princi-

[illegible]cipum defenſio, [illegible] lædio, clericorum, monachorum, orphanorum, & viduar[illegible] cabilis ſublo[illegible]o. Et [illegible]udens d[illegible]curoſtan[illegible] pueros, ait [illegible] umur, A[illegible]ianus a pœnis virg[illegible] nobis pu[illegible] non e[illegible] p[illegible] tior.

Ardens tanti pontificis honore [illegible] edolens [illegible] & decus Eccleſiæ ſanctæ & gratia Dei deſiderio, eum in altiori [illegible] loco, domum Domini [illegible] per eum in melius conſtruere cœpit, & Deo cooperante & ſancto Aniano auxilia[illegible] præbente, ad finem vſque perduxit. Habet namq[illegible] [illegible]la domus in lon[illegible]tudine [illegible] las quadraginta duas, in latitudine duodecim, in [illegible]ecem, feneſtras centum viginti tres. Fecit & altaria in ipſo monaſterio ad laude[illegible] ſanctorum numero nouemdecim, quorum memoriam hic adnotare curauim[illegible]. Principale [illegible] honorem Apoſtoli Petri, cui ſupra dictus rex ad[illegible]ciauit coapoſtolū Paulum [illegible]one, cum non antea ibi niſi ſolius ſancti Petri eſſet venera[illegible] ad caput [illegible] A[illegible] pedes aliud; aliud in honore ſancti Benedicti; cæt[illegible]a ſunt in hon[illegible] [illegible]m, quorum nomina ſunt adſcripta, ſancti V[illegible] licet [illegible]rtis, ſancti Laurentii [illegible] ſancti [illegible] omniumque ſ[illegible]orum, item ſ[illegible] [illegible]artini, ſ[illegible] Mauritii, [illegible]cti Ste[illegible] [illegible] Antonii, ſancti Vincentii, ſanctæ Mariæ, ſancti [illegible]hannis, ſancti Saluatoris, ſancti Mamerti, ſan[illegible] Nicolai, & ſancti Michaelis. [illegible] autem i[illegible]us monaſterium fecit intro opere, [illegible] tudinem [illegible]aſterii ſ[illegible] [illegible]ariæ ma[illegible] Domini & ſanctorum Ag[illegible] [illegible]lis in [illegible] monte conſtitut[illegible] Le[illegible] cam[illegible]us S. Aniani a frōte auro bono [illegible] & lapi[illegible] pretioſis [illegible] m[illegible] pr[illegible] c[illegible]. Tabulam ad altare S. Pe[illegible] in cuius honore extat locus au[illegible]o bono totā cooperuit, de qua C[illegible]ſtantia nobilis r[illegible]na eius cōiux g[illegible]oſa poſt mortē viri ſui ſanctiſſimi Deo & ſancto attribuit A[illegible] [illegible]ma ſcilicet librarum ſeptem ipſius metalli in meliorandis [illegible] monaſterii [illegible] quibus ab imis ad ſuperiora apertis, cœlum melius cerneretur [illegible] in ea quā[illegible]ta[illegible] au[illegible] quindecim librarum probati; quod reliquum [illegible], in qu[illegible] diſtribuit quia erat ei ſollicitudo Eccleſiarum Dei, iuxta vtile [illegible]ioris ſui [illegible]oſtquæ omnia c[illegible]pidus ſanctæ benedictionis rex Robertus glori[illegible], ſuæ ordinati[illegible]nis, bene[illegible] & aſſumptionis in regem anno triceſimo ſex[illegible] [illegible]uſſion[illegible] toria, euocauit archipræſules Gauzlinum Bituricenſem & Abba[illegible] Floriacen[illegible] [illegible]cotheneū [illegible]onenſem, necnon & Arnulphū Turonenſem [illegible] p[illegible] [illegible]bſequuntur præſules, Odolricus Aurelianenſis, Theodoricus [illegible]otēſis, [illegible]rius [illegible], VVarinus Beluacenſis, & Rodulfus Syluanectēſis [illegible] defuit en [illegible]ræſentia domini & venerabilis Odilonis Cluniacenſium abbatis, & aliorum bonorum virorum nō minimi meriti, cum quibus ſemper deſiderabat colloqui. Ab his pro certo & aliis Dei miniſtris leuatur illud nobile corpus amici Dei Aniani ſanctiſſimi, de ſepulchro cū corporibus ſanctorū Euſpicii, Monitoris & Floſculi confeſſorum, Baudelii & Scubilii Martyrum, & Agiæ matris S. Lupi cōfeſſoris: & ab ipſo glorioſo rege & aliis, quos iā prænotauit litera, qui pro tali negotio aduenerant, cuſtoditur, [illegible]datur, & decantatur in hymnis & laudibus in Eccleſia S. Martini quoadusq; præ[illegible]arentur vtilia & neceſſaria ſanctæ benedictioni. Præparatis ergo omnibus, ab ipſis ſanctis ſacerdotibus locum ipſum benedici & cōſecrari ſolemniter fecit. Anno [illegible] [illegible]cæ incarnation[illegible] milleſimo viceſimo nono, indictione duodecima. Sumitur itaq; humeris inclyti, lætantium ſimul & gaudentium populorum, & transfertur cum laudibus in templ[illegible] nouum, quod ipſe inclytus Robertus ædificauerat, laudātes Dominum & ſanctum Anianu[illegible] in tympano & choro, in chordis & organo, & eum in loco collocant ſancto, ad honorem, gloriam, & laudem Ieſu Chriſti Domini noſtri, & famuli ſui Aniani, ſpeciali gloria decorati.

Expleta bene[illegible]tione ſolēni, & omnibus, quæ ad dedicationē S. Templi pertinebat, vadit iā cum reuerentia nominādus pater patriæ Robertus ante altare ſanctiſſimi Petri, & dilecti domi[illegible] Aniani, in conſpectu omnium populorū, & exuens ſe veſtimēto [illegible]u[illegible]purpureo, quod lingua ruſtica dicitur Rocus, vtroq. genu fixo in terrā, toto de corde ad Deum ſupplicē [illegible]udit precē, in his verbis: Gratias, inquit, ago tibi bone Deus, qui ad effectum meam voluntatem hodie meritis S. Aniani perduxiſti, lætificans animam meam de corporibus Sanctorum, cum eo hodierna die triumphan-

[illegible] u[illegible] ens ind[illegible] am, defun[illegible] [illegible] gnū[illegible] [illegible] ta[illegible] , cuſtodes ad [illegible] ab [illegible] [illegible] ad ſua [illegible] egr[illegible]tur, & de ſuis dona[illegible] [illegible] gni[illegible] ater no [illegible] atur, in quatuor ſcilicet pallijs [illegible] capella, quam p[illegible]t obitū ſuum Deo omnipoten[illegible] [illegible] feſſori [illegible] Aniano. Capella autem huius piiſſimi, pruden[illegible] [illegible] gis R[illegible] tas fuit: Cappæ octodecim bonę optimæ & bene [illegible] tæ, libri [illegible] ſtatus [illegible] gentei duo, & alii duo parui, cum miſſali vno tranſmarino [illegible] pa[illegible]to ebore & argēto; Philacteria aurea duodecim; altare vnum [illegible] & [illegible] iter paratum, continens i[illegible] medio petram laudabilem, quæ dicitur onich[illegible] [illegible] uces autem [illegible]s: melior [*vel maior*] ex his cōtinet in ſe libras auri puri ſeptem [illegible] ſig[illegible] quinque, [illegible] ex his fa[illegible] [illegible] ſſe, in quo vndecim millenaria [illegible] & [illegible] ce[illegible] libræ fue[illegible] pi[illegible] ignū baptiſmi, de oleo & chriſ[illegible] mat[illegible] fa[illegible] ſicut ordo depoſi[illegible] [illegible] Robertus attribuere Spiritus ſa[illegible] [illegible] etiam [illegible] duas, So[illegible] & Rutina[illegible] gum cum vi[illegible] & omnibus, [illegible] pe[illegible] præcepto [illegible] firmauit, & corr[illegible]orari [illegible] Prom[illegible] m[illegible] a do[illegible] [illegible] oderic[illegible] bili Aurelianorum Epiſco[illegible] [illegible] Eccleſiarum [illegible] ſi[illegible] de ipſis [illegible] [illegible] facto, quod ſanct[illegible] o[illegible] ulit Aniano [illegible] reg[illegible] [illegible] ui[illegible] exultationis ſemper dilexerat, de corde bono.

Caſtrum Criſpiacus dictum a VValtero [illegible] m S[illegible] nico in territorio, [illegible] atiam ſancti Arnulfi a[illegible] periculo red[illegible]dit illuſtrem: ueſte enim [illegible] [illegible] nomine conſt[illegible], boni teſtimonii vir[illegible]m, [illegible] c[illegible] [illegible] tannis venien[illegible] d hunc Dei viru[illegible] [illegible] b[illegible] [illegible] s de cœleſtibus, poſt in [illegible] u[illegible] d[illegible] n[illegible] o[illegible] unoribus g[illegible] d[illegible] q[illegible] æ erat [illegible] c[illegible] [illegible] ta[illegible] e. Quodam aute[illegible] tempore ſanctæ [illegible] Piſcia [illegible] properans tem[illegible] por[illegible] mu[illegible] & [illegible] itales [illegible] ieiunii cibos: au[illegible] c[illegible] q[illegible] entes bon[illegible] te[illegible] c[illegible] tatē Dei [illegible]as bonus, pro re[illegible] corpo[illegible] e us humilli[illegible] [illegible] er[illegible] en cibo[illegible], qui precibus pulſans oſtia cœ[illegible] um ſeret c[illegible] [illegible] hoc cognoſcens vir pietatis & [illegible] ſe terris, omni[illegible] is orabat, ne ſi eum opprimeret, quia talib[illegible] obedientiam nullum adhuc Deo tempu[illegible] obtuliſſet. Abbas hoc audiens, taciturnitatis vincula ſu[illegible]epit, & meditans cor[illegible] quod eſſet perfectus virtute, pro ieiunii eius obſeruatione ſuſcepit e[illegible] modam & nō numeroſam miſſarum celebration[illegible] [illegible] ve[illegible] eret ei Deus in[illegible] us firmam deuotionem. His lætus rex donis a ſan[illegible] o[illegible] o [illegible] ce[illegible] tis, Deo gratias egit, & ſanctum celebrauit continuo ieiunium, expectans Dei & Domi[illegible] noſtri [illegible] Chriſti reſurrectionem. Erat & hoc amatori bonorum in reli[illegible]ione pro ſuarū em[illegible]ratione culpatum, quod a ſancto ſeptuag[illegible]imo vſque in [illegible] a[illegible] ha, [illegible] viſus culcita, frequenter eum ſuſcipiebat ad iacēdum [illegible] terra, tendentē indeſi[illegible] enter ad ęthera. Proſit tamen pro his & aliis a[illegible] mæ eius ſubſcri[illegible]ta & breuis oratio [illegible] iorum actuum eius maculas Deus terga[illegible], obliuioni perpetuæ tradat, partē ei in reſurrectione [illegible] cōcedat, qui [illegible] Re[illegible] rrectio mortuorum Ieſus Chriſtus viuens & regnan[illegible] [illegible] ula [illegible] ulorum.

Co[illegible] meo q[illegible]id d[illegible] quid iucun[illegible] s pote[illegible] q[illegible] c[illegible], ad [illegible] rē meū in [illegible] us Dei op[illegible] ibus collaudē? Rede[illegible] te[illegible] diebus, q[illegible] ſi[illegible] mul reſpiciebamus eius mihi am[illegible] ā re[illegible] pr[illegible] bonitat[illegible] ctor etiā in illa, & experior quid v[illegible] m[illegible] n[illegible] ę cſtra[illegible] cor[illegible] tioni[illegible] l accipio, nil ſentio, quā vt bon[illegible] us [illegible] e[illegible] arr[illegible] amicus de amico, dil[illegible] ctus [illegible] dilecto. Erub[illegible] o tamē valde [illegible] ad[illegible] ir[illegible] ū b[illegible] narratione, cū in eo ſemper floruerint quæ ſunt [illegible] xa ſumm[illegible] [illegible] pro lucr[illegible] ani[illegible] ma[illegible] & corporū. Quepiā videns deſudare in [illegible]ei opere, hūc [illegible] abatur voce, [illegible] alienās manere, cuius erat donū promiſſis pauperrimū, dato permaximum.

In fundo

In fundo monaſterii Floriacenſis loci, paterna imitabilis Abbatis mei Gauzlini iuſſione, Eccleſiam cœpi ædificare, modicam quidem ſed feſtiuam, ad quam occurrebat populus amore, quorũ erat ſacranda condigna benedictione: licet eſſet imperfecta, quamuis lignea, tamen promouit ſe rex vir cœleſtium deſideriorum, a Vitriaco caſtro deſiderans eam videre aſpectu ſanctiſſimo. Fuerat iã iuſſu domini & amabilis Odolrici Pontificis a venerabili Bituricenſium archiepiſcopo Gauzlino benedicta, dante eo in circuitu pleniſſime terrã ipſi Eccleſię perutilẽ. Intrans in ea rex & orans, pallium quatuor librarũ ſuper altare poſuit; quod quia in honore ſanctorum Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii conſecratum fuit, procul dubio eius cordi ita inſedit, vt ſuis piis aſpicientibus oculis, poſt ad cum Pariſios me veniente, de reliquiis ipſorũ martyrum, almi ſcilicet Dionyſii, Ruſtici & Eleutherii ſplendide exornaret, interceſſionibus ditaret. Protectionis eorum dona hæc ſunt: De caſula S. Dionyſii, dalmatici S. Ruſtici, caſula S. Eleutherii, de veſtimentis eorum ſanguine aſperſis, de carnium eorum puluere, & funiculo triplici quo fuit adſtrictus Dionyſius martyr Domini pretioſus. His & aliis ſanctorũ pignoribus, a rege amanti Deum nobiliter inſignitus eſt locus. Suſceptæ ſunt autem ipſæ ſanctorum ſupra dictorum pretioſiſſimæ reliquię in Floriaco monaſterio a domino Gauzlino abbate in dando & accipiendo ſatis honorabili viro, die Kalendarum Octobrium, quo celebris agitur in omnibus ſeculis ſanctorũ Germani, Remigii atq; Vedaſti ſolemnitas confeſſorũ. Sane peccatis exiſtentibus ipſa Eccleſia poſt ignibus aduſta, iterũ a me miſero auxiliatrice manu Domini operante, ſanctæ Mariæ matris Domini, patris quoque Benedicti, & eorundem ſanctorum adiuuantibus meritis, quæ erat lignea, facta eſt lapidea, quam magnæ bonitatis glorioſus Epiſcopus Odolricus ſua non alterius, vt prius manu domino Deo & ſuis ſanctis dedicari & conſecrari voluit. Fecit vt decebat talem virum: quippe qui ſic me protexit amore, omni quo aduixit tempore, operante Dei virtute, vt in his quæcunq; volui nunquam eius habuerim nolle, ſed ſemper quod eſt honeſtum & vtile. Hereditatẽ ſanctorum ſacerdotũ, quam ſemper hic ſacerdos inclytus honore pontificatus cõſequi deſiderabat, hãc quæſumus ei tribuere dignetur pontifex ſummus Deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus; huius peccata deſtruat, collocet in cœleſtibus, iungat cœlorũ ciuibus Redemptor & conditor & ſanctarũ animarum mitiſſimus liberator. Intrantes hanc Eccleſiã præ oculis habent ſubſcriptos verſiculos, memoriam ſancti Dionyſii & factoris loci retinentes, quos binis partibus diuiſos agnoſcunt altaria, quorum ſunt honore ſacrata. Ad ſiniſtram partem altaris ſancti Dionyſii hi ſunt:

Iſta Dionyſius penetrantes limina ſanctus
Auxilio ſancto conſocient Domino.
Quem quicunque petis Dominum depoſce tonantem
Quatenus Helgaudum ſeruet amore ſuum.
Cuius amor Chriſto ſic ſic venerabile templum
Conſtruxit Domino atque Dionyſio.

Item ad dexteram:

Eſt domus iſta Deo ſine fine dicata ſuperno
Helgaudi ſtudio conſilioque boni.
Hinc Paradiſiaci pulſatur ianua regni:
Hinc pia plebs Domino coniubilat ſupero.
Intrantes pariter Chriſtus conſeruet Ieſus.

Dicite cuncti voce fideli omne per æuum, Sic fiat: amen, amen, amen.

Huius certe temporibus cuius adiuuante Deo facta deſcribimus, fulſit in monaſterio Floriacẽſi loco celebri, ſplẽdidus mundo Gauzlinus abbas merito ſanctis Deo coniunctus, operibus pollens, ſcientia ſpiritali ſimul & humana. Inerant eius cordi Abonis magiſtri prolati ſanctæ Scripturæ flores boni, de quibus honeſtiſſime imbutus ita eructabat omnibus, vt poſſent delectari in cœleſtibus. In ſanctis eleemoſynis ita largiſſimus, vt ipſe poſitus in fortiſſimis frigoribus a ſe veſtes pelliũ abiiciens, pauperes Chriſti indueret, vt a remuneratore bonorum præmiũ perciperet, de quo audiret: Nudus fui, & vos operuiſtis me. Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feci-

ſtis: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod vobis paratũ eſt ab origine mundi. Hunc perfectus rex ita ſuis affixit obtutibus, vt eum præ ceteris diligens ſuis eum ſpecialiter deuinceret conſiliis, quę ab eo probe probata, ſemper ea habuit honeſta, nũquam tamẽ iniuſta: in honoribus ſeculi eum honorãs, attribuit illi honores non minimos, abbatiam S. Benedicti, quæ eſt caput totius ordinis monaſtici, & epiſcopatum Bituricenſem S. prothomartyris Stephani, principatum tenentis totius Aquitaniæ, qui fuit & eſt honor & decus Frãciæ. In quibus quæ peccauit vera charitas & eleemoſyna, quæ in eum floruerunt virtute magna perpetuæ tradent obliuioni, actione fœlicis boni quod habuit participatione ſũmi boni. In diebus quippe Septuageſimæ reſidens rex illuſtris Pariſius ciuitate, miſit ad eũ abbas humilis ex more, pro ſacratiſſimi loci vtilitate. Qui miſſi erant his propriis appellabantur nominibus: Albericus vnus ſacerdotii gloria decoratus, largifluę charitatis vir; cui adiũctus Dei dono & excellentiſſimi patris Gauzlini imperio, frater de nomine dictus Helgaudus, quem iſte princeps Dei affectu diligebat paterno; tertiũ ſecum habẽtes in obſequio fraternitatis laborantẽ Hiſembertũ nomine, cõuerſione dignũ factum monachum. Dies autẽ ſanctæ Quadrageſimæ Piſciaco celebraturus, iter accelerat nobiſcũ proficiſcẽtibus eius pręceptis imperialibus, in quo erat rationem redditurus, de quibus eum adieramus: cum ecce veniẽtes ad portum Sequanæ, qui dicitur Caroli benna, hoc eſt, piſcatorio, quę erat difficultate trãſmeabilis, iuſſione eius ſancta ſoli nauiculã intrauimus ipſo aſpiciente & cõſiderante quis finis nos aſſumeret, quos ad ſe venire alacres & incolumes expectabat. Affuit nobis miſeris huius interceſſione regis, qui laudatur, benedicitur & adoratur vbiq; Deus. Nauigantibus nobis & equos noſtros iuxta lintrẽ frænis trahentibus, contigit vnum ſonipedẽ indomitum, & nunquã talia indactũ in mediis fluctibus duos in naui anteriores poſuiſſe pedes, cuius forti rabie nauis periclitabatur, trahens nos iã in profundũ. Inclamaus rex poſt Deum altiſſimũ cum ſuis, & virtutes cœlorum, dat voces immenſas ad cœlum noſtro pro periculo. Pronuntiat grandi voce fræna relinquere, & equos lõge a naui arceri. Ad cuius amabilem vocem laxatis frænis vt iuſſerat, & equi pedibus de naui eiectis, cœpimus ad littus euehi. Ipſe quoq; S. Dionyſiũ, ſanctumq; Benedictum, & omnes ſanctos Dei in adiutorium noſtrum prouocabat, lachrymis perfuſis oculis, cuius precem audiuit is qui eſt in ſecula benedictus Deus. Factum eſt vt voluit, & deducta naui ad terram ſuſcepit nos per Dei gratiam incolumes, qui eramus ſimul cum eo mirabilẽ Deum laudantes. Ex quo facto habuit nos Deus omnipotens omni tempore laudatores. Manſimus autem cum ipſo Dei viro, illo in loco triduo delectati dulci eius colloquio, ſicut & aſpectu iucundo, cuius quæſumus ſanctiſſimam animam ſuo collocet in regno, qui eam redemit ſanguine pretioſo.

Adhuc in maiori quã ingreſſi ſumus loco placet ponere pedẽ, ad eius glorioſum feſtinantes tranſitum in deſcribendo, quem laudibus veraciſſimis & nõ falſis, apertis, & non fictis, Domino noſtro audebimus commendare, ſancti Spiritus virtute, vt mereatur euadere diem vltionis extremæ, inſignitus ſignaculo Trinitatis ſanctæ. Sed quia adhuc quædam de eius mira operatione, quæ ſunt veræ humilitati ſociata, non ſcripſimus, & quæ multis proſunt & proderunt ad ſalutem, reſtat vt his manifeſtatis, non teneat nos otioſos eius ſanctiſſimus obitus, qui dono Dei extitit laudabilis & glorioſus. Habens deſiderium mori ſeculo & viuere Chriſto Deo Rex ſtrenuiſſimus eum, cui eſt omne quod eſt, & cui attribuimus omne quod ſcribimus, deſiderans videre, voluit terris habere ſocium, quem non poteſt capere cœlum. Proficiſcente eo quadam Quadrageſima ad ſanctos, Dei ſeruitio ſibi coniunctos, adit, orat, honorat, aures eorum precibus humillimis & ſalutaribus pulſat, vt cum ipſis & ſanctis omnibus inueniri poſſet in Dei laudibus dignus. Laborabat in hoc carnis & ſpiritus fortitudine, vt euinceret Dei virtute. Intrãs fines Bituricum, ſuſcipit eum ſanctus prothomartyr Stephanus, cum ſancto Maiolo meritis præcipuo, ſancta Maria, cum celebri Iuliano, martyre ſummo, iterum ipſa piiſſima virginum virgo Maria, cum ſancto Egidio confeſſore magno. Inclytus vero Saturninus, cum forti Vincentio, dignus Antoninus cum Fidi martyre, ſanctus Domini Giraldus, ipſum iam reuertentem ad propria, ſancto iterum reddit incolumem Stephano

phano glorioſo, cum quo terris lætum deducens diem palmarum, properat Aurelianis, ibi in Paſcha percepturus auctorem noſtræ ſalutis. Quo itinere, multa ab eo fuerunt dona ſanctis data, a pauperibus vero eius manus nunquam fuit vacua. Nam ipſa terra multos habens infirmos, & præcipue leproſos, hos vir Dei non abhorruit, quia in Scripturis ſanctis legit Dominum Chriſtum multoties in ſpeciem leproſorum hoſpitio ſuſceptum. Ad hos auida mente properans & intrans manu propria dabat denariorum ſummam, & ore proprio figens eorum manibus oſcula, in omnibus Deum collaudabat, memor verborũ Domini dicentis: Memento, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Ceteris autem mittebat deuote, pro Dei omnipotentis amore, qui operatur magna vbi eſt. Tantam quippe gratiam in medendis corporibus perfecto viro contulit diuina virtus, vt ſua piiſſima manu, infirmis locum tangens vulneris, & illis imprimens ſignum ſanctæ crucis, omnem auferret ab eis dolorem infirmitatis. Charitatis integræ non immemor ſeruus Dei conſiderabat pretioſa martyrii monachi facta, qui proprio leproſum adſtringens veſtimento, illumq; ſuo leuans humero, dum ei ſeruitutis officia dare voluit, repente ad æthera rediit, & ei aſcendens dixit Chriſtus, qui in ſpecie leproſi fuerat ſuſceptus: Martyri, tu me non erubuiſti ſuper terram, ego te nõ erubeſcam ſuper cœlos. Habeat hic, de quo loquimur præſtante Deo, partem cum ſancto Martyrio, qui iſtis & aliis bonis operibus feſtinabat ſe ſociari Chriſto Deo.

In ædificationibus vero eccleſiarum Dei, hic temporali ſimul & ſpirituali oleo inunctus rex ſanctæ benedictionis dono, ſuam potentiam & voluntatem adimplere deſiderans, & ad æternæ beatitudinis palmam conſequendam anhelans inter alia cogitare cœpit, & poſt cogitata ad effectum perducere, ſancti Dei, cuius ſublimitatis, cuius meriti, a quaue eſſent honorandi & extollendi laude, de quibus nulla ei cunctis temporibus loquendi laudandive fuit ſatietas. Enimuero apparebit in his quę ſubter ſunt adnexa, deſcripta & ſuperioribus iuncta, quia omnia ſemper fuerunt ei curæ, ſcilicet quæ ſunt pudica, quæ ſunt caſta, quæ ſunt ſancta, & quæ habet virgo vere mater Eccleſia ſancta. Attamẽ nunquam fuit illi Deus obliuioſus. In ipſa autem ciuitate Aurelianis ædificauit monaſteriũ in honore ſancti Aniani, vt diximus, item aliud in honore ſanctæ Mariæ matris Domini noſtri Ieſu Chriſti, & S. Hilarii Confeſſoris ſummi: ſanctæ itidem Mariæ genitricis Dei cognomento Fabricatæ. Fecit inibi & monaſterium ſancti Vincentii Martyris Chriſti: monaſterium S. Pauli Apoſtoli in Cantogilo villa: monaſterium S. Medardi in Vitriaco caſtro: monaſterium S. Leodegarii, in ſylua Aquilina: monaſterium ſanctæ Mariæ, in Miliduno caſtro cum alia Eccleſia: monaſterium S. Petri & S. Reguli in ciuitate Syluanectenſi. monaſterium ſanctæ Mariæ in Stampenſi caſtro. Item in ipſo caſtro Eccleſiã vnam, in palatio. In ciuitate Pariſius Eccleſiam in honore S. Nicolai Põtificis in palatio: monaſterium S. Germani Antiſſiodorẽſis, & S. Michaelis Eccleſiam, in ſylua cognominata Bieria: item monaſterium S. Germani Pariſienſis, cum Eccleſia S. Vincentii in ſylua cognominata Ledia: in villa quæ dicitur Gomedus, Eccleſiam in honore S. Aniani: item in villa Faida, Eccleſiam in honore S. Aniani: monaſterium ſanctæ Mariæ in Piſciaco: monaſterium S. Caſſiani in Auguſtiduno. Pro his omnibus & aliis innumerabilibus, quę ꝑ Domini virtutẽ operatus eſt bonis oremus ſinguli, oremus omnes & dicamus:

Deus, qui inter ſanctiſſimos reges famulũ tuum Robertũ regali feciſti dignitate vigere, præſta quæſumus, vt quorum vicem ad horam gerebat in terris, intercedente glorioſa Dei genitrice Maria, cum omnibus ſanctis, eorum quoq; perpetuo conſortio lætetur in cœlis, per eundem Dominum noſtrum.

Ante ſuũ ſane ſanctiſſimum obitum, qui tertio decimo Kalendis Auguſti extitit, die paſſionis Apoſtolorum ſanctorũ Petri & Pauli, ſol ad ſimilitudinem quartæ Lunæ ſubtractis radiis fuſcatus apparuit in toto mundo, hora diei ſexta palleſcens ſuper homines: quorum viſus ita obnubilauit, vt nullus aliũ recognoſceret, donec quoddã recognoſcẽdi tranſiret ſpatiũ: quid autẽ portenderit, in proximo patuit, cũ nil nobis miſeris aluit, quã de ſua morte dolorẽ intolerabilẽ reliquerit. A die enim S. Petri ad ſui ſanctiſſimi trãſitus diẽ, 21. dies ſupputãtur. In quibus diebus ſancta Dauid canẽs, meditabatur legem Domini die ac nocte, vt procul dubio ei cõcordari queat illud,

quod de ſanctiſſimo patre Benedicto ſpecialiter dictum eſt:

Pſalmicen aſſiduus nunquam dabat otia plectro,
Sacra canens obiit pſalmicen aſſiduus.

Cognouerat autem hic miles beatus, tunc Dei ſeruis pacem eſſe liberá, quietem tranquillam, quando de huius mundi turbinibus abſtracti ad ſedem & ſecuritatem æterni portus intrarent & abſorpta morte ad immortalitatem venirent. Feſtinabat enim ſupra nominatis virtutibus de præſenti triſtitia ad lætitiam venire perennem: Dicebat, illi perfectum eſſe gaudiũ qui elaboraret, vt videre poſſet Chriſtũ Deum. Exire ipſe de hoc ſeculo paratus, Dominũ Ieſum ſuæ ſalutis atq; vtilitatis magiſtrum ſemper inuocabat ad videndam regis ęterni inſuperabilem potentiam, Angelos, archangelos & omnes Dei ſanctos, in auxilium ſuum venire, voce, ſignis, indeſinenter orabat, muniens ſe ſemper in frõte & oculis, naribus & labiis, gutture & auribus per ſignũ ſanctæ crucis, memoria Dominicæ incarnationis, natiuitatis, paſſionis, reſurrectionis & aſcẽſionis, & gratiæ Spiritus ſancti. Habuit hoc ex more in vita, cui nunquã defuit voluntate, aqua benedicta. His vero aliiſq; refertus bonis virtutibus, ſexagenarius, vt credimus, opperiebat intrepidus: & inualeſcẽte validæ febris languore, petiit viaticum ſalutare & ſalubre viuifici corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sumpto eo & paruo interuallo facto ad Regem regum & Dominum dominorum demigrans, fœlix fœliciter fœlicia promeruit regna. Obdormiuit autem, vt diximus, in Domino decimo tertio Kal. Auguſti, luceſcente aurora diei, tertiæ ſabbathi Milidunocaſtro, & Pariſios deportatus apud S. Dionyſium iuxta patrem ſuum ſepelitur ante altare ſanctæ Trinitatis. Fuerat ibi ingens luctus, intolerabilis dolor, dum monachorum ingemiſcens turba, pro abſentia tanti patris, clericorum innumerabilis multitudo ærumnas ſuas, ab ipſo ſancto pie releuatas dolens, viduarum & orphanorum infinitus numerus beneficia ab eo percepta deplorans, dabat voces ad cœlum immenſas. Vna pro certo omnium vox: Rex magne Deus bone, vt quid nos interficis, cum nobis patrem bonum abſtrahis, & tibi adiungis? Pugnis enim pectora percutientes ibant & reuertebantur ad Sancti tumulum, repetentes iam dicti ſermonis verſiculum, adiicientes, vt miſereretur ei Deus in bonum, precibus omnium ſanctorum in ſeculum ſempiternũ. In cuius morte: heu, proh dolor, ingeminatis vocibus acclamatum eſt: Roberto imperãte & regente, ſecuri viximus, neminem timuimuś: patri pio, patri ſenatus, patri omnium bonorum, fœlix anima & ſalus, fœlix ad ſuperna aſcenſus, fœlix cum Chriſto Rege regum per ſecula cohabitatio. Huius igitur mirabilis regis portio in cœleſti regno fuit dominus Deus. Etenim narranda eſt faſtigio regni, erectus in ſublimi, hic humillimus vir Dei abiecit a ſe iactantiam inhoneſtæ mentis, quæ ſunt honorum ſublimia, m .:di gloriam, & in cœlis ſuum collocans theſaurum. propter hoc huius portio factus eſt Deus. Magnus apud Deum eius theſaurus, egregius ſanctarum diuitiarum cumulus, cubile requietionis ſanctæ perpetuum, cuius eſt Deus propitiatio, qui fuit totius mundi liberatio. Inter alia vnum quiddam doloris nobis hoc adfert, quod talis ac tantus vir ſine titulo ornati lapidis, ſine nomine, ſine literis iacet, cuius in toto terrarum orbe gloria & memoria in benedictione eſt. Proinde omni ſeculo profuit & proderit huius ſereniſſimi regis ratio, cui indeſinenter adhæſit eccleſiaſticus & ſibi ſemper amabilis monaſticus ordo. Hunc Chriſtus Deus bonum omnibus dederat patrem. Attamen libet annotare paucis in fine huius operis innumeroſam huius mirabilis bonitatem regis. Sermocinans quis cum eo, non eſt lætificatus gaudio magno? Pacem quis deſiderans, in eius conſpectu non abhorruit iram? Vultus ſui præſentiam aſpiciens, quis non eſt oblitus dolos? Orationibus eius quis monachorum non habuit requiem, & non eſt amatus, dilectus, & veneratus? Eius ſanctiſſima admonitione, quis clericorum non fuit amator caſtimoniæ? Ipſius amicabilia verba, quibus non fuerunt medicamina? Aſpectus eius quibus non profuit inſipientibus vt virga? Oculos eius humiles quis aſpiciens, non eſt meditatus cœleſtia? Pauper & eſuriens quis non ſatiatus ab eius receſſit menſa? Mortuus ſuo termino non eius veſtitus eſt veſtimento? Hebes quis non eſt ab eo factus ſapiens? Viduæ & pauperes ad exemplum bonæ dorcadis non ab

eo da-

eo datas oſtenderunt veſtes? Omnis miſerorum multitudo, num eum patrem & nutriculum clamauit? Incidens quis in peccatum, non huius ſanctæ conſolationis babuit auxilium? Dormitans quis præ tædio non eſt euigilatus à ſomno? Laudans quis Deum, hunc non habuit in exemplum? Eleemoſynam quis facere deſiderans, hunc non accipit imitatorem, quaſi alium Iohannem? Iohannem dico Alexandrinum Patriarcham, qui pro eius immenſa, quæ fuit ſuper miſeros & pauperes miſericordia, miſericors dici & eſſe meruit ſua in vita ſimul & in omni terra. Enimuero nõ fuit ei ſimilis poſt ſanctum Dauid de cunctis Regibus terrę, in ſanctis virtutibus, humilitate, miſericordia, pietate, & charitate, quæ ſuper omnes eſt, & ſine qua nemo videbit Deum, quia ſemper adhæſit Domino, & non receſſit à mandatis eius corde perfecto. Cetera quæ ſunt de ſeculi militiis, hoſtibus deuictis, honoribus virtute & ingenio adquiſitis, biſtoriograpbis ſcribenda relinquimus: Qui ſi fuerint & ea ſcriptitauerint, inuenient in eis patrem & filios bellis inclitos, & inſigni gloria glorioſos. Iam nunc monachorum, clericorum, viduarum, orphanorum, & omnium pauperum Cbriſti ex parte babeas perpetuum vale, noſter præcordialis amor Roberte, & profer preces pro ſeruo, propitiabili Cbriſto Deo, cui complacuiſti laudabili vita & ſeruitio, & per ſanctarum virtutum merita promeruiſti cœleſtia regna. Annuat hoc Deus omnipotens qui iuſtificat impios, & viuificat mortuos, & ſanctiſſimis Regibus ornat cœlos, cuius regnum & imperium permanet in ſecula ſeculorum.

AQVITANICÆ HISTORIÆ FRAGMENTVM EX PERVETVSTA SCHEDA.

HVGO Rex Francorum mortuus eſt, & regnauit pro eo Robertus filius eius. Iiſdem temporibus rebellantes Bulgari Græciam nimis exaſperauerunt, & Baſilius Imperator ſuper eos nimis irritatus voto ſe obligauit Domino monacbum fieri, ſi Gręcis eos ſubderet, & per annos quindecim cum hoſte ſuper eos laborans, ad vltimum Regibus eorum proſtratis Samuele & Aaron, omnem terram eorum obtinuit & fortiſſimas ciuitates confregit, & Græcos animi præſidia contra eos vbique ordinauit, populumq; Bulgarorum maxima ex parte in Græciam captiuauit, & ſicut voto promiſerat, habitum monaſticum Græca figura ſubindutus, in reliquum eſt omni vitæ ſuæ tempore à concubitu & carnibus abſtinens, & Imperiali ſchemate extrinſecus circundabatur. Deinde Hyberiam repugnantem per annos ſeptem ita edomuit, vt omnia ad Imperium illius exerceret. Richardo vero Comite Rotomagi filio Richardi Normannos gubernante, multitudo eorum cum duce Rodulfo armati Romam, & inde conuiuente Papa Benedicto, Apuliam aggreſſi, cuncta deuaſtànt. Contra quos exercitum Baſilius intendit, & congreſſione bis aut ter facta, Normanni victores exiſtunt, quarto congreſſu cum gente Ruſſorum victi & proſtrati ſunt, & innumeri ducti Conſtantinopolin, vſque ad extremum vitæ in carceribus tribulati ſunt. Iterum Normanni duce Rogerio in auxilium Chriſtianorum in Hiſpaniam profecti, innumeros Sarracenorum deleuerunt, & ciuitates & caſtella ab eis abſtulerunt multa. Per hæc tẽpora Ermengaudus Comes Irgeldenſis poſt copioſos triumphos de Mauris & Sarracenis, prœlio inito vltimo innumerabilem ſtragem Sarracenorum perficiens, dum victor regreditur, alium exercitum Maurorum offendit fugientem, quem cum paucis ſuorum laſſis perſequens, multos eorum occidit, & ipſe cecidit. Tunc Ottone Imperatore defuncto ſine filiis, Henricus ꝓpinquus eius Dei nutu Imperium accepit, qui in terra Theodiſca à nouo ciuitatem ædificauit, vocabulo Baenburg; quam Benedictus Papa in bonorẽ Dei genetricis conſecrauit, & parochias in circuitu ex Pagano vicis & oppidis dũ conuerterentur, attitulauit ad illam. Arnaldus autem Comes Angoliſmenſis monachus factus, mortuus eſt, ſepultus iuxta patrem ſuum, & ſucceſſorem ſibi reliquit VVillelmum filium ſuum, & Fulcaldus Epiſcopus Pontificatũm per duodecim annos agens, Ranulfum ſucceſ-

ſorem accepit: quo Epiſcopo exiſtente per nouem annos, & mortuo, Hugo Epiſcopatum per annos viginti obtinuit, & poſt eum Grimoardus. Deinde dominus Rohoantiſtes Angoleſinæ glorioſus refulſit. His diebus lues grauiſſima Lemouicinos deuorauit, incendens corpora & exardeſcendo deuorans, donec omnis Aquitaniç Epiſcopi Lemouicæ congregati, corpus beati Martialis ab imo ſublatum ſepulchro mortalium viſibus oſtenderunt, & mox peſtis ipſa ceſſauit. Tenebat tunc præſulatum Lemouicæ Alduinus, qui erat ſucceſſor Aldegerij ſucceſſoris Ebli Epiſcopi. Quibus temporibus Adelbertus Comes Petragoritenſis, qui fuit filius Boſonis vetuli ex ſorore Bernhardi ſupradicti, nomine Eimna, ad vrbem Pictauis bellum intulit, victor extitit. † †

Quæ ſequuntur inſerta erant, nec quo referri debeant, ſcio.

Et Aquitaniam plurima iuxta maritimam oram dona in redditibus terrarum ad copiam victus & veſtitus ſeruorum Dei delegauit. Fulberto quoque ſapientia valde ornato Epiſcopo Carnotenſi pro reuerentia philoſophiæ eius à Francia ad ſe euocato, theſaurariam ſancti Hilarij gratis tribuit, & ſummo honore eum excoluit. Regulares Abbates & monachos maximo affectu amoris amplectebatur, & conſilio eorum vtilitatem regni adminiſtrare curabat. Vnde & dominum Odilonem Abbatem Cluniacenſis cœnobij copioſis muneribus ſibi attraxit, contemplatus in eo verum Dei habitaculum, in quo Spiritus ſanctus requieſceret, & cœnobia nonnulla ſuæ ditionis eius magiſterio commendauit. Fecit idem Dux VVillelmus à nouo cœnobium ingens Malliacenſe in territorio Pictauienſi, itemque aliud cœnobium Burgolienſe in ceſpite Andegauenſi in fundo proprio, vna cum matre ſuo nomine Adala Chriſtianiſſima, quæ extitit ſoror Richardi Comitis Rotomagenſis; in quibus cœnobiis nunc alios regulares adgregauit plures numero, qui die & nocte Domino laudes perſoluerent omnipotenti, eiſque conſtituit Abbatem feruentiſſimum in ſancto propoſito & regularis diſciplinæ firmiſſimam columnam, nomine Teolmum. Multoties denique per Aquitaniam nonnulli primores recuſantes imperium eius, omnibus edomitis caſtellis eorum fortiter expugnando capiis. Vnde cum obſideret caſtrum Rocam Meltim, vicinũ ſancto Cartolo, Comes Borſo cum multitudine pugnatorum fortiſſimorum & audacium contra eum acriter direxit. Vbi commiſſo fortiter prœlio, Dux VVillelmus victor extitit, Domino ei tribuente palmam victoriæ. Ibi captus eſt Comes Boho, & directus Pictauis vrbi ſub cuſtodia. Iterum Dux repetita obſidione caſtrum in deditionem ſupradictum accepit, & victor reuerſus inimicum ſuum occidere noluit, ſed vſus pietate, illæſum eum cum ſacramentis abſoluit. Et hac pietate ſemper vſus eſt, vt quos victor viuos capere potuit, non eos interimere permiſit, ſed ereptos à morte & à multatione membrorum incolumes abire præcepit. Eo tempore infinita multitudo Normannorum ex Dannemarcha & Treſcha regione cum claſſe innumera mare tranſeuntes, armis confidentes, & multitudine feroci hoſtium appulerunt portum Aquitanicum iuxta Pictauorum terminos, & ſicut antiqui parentes eorum pagani Aquitanica rura depopulari ſunt, ita & iſti mixtim Chriſtiani, mixtim Pagani noſtros vicos, caſtella, & ciuitates conati ſunt flammis comburere, & populum Chriſtianum ferro diuerberare & captiuare, & Eccleſias Dei & monaſteria deſertare. Tunc abſque mora Dux VVillelmus præſumens de Chriſti victoria interritus pro nihilo non magnam virtutem deputauit. Mandauitque per monaſteria Aquitaniæ à cunctis cum ieiuniis & lethaniis Domini miſericordiam pulſare, quatenus virtutem hoſtium contereret, & ſuum populum victorem & ſuperiorem præſtaret, quod factum eſt, congregatoque plurimo & fortiſſimo Aquitaniæ exercitu electorum pugnatorum, iuxta eos caſtra diſpoſuit circa oram maris imminente iam nocte. Normanni vero videntes præparatum Aquitanorum exercitum contra ſe ad bellum, terrore diuino conſternati ſunt valde timentes, nec ipſa nocte fugere valentes, tum propter littus maris reſiderunt, & æſtus maris tunc mitior factus eſſet, & claſſis ad terram nudã faceret, per totam noctem circa ſe foueas præparauerunt virgis & ceſpitibus cõtextas deſuper, vt ignorantes bellatores delaberentur, dum currentes equi præcipites ferrentur.

Itaque

Itaque primo mane craſtino neſcientes laqueos fouearum exercitus Ducis, ipſo Duce in prima fronte aciē percurrente velociſſimo, quo dum calore pectoris ſuper Normannos frena equorum laxarent, mox per foueas equi cum ſeſſoribus ſuis delapſi ſunt. Et quia graues eos faciebat pondus armorum, plurimi à Normannis capti ſunt, ſed diuina pietas Ducem mirabiliter eripuit. Nam & ipſe caſum paſſus, dum à Normannis pene iam caperetur, licet galea capitis & thuraca humeris magnum grauamen eſſet, tamen fortiſſimus viribus ſaltu excuſſo à fouea proſiliit longius, & ſuis ſeſe reddidit. Timore vero eorum, qui primi ceciderant & capti iam tenebantur, (erant enim plures triginta nobiliores) ne forte ipſi à Normannis necarentur, dimiſſum eſt mox bellum.

Sequenti vero media nocte, æſtu maris inuitante, conſito curſu Normanni cum captis nobilibus viris nauibus inſiliunt, & auxilio maris fuga liberati ſunt, nec amplius oppoſuerunt venire in noſtros fines. Dux autem ſuos qui capti erant, miſſis poſtea nunciis ad Normannos infinito pondere auri & argenti dato, omnes redemit & recepit incolumes. Fuit autem à pueritia doctus literis, & valde habebat ſcientiam ſcripturarum. Librorum etiam copiam in palatio ſuo retinebat, & ſi forte à frequentia cauſarum & tumultu vacaret per ſemetipſum, lectionibus intentus erat. Longioribus etiam hyems noctibus crebro ſeſe lectionibus occupabat, donec vinceretur à ſomno, imitator erat in hac ſicut in multis aliis cauſis Caroli magni Imperatoris, & filij eius Ludouici Imperatoris, qui per ſemetipſos lectionibus paſcebantur. Octauianus quoque Auguſtus, licet Paganus, non ſolum frequenter legebat libros aptos, inſuper propriis digitis ſcribebat geſta & prœlia ſua & aliorum. Theodoſius etiam Pius Imperator Chriſtianiſſimus non ſolum legendo, ſed etiam ſcribendo exercebat ſeſe.

His temporibus contigit Lemouicæ internecio virorum & mulierum nocturna; medio enim quadrageſimæ tempore, dum teſerantur nocturnis laudibus valuæ baſilicæ Saluatoris, concurſus turbæ fluminis more in Eccleſia influens caſu inuoluta eſt, vt vnus alterum ſuperconculcaret, & ſic pluſquam quinquaginta viri & mulieres ab alterutro inter multam turbam conculcati, expirauerunt confeſtim. E veſtigio exorti ſunt per Aquitaniam Manichæi ſeducentes promiſcuum populum à veritate ad errorem: Suadebant negare Baptiſmum, ſignum ſanctæ crucis, Eccleſiam, & ipſum Redemptoris ſeculi, honorem Sanctorum Dei, coniugia legitima, eſum carnium; vnde & multos ſimplices auerterunt à fide.

Temporibus ipſis, dum reuerſus eſſet à Roma poſt Paſchales dies, glorioſus ſupradictus Dux, inuentum eſt caput ſancti Ioannis in ipſius baſilica in tugurio ſaxeo cœnobio Angeriacenſi. Quod ſanctum caput dicunt eſſe proprium caput ſancti Iohannis Baptiſtę. Tunc VVillelmus Dux repleto magno gaudio ſanctum caput populorum viſibus oſtendendum decreuit, & non ſolum Aquitania, verum etiam Francia & Burgundia, Hiſpania & Britannia atque Longobardia, & cetera gentium diuerſitas certatim velut amnis deuote ibi occurrit audita fama tam præclara noſtris diebus. Rex quoque Robertus honorifice aduenit, & ſicut decebat regiam dignitatem, obtulit in eodem loco concham ex auro puriſſimo pendentem libras triginta: pretioſas quoque veſtes, Eccleſiaſticum ornamentum, & magno honore à VVillelmo Duce exceptus eſt cum omnibus, qui eum comitabantur: & his expletis, reuerſus eſt Aurelianis. Quod etiam maius videtur, omnes congregationes ſeruorum Dei ex Aquitania cum Sanctorum corporibus & reliquiis & apparatu Eccleſiaſtico pſallentes proceſſerunt ad memoriam ſancti præcurſoris Chriſti. Interque concurſus Lemouicinorum vna cum monachis & clericis, & primoribus, & Epiſcopo Geraldo, & Ioffredo Abbate præcelſo, cum innumerabili gloria memoriam Aquitaniæ Patroni præcipui Martialis recto curſu per ſanctum Carrofum prætereuntes, ad memoriam Baptiſtæ Domini detulerunt, & magnis lætantes miraculis, quæ Apoſtolus Galliæ glorioſiſſimus Martialis patrauerat, per viarum interſtitia ſub oculis omnium tripudiantes, reuerſi ſunt. Dux vero VVillelmus ſemper cogitans de Dei honore, ad ipſius laudem &

gloriam dominum Odilonem Cluniacenſis Abbatem acceſsiuit, & in eodem ſupradicto cœnobio Angeriaſcenſi diſciplinam monachorũ ſub iugo regulari in melius reſtaurauit. Nec prætetire debeo quantũ Dei honorẽ idem Dux præ omnibus dilexit, nihilque aliquando furibundus egit: nam abſente Abbate reuerendiſſimo Annerico cum familia ſancti Iohannis fortuito in ſeditionem verſa eſſet contra familiam VVillelmi Ducis, ex ea nonnullos familiares eius pene vſque ad mortẽ vulneratos ferro reddidit, & ira hoſtis vrgente, aulam Ducis, quæ eidem cœnobio contigua eſt, pene totam diruit. Et cum multi nobilium eius, maximeque Comes Fulco, qui tunc præſens Pictauis cum Duce erat, ſuaderent eum grauiter vindicare iniuriam ſuam de familia ſancti Iohannis, & re omnes à loco extruderet monachos, & ibi collocaret canonicos: Idem ſereniſſimus Princeps nequaquam acquieuit malo eorum conſilio, licet furore commotus magno, ſed omnia pacifice & cum ratione, ſicut eum decebat, finiuit & diſpoſuit, & cauſa pacifice & laudabiliter eſt ab eo terminata, & ſic vt ſolebat defenſor & paſtor monachorum eſſe, potius fuit defenſor quam deſtructor, & potius paſtor quam diſſipator.

†† Vrbem quoque Turonis obſidione captam in deditionem accepit, & Fulconi Comiti Andegauenſi donauit, ſed ille ingenio doloſo ciuium omiſit poſt paululum, & iterum Odo Campanenſis eam recuperauit. Qui cum eam obſideret, nequaquam Rex Hugo vel Robertus filius eius auſi ſunt eum prouocare ad bellũ, ſed hoc ei mandauerunt: Quis te, inquiunt, Comitem conſtituit? & Adelbertus remandauerit eis: Qui vos Reges conſtituerunt? Poſtea defuncto Adelberto & Boſone fratre eius principatũ gerente, ipſius VVillelmus Dux Regem Robertũ cõduxit ad caſtellũ eius Bellacum in Marcha Pictauis & Lemouicę, quod diu obſidentes cũ maximo exercitu, fruſtrati receſſerunt omnes. Quo tempore VVido Vicecomes Lemouicæ, dum obſeſſum eſſet caſtrum eius Procia in pago Byturicæ à quinque Comitibus cum innumerabili exercitu bello eos appetit, & victor exiſtens obſidionem diſrupit. Comites fuerunt VVillelmus dux, Arnaldus, Elias, Adelbertus, Boho. His temporibus ſigna in aſtris, ſiccitates noxiæ, nimiæ pluuiæ, nimiæ peſtes, & grauiſſimæ fames, defectiones multæ ſolis & lunæ apparuerunt, & Vincenna fluuius per tres noctes aruit Lemouicæ per duo milliaria; tunc Iudæi Occidẽtales epiſtolas miſerunt in Orientẽ accuſantes Chriſtianos, mandantes exercitus Occidentalium ſuper Sarracenos, Orientales commotos eſſe. Tunc Nabuchodonoſor Babyloniæ, id eſt, Admiralus concitatus in ira à Sarracenis & Iudæis, magnam afflictionem ſuper Chriſtianos exercuit, & Eccleſias Chriſti ſubuertit, ac peccatis noſtris promerentibus, glorioſum ſepulchrum Domini cum baſilica ipſius confregit, & cunctas Eccleſias præter Bethlemiticam, vbi Chriſtus natus eſt; quam Sarraceni conati deſtruere, ſubito omnis multitudo ab angelo percuſſi, corruerunt mortui. Et fames omnem terram Sarracenorum ita ſubruit, & omnes pereunt morti, vt vix centum viderentur euadere viui ex ipſis. Tunc Arabes ſuper terram eorum irruunt, & qui remanſerant à fame, gladiis trucidant, & Admiralum viſceribus extractis, in mare demerſerunt cum plumbo. Tunc incœptum eſt reædificari ſepulchrum Domini. His diebus in Paraſceue poſt crucem adoratam vſque ſabbato ſancto circa veſperam concuſſa eſt Roma à vi ventorum, & pene omnes Romani mortui ſunt, tam Chriſtiani quam Iudæi, & quidam Iudæus Chriſtianis intimauit, quod in Paraſceue Synagoga Iudæorum imaginem Chriſti deluſerunt, ſicut fecerant Dominum parentes eorum. Quod Benedictus Papa ſollicite inquirens & probans, mox Iudæos, qui hoc egerant, iuſſit decollare, quibus decollatis, ceſſauerunt venti. Eo tempore decem ex canonicis ſanctæ crucis Aurelianis probati ſunt eſſe Manichęi, quos Rex Robertus, cum nollent ad catholicam conuerti fidem, igne cremari iuſſit. Simili modo apud Tholoſam inuenti ſunt Manichæi, & ipſi igne crẽmati ſunt: & per diuerſas Occidentis partes Manichæi exorti, per latibula ſeſe occultare cœperunt, decipientes quoſcunque poterant. His temporibus cometes velut enſis latus & longior contra Septentrionem apparuit, & per Gallias è veſtigio ciuitates, caſtella, & monaſteria igne cremata ſunt plurima. Interq; Cartoſum flamma caſu cõbuſtum eſt cum baſilica. Tunc Comes Fulco ſupradictus dolo acceſſitum ſecum adduxit

[illegible] ſtrum nobi[illegible] manis, [illegible] qua [illegible] cœnam [illegible] one [illegible] viny- [illegible] atque in [illegible] omnium. Vno [illegible] per [illegible] minus [illegible] ſ eſt [illegible] nno [illegible] us combu[illegible] a eſt ipſa ciuita[illegible] cum ſede [illegible], & [illegible] it deſert[illegible]. His temporibus Guilielmus Vicecom[illegible] [illegible] ianen[illegible] frater eius [illegible] in [illegible] ceperunt fratrem eorum [illegible] [illegible] m de [illegible] caſtro, & [illegible] & [illegible] ua [illegible] nauerunt propter conten- [illegible] de ca[illegible] ſiaco, [illegible] perp[illegible] ſt dies Paſchæ. Poſt tres [illegible] ſus VV[illegible] Engo[illegible] lmenſis à Roma, obſedit caſtrum [illegible] o accerſito ſecum in auxilium VVillelmo [illegible] ca[illegible] conceſſit, ſed omni honore eos priuauit, [illegible] dificauit, & Alduino oculis multato Ro- [illegible] ca[illegible] o [illegible] ipſe VV[illegible] per Baioariam ſepulchrum D[illegible] nia[illegible] o co[illegible] guore, laudabili memoria in [illegible] e quieuit. [illegible] in D[illegible] ca Da[illegible] n [illegible] ca beati Eparchij, vbi qua- [illegible] patres eius tumultuati ſu[illegible] Arnald[illegible] VVillelmus, Ald[illegible] us, & VVI- [illegible] & mox poſt eum princ[illegible] t filius eius lucris & armis [illegible], nobiliſſimus & glorioſi[illegible] anno M. XXVIII. [1128] [illegible] arnatione Domini, cuius [illegible] ſeculorum.

VVillelmus Engoliſmenſis [illegible] tragoricenſis A[illegible] inus C[illegible] mes VVillelmi Toloſa- ne uxorem [illegible] uxit Caroli Simp[illegible] pore [illegible] em.

[illegible] Engoliſmen. Comes 30. an. [illegible] em vixit, ciuitatis muros re- [illegible] contra Norman. excurſiones.

[illegible] us ſector ferri dictus, quod [illegible] nium loricatum gladio à pe- [illegible] ventre ſecuiſſet Lotharij Re- [illegible] re moritur, Comes Engoliſ.

[illegible] ldus VVill[illegible] lmum [illegible] allerandũ [illegible] atu Engoli[illegible] menſi cuectus. mori- [illegible] monachus [illegible] erti Regis tempore.

[illegible] us moritur an. 1024. Comes Engoliſ.

[illegible] inus Comes Engoliſmenſis [illegible] armis doctus.

VVillelmus C[illegible] Petra- goricenſis [illegible] inus.

Benar[illegible] te de Pe [illegible].

S[illegible] n Ade- mari [illegible] o- [illegible] s.

[illegible] ldus Bor[illegible] Comes [illegible] menſ. [illegible] VVillelmum [illegible] & [illegible] rum ferri.

[illegible] mus [illegible] r[illegible] s [illegible] b [illegible] l [illegible] ri [illegible] tatu [illegible] ngoliſ. cie- ctus.

I[illegible] ma B[illegible] l[illegible]

Adelbertus Comes Pe- tragoricen- ſis

Ex veteri exemplari [illegible] ri[illegible] enſi, ex qu[illegible] ſunt & [illegible] lla Tom. 2. a pag. 4[illegible] que ad 416.

HVGO Rex anno incarnationis Dominicæ DCCCXCVII. obiens reli- quit R[illegible] berto filio monarchiam ſui principatus. Hic Robertus Guillel- [illegible] um cognomento Captiuum, Comitem Transſagonnanum, qui to- ta[illegible] p[illegible] ne au[illegible] u [illegible] er[illegible] rio peruaſerat Burgundiam, armis perdomuit, eumq[illegible] e ab omni[illegible] ſa expulit prouincia, & [illegible] uo contentum eſſe coegit, e[illegible] tatu, ipſique Bur[illegible] ndiæ Ducem filium ſuum eſſe conſtituit Anricum. Idem [illegible] ero Rex in vxorem [illegible] aſſumpſit matrem Odonis Comitis, Bertam nomine, qui eodem tempore puerulus erat. Illa autem commater eiuſdem fue[illegible] at Regis. Idem namque Rex filium ipſius de ſacro ſuſceperat lauacro. Quod agnoſcens, Papa Gre-

g[illegible]tius to[illegible] nclain [illegible] are [illegible] Rex an[illegible]
plus iuſt[illegible] d[illegible] donec o[illegible]
rigere eun[illegible] inſtu[illegible]t. Dum enim [illegible] Rege eadē[illegible]
credens ſe pariturum filium, peperit mon[illegible] Q[illegible] res R[illegible] terruit, [illegible]
brum repudij eidem mulieri dare cōpulit. [illegible], abſolui[illegible] ſuo [illegible]
regno. Qui quam Deo de[illegible] erit, quam [illegible] cus erga ſe[illegible] ius, qua[illegible]
ſiduus circa Eccleſiam, qu[illegible] in eleem[illegible] quāta fun[illegible] humilitate [illegible]
eſt huius temporis differere. [illegible] multas funda[illegible] [illegible]ſias, ve[illegible] aur[illegible]
& variis ornamētis multorum memorias Sa[illegible] Q[illegible] uamo[illegible] uit [illegible]
potens continuam pacem, ita vt nemo eſſe[illegible]
ga Deum deuotionis affectum, & inſigniu[illegible] irtutum [illegible]
ſcere voluerit, legat geſta ipſius ab Helga[illegible]
in ſuum aſciuit coniugium filiam Guillelmi T[illegible]olani Co[illegible]
tiam, cognomento Candi[illegible] m ſane [illegible] ellam & ſuo[illegible] om[illegible]
ſuſcepit inclitos filios, Hu[illegible], A[illegible]n, R[illegible]rtum, Odonem: De[illegible]
gonem conſortem regni [illegible] ſubliman[illegible] cum regio ſolio apud Cōpend[illegible]
poſt octo ſuæ [illegible]imation[illegible] ſuperſti[illegible] vita diſceſſit. Quod [illegible]
ter, in eius locum Anricum ad regime[illegible] ſibi aſſociauit, prouch[illegible]
mis ciuitate. Quam rem ægre tulit Regina, [illegible]ns Robertum co[illegible]ſtituere [illegible]
Regnante eodem anno incarnationis Domini[illegible]cæ M. III. & qual[illegible] hyemis [illegible]
ſolito, pluuiarumque inundatio extitit grauior atque diuerſis in regionibus [illegible]
na ſuos vltra modum prætetierunt terminos præ ceteris vero Liger fluuius, [illegible]
tum ſuas præterit metas vt cuncta ci[illegible] a periculo mo[illegible]s tremefac[illegible]
Quo anno propter Aur[illegible] ſem in l[illegible] [illegible]rcaria dicitur, multis eſt vita [illegible]
tas phantaſ[illegible] ate conſtr[illegible], [illegible]ra diei [illegible] vſq; in horam no[illegible], pra[illegible]
molendinis vallata, militi[illegible] ue neceſſariis rebus referta. Infantem q[illegible]
tum fuiſſe [illegible] u[illegible] rum e[illegible] m animal[illegible] pedes habentem, ſolo capite [illegible]
manu, [illegible] tem: quem parentes rubore cōfuſi bis terq[illegible]
ra occ[illegible] eū r[illegible] fluuium demerſere. Cuius caſum tantus fr[illegible]
vocem [illegible] olaſſe crederetur. Eodem etiam anno Virbert[illegible]
[illegible] s exorta eſt Aur[illegible]lianis nefanda hæreſis: Huius e[illegible]
[illegible] u[illegible], qui & [illegible] ſibi ſuæ perditionis aſciuerant [illegible]
[illegible] b[illegible] Leuitæ, a[illegible] aliorum or[illegible] gradu ſublimat[illegible].
[illegible] B[illegible]ptiſmate Spiritum ſanctū [illegible] e, & poſt c[illegible]
nal[illegible] iam [illegible] omereri: impoſitionem m[illegible] ſſe co[illegible]
nup[illegible]. E[illegible] affirmaba[illegible] non poſſe [illegible] ctū dare S[illegible]
titu[illegible] & aliis nefan[illegible]is conuicti e[illegible] ſuntra[illegible] id tem[illegible]
in regione A[illegible]tanıæ ſecus [illegible] accidit: Ante ſolem[illegible]
ſancti I[illegible] s Baptiſtæ tr[illegible]us [illegible] ſanguis, qui cadens ſuper [illegible]
nem homini[illegible] uper ve[illegible]mentum [illegible] non poterat lauari; ſi v[illegible]
per lign[illegible] ter, [illegible]. [illegible] Guil[illegible]mus Dux Aqu[illegible]
Gaufr[illegible]us [illegible]es An[illegible] graui perductione ſe ſuoſque per an[illegible]
mis peſſ[illegible] daren[illegible], [illegible] ne[illegible] captura fi[illegible]ē rixæ im[illegible] neret, mul[illegible]
talibus ante [illegible] fecti. Ric[illegible] quidam N[illegible] eo[illegible] n Apul[illegible]
fectus, videns eandem prouı[illegible] cia ab inertib[illegible] h[illegible] a incol[illegible]s, mandauit ſuæ [illegible]
hominibus, vt ſe ſequeren[illegible]r: Qui in mu[illegible] eum m[illegible] me ſequ[illegible]
tes, deni & viceni de Normannia egreſſi, ta[illegible] m[illegible] nu[illegible]
traxerunt. Inter quos nepos ip[illegible]us Ricardi R[illegible] ectus [illegible]
ciatis viribus incolas illius regionis ſibi [illegible] au[illegible]
Dux ſuorum poſtea factus eſt, qui Siciliam & [illegible] m[illegible] [illegible]
nio. Hic obiens reliquit duos filios Buiſin[illegible] & R[illegible] quorum [illegible]
rius patri ſucceſſit.

Igitur Robertus poſt obitum patris XXXIII. annis te[illegible] nauit. Obiit aute[illegible]
liduno, anno incarnationis Dominicæ M. XXXII. & ſ[illegible]p[illegible]ur Pariſiis in mo[illegible]
rio ſancti Dionyſij iuxta patrem ſuum. Qu[illegible] obeunte, obtinuit monarchia[illegible]

Francia

Franciæ iam dictus Ainricus; qui ducatum Burgundiæ fratri ſuo dedit Roberto: Odo vero frater eorum priuatus permanſit. Regina autem dolens ſuum non eſſe adimpletum votum, poſt viri ſui obitum maximam regni partem in ſua ditione conabatur retinere: quare tam Odonem Carnotenſium Comitem, quam plurimos Galliæ proceres odio in filium armauit.

Porro Rex Ainricus cum eſſet in rebus militaribus exercitatus, manu promptus, conſilio prouidus, inconſtantem Conſtantiam ſua ſuperauit conſtantia. Siquidem quas ſibi ſubduxerat vrbes & oppida armis obtinuit, eamque ad deditionem impulit; Odonem etiam bis fuſo ipſius exercitu, tertio demum repentino ſuperuentu, ſeminudum fugæ latebras quærere compulit, plurimis de eius exercitu interemptis captiſque multis; ad extremum vero dextras petere coegit. Ceteros deinde qui contra eum arma mouerant, aut patria expulit, aut quo voluit modo ſubiugauit.

Præterea anno quo defunctus eſt Rex Robertus hora noctis tertia eclipſis lunæ apparuit, cometes etiam ſeptimo Idus Martij, hora decima noctis, ad longitudinem haſtæ, ardens vſque ad auroram per trium dierum ſpacium viſa eſt. Subſecuta eſt innumerabilis multitudo locuſtarum, omnia virentia depaſcens. Sequenti etiam anno menſe Iulio tantus grandinum imber cecidit, vt ſata omnia, vineas, arbores, & omnes hominum labores attereret: poſt grandinem autem tanta cecidit tempeſtas, vt totam ſpem eorum quæ relicta erant, deleret. Extemplo per continuum triennium irremediabilis fames ſubſecuta eſt, ita vt vix humanis abſtineretur carnibus, & vt mures, canes, & cetera immunda pro deliciis haberentur. Hæc lues maximam humani generis deleuit partem.

Anno Dominicæ incarnationis milleſimo triceſimo ſeptimo, hora diei prima poſt octauas Paſchæ amiſit ſol radios ſuos, & apparuit in ea ſpecie qua ſolet luna ſecunda apparere, & circa horam tertiam, ſpeciem lunæ quintæ habuit, & poſt pauculum octauæ. Eodem anno Liger fluuius ſua littora bis tranſgreſſus, haud modica ſuis vicinis intulit detrimenta. Quo anno Comes, cuius ſupra meminimus, Odo contra Regis Ainrici voluntatem, cum maximis bellorum copiis contra Alamanos & Lotharingos properauit ad bellum. Conſerto igitur prœlio cum eorum Duce Gothelone, cum multis ſuorum millibus corruit. Porro Conſtantia Regina poſt tertium obitus viri ſui annum, diem clauſit vltimum, ſepultaque eſt iuxta eum. Perempto Odone, Tetbaldus & Stephanus filij ipſius more ſuorum patrum, qui ſemper infidi Regibus extiterunt, contra Regem Ainricum rebellauerunt, Odonem fratrem illius falſa ſpe regni illicientes: qui pollicitationibus eorum credulus, fratri manifeſtus factus eſt inimicus. Exin cædes, rapinæ, incendia, depopulationeſque pene vniuerſam demolita ſunt Franciam. Rex vero Dei adiutus auxilio, contra fratrem arma corripiens, eum in quoddam municipium fugere compulit, quem aliquantis ſuis cepit cum cõplicibus, Aurelianiſq; in cuſtodia depoſuit. Cum Stephano etiam congreſſus vicit eum, fugauit, multis de ipſius exercitu captis, in quibus retentus eſt Comes Rodulfus, in quo tota vis factionis ſita erat. In Tetbaldum quoque Gaufredum Andegauenſium Comitem animans, effecit eum ſibi acerrimum inimicum. Hic vrbem Turonicam, quæ illius erat ditionis, exercitu circumdat, aggeribus extructis, machiniſque & omnibus, quæ ad obſidionem pertinent, paratis. Quo cognito Tetbaldus, vndecunque collectis auxiliariis, cum fratris & ſuorum militum cohortibus, tendit Turonis. Gaufredus autem comperiens eum cum valida manu aduentare, ſuis & ipſe in vnum contractis, obuiare prædictis properat hoſtibus. Commiſſo demum certamine, Tetbaldus & ſui terga vertentes fugam ineunt. Ille ac ſi inermes inuadit, ipſum eorum Principem cum multitudine maxima capit. Deinde reuerſus ad obſidionem prædictæ vrbis, cepit eam & ſuo mancipauit iuri, quam vſque hodie Comites poſſident Andegauenſes.

Poſt hæc Stephanus frater Tetbaldi moriens reliquit filium Odonem nomine, quem Tetbaldus hæreditate priuauit patris. Ille autem ad Comitem confugit Normannorum, qui ei vxorem & aliquas dedit poſſeſſiones. Vgobardulfus circa

idem tempus contra eundem Regem Petueris caſtrum munierat: quem Rex biennali obſidione cingens, ioclusis inedia conſumptis ad deditiooem compulit, caſtrumque recepit, ipſum vero omni hooore expoliatum à tota perturbauit Frãcia. Eodem Rege regnante Leo Papa in Franciam venit, rogatu Hermeri cœnobij ſancti Remigij Abbatis, qui Remis pertingens, monaſterium eiuſdem ſancti Remigij ab eodem Abbate magois ſumptibus conſtructum, cum maxima conſecrauit gloria: vbi etiam multorum aduoauit concilium Epiſcoporum & Abbatum, in quo ſymoniacã hæreſim, quæ fere totam reſperſerat Galliam, anathematis ſugillauit gladio, multos humilians quos ea peſtis extulerat, & ſanctorum patrum ſtatuta, quæ propemodum apud Gallos abolita fuerant, reformans.

Anno M. X L I I I I. incarnati Verbi, V I. Idus menſis Decembris octaua hora noctis, feria V. luna X I I I I. eclipſis ipſius lunæ inter Hiadas & Pleadas contigit. Eodẽ quoq; anno & menſe, & feria eadem, hora diei ſecunda, X. Kal. eiuſdem menſis ſolis eclipſis euenit. Eodem anno in pago Aureliano, inuenti ſunt duo panes ſanguine madentes, vnus ſubcinericius, & alter in clibano coctus. Quo anno Mahildis Regina obijt. Enimucro tribus poſt hæc exhauſtis annis, idem Rex mouit exercitum in Normannos, qui abeunte Ricardo ſuo Principe, filium ipſius Guillelmum poſtea Regem Anglorum, Normannia pepulerant, nolentes eum ipſorum habere primatum, eo quod non eſſet natus de legali connubio. Hic ad Regem ſupra memoratum confugit auxilium petens, à quo benigne ſuſceptus eſt. Rex ergo fioes Normannorum cum tribus tantum armatorum millibus ingreſſus, hoſtes paratos inuenit: erant enim fere triginta millia hominum inſtructa ad bellum. Commiſſo igitur prœlio, regius exercitus tanta animoſitate in hoſtes irruit, vt maximam partem eorum ſterneret, & ceteros in fugam verteret. Exterriti vero qui de prœlio ſuperfuerant Normanni, Regi eidem colla ſubdiderunt, & iam dictum Guillelmum vt ſuum dominum receperunt. Rex autem cum integro ſuorum numero reuerſus eſt in Franciam. Qui poſt Maildis Reginæ humationem, accepit aliam coniugẽ, videlicet filiam Iuriſclohr Regis Ruſſorum, nomine Aooam, quę ei genuit tres filios, Philippum, Hugonẽ, Robertum; quorum Robertus puer obijt. Hugo poſtea donatus eſt Comitatu Virmandenſium à fratre ſuo Philippo iam Rege. Ea tempeſtate Berengarius Andegauenſis Eccleſiæ Archidiaconus, cuius tunc nomen inter ſectatores diuinæ philoſophiæ celeberrimum habebatur, hæreſim de corpore & ſanguine Domini incidit, dicens eſſe tantum ſacramentũ quod conſecratur ſuper altare, non rem ſacramenti. Qoa de cauſa à Papa Nicolao euocatus, Romã petiit; vbi in præſentia eiuſdẽ Papæ & multorum Epiſcoporum examinatus, ſuum cõfitens anathematizauit errorẽ, Iohaooem Scotum igni cõburens, cuius lectione ad hãc nefariã deuolutus fuerat ſectam. Profeſſus eſt deinde eſſe in veritate corpus & ſanguinẽ Domioi noſtri Ieſu Chriſti, quod conſecratur ſuper altare, oon tantummodo ſacramentum, & ſuam ipſe profeſſionem in eodem Concilio ſuo recitauit ore.

Aimricus ergo per triginta ſeptem annos poſt obitum patris regno Francorum ſtrenue gubernato Vitriaci defungitur, aooo iocarnati Verbi M. L V I I I I. relinquens regnum totius Franciæ Philippo ſuo filio, quem ante obitum ſuum, Remis ciuitate in Regem vngi cum magoa fecerat ambitione. In cuius obſequio Geruaſius eiuſdẽ metropolis Præſul, expendit non modicum apparatum. Qui Præſul quantæ fuerit ſtrenuitatis, difficile eſt proſequi. Rege defuncto Regina Anna Rodulfum Comitem in coniugio accepit: quo mortuo oatiuum repetiit ſolum. Philippus igitur, quoniam puerulus erat, tutorem & nutritorem à patre accepit Balduinum Flandrenſium Comitem, probum ſane virum, & iuſti tenacem. Qui vſque ad intelligibilem ætatem eum benigne fouit, regnum gnauiter adminiſtrauit, rebelles & inquietos virga directioois correxit. Adoleſcenti vero demum ex integro regnum reſtituit. Ipſe autem noo poſt multum tempus ex hac vita deceſſit, relinquens filium ſibi æquiuocum Balduinum, qui etiam paucis ſuperuixit annis. Is quoque reliquit hæredem nomine Arnulfum. Cui inimicans Robertus patruus ſous, exhæredare niſus eſt, quod & fecit. Arnulfus autem Regem petens Philippum, auxiliari ſibi ab eo expoſcebat. Porro Rex congre-

congregatis multis armatorum millibus, Flandriam petit, cum Roberto congreſſurus. Robertus diffidens viribus, primo cum Rege congredi timuit: poſtremo aſſumpta audacia, regium fudit exercitum, ipſumque voti incompotem regredi in Franciam compulit. In qua pugna Arnulfus nepos Roberti; qui Regem in auxilium ſui inuitauerat, cum pluribus aliis nobilibus occubuit. Robertus autem fratris ſui Balduini obtinuit hæreditatem. His temporibus Dux Aquitaniæ Guillelmus & quidam alij optimates Galliarum, quiſque de ſuo exciti loco, copioſum in Hiſpaniam coduxerunt exercitum. Cuius ditiſſimam vrbem Barbaſtam, & quamplura capientes caſtella, maximamque eiuſdem prouinciæ partem ferro & igni depopulantes, demum ad ſua reuerſi ſunt, multamque & variam ſupellectilem ſecum afferunt, multaque mancipia adducunt. Eodem tempore cometes apparuit fere per trium ſpacia menſium, ad Auſtrum plures emittens radios. Ea tempeſtate Comes Normannorum Guillelmus contracto à Normannia, Francia & Aquitania non modico exercitu, extructaque multa nauium claſſe, in Angliam transfretauit. Siquidem Rex eiuſdem inſulæ Eiuardus nomine, quoniam proximus fuerat ſanguine, ſibi regnum reliquerat Anglorum. Eirardus autem vnus optimatũ gentis illius, diadema regni ſibi impoſuerat. Quem præfatus Guillelmus cum maximo belli apparatu tranſito mari aggrediens primo certamine vicit, peremit, omneſque copias ipſius fudit. Deinde totam illam multis prœliis adeptus eſt inſulam: cuius demum Rex effectus, barbatos illius mitigauit mores, cultumque Chriſtianæ religionis, qui in ea modicus erat, ampliauit: cuius poſtremo potentia pene toti innotuit orbi. Roberto Duce Burgundionum obeunte, quem ſupra retulimus, Ainrici Regis fuiſſe fratrem, filio quoque ipſius Ainrico ante obitum patris mortuo, filius ipſius Ainrici Hugo ducatum Burgundiæ ſuſcepit: quo facto monacho, poſt aliquot annos principatum ipſius frater eius Odo obtinuit.

Secundam expeditionem in Hiſpanos Dux Burgundionum Hugo, pluresque alij Principum Galliæ parauerunt. Quibus Rex Aragonenſis Sancio, cuius patrem Milonem ſcilicet Regem ipſi Sarraceni iamdudum excoriauerant, obuiam venit, eiſque ducatum contra eoſdem præbuit Sarracenos. Quo duce Hiſpaniam ingreſſis, captaque vna nobilium eiuſdem Hiſpaniæ vrbium, & deuaſtata ex parte ipſa regione, plurima onuſti præda domum remeant, quamplurimis captiuis adductis. Terbaldo Carnotenſium Comite vita obeunte, Stephanus patris ſuſcepit dominatum, fratri ſuo Hugoni quandam partem attribuens paternarum poſſeſſionum. Qui Stephanus contra Regem rebellans Philippum, à militibus Regis captus eſt. Exin ſacramenta facere, & obſides dare coactus, ne aliquando eius efficeretur hoſtis, veniam eſt conſecutus. Roberto etiam Flandrenſium Comite ſuperos relinquente, filius eiuſdem nominis Robertus, hæreditatem adeptus eſt patris.

Tertiam deinde expeditionem in Hiſpanos Galli faciunt. Quippe vnus ex Sarracenorum Regibus nomine Iuſſetus cum multis tam Maurorum quam Sarracenorum legionibus Hiſpaniam occupauerat citeriorem, mari tranſito. Quod audiens Andefonſus Rex Gallicię & Aſturciæ congregatis vndecunque bellorum copiis ei obuiare properauit. Tandem in locum vnum vtriuſque concurrentibus turmis, ſigno dato prœlium cõmiſſum eſt. Porro Andefonſus Sarracenos ſuſtinere non valens, terga vertit, multis ſuorum oppreſſis. Quo infortunio exterritus, mittit per Gallias vt ei ſubueniatur, alioquin ſe fœdus cum Sarracenis inire, & aditum præbere quo in Gallias tranſirent, minatur. Hoc accepto nuncio Gallorum proceres certatim milites congregant. Denique tam vrbana quam ruſtica plebs ſe offert. Milites vero gregatim conuenientes ad bellum ſe præparant. Statuto tempore quique de ſuis moti prouinciis in auxilium Andefonſi feſtinant. Verum Agareni Francorum aduentu audito, cum ſuo Rege terga præbent, nequaquam eos expectare audentes. Quorum fugam Rex Andefonſus cum iam prope fines Hiſpanorum Franci eſſent, eis notam fecit, gratias agens quod ſibi auxiliaturi veniſſent, mandanſque vt redirent ad propria. Franci eius accepto nuncio, triſtitiam habuerunt maximam, eo quod hoſtis iam dictus fuga lapſus eſſet, & quod tantum iter ne quicquam expendiſſent. Ingreſſi tamen Hiſpaniam crebras agen-

tes deprædationes, & pluta deuaſtantes loca, demum reuerſi ſunt ad ſua. Rex autem Andefonſus, quia ſtrenuus in armis fuerit, quotiens Sarracenos prœliando fuderit, quot expeditiones in eos egerit, non ibi deſcribere decreuimus. Qui etiam Toletum maximam vrbem eorum ſuo ſubiugauit imperio, magnam ſuæ habitationis partem eis auferens. Hic filiam Roberti Ducis Burgundionum duxit in vxorem, nomine Conſtantiam, de qua ſuſcepit filiam, quam in matrimonium dedit Raimundo Comiti, qui Comitatum trans Atarim tenebat. Alteram filiam, ſed non ex coniugali thoro natam, Ainrico vni filiorum filij eiuſdem Ducis Roberti dedit, hoſque ambos in ipſis finibus Hiſpaniæ contra Agarenorum collocauit imperium.

Defuncto Alexandro Papa, loco eius ſucceſſit Hildebrandus, qui & Gregorius. Hic magna Synodo Romæ congregata, Ainricum Imperatorem de quibuſdam criminalibus ad ſe delatis, accuſabat. Imperator audiens ſe criminari, legitimam purgationem offert. Papa autem purgationem eius negat ſe recepturum, ſed eum, cum imperio dignus non ſit, anathemate feriendum, niſi coronam Imperij deponeret. Quo nolente Imperium deponere, contra voluntatem totius pene Concilij eum excommunicauit. Quæ res totum Eccleſiæ ſtatum turbauit. Exigebat quoque idem Papa ab eo dimitti dominationem omnium ſui Imperij Eccleſiarum, ne cui baculum paſtoralem donaret, iuxta quod in antiquorum ſtatutis continetur patrum. Quod ille facere renuit: hæc fuit iuſtior cauſa iſtius anathematis. Imperatore igitur Eccleſiæ communione priuato, Papa Gregorius quendam Rodulfum, genere Saxonem, pro eo regnare conſtituit. Hic à Ducibus eiuſdem Imperatoris, qui ad bellum eum laceſſierant, interfectus eſt.

Poſt hæc Imperator legatos Papæ dirigit, iterum atque iterum ſatisfactionem ſuper ſuis accuſationibus offert. Papa vero in ſua perſeuerante ſententia, Romam cum magna armatorum manu tendit, eamque per aliquod tempus obſidet. Qua tandem recepta, Guitbertum Rauennatem Epiſcopum pro Gregorio Papam conſtituit, qui mutato nomine dictus eſt Clemens. Gregorius vero in Apuliam aufugit, in qua, quandiu ſuperuixit, commoratus eſt. Defunctus autem ſepultus eſt Salernæ in monaſterio ſancti Matthæi. Loco ipſius Abbas Caſſinienſis Deſiderius ordinatus eſt, qui alio nomine vocatus eſt Victor. Quo obeunte Odo qui & Vrbanus de genere Francorum ei ſuccedit. Eo tempore Fulco frater Gaufredi Andegauenſium Comitis, eundem fratrem ſuum cepit, incarcerauit, & vſque ad obitum in vinculis tenuit. Ipſe vero illius Comitatum arripuit, formidanſque ne Rex pro perpetrata fraude ſibi aduerſaretur, Comitatum Vaſtinenſem, quem Andegauenſes Comites ante eum tenuerant, eidem Regi conceſſit habendum. Intereaidem Rex Philippus filiam Florentij Ducis Friſię Bertam nomine, in coniugium duxit. Quæ filium ei genuit Ludouicum nomine, & filiam quam Hugoni Comiti in matrimonio copulauit. Mortuo Guillelmo glorioſo Anglorum Rege, filius eius æque Guillelmus, paternum obtinuit regnum. Frater vero eius Robertus Comitatum Normannorum adeptus eſt. Ainricus autem frater eorum vſque ad mortem fratris Regis priuatus manſit. Hoc tempore, tam in diuina quam in humana philoſophia floruerunt Lanfrandus Cantuariorum Epiſcopus, Guido Langobardus, Manigaudus Teutonicus, Bruno Remenſis, qui poſtea vitam duxit heremiticam. In Dialectica quoque hi potentes extiterunt Sophiſtæ; Iohannes, qui eandem artem ſophiſticam vocalem eſſe diſſeruit, Robertus Pariſiacenſis, Roſcelinus Compendienſis, Arnulfus Laudunenſis. Hi Iohannis fuerunt ſectatores qui etiam quamplures habuerunt auditores. Anno ab incarnatione Domini M. X C V I. viſæ ſunt ſtellæ quaſi pluere de cœlo denſatim, velut pluuiarum guttæ per quædam interualla plurimarum noctium. Eodem anno Papa Vrbanus in Gallias venit, Conciliumque maximum Epiſcoporum & Abbatum apud Claramontē in menſe Nouembre celebrauit. Inſequenti quoque anno apud Nemauſum aliud congregauit in menſe Iulio Concilium. Aduentus autem ipſius & Conciliorum, hæc maxima cauſa fuit. Turci, gens infidelis & à Chriſti cognitione aliena, ad bellum vero

præ omnibus Orientalibus populis viuidam gerens dextram, exam en ſui generis de terra ſui incolatus emittens, Hieruſalem & circumpoſitas longe occupauerat regiones, ita vt eius barbara feritas vſque ad mare quod brachium ſancti Georgij vocatur, dominaretur. Minabatur etiam regiam ciuitatem ſe inuaſuram, & Chriſtianum Imperium ſuæ ſubdituram ferocitati. Hæc gens Eccleſias totius diruens Orientis, vel ad cultum ſuæ religionis conformans, Epiſcopis illudens, & omnes ſacros ordines ludibrio habens, omnem cultum diuinum illis in partibus euacuauerat.

Qua ſæuienti procella viri religioſi per totum ferme Orientem turbati, nuncios ad iam nominatum Papam dirigunt, orantes lachrymoſis queſtibus, vt eis ſubueniretur. Quibus acceptis nunciis pius Papa, quia nouerat gentem Gallorum bellicoſiſſimam, & ad talia adorienda ſatis promptam, in duobus ſupra memoratis Conciliis, verbum de huiuſmodi negotiis ad populum facit: exhortatur vt fidelibus viris malignorum violentia oppreſſis, ſuccurrant, & ne nomen Chriſti Orientis in regionibus occidat, quibus valent viribus, adiuuent. Iubet etiam omnibus Epiſcopis, vt vnuſquiſque in ſua diœceſi hæc prædicet, præconetur, exoret. Epiſcopi quæ iuſſa fuerant complent, exhortantur ſibi commiſſos greges, & conteſtantur, ne ſpernant quæ præcipiuntur. Chriſtianus autem populus iniuriis oppreſſorum, Papæ etiam & ſuorum ſuaſionibus paſtorum permotus, præparat ſe ad reſiſtendum infidelibus, & ex vniuerſis orbis partibus, in quibus fides Chriſti vigebat, ad peragenda ſui bella Chriſti Tribus & linguæ armantur. Igitur Hieroſolymam tendunt, cruce Chriſti inſignitis deſuper veſtibus. Sic enim præceperat dominus Apoſtolicus, vt quicunque ad hoc bellum faciente Chriſti gratia animaretur, crucem eiuſdem in vna ſuarum ferret veſtium. Erant in eodem exercitu nobiliores iſti: Epiſcopus Amentis Ademarus, Buamundus frater Rotgerij Ducis Apuliæ, Raimundus quoque ſancti Egidij Comes, Hugo Comes Virmandenſis, frater Philippi Regis, Stephauus Carnotenſium Comes, Robertus Comes Normannorum, item Robertus Comes Flandrenſium, Godefridus Dux Buloniæ, & frater illius Balduinus. Fuerunt & alij quamplures viri potentes & famoſi, diuerſarum nationum proceres, quos hic inſerere longum videtur, quos præceſſit comitatus ſeu ſubſecutus eſt catholicæ plebis exercitus innumerabilis quaſi arena maris, paratus animam ponere pro fratribus. Tandem poſt multos labores, poſt terræ & maris pericula, poſt multas Conſtantinopolitani Imperatoris inſidias, poſt maximam alimentorum inopiam, & horrida cum Turcis commiſſa prœlia, aliquibus iam captis ciuitatibus, Antiochiam adueniunt, quæ caput eſt totius Syriæ.

Eodem tempore apparuit cometes ad auſtrum ferme per quindecim dies, emittens radium in modum haſtæ. Obſident itaque Antiochiam. Defecerat autem iam pars maxima eorum ſuperius memoratis moleſtiis. Obſidentibus ergo illis, pluribus tam ſuorum quam aduerſariorum quotidianis congreſſibus ante interfectis & protracta obſidione iam per octo menſes, tandem Dei fauente gratia, recipiunt eandem vrbem per quendam Turcum, qui noſtram ſuſcepit poſtmodum fidem, ſed poſtea apoſtataſſe dicitur. Hic cum Duce Buamundo hanc laudabilem compegit proditionem. Qui cum eſſet cuſtos aliquarum turrium eiuſdem ciuitatis, per vnius quam ſeruabat turris portam eundem Huamundum vniuerſumque exercitum ſubmiſit. Qui vrbe potiti, omnes quos habent obuios in ore gladij perimunt, ſexum vel ætatem minime diſcernentes. Quidam autem partis aduerſæ ad munitiſſima ciuitatis ipſius confugerunt loca. Sed extructo muro, oppilata ſunt loca oportuna, per quæ noſtros impugnare poterant. Manſerunt tamen in ipſis firmitatibus vſque ad ſubſecutum bellum & erant ſemper illis in Sathan quas valebant inſidias machinantes. Ecce autem adeſt improuiſa hoſtium innumerabilis multitudo, quæ totam ambiens cinxit vrbem. Defecerant autem alimenta in ipſa ciuitate. Corripit itaque extemplo obſeſſos fames, ita vt vnum ouum ſedecim denariis venderetur: caſeus vnus quatuor

denariorum libris. Panis non inueniebatur. Calceamenta vetera & quæque particulæ coriorum vetuſtate attritæ in cibum ſumebantur. Immundorum animalium carnes pro delicijs habebantur. Paſſi etiam duram exterius fuerant famem, dum ipſi eandem obſiderent vrbem, ſed illa ad comparationem huius nulla fuit. Fatigati igitur per trium hebdomadum ſpacium hac obſidione, cum periculo famis clamauerunt ad Dominum. Qui miſertus eorum, vti refertur ab eis, beatum Apoſtolum Andream, qui in viſione nocturna manifeſtauit cuidam clerico nomine Petro, lanceam de qua transfixus fuerat in cruce idem Dominus, in foſſam in maiori Eccleſia, quæ in honore Apoſtoli Petri dicata erat. Hic clericus de contubernalibus Raimundi ſancti Egidij Comitis erat. Effoſſa igitur humo, inuenerunt eam. Plura vero & alia prodigia oſtendit Saluator per hoc totum tempus ad ſuorum conſolationem, & ad terrorem hoſtium, quæ nos, quoniam aliorum ſcriptis tenentur, omiſimus, ſuccinctim ſeriem percurrentes temporum. Aſſumentes ergo multam fiduciam pro inuentione lanceæ, ſtatuerunt præcedente ea cum ſuis hoſtibus decertare, ſatius ducentes pro Chriſto animas in bello ponere, quam mori turpiter fame in ciuitate. Statuta igitur die portis apertis, lancea præeunte hoſtes adgrediuntur. Qui Dei perterriti virtute, nequaquam eis congredi præſumentes, terga vertunt, relinquentes ſua tentoria, tam ciborum abundantia quam variæ ſuppellectilis multiplicitate referta. Quæ omnia noſtri quaſi ſpernentes, pertranſeunt hoſtes inſequentes. Facta eſt autem tanta cædes eorum non ſolum à noſtris, verum ab incolis eiuſdem regionis, per quos fuga ipſorum erat, vt vix pauci equitum è tanto ſupereſſent numero: peditum vero vix vnus ſuperfuit. Oderant namque incolæ illarum regionum eoſdem Turcos, quoniam iugo grauis ſeruitutis eos oppreſſerant. Reuerſis deinde noſtris à cæde tanta copia farinæ, pecorum, & omnium rerum ad cibum habilium, reperta eſt in hoſtium tentoriis, vt omnia infortunia, quæ illis antea acciderant, obliuioni traderent. Quis enim multitudinem camelorum, equorum, pecorumque diuerſi generis, copiam vaſorũ, auri & argenti, veſtium pretioſarum & theſaurorum inibi inuentorum, dinumeret? Mos eſt enim Orientalium nationum, vt omnem ſuam gazam ad bellum ſecum deferant. Regreſſi itaque onuſti in ciuitatem iam ſuam, in hymnis & laudibus gratias Chriſto toto referentes corde, qui ſic miſeretur ſuis ſeruis. Comperto, qui in arcem ciuitatis confugerant, ſuorum excidio, ſeſe dediderunt, conceſſa eis vita & abeundi licentia. Obijt autem in eadem vrbe venerabilis Ademarus Anienſis Epiſcopus, in qua cum multis Chriſtianæ plebis lachrymis ſepultus eſt.

Vergente vna dierum ſole ad occaſum, dum adhuc in eadem eſſent vrbe per noctem totam vſque ad auroram texit maximus rubor velut ſanguinis cœlum, ab Oriente per Septentrionem pertingens vſque in Occidentem, qui rubor in omnibus orbis partibus viſus eſt. Cõmorati ergo in Antiochia per aliquantum temporis, tradunt eam poſſidendã Buamundo & ſuis. Reliqui vero, Dux videlicet Boloniæ Godefridus, qui admirandus tam armorum virtute quam prudentia conſilij omnibus habebatur, Raimundus Comes ſancti Egidij, Robertus Comes Normannorũ, Robertus Comes Flandrenſium, Tencredus nepos Buamundi, & reliquus exercitus decernunt Hieroſolymam proficiſci. Porro Balduino fratri prædicti Ducis Godefridi conceſſerant iam Rhoes vrbem famoſiſſimam, & vniuerſa oppida ad eam pertinentia, quæ plurima erant. Ceteri igitur Duces cum ſuis turmis egreſſi ab Antiochia, per maritima proficiſcuntur: in quo itinere tres ceperunt vrbes, & multa millia profanæ gentis in eis interemerunt. Peruenientes Hieroſolymam, eam obſident. Partiuntur Duces portas, turres & mœnia extrinſecus. Eligit ſibi quiſque ſtationem, in qua cum ſuis reſideat. Dirigunt deinde partem exercitus inueſtigare ſiluam, vt ea reperta ligna cædant & aſportent: quam cum difficultate inueniunt, vtpote locorum ignari. Allata itaque copioſa lignorum congerie camelorum dorſis, extruunt arietes & diuerſas machinas ad quatiendas & deiiciendas turres idoneas. ædificant ſcalas, quibus muros aſcendant,

compo-

componunt diuerſi generis tormenta ad iaciendos lapides: erigunt etiam duas ligneas turres multæ altitudinis, has ſtatuunt in locis opportunis, de quibus milites pugnantes deiicerent eos, qui de muris propugnabant. Paratis itaque omnibus obſeſſos fatigant aſſiduis concertationibus; applicant muris turres, iaciunt immania diuerſis tormentis ſaxa. Illi econtra fortiter reſiſtentes, baliſtis, ſudibus & variis miſſilibus ipſos a muris arcebant. Protelata igitur obſidione per ſex hebdomadum interualla, obſidentibus acriter inſtantibus: obſeſſis vero viriliter repugnantibus, tandem noſtri pertæſi obſidionis, quadam die acrius ſolito animati incluſos hoſtes adoriuntur, Chriſtum corde inuocant, Chriſtum ore clamant, Chriſtum totus perſonat aër: ergo tormentis ſaxa iaciunt, omni genere miſſilium decertant. Porro qui in turribus ligneis ſtabant, ſudes peracutas & lapides mittebant in eos, qui de muris pugnabant: ſagittarii quoque a ſuperiori loco, de eiſdem videlicet turribus ſagittis eos infeſtabant, qui ſuſtinere non valentes murum linquunt: at iſti coniunctione clypeorum teſtudine facta, alii accedunt ad murum, admorumque alii arietem, quem deſuper cratibus & crudis texerant pellibus tam pro ſui quam eiuſdem machinæ defenſione, frequenti impetu propellentes ipſum pulſant murum; murus deinde crebra arietatione fatiſcere cœpit. Obſidebant autem ex ea parte Robertus Normannus, Robertus Flandrus, Tancredus, & quidam alii Ducum. Præminebat ibi turris muro adhærens, quæ cacumen in altum extulerat, hæc continuis imbribus pulſata ſaxorum, tandem ſua pandit interiora: cuius tamen rimas & vulnera, qui eam ſeruabant texerant; opponentes vimineas crates, tapetia, culcitras, mattas, & quæcunque ad deludendos iactus tormentorum apta: eiſdem etiam operimentis extrinſecus velauerant murum, quacunque infeſtabatur ictibus lapidum. Porro noſtri turri illi impoſito igni, eos qui in ipſa erant, dum ignem extinguere non valent, fugauerunt: quos fugere & turrim accenſam flammas in excelſum attollere, eoſque qui de muro obſiſtebant, ab his qui de ligneis turribus omni genere iaculorum inſtabant, proturbatos cernens exercitus, illuc aduolat exhortans ſe mutuis vocibus, exteriorique muro ariete demolito: duplici enim muro eadem vrbs cingebatur, ſcalis interiori muro applicatis aſcendunt, & de muro ciuitati illabuntur nemine reſiſtente; denique quos in ligneis turribus ſtetiſſe diximus, pontibus factis de trabibus, quibus crates ſuperpoſuerant, ciuitati inſiliunt: alii ſecuribus & quibuſcunque ferreis inſtrumentis portas deiiciunt. Hoſtes perterriti videntes noſtros ſecum eſſe in ciuitate non iam reſiſtunt, ſed paſſim diffugiunt, ignorantes quid agere; non iam ſagittis & miſſilibus, ſed diſtrictis gladiis ſe impeti conſpicientes. Tunc demum omnem ſpem ſuam fugæ committunt; quos palantes per plateas ciuitatis more pecudum mactat exercitus; qui euadere potuerant in templum quod Salomonis dicitur, ſeſe recipiunt: mox omnes turmæ illuc accurrunt, vniuerſoſque qui ſe illic incluſerant, gladiis trucidant, reſiſtere quidem volentes, ſed non valentes; & totam perſcrutantes vrbem, eius habitatores perimunt ſine diſcretione ſexus & ætatis: multo tamen agmine ad varia officia peragenda reſeruato, quorum plures poſtmodum cognati & amici à captiuitate redemerunt. Properant deinde ad templum, quod Domini dicitur, quod impia gens prophanauerat ſuæ religioni mancipando: in quo tantam auri & argenti, lapidumque pretioſorum reperiunt gazam, vt auditu incredibile videatur. Eodem modo in vniuerſis fere vrbis domibus tanta inuenta eſt pecunia, tanta copia omnium quæ cibis congruunt rerum, quanta vix inibi congregari potuiſſe credatur. Emundato ergo templo & vrbe a ſordibus infidelium, cœperunt cum quiete habitare. Poſthæc facto conuentu, ſtatuunt lethanias celebrare, agere ieiunia, quatenus Saluator eis manifeſtaret, quem eorum regali ſceptro dignum iudicaret. Factis itaque crebris lithaniis & ieiuniis, vnanimi conſilio eligunt Ducem Godofredum ſibi præeſſe, qui promptior ceteris Ducibus & manu & conſilio probatus fuerat, cauti in hoc, quod nequaquam ei licere iudicant, regium diadema infra vrbem eandem portare. Solus enim Chriſtus eius vr-

bis rex digne indicatur, qui pro peccatis noſtris in eadem ſuſcepir ſpineam coronam. Patriarcham vero quẽdam clericum nomine Arnulfum ordinare voluerunt, qui eos plurimum verbo conſolationis in cunctis eorum laboribus ſuſtentauerat. Sed reniſus eſt ille, dicens ſe minime abſque Papæ præcepto tantum onus ſuſceptu-rum: euram tamen eccleſiaſticarum rerum aſſumpſit, donec Papa Vrbanus dirigeret illis in Patriarcham virum omni probitate decoratum, dominum videlicet Dagobertum Epiſcopum Piſanum, quem cum gaudio ſuſcipientes, Pattiarcham conſtituerunt. Igitur Turci, qui per reſiduas vrbes & caſtella Orientis diſperſi etant, & cum eis Duces Perſarum, comperto maximum ſuorum præſidium eſſe captum, cõgregant infinitam multitudinem exercituum, tam de ſuæ gentis hominibus, quam de Syris, Agarenis, Arabibus, & ceterarum Orientalium nationum infidelibus populis. Congregatis itaque illis in vnum decernunt cõmuni conſilio Hieroſolymam obſidere. Dux autem Godefridus & ceteri optimates rati nequaquam ſibi profuturum, ſi eis obſidere ciuitatem liceret, paucis ſuorum ad cuſtodiam, obuiam properant eum quanta poſſunt manu, & occurrentes illis in campis vrbis Aſcalonis, quæ ſita eſt ſecus mare, x x. & DCC. ſtadiis ab Hieroſolymis diſtans, diuidunt exercitum belli more: extructaque acie & animis oratione Ducis roboratis, confiſi de adiutorio Saluatoris inſiliunt in hoſtes, qui more ſolito fugæ ſubſidio Dei potẽtia exterriti, ſe committentes terga præbent. Tanta vero ſtrage in eos debacchati ſunt, vt vix aliquis de numero pedeſtri remanſerit, qui euentum belli renuntiare reſiduis valeret: de equeſtri vero ordine multi: quoniam Chriſtianus exercitus propter panis inopiam præter paucos ſuos comederant equos. Idcirco equites perſequi non valebant. Peracta igitur cæde reuertuntur in vrbem, grates innumeras ſuo acclamantes ſaluatori, qui in cunctis ſuis operibus eſt mirabilis. Poſt expletum vero Hieroſolymitanæ captionis annum, defunctus eſt glorioſus Dux Godefredus. Defuncto Papa Vrbano, & in monaſterio Apoſtoli Petri tumulato Paſchalis pro eo ordinatus eſt. Anno ab incarnatione Domini M. C. in regione Anglorum ſanguis pro Lympha de quodam manauit fonte, qui tamen non fluebat, ſed circa fontem coagulabatur: poſtea vero putrefactus, fœtorem intolerabilem emittebat. Eodem anno rex Anglorum Guillelmus filius magni Guillelmi, qui regnum Anglorum armis vindicauit, morte oceubuit. Hic cum in omni armorum ſortitudine, nequaquam inferior patre exiſteret, circa mortem ſuam ſicut & genitor eius fecerat pro re eadem contra regem Francorum Philippum rebellauit: a quo Normanniam in beneficio habere videbatur; hac videlicet occaſione, qua dicebat ſibi ab eodẽ rege deberi de eodem beneficio medietatem pagi Vulcaſſini. Cui pro hac controuerſia prædas, incendia, frequentes etiam incurſiones facienti, prudenter reſtitit Ludouiens filius eiuſdem regis, quamuis adhuc puer. Pro hac igitur neceſſitate, & quia nimis appetebat videri munificus & largus, expoliauit pene vniuerſas regni ſui Eccleſias: qui etiã dum aliquis Epiſcopus vel abbas in illa obibat inſula, quæ eius regnum erat, omnes reditus Eccleſiæ ipſius ad ſuum retorquebat dominium, donec poſt multum tempus pro eiuſdem Eccleſiæ prælatione ab aliquo nefario infinitam acciperet pecuniam. Contigit ergo vt in nocte prothomartyris Stephani, quæ ſolemnitatem reuelationis præcedebat, ſomniaret a frigido vẽto ſua tranſigi latera: quod ſomnium dum in craſtino ſuis narraret, parabat vero venatum ire, prohibuerunt ne illo die venaretur; qui ad horam quidem eos audiuit, pranſus autem illos increpare cœpit dicens Non eſſe rectæ fidei, qui ſomnia obſeruarent. Aſcenſis itaque equis ſyluam petit; inuentoque multorum ramorum ceruo vni ſuorum, amico quidem & nobili viro, iubet eum ſagitta appetere, qui tenſo arcu ſagittam iaciens, dum ceruum percutere cupit, in cor regis ſagittã fixit: quo accepto vulnere animã exhalauit. Porro Gauterius: ſic enim vocabatur, qui eum peremiſſe dictus eſt, iureiurãdo affirmabat eandẽ ſagittam regem arcu emiſiſſe, quæ reuerſa eum percuſſerit. Eo modo vita priuato, frater illius Henricus regnum obtinuit Anglorum. Rex Philippus repudiata Berta matre Ludouici, accepit aliam cõiugem Bertradam filiam Simonis de Monteforti, quæ Fulconi Andegauenſium Comiti nupſerat, cui idem rex eam abſtulit: vnde multoties a beatæ memoriæ Papa Vrbano admonitus, nequaquam cõſenſit. Quo

obeun-

obeunte, ſucceſſor Paſchalis ipſius in Gallias miſit duos de ſuis Cardinalibus probabiles viros Iohannem & Benedictum, qui regem conuenientes, & eius animum obſtinatum reperientes, Pictauis adunato concilio, totam Franciam pro hac re anathemati ſubdiderunt. Eodem anno in pago Aurelianenſi villa, quæ Teigiacus dicitur, inuenti ſunt duo panes in clibano decocti ſanguine madentes dum frangerentur. Non poſt multum temporis idem tex corde compunctus direxit quoſdam ſuorum Romam, ſpondens Papæ pariturum ſibi in quibuſcunq; iuberet, tantum vt abſolui mereretur, qui direxit illi duos honeſtæ vitę viros a latere ſuo, qui eum a vinculo anathematis ſoluerent: illi Pariſiis regem adeuntes multa optimatum præſente frequentia fecerunt, vt ſibi iniunctum fuerat, in communione videlicet fidelium recipientes, eo tamen tẽpore ne Bertradæ vlterius commiſceretur, ſeu cum ea abſque duobus boni teſtimonii viris colloqueretur. Suſceperat autem iam ex ea Philippũ, & quam Tancredus poſtmodum in coniugium ſumpſit. Qui veto Hieroſolymis habitabant, glorioſo rege Godefrido defuncto, vnxerunt loco ipſius fratrem eius Balduinum, ſtrenuum ſane virum, & bellis ſuperioribus iam probatum. Porro Pictauenſium Comes VVillelmus, quoniam Gallicanarum primores prouinciarum ceteri, vel obſidioni Hieroſolymitanæ cum ſuis affuerãt copiis, vel poſtremo ad exhibenda ſuffragia eis, qui ibidem remanſerant, deuote ſubſecuti fuerant, volens & ipſe ſuas oſtentare vires, & extendere famam, collecta multitudine earum quibus dominatur gentium, aſſociatis etiam ſibi multis, quatuor plures erant comites, aut populoſarum vrbium ſeu caſtrorum primores, Hieroſolymam tendit: qui dum Conſtantinopolim appropiaret, audito tanti Ducis aduentu Imperator pertimuit. Aſſerto igitur eo ceteriſque optimatibus, qui cum eo erant ad colloquium, plura donaria eis diſtribuit, plurima promittens ſi ei fidem ſeruarent, datis etiam itineris comitibus, qui eos docerent, per quæ loca exercitum ductarent. Duces ergo dati neſcitur an viæ ignorantia, an fraude Imperatoris, pet vaſta ſolitudinis loca eos minarunt, in quibus fame & ſiti pene conſumptus eſt exercitus; hoſtes quoque comperientes eos aduentare, in locis quæ oppottuna erant inſidiis, imparatum & penuria ciborum deſtitutum inuadunt populum: plures interimunt, alios captiuant, reſiduos in fugam vertunt: qui vero tantæ calamitati ſuperfuere diſperſi per auia montium, per confraga vallium, ad ſacta vix attingentes loca adorantes inglorii reuerſi ſunt. Eo tempore ſtella in Occidente apparuit plures per dies, radium emittens verſus meridiem in trabis modum. Igitur Buamundus, qui Anthiocenis dominabatur, tranſito mare in Gallias venit, innumerabilem tam equitum, quam peditum multitudinem ab eis eduxit, & non ſolum de Galliis, verum & de toto Occidente, Græcorum imperium perturbare conatus, ea videlicet occaſione, quoniam Imperator ſemper aduerſabatur omnibus Hieroſolymam tendentibus, commiſſis aditibus viarum & maritimis portibus prædonibus & pyratis. Buamundus ergo filiam regis Philippi in coniugem duxit, & commeatu tanto exercitui neceſſario apparato in Barri portu, anguſtum pelagus verno tempore permeans, in aduerſum littus illæſam nauium traduxit claſſem. Hinc Græcorum peruadens imperium, vrbes, municipia, villas & agros deuaſtans venit Dirrachium, quam obſidione cingens oppugnabat tempore multo. Obſeſſi itaque pertæſi obſidionis ſuo mandant Imperatori non ſe poſſe diutius pati Buamundum, & niſi ſubueniat, celerius traditurus vrbem: qui colligens diuerſarum gentium quæ ſub eius degunt imperio ſexaginta & eo amplius armatorum millia præfectis illis magiſtratibus, mandat & obſeſſos ſoluere, & Francos a ſuis expellere finibus: Dux ergo audiens imperiales aduerſum ſe venire legiones, dirigit & ipſe ex ſuis manum validam obuiam illis itinere dierum ſex. Sabbatho igitur ſancto peruenere ad radicem montis, in quo ſitum eſt caſtrum Corbianum. Comperientes autem hoſtes caſtra metatos in altera parte eiuſdem montis velle occupare cacumen eius, præuenerunt eos: mane vero facto, quoniam ſanctum Paſcha erat, communicarunt omnes. Aduerſarii denique prœlio diſpoſito, opperiebant illos. Itaque Franci cum alacritate ſeſe exhortantes adoriuntur eos. Principabant vero eis Hugo de

Puteolo, Rainetius Brunus, Philippus de Monteaureo, Robertus de Veteri ponte, cum aliis. Inito ergo prœlio ab hora diei tertia vſque in veſperam, tanta cæde debacchati ſunt in eos, vt vix ſupereſſet qui euentum belli renuntiaret. Sed cum iam placide Dirrachium regredi cogitarent, audiunt non minoris numeri exercitum appropinquare in auxilium prioris: Conſilio igitur accepto feſtinant, & illis obuiam, quos tandem in loco, qui Scala ſancti vocatur Georgii attingunt. Commiſſo itaque bello hos quoque pene omnes deleuere, reportantes Duci ſuo quindecies capita centum de ſtrage iſtorum, vno tantum de ſuis in vtriſque extincto prælüs. Imperator conſiderans inſuperabiles eſſe Francos, mandat Buamundo & reliquis Ducibus nefarie ſe agere, quia cum eſſent Chriſtiani Chriſtianos per ſequerentur, & abſque vllo miſericordiæ reſpectu interimerent, ſe prompto animo ſuſcepturum pacis conditiones, quas ſtatuerent, aut quas ipſe proponebat, quæ huiuſmodi erant; Neminem qui ad ſepulchrum Saluatoris properaret de cetero iniuriam in toto ſuo paſſurum regno. Quod ſi quis eorum aliqua violentia quicquam amiſiſſet, quantum probare poſſet de ſuo reſtituturum. Omnibus qui in exercitu illo militabant, damna quæ contigerant emendaturum. Duci quas pater armis vindicauerat terras redditurum: præbiturum quoque ex ſuis ſupplementum copiis ad conquirendum in Romania quam Turci obtinuerant, quantum itineris diebus xv. confici poſſit longitudinis & latitudinis, eo ſcilicet pacto, quatenus Dux ſe ipſi ſubdens fidem deuote ſeruaret. Auditis duces exercitus his propoſitionibus, dixerunt nequaquam eſſe ſpernendas. Statuta ergo die qua hæc iuramento corroborarentur, Imperator vrbe regia egreſſus venit obuius Buamundo & Ducibus via dierum ſere xv. Impoſitis itaque manibus ipſe & x i i. primi ſuæ ciuitatis ſactis pignoribus, cruci videlicet Dominicæ cum aliis quæ ſecum attulerat, aſtante Iohanne filio eius iurauit omnia, quæ propoſita ſunt abſque fraude conſeruaturum omni, quo ſuperſtes tempore foret. Buamundo illi ſe ſubdente, & fidem promittente quandiu iurata ſeruaret. Quibus peractis Imperatore ad ſua reuertente, pars exercitus Hieroſolymam adorandi proficiſcitur gratia, pars cum Buamundo in Apuliam repedat. Guido autem frater Ducis poſt tempus breue languorem incidit, ita vt deſtitutus omnibus membris ad extrema duceretur. Aſcito denique fratre orat vt parcat, quæ in ipſum peccaſſet. Interrogante quæ eſſent commiſſa confeſſus eſt, Imperatorem ſibi filiam ſuam ſpopondiſſe cum Dirrachio & aliis donis: ſæpius vrbem vi aut deditione ſubactam, niſi ciues retardaſſet ſuo animatos conſilio. Audito tam immani ſcelere deteſtatus illum, maledictaque maledictis accumulans abſceſſit: at ille breui defungitur.

Anno ab incarnatione Domini M. C. V I I I. rex Francorum Philippus defungitur tertio Kal. Auguſti, cum regnaſſet annis x l v i i i i. Menſibus duobus, diebus v i i. regni ſceptra relinquens Ludouico filio, ſepultuſque eſt Floriaco in beati Benedicti monaſterio vti iuſſerat. Ludouicus autem v. die poſt obitum patris, videlicet 3. Nonas Auguſti, Aurelianis ſublimatus eſt in ſolio paterno. Eodem anno, tempore Paſchali, cum eſſem ſuper fluuium Garonnæ in loco qui dicitur Scyrs, concurrente populo ad tantum prodigium vidimus cœlo ſereno ab hora fere ſecunda, vſque in horam v. magni ambitus circulum, & in eo tres ſoles non ſimul, ſed vnum ad Orientem, alterum ad Meridiem, tertium ad Septemtrionem. Quo tempore gentes quas Amorauiz vocabant, vaginam ſuæ habitationis egreſſæ, Hiſpanias occupauere, & non ſolum Chriſtianis, verum etiam Sarracenis infeſtæ plures vrbes vtrorumque cepere, alias incendere, caſtella vero quamplurima, multis & victæ & victrices prœliis. Denique Andefonſus rex Galliciæ tam ſenio, quam morbo conſumptus, equitandi impotens expeditionem in eas agere volens, filio quem de Sarracena puellarum nobiliſſima, primo Baptiſmo abluta ſuſceperat, optimatibuſque ſuis exercitum tradidit præcipiens, vt cum illis aſtute & ordinate dimicarent, ſi fortuna daret expellerent vero ab Hiſpanis, quod longe aliter contigit: nam victus & interemptus filius, duceſque pene ſunt omnes, exercitus fuſus; in quo prœlio nobiliores totius Hiſpaniæ periere. Poſt hæc autem & ipſæ nationes deuictę ſæpius ſunt ab Hiſpanis. Rex vero Andefonſus eodem anno, quo & rex Philippus diem clauſit extremum, vir ſane

vir ſane bellicoſiſſimus & victorioſiſſimus, qui toto ſuo tempore gentes ab Africa inundantes detriuit, & ab Hiſpaniis depulit; qui quoniam virilem non habuit ſobolem, interfecto illo de quo diximus, habito primores regni illius conſilio regem Aragoniæ itidem Andefonſum dictum regem ſibi conſtituunt, copulata ei in coniugio filia ſui regis, quæ prius Raimundo Comiti nupſerat, quã moriens vir ſuus viduam reliquerat. His temporibus maxima extitit indigentia rerum victualium, panis videlicet, vini, ſalis etiam; denique imbres annos ferme per tres aſſidui vltra ſolitum irrigarunt. Eclipſis Lunæ, anno Dominicæ incarnationis M.C.X. apparuit more ſuo in plenilunio a prima noctis vigilia.

VITA LVDOVICI REGIS PHILIPPI FILII, QVI GROSSVS, VEL CRASSVS DICTVS, AVCTORE SVGERIO Abbate, beati Areopagitæ Dionyſii.

Domino & digne reuerendo Sueſſionenſi Epiſcopo Goſleno: Sugerius Dei patientia beati Areopagitæ Dionyſii abbas vocatus Ieſu Chriſti qualiſcunque ſeruus Epiſcopo Epiſcoporum epiſcopaliter vniri.

CONFERT eorum deliberationi & iudicio & nos & noſtra ſubiici, quorũ vniuerſali iudicio odibilis & amabilis diuerſa diuerſis promulgabitur cẽſura, cum nobis vir ſedebit in portis cũ ſenatoribus terræ. Ea propter virorum optime, ſi cathedra non cõtuliſſet, cuius totus ſum in eo, cuius totus es tu, nec ſi plus quæris, plus habeo sereniſſimi regis Frãcorum Ludouici geſta approbare ſcientiæ noſtræ arbitrio delegamus: vt quia nobis cõmuniter promouendis & promotis benigniſſimus extitit dominus, ego ſcribẽdo, nos corrigendo, quem pariter amabamus, pariter & decantemus & deploremus. Neque enim charitati repugnat etiam beneficus cõparata amicitia, cum qui inimicum diligere præcipit, amicos non prohibeat. Supplici ergo & licet diſpari non tam oppoſito beneficii & charitatis debito, excidamus ei monumẽtum ære perennius cum & eius circa cultum Eccleſiarum Dei deuotionem, & circa regni ſtatũ mirabilem ſtylo tradiderimus ſtrenuitatẽ, cuius nec aliqua temporũ immutatione deleri valeat memoria: nec a generatione in generationẽ ſuffragantis Eccleſię pro impenſis beneficiis orationũ deſiſtat inſtãtia: valeat celſitudo veſtra inter cœli ſenatores feliciter epiſopati.

Quam ſtrenuus in adoleſcentia fuerit, & quanta ſtrenuitate fortiſſimum regem Anglorum VVilin Rufum patrium regnum turbantem repulerit.

Quod Burcardum Monmorentiacenſem virum nobilem ab infeſtatione beati Dionyſii cum omnibus complicibus ſuis compeſcuit.

Quod Comitem Bellimontenſem Matthæum reſtituere caſtrum Luſarcheas Claromontẽſi Hugoni coegit, cum ipſe dominus Ludouicus idem caſtrũ manu forti oppugnaſſet.

Quod cum aliud caſtrũ eiuſdem Matthæi Canliacum obſediſſet, ſubita aeris intemperies exercitum in fugã coegit, & niſi ipſe Ludouicus fortiter reſtitiſſet, pene exercitus deperiſſet, & quod ipſe Matthæus humiliter ei ſatiſfecit.

De Ebalo Comite Rutiacenſi.

De caſtro Mandunenſi.

De caſtro, qui dicitur Mons acutus.

De Milone quomodo intrauit caſtrum mõtis Leherii.

De Buamundo Principe Antiocheno.

De captione caſtri Gornaci.

De captione caſtri ſancti Seueri.

De morte Regis Philippi.

De ſummatione eius in regem.

De captione firmitatis Balduini, & libatione Comitis Curbonenſis & Anſelmi Garlãdenſis.

De colloquio inter regem Ludouicum & regem Anglorum Henricum habito apud Plancas Nypheoli.

De proditione facta in rupe Guidonis a Guillelmo ſororio eius: & de morte Guidonis, & cita vltione in eundem Guillelmum.

De eo quod fratri Philippo repugnanti caſtrum Meduntẽſe & montẽ Leherii abſtulit.

Quomodo caſtrum Puteolenſem capto Hugone ſubuertit.

De liberatione eiuſdem.

De impugnatione Tauriaci, & reſtitutione Puteoli.

De reciproca eius proditione.

pro veritatis argumẽto, eo ꝙ pauperũ extiterat intolerabilis oppreſſor Eccleſiarum crudelis exactor, & ſi quando Epiſcopi vel Prælati decederent irreuerendiſſimus retẽtor & diſſipator. Imponebatur a quibuſdam cuidã nobiliſſimo viro Gualtero Tirello, ꝙ eum ſagitta perfoderat; quem cũ nec timeret, nec ſperaret iureiurãdo ſępius audiuimus, & quaſi ſacroſanctum aſſerere ꝙ ea die nec meam partẽ ſyluæ, in qua rex venabatur venerit, nec eum in ſylua omnino viderit. Vnde cõſtat tantam tam ſubito tanti diuina potentia in fauillã euanuiſſe inſaniã, vt qui alios ſuperuacans inquietabat grauius infinite inquietaretur, & qui omnia appetebat, inglorius omnibus eruatur: non enim qui baltheum regium diſcingit, regna in regnorum vita ſubiiciuntur. Succeſſit eidẽ Guillelmo quã celeriter in regno frater minor natu; quoniã Robertus maior vlla magna expeditione ſancti ſepulchri agebat vir prudẽtiſſimus Hẽricus, cuius tam admiranda quã prædicanda animi & corporis ſtrenuitas & ſcientia gratã offerrent materiam: ſed nil noſtra refert niſi ſi aliquid incidenter noſtris conuertibile aliquando nos oporteat, ſicut & de regno Lotharingorũ ſummatim prælibare; Francorum enim non Anglorum geſta quodã ſcripto mandare propoſuimus.

Ludouicus itaque famoſus iuuenis, iucundus, gratus, & beneuolus, quo etiam a quibuſdam ſimplex reputabatur, iam adultus illuſtris & animoſus, regni paterni defenſor, Eccleſiarum vtilitatibus prouidebat, oratorum laboratorum, & pauperum quandiu inſolitum fuerat, quieti ſtudebat.

Quo ſiquidem tempore inter venerabilem beati Dionyſii Adã abbatem & Burchardum nobilem virum dominum Monmorentiacenſem accidit quaſdã cõtentiones pro quibuſdam conſuetudinibus emerſiſſe, quæ in tantam ebullierunt irritationi moleſtiam, vt rupto omnino inter defœderatos armis, bello, incendiis cõcertaretur. Quod cum auribus domini Ludouici inſonuiſſet, indignatus ęgre tulit: hæc mora quum præfatum Burchardum ante patrem caſtro Pinciaco ad cauſas ſubmonitũ coegerit, qui cum cadẽs a cauſa iuſtitiã iudicio exequi noluerit, nõ tentus neq; enim Francorũ mos eſt ſed recedens quid incõmodi, quid calamitatis a regia maieſtate ſubditorũ mereatur, cõtumeliã feſtinãter animaduertit. Mouit nãq; formoſus iuuenis illico arma meũ & incõplices eius confœderatos quippe Matthæũ Bellimõtenſẽ Comitẽ & Drogonẽ Mõtiacenſẽ viros ſtrenuos & bellicoſos aſciuerat terram eiuſdem Burchardi depopulans, municipia & incurtes pariter caſtrum ſubuertens peſſum dedit, incẽdio, fame, gladio cõtriuit. Cumq; de caſtro reſiſtere pariter inniterentur obſidione Frãcorum & Flandrenſium Roberti annueli & ſuorum caſtrum cinxit his & aliis contritionum verberibus humiliatum voluntati & beneplacito ſuo curuauit & querelam commotionis cauſam, eum ſatisfactione placauit.

Drogonem vero Montiacenſem ꝓ his & aliis, & maxime Eccleſiæ Beluacenſi irrogatis iniuriis aggreſſus, cum & extra caſtrum haud ꝓcul, vt breuiori, ſi confert, regrederetur fuga, cũ magna militati ſagittaria manu & baliſtaria obuiaſſet, irruens in eũ, retrocedere, caſtrumq; ingredi armorũ oppreſſione, abſq; ſe non permiſit, ſed irruens inter eos & cum eis per portam, vt erat fortiſſimus palęſtrita, & ſpectabilis gladiator, in medio caſtri & crebro percuſſus nullam pati dignatus eſt repulſam, nec recedere, donec cum ſupellectile totum caſtrum vſque ad turris procinctum in medio concremauit. Tanta viri erat animoſitas, vt nec incendium declinare curaret: cum & ei & exercitui periculoſum eſſet, & multo tempore maximam ei raucitatem generaret; ſic humiliatum in brachio virtutis Dei, qui in cauſa erat ſubiectum tanquam clinicum voluntatis ſuæ ditioni ſubiugauit.

Interea Bellimontis Comes Matthęus contra Hugonẽ Claromontenſem virum nobilẽ, ſed mobilẽ & ſimplicẽ, cuius filiã duxerat ſponſam longo animi rãcore contendens caſtrũ nomine Luſarchũ, cuius medietatẽ cauſa coniugii ſuſceperat, totum occupare turrim ſibi armis & armatis ſatagit munire. Quid faceret Hugo quã quod ad regni defenſorẽ feſtinans, pedib. eius ꝓſtratus, obortis lachrymis ſupplicat vt ſeni cõdeſcendat, grauiſſime grauato opẽ ferat. Malo, inquit, Romane domine, te terrã totam meã habere, quia a te eã habeo, quã gener meus degener hanc habeat: Emori cupio, ſi eam auferat: cuius lachrymabili calamitate animo cõpunctus, amicabiliter manum porrigit, ſuffragari promittit, ſpe exitatũ remittit; ſpes autem nõ confundit.

Velocitet ſiquidē de curia exeuntem, qui comitē conueniant extraordinarie expoliatum ordinarie veſtiri ore defenſoris præcipiant de iure in curia eius ratiocinando certa die decertent. Quod cum refutaſſet Anſii feſtinans defenſor collecto exercitu multo meum exiliit: præfatumque caſtrum aggrediens modo armis, modo igne impugnans multo congreſſu expugnatur, turrimque ipſam militari cuſtodia muniuit, & munitam Hugoni, ſicut ſpoponderat, reſtituit.

Mouet itidē exercitū ad aliud eiuſdē Comitis caſtrū nomine Catoliacū tentoria figit, machinas impugnatorias inſtitui præcepit: verū multo aliter quā ſperabat euenire cōtigit, mutata quippe grata aëris intemperie, ingrata & turbulenta intēperies emerſit, tantoq; & tam horribili impluuio tonitruū coruſcatione totā terrā in nocte turbauit, exercitū affecit, equos cecidit, vt vix viuere quidā eorū ſperarent. Quo intolerabili horrore cum quidā de exercitu in aurora fugam matutinam paratēt, dormitāte adhuc defenſore in papilone doloſa tētoriis ignis eſt applicatus, ex quo quia ſignū eſt recedendi ſubito exercitus tam incaute quā confuſe exire feſtinant, inopinatā receſſionem ſperantes, nec quid alii aliis conferant attendentes: quorū incurſu præcipiti, multoq; clamore dominus ſtupefactus, quærens quid eſſet, equo inſiliit ꝑ exercitu feſtinās, quia iā circūquaq; diſperſi erāt, reducere nullo modo valuit; quid aliud faceret famoſus iuuenis quā ad arma currere cum paucis quos potuit retrocedere murū ſe pro præcedentib. opponere ſpe percuti & ſæpe percutere. Verū & quibus pereuntibus ipſe murus erat quiete & ſecure potuerunt fugere, tam quia multi gregatim & diſperſe procul ab eo fugiebant, multi ab hoſtibus capti ſunt, inter quos excellentior captus fuit ipſe Hugo Claromontenſis & Guido Syluanectēſis, Herluinus Pariſiēſis, & obſcuri nominis quamplures gregarii & pedeſtris exercitus multis. Hac ergo laceſſitus iniuria quāto rudis & ignarus fortunii huiuſmodi hactenus fuerat tāto cū Pariſios rediſſet motu animi inſolētia intumeſcebat, & vt eius ætatis mos eſt, ſi tamē ſit mutatiua ꝓbitatis mouet & mouetur, & vt cito iniuriā vleiſcatur, exæſtuans, vndecumque triplicato exercitu ſagaciter aquæ vt prudenter, crebro ingeminat ſuſpiria, decentius mortem quam verecundiam ſuſtinere. Quod cum amicorum relatione comperiſſet Comes Matthæus, vt erat vir elegans & facetus, impatiens verecundiæ accidentalis domini ſui multiplicato interceſſore viam pacis affectare ſummopere inueſtigat. Multa dulcedine multis blandimentis animum iuuenilem demulcere elaborat ſatis cōuenienter nulla hoc factum deliberatione, ſed ex contigenti accidiſſe iniuriam excuſat, ſeq; primū ad eius nutum ſatisfactioni præſentat. Iniquo quidem prece multorum conſilio familiarium, multo etiā patris rogatu, licet ſero viri animis inoleſcit reſipiſcenti parcit, iniuriam condonat, recuperabilia perdita Comite reddente reſtaurat, captos liberat, Hugoni Claromontenſi pacem, & quod caſti præoccupatum ſuum erat firma pace reformat. Feſtabatur nobilis Eccleſia Remenſis ſuorum & Eccleſiarum ad ſe pertinentium dilapidatione bonorum tyrannide fortiſſimi & tumultuoſi Baronis Ebal. Rutiacenſis, & filii eius Guichardi, qui quanto militiæ agebatur exercitio: erat enim tantę magnanimitatis, vt aliquando cum exercitu magno, quādo ſolos reges decedent in Hiſpaniam proficiſceretur tanto inſanior & rapacior his explendis deprædationibus, rapinis, & omni militiæ inſiſtebat. Tanti ergo & tam famoſi viri apud dominum regem Philippum centies & modo apud filium bis aut ter querela lugubri depoſita, filius innectiuc exercitum mediocrē fere ſeptingentorum militum, de nobilioribus Franciæ optimatibus delectum cogit, remis feſtinat, pene per duos menſes multo conflictu præteritas punit Eccleſiarum moleſtias eiuſdem præfati tyrāni & fautorum eius depopulatur trans incendio ſoluit, rapinis exponit: egregie factum, vt qui rapiebant rapiantur, & qui torquebant, æque aut durius torqueantur. Tanta erat ſiquidem Domini & exercitus animoſitas, vt quandiu ibi fuerit, aut vix aut nunquam præter feria ſexta, & die Dominica quieuerint, quin aut cum manuali congreſſione lancearum ac gladiorum committerent, aut terrarum deſtructione illatas iniurias vindicarent. Certabatur ibi non contra Ebalum tantum, ſed contra omnes illarum partium Barones, quibus etiam maximorum Lotharingorum affinitas multo agmine celebrem affectabat exercitum. Agitur interea multis quæſtionibus de pace &

quoniam diuerſæ curę periculoſaq; negotia ad alias partes noui domini pręſentiam votiue deuocabatur, habito cum ſuis conſilio pacem a præfato tyranno Eccleſiis & impetrauit & imperauit, & acceptis obſidibus eum iureiurando firmari fecit, taliter ſalutatū & flagellatū dimiſit: hoc etiā quod de caſtro nouo repetebat, in diē diſtulit.

Et nec minus celebrem Aurelianenſi Eccleſiæ ſuffragādo tulit opem militatem cum & Lermum virum nobilem mandum caſtri Epiſcopi Aurelianenſis hominem maiorem eiuſdem caſtri partem, & alterius dominum præfatę Eccleſiæ auferentem manu forti cōpeſcuit, in eodem caſtro eum cum multis incluſit, caſtroq; recepto cū in proxima domui ſuæ Eccléſia erectis ꝓpugnaculis defenſioni inniteretur, vt fortis fortiori ſubiicitur armorum & flammarum ingeſtione intolerabiliter opprimitur, nec ſolus diuturni anathematis multam ſoluit, cum & ipſe & multi alii ferme ſexaginta flamma præualente, de turre corruentes lancearum erectarum & occurrentium ſagittarum cuſpide perfoſſi extremum ſpiritum exhalantes, miſeri animas cum dolore ad inferos tranſtulerunt.

Caſtrum quod dicitur Mons acutus validiſſimus in pago Laudunenſi, occaſione cuiuſdam matrimonii, contigit Thomā de Marua obtinuiſſe hominē perditiſſimū Domino & hominibus infeſtū, cuius intolerabilē velut immaniſſimi lupi rabiē inexpugnabilis caſtri audacia concreſcentē, cum omnes circumquaq; cōpatriotę formidarent & abhorrerent, ipſe qui dicebatur pater eius Engerannus de Bona, vir venerabilis & honorificus egregie & præter alios illū de caſtro eiicere ob eius fantioſā tyrannidē demoliebatur. Cōmunicatum eſt inter eos ipſum videlicet Engerānum & Ebalū Rutiacenſem cum omnibus quos allicere ſibi potuerunt caſtrum & in caſtro eū obſidere circumquaq; eum & palatio & minime circūcingere, cumq; multa mora fame periclitantē ad deditionē cogere, caſtrumq; ſi poſſet fieri ſubiicere, eūq; carcere perenni condemnare. Quod videns vir nequā, iam firmatis caſtellis, cū nec dum vallo ab alio ad aliud clauſum eſſet, nocte furtim exiliit, & feſtinās ad famoſum iuuenē collaterales eius muneribus & promiſſis corrupit, & vt ei militari ſuffragaretur ſubſidio citiſſime obtinuit: flebilis quippe & ętate & moribus, collecto ſeptingētorum militū exercitu ad partes illas feſtinat accedere, qui cū caſtello Acuti montis appropinquaret, viri qui caſtrum circumclauſerant, nuntios ad eum delegant tanquam deſignato domino, nec remouēdo eos ab obſidione vituperium inferat, ſupplicant opponentes, ne pro perditiſſimo homine ſeruituti tantorum amittat infauſtum perniciofius ſibi quam eis, ſi nequam tuto remanent veraciter profitentes. At vero cum nec blanditiis nec minis a propoſito eum deuocare valerent, veriti ſunt in deſignatum dominum cōmittere, & proponentes eum ipſe rediret ab obſidione, recidiuo bello redire ceſſerunt, & quicquid facere vellet, inuiti ſuſtinuerūt: ipſe vero in manu potenti diſruptis & defeſſis circumquaq; omnibus municipiis, Acutum montem emancipauit, & tam armis quam victualibus eorum ſophiſmata denodans copioſū reddidit. Quapropter optimates qui amore & timore eius ceſſerāt, quia in nullo pepercerat, ſuccenſeotes dolent, nec vlterius ſe ei deferre iureiurādo minantur; cumq; eum regredi conſpiciunt, caſtra mouent, acies bellatorum cōponunt, ipſumque tanquam imitari cum eo proſequūtur. Hoc vnum mutuæ cōgreſſioni oberat, quod inter acies vtriuſq; partis torrēs tarde tranſitū porrigens conuenire perhibeat. Sic vtraq; claſſica & pila minantia pilis prima & altera die ſe conſpicantur cū habito venit ad Francos quidam Iocuiator probus miles, ab oppoſita parte nuntiās irrefragabiliter primo quo inueniretur acceſſu eos cōmittere, & illatam prohibitare iniuriā haſtis & gladiis vindicare, ſeq; ad naturalē dominū, vt pro eo & cum eo dimicet eos dimiſiſſe inferunt, rumor per tentoria caſtrorū & militum audacia tripudiat loricarū & galearum ſplendida pulchritudine ſe exornant, animoſitatē exagitant; & ſi forte tranſitus eis occurrat, torrentē tranſilire accelerant, dignum ducentes magis vt hoſtes aggrediantur, quam quod ſe defendant. Quod videntes nobiliſſimi viri Engerannus de Bona, Ebalus de Rutiaco, Comes Andreas de Ramerni, Hugo Elbus de firmitate, Robertus de Capiaco, & alii ſapientes & diſcreti audaciā deſignati domini admirantes, conſulte ei deferre elegerunt; & pacifice ad eum venientes, pubertatem eius amplexati ſunt, dextraſq; amicitiæ contendentes ſe & ſuos eius ſer-

uitio ſpoponderunt hęc multo ptout diuinæ aſcribebatur voluntati impiorum ſubuerſio & caſtrum & matrimonium inceſtu cōſanguinitatis fœdatū diuorrio amiſit. His & aliis virtutum ꝓuectibus deſignatus dominus conſcēdens regni adminiſtrationi & reip. ſicut ſe rei opportunitas offerebat: ſagaciter proinde recalcitrātes perdomare caſtella infeſtantia quibuſcunq; modis aut occupare, aut incuruare ſtrenue ſatagebat. Vnde cum Guido Tryſellus filius Milonis de monte Lerherii viri tumultuoſi & regni turbatoris auia ſancti ſepulchri domum repedaſſet fractus longi itineris anxietate & diuerſarum pœnarum moleſtia: & quia extraordinarie Antiochum timore corborāti per murū deſcendens deniq; exercitū intus obſeſſum relinquens, toto corpore deſtitutus defecit, timenſq; exheredari vnicam quā habebat filiam domini regis Philippi & filii Ludouici voluntate & perſuaſione: valde enim apperebat caſtrum filio regis Philippo de ſupra dicta Andegauenſi Comitiſſa nupti tradidit, & vt in amorem ſuum frater maior dominus Ludouicus firmiſſime confœderaret caſtrum Metuncem ſe prece patris, matrimonio confirmauit. Qua occaſione caſtro cuſtodiæ ſuæ recepto, tanquam ſi oculo ſuo feſtucam eruiſſent, aut circunſepti repagula dirupiſſent, exhilareſcunt. Teſtabatur quippe pater filio Ludouico nobis audientibus eius defatigatione acerbiſſime grauatum; Age, inquiens, fili Ludouice, ſerua excubans turrim, cuius deuexatione pene conſenui, cuius dolo & fraudulenta nequitia nunquam pacem bonam & quietem habere potui: huius infidelitas fideles, infideles, infideliſſimos procreabat perfidos cominus eminuſque concopulabat, nec in toto regno quicquam mali abſq; conſenſu eorum aut opere fiebat. Cumq; a fluuio Sequanę curbolio lo medio me mōte Leherii a dextra caſtello forti pagus Pariſiacus circumcingeretur inter Pariſienſes & Aurelianenſes tantum confuſionis chaos firmatum erat, vt neque hi ad illos, neq; illi ad iſtos abſque perfidorum arbitrio, niſi in manu forti valerent tranſmeare. Verum præfati cauſa matrimonii ſepem rupit, acceſſum iucundum vtriſque reparauit.

Huc acceſſit quod Guido de Rupe forti, vir peritus & miles emeritus præfati Guidonis Truſelli patruus cum ab itinere Hieroſolymitano famoſe copioſeque rediſſet regi Philippo gratanter adhæſit; & quia antiqua familiaritate iam & alia vice eius dapifer extiterat tam ipſe quā filius eius dominus Ludouicus agendis reip. dapiferum præfecerunt, vt & caſtrum prænominatum montis Leherii deinceps quiete poſſident, & de comitatu eorum columitante videlicet rupe forti & caſtello forti, & aliis proximis caſtellis & pacem & ſeruitium quod inſolitum fuerant, vendicarēt. Quorum mutua eo vſq; proceſſit familiaritas, vt patris perſuaſione filius dominus Ludouicus filiam eiuſdem Guidonis nec dum nubilem matrimonio ſolenni reciperet. Sed quam ſponſam recepit, vxorem non habuit, cum ante thronum titulus conſanguinitatis oppoſitus matrimonium poſt aliquot annos diſſoluerit. Sic eorum per triennium continuata eſt amicitia, vt pater & filius ſe & ſuprime crederent & ipſe Comes Guido, filiuſque eius Hugo Creciacenſis, regni defenſioni & honori totis viribus innitcrentur. Verum quia; *Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu.* viri de monte Leherii conſuetæ perfidiæ æmuli doloſe machinati ſunt per Garlandenſes fratres, qui tunc regis & filii incurrerant inimicitias, quo modo Vicecomes Trecenſis nullo minor frater Guidonis Truſelli cum matre Vicecomitiſſa, & magna manu militum venit, caſtroque ab omnibus votiuo receptus periurio beneficia patris ſæpius lacbrymando replicat, generoſam & naturalem eorum induſtriam repræſentat, fidem mirabilem prædicat, reuocationi ſuæ gratiarum actiones reportat, & vt bene cœpta bene perficiant, genibus eorum peruolutus ſuppliciter exorat. Tali & tam lugubri genu flexione flexi currunt ad arma, feſtinant ad currum, committunt contra defenſores turris gladiis, lanceis, igne, ſudibus, & ſaxis acerrime, vt & quos murale turris pluribus in locis perfoderent, & multos turrim defendentium ad mortem vulnerarent. Erat ſiquidem in eadem turri vxor præfati Guidonis & filia domino Ludouico deſponſata; quod cum auribus dapiferi Guidonis inſonuiſſet, vt erat vir incaninus expedite exiliit, & cum quanta manu militum potuit, caſtello audacter appropinquauit: ſed & vt ſe vndecumque

ſequan.

ſequantur velociter velociſſimos nuntios miſit. Qui autem turrim Impugnabant a monte eum videntes, quia nondum turrim videre potuerant aduentum ſubitum domini Ludonici tãquam ingulum formidantes retroceſſerunt, & an ſtarem, an fugam facerem hærere cœperunt: Guido vero vt erat ſtrenuus, & in arte prouidus Garladenſes conſulte a caſtro aſciuit pacẽ regis & domini Ludouici, & gratiã iureiurando firmauit eos, & eorum taliter ab incœpto remouere, eorũq; defectu & ipſe nullo defecit, & celerem fugam infecta functione flens & eiulans arripuit. Quo audito dominus Ludouicus ad caſtrum celerrime acceletauit, compertaque veritate, quia nihil prodiderat, gaudebat, & quia factioſos nõ inuenerat, vt eos patibulo affigeret, dolebat. Remanentibus vero quos Guido iureiurando firmauerat, pacem dominus Ludouicus ſeruauit: ſed ne quid ſimile deinceps molirentur, totam caſtri munitionem præter turrim deiecit.

Id circa temporis illuſtrem Antiochenum principem Boamidum cui ſpecialiter illa potenti obſidione ipſa eiuſdem vrbis ob ſui ſtrenuitatẽ reddita eſt munitio, contigit ad partes Gallorum deſcendiſſe virum inter Oriẽtales egregiũ & famoſum, cuius quoddam generoſum, & quod nunquam ſine diua manu fieri poſſet, factum etiam inter ipſos prædicabatur Sarracenos. Cum enim cũ patre ſuo Guichardo forte tranſmarinum obſediſſet caſtrũ Dyrrachium, nec Theſſalonicẽſes gazæ, nec theſauri Cõſtantinopolitani, nec ipſa Græcia tota eos arcere valeret, ſubito per eos trãſferentes domini Papæ Alexandri legati, qui eos & charitate Dei & obligatione hominũ adiurãdo ſubmoueatur aſſiſtũt, vt Eccleſiæ Romanæ & domino Papæ in turre Creſcentiam incluſo ab Imperatore eripiãt, deuotiſſime ſupplicant naufragari vrbẽ & Eccleſiam, imo ipſum dominum Papam, ſi nõ rite ſubuenerunt iureiurando pronuntiant Hereni principes, & quid eligãt, an expeditionẽ tantam & tam ſumptuoſam irrecuperabiliter omittãt, an dominum Papam vrbem & Eccleſiã ancilari imo naufragari ſuſtineant. Cumq; hac anxiarentur deliberatione, hoc excellẽtiſſimum iſtud facere, & illud non omittere deliberant. Relicto ſiquidẽ obſidioni Boamũdo, parente in Apuliam transfretando regreſſus, vndecumq; potuit de Sicilia, Apulia & Calabria, atq; Cãpania, viros & arma collegit: & tã prõptiſſime quã audaciſſime: Romã accelerauit; vnde diuina voluntate, & quaſi portentum mirabile cõtigit, vt cum iſte Romam & Imperator Conſtantinopolitanus audita Roberti abſentia, adunato Græcorũ exercitu ad expugnãdum Boamundum Dyrrachiũ tam terra quam mari applicuiſſet, vna & eadẽ die pater Guichardus Romę cũ Imperatore cõgrediens, ille cum Græcorũ Imperatore ſtrenue cõfligens, vterq; princeps de vtroq; Imperatore mirabile dictu triũphauit. Pręfati ergo Boamundi ad partes iſtas aduẽtus cauſa fuit, vt nobiliſſimam domum Ludouici deſignati ſororem Conſtantiam, moribus facetam, perſonam elegantem, facie pulcherrimã matrimonio ſibi copulari quibuſcũq; modis quæritaret. Tantã & eum & regni Francorum & domini Ludouici præconabatur ſtrenuitas, vt ipſi etiam Sarraceni huius terrore compulſi terrerẽtur. Vacabat domina Comitẽ Trecenſem Hugonem procum aſpernata, nec decentem ſponſum iterata copula appetebat. Canebat princeps Antiochenus, & tam donis quam promiſſis copioſus, dominã illã celeberrime ſibi copulari Carnoti, præſente rege & domino Ludouico, multis aſtantibus archiepiſcopis, epiſcopis, & regni proceribus deuote promeruit: aſtitit etiã ibidem Romanæ ſedis apoſtolicæ legatus dominus Bruſoniganus epiſcopus a domino Paſchali Papa ad inuitandã & conforrandã ſancti ſepulchri viã dominũ Boamundum comitatus, vnde plenũ & celebre Pictauis tenuit Conciliũ, cui & nos interfuimus: quia recenter a ſtudio redieramus, vbi de diuerſis ſynodalibus, & præcipue de Hieroſolymitano itinere ne tepeſcat agẽs, tam ipſe quã Boamundus multos ire animauit, quorum freti comitatu multo multaque militia, tam ipſe Boamundus quam domina Conſtantia, nec non & ipſe legatus ad propria proſpere & glorioſe remearunt. Quæ domina Conſtantia domino Boamũdo duos genuit filios Iohannem & Boamundum: ſed Iohannes ante annos militiæ in Apulia obiit: Boamũdus vero decorus iuuenis militiæ aptus, Princeps factus Antiochenus, cum Sarracenę inſtanter armis vrgeret, nec eorũ celantes impetus aliquid duceret, minus caute eos inſecutus, inſidiis eorum interceptus, cum centum militibus equo

animoſior infauſte decapitatus, Antiochiam & cum Apulia vitam amiſit. Sequenti itaque præfati Buamundi repatrationis anno venerandæ memoriæ vniuerſalis & ſummus põtifex Paſchalis ad partes Occidentales cum multis & ſapientiſſimis viris Epiſcopis & Cardinalibus & Romanorum nobiliũ comitatu, vt regem Francorum & filium regem deſignatum Ludouicum & Eccleſiam Gallicanam cõſuleret ſuper qbſudã moleſtiis, & nouis inueſtituræ Eccleſiaſticæ querelis, quib. eũ & infeſtabat, & magis infeſtare minabatur. Henricus Imperator vir affectus paterni & totius humanitatis expers, qui & genitorem Henricum crudeliſſime perſecutus exheredauit, & vi ferebatur nequiſſima captione tenens inimicorum verberibus & iniuriis vt inſignia regalia, videlicet coronã, ſceptrum & lanceam ſancti Mauritii redderet, nec aliquid in toto regno pretioſum retineret impiiſſime coegit. Equidem delibatum eſt Romæ propter Romanorum conductitiam perfidiam de præfatis, imo de omnibus quæſtionibus totius regis & regis filii & Eccleſiæ Gallicanæ in Francia, quam in vrbe diſceptare naufragio. Venit itaque Cluniacum a Cluniaco ad charitatem, vbi celeberrimo Archiepiſcoporũ & Epiſcoporũ & monaſtici ordinis conuentu eidem nobili monaſterio ſacram dedicationis impoſuit; adfuerunt & nobiliores regni proceres, inter quos & dapifer regis Franciæ nobilis Comes de Rupe forti domino Papæ miſſus occurrit, vt ei tanquam patri ſpirituali per totum regnum eius beneplacito reſeruiret, cui conſecrationi & nos ipſi interfuimus, & contra dominum Epiſcopum Pariſienſem Galonem multis querimoniis Eccleſiam beati Dionyſii agitãtem in cõſpectu domini Papæ viriliter ſtãdo aperta ratione & canonico iudicio ſatisfecimus. Cumq; Turonis apud ſanctum Martinum, vt mos eſt Romanis friguum ferẽs letare, Hieruſalem celebraſſet ad venerabilem beati Dionyſii locum, tanquam ad Papam beati Petri ſedem beneuolus & deuotus deuenit, qui glorioſe & ſatis epiſcopaliter receptus, hoc vnum memorabile Romanis inſolitum, & poſteris reliquit exemplum, quod nec aurum nec argẽtum, nec pretioſas monaſterii margaritas, quod multum timebatur, non tantum nõ affectabat, ſed nec reſpicere dignabatur ſitrum pignoribus humiliſſime proſtratus, lachrymas cõpunctionis offerebat holocauſtum ſe ipſum domino & ſanctis eius toto animo inferebat, & vt de veſtimentis Epiſcopalibus beati Dionyſii ſanguine madefactis ad patrocinãdum aliqua ei daretur portiuncula ſuppliciter exorauit, ne diſpliceret inquiens, ſi de veſtimentis eius nobis vel parum reddideritis, qui eum vobis Apoſtolatu Galliæ inſignitum abſque murmure deſtinauimus. Occurrunt itaq; ei ibidẽ Rex Philippus & dominus Ludouicus filius eius gratanter & votiue amore Dei maieſtatem regiam pedibus eius incuruantes, quemadmodum conſueuerunt ad ſepulchrum piſcatoris Petri reges ſubmiſſo diademate inclinari: quos dominus Papa manu erigens, tanquã deuotiſſimos Apoſtolorum filios ante ſe reſidere fecit, cum quibus de ſtatu Eccleſiæ vt ſapiens ſapienter agens familiariter cõtulit eoſq; blande demulcẽs beato Petro ſibiq; eius vicario ſupplicat opẽ ferre, Eccleſiã manu tenere & ſuorũ anteceſſorum regũ Francorum Caroli magni & aliorum mos nocere tyrãnis vt Eccleſiæ hoſtibus & potiſſimum Henrico Imperatori audacter reſiſtere. Qui amicitiæ, auxilii & cõſilii dextras dederunt, regnum expoſuerunt, & qui cum eo Catalaunum Imperatoris legatis occurrere feſtinent Archiepiſcopos & Epiſcopos & Abbatẽ S. Dionyſii Adam, cum quo & nos fuimus, cõiunxerunt; vbi cum dominus Papa aliquantiſper demoraretur ex condicto ipſi Imperatoris Hẽrici legati nõ humiles, ſed rigidi & cõtumaces cum apud ſecundũ Menimni hoſpitia ſuſcepiſſent, relicto inibi Cãcellario Alberto, cuius oris & cordis vnanimitate ipſe Imperator agebat: ceteri ad curiã multo agmine, multo faſtu, ſumme phalerati deuenerunt, hi ſiquidẽ erant Archiepiſcopus Aluntatẽſis, Epiſcopus Monaſterienſis, Comites quamplures, & cui gladius vbique præferebatur Dux VVelfo, vir corpulentus & tota ſuperficie lõgi & lati admirabilis & clamoſus, qui tumultuantes magis ad terrẽdum quã ad ratiocinandũ miſſi viderentur. Singulariter & ſolus Treuerenſis Archiepiſcopus, vir elegãs & iucundus eloquentiæ & ſapientię copioſus Gallicano cothurno exercitatus facete perorauit domino Papæ & curiæ ſalutem & ſeruitium ex parte domini Imperatoris deferens ſaluo iure regni. Et perſequens de mãdatis, Talis eſt, inquit, domini noſtri Imperatoris, pro qua mittimus

cauſa.

cauſa. Temporibus anteceſſorum noſtrorum ſanctorum Apoſtolicorum virorum magni Gregorii & aliorum. Hoc ad vim Imperij pertinere dignoſcitur, vt maiorum electione hic ordo ſeruetur antequam electio in palam præferatur ad aures domini Imperatoris perferre, & ſi perſonam deceat aſſenſum ab eo antefactam electionem aſſumere, deinde in conuentu ſecundum canones petitione populi electione cleri aſſenſu honoratoris præferre, conſecratum libere nec ſymoniace ad dominum Imperatorem pro regalibus, vt annulo & virga inueſtiatur redire: fidelitatem & hominum pacem. Nec mirum ciuitates eum & caſtella Marchiam Telonea & quæque Imperatoriæ dignitatis nullo modo aliter debere occupare. Si hæc dominus Papa ſuſtineat proſpere & bona pace regnum & Eccleſiam ad honorem Dei inhærere.

Super his ergo dominus Papa conſulte oratoris Epiſcopi Placentini voce reſpondit: Eccleſiam pretioſo Ieſu Chriſti ſanguine redemptam & liberam conſtitutam, nullo modo iterato ancillari oportere, ſi Eccleſia eo inconſulto præſulatum eligere non poſſit, caſſata Chriſti morte & ſimiliter ſubiacere, ſi virga & annulo inueſtiatur, cum ad altaria eiuſmodi pertineant contra Dominũ ipſum vſurpare, ſi ſacratas Dominico corpori, & ſanguini manus laici manibus gladio ſanguinolentis obligando ſupponant ordini ſuo & ſacræ vnctioni derogare. Cumq; hæc & his ſimilia ceruicoſi audiſſent legati Teutonico Imperatore infrendentes tumultuabant, & ſi tuto auderent, cõuitia eructuarent, iniurias inferrent. Non hic, inquiunt, ſed Romæ gladiis determinabitur querela. Verum Papa quamplures viros approbatos & peritos ad Cancellariũ miſit, qui eum ſuper his cõpoſite & placide conuenirent, & audirentur & audirent, & ad pacem regni cum operam dare obnixe exorarent. Quibus recedentibus dominus Papa Trecas venit domini ſubmõnitum vniuerſale Concilium honorifice celebrauit, & cum amore Francorum, quia multum ſeruierant, & timore & odio Teutonicorum ad ſancti Petri ſedem proſpere remeauit. Imperator vero ſecundo fere receſſionis eius anno collecto mirabili triginta millia militum hoſte milas niſi ſanguine fuſo gaudet habere vias: Romam tendit inire calens pacem ſimulat: querelam inueſtiturarum deponit. multa & hęc & alia bona pollicetur, & vt vrbẽ ingrediatur; quia aliter non poterat blandiri nec fallere ſummũ Pontificem & totam Eccleſiam, imo ipſum Regem regum veretur. Vnde quia audiebant tantam & tam pernicioſam Eccleſiæ Dei ſopitam quaſtionem æquo aut plus æquo Romani quiritis tripudiant, clerus ſupremus exultat, & quomodo eum honorificẽtius & elegantiſſime recipiant exhilarati decertant. Cumq; dominus Papa Epiſcoporum & Cardinalium togata non apertis albis operturis equis conſtipatus turmas ſubſequẽte populo Romano, occurrere acceleraret promiſſis, qui tactis ſacroſanctis Euangeliis Aberdem Imperatore iuramentum pacis inueſtiturarũ depoſitionem ſuſciperent, in eo q̃ dicitur mons gaudij loco vbi primũ aduentantibus limina Apoſtolorum beatorum inuiſa armorum, idipſum iterantem, inprimis vero mirabili & vniuerſali Romanorum ſpectaculo manu propria Imperatoris & optimatum triplicatur iuramentum, exinde infinite nobilius quam ſi Africana victoria potito, arcus triumphalis arridet, non hymnis & laudum multiplici triũpho domini Papæ manu ſacratiſſima diademate coronat᷑ more Auguſtorũ, ad ſacratiſſimũ Apoſtolorum altare præcinentium clericorum odis & Alemannorũ canticum terribili clamore cœlos penetrante celeberrima & ſolemni deuotione deducitur. Cum ergo dominus Papa miſſas gratiarum agens, corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti confeciſſet, parti tam Euchariſtiam in amoris impartibilis confœderatione & pacti conſeruatione ob fidem mirabilem Eccleſiæ deuouens ſuſcipiendo Imperator communicauit. Nec dum dominus Papa poſt miſſam Epiſcopalia depoſuerat veſtimenta cum inopinata nequitia ficta litis occaſione furor Teutonicus frendens debacchatur exertis gladiis velut pleni inſania diſcurrentes Romanos tali in loco iure inermes aggrediuntur, clamant iureiurando vt clerus Romanus omnis tam Epiſcopi quam Cardinales capiantur aut trucidentur: & quod vlla nõ poteſt attingere inſania, in dominũ Papam manus impias iniicere non verentur. Luctu inexplicabili, & dolore præcordiali tam nobilitas Romana quam ipſe populus luget ſanctionem;

licet ſero animaduertunt alij, ad arma currunt, alij ſic ſtupidi fugiunt: nec inopinato hoſtiũ bello, niſi cum trabes de porticu ſeponentes ruinam ſuam facere defenſionem euadere potuerunt. Præfatus autem Imperator peſſimę conſcientię & facinori facti pertritus cruciatu vrbem quantocius exiuit, prædam à Chriſtiano Chriſtianis inauditam, dominũ videlicet Papam, & cunctos quos potuit Cardinales, & Epiſcopos adducens ciuitate, caſtellana loco & natura & arte munitiſſimo ſe recepit. Cardinales ipſos turpiter exuens, inhoneſte tractauit, & quod dictu nefas eſt, ipſum etiam dominum Papam tam plumali, quam mytra cum quacũq; defert inſignia Apoſtolatus, non veritus in Chriſtum Dominum mittere manum, ſuperbo ſpoliauit, multaſque iniurias, nec eum nec ſuos multo dedecore affligens dimiſit, donec ad præfati pacti ſolutionem, & exinde facti priuilegij redditionem coegit. Aliud etiam de manu domini Papæ, vt deinceps inueſtiret ſurreptitiũ priuilegium extorſit, quod idem dominus Papa in magno Concilio trecentorum & eo amplius Epiſcoporum iudicio Eccleſiæ nobis audientibus conquaſſauit, & perenni anathemate irritũ reduxit. Verum ſi quærit quis, quare dominus ita trepide fecerit, nouerit, quia Eccleſia, percuſſo paſtore & collateralibus, languebat & pene eam tyrannus anulans, quia non erat qui reſiſteret, tamquam patriam occupabat. Cui certum facto dedit experimentum, quod cum fratres Eccleſiæ columnas ad tuitionem & Eccleſiæ reparationem, quomodocunque ſeni feciſſet, pacemque Eccleſiæ qualemcunque reformaſſet: ad heremum ſolitudinis confugit moramque ibidem perpetuam feciſſet, ſi vniuerſalis Eccleſiæ & Romanorum violentia coactum non reduxiſſet. Verum Dominus Ieſus Chriſtus redemptor & defenſor Eccleſiæ ſuæ, nec eam diutius conculcari, nec Imperatorem impium ferre ſuſtinuit. Qui & eum nec tenti nec fide obligati fuerant cauſam Eccleſiæ fluctuantis ſuſcipientes domini deſignati Ludouici ſuffragio & conſilio in Gallicana Eccleſia Concilio collecta Imperatorem tyrannum anathemate modantes mucrone beati Petri perfoderunt. Deinde regno Teutonico applicantes optimates, & partem regni maximã aduerſus eum commouerunt. Fautores eius & Bucardum Rufum Monaſterienſem Epiſcopum depoſuerunt, nec ab infeſtatione aut prędatione vſque in condignam peſſimæ vitæ & tyrannici principatus defauillationem deſuper ſederunt. Cuius malo merito tranſplantatum eſt, Domino vlciſcente Imperiũ cum eo exterminato Dux Saxoniæ Lotharius ſucceſſit, vir bellicoſus, Reipublicæ defenſor inuictus, qui cum recalcitrantem Italiam, Campaniam, Apuliam, vſque ad mare Adriaticum puta Siculo Regi Rogerio, eo quod ſe Regem creaſſet, depopulando, domino Innocentio Papæ comitatus perdomuiſſet, cum nobiliſſimo triumpho repatriam victor ſepultus, ſuccubuit. Hæc & alia huiuſcemodi eorum ſcriptores depingant, nos quia propoſuimus, geſtis Francorum ſtilum replicemus.

Præfatus itaque Comes VVido de rupe forti, quem ęmulorum machinatione matrimonium quod contrahebatur inter dominum deſignatum & filiam ſuã conſanguinitate imperitum diuortio ſolutum, in præſentia domini Papæ fuerat rancore huius concepto ſcintillam tenuem commotos pauit in ignes. Nec minus dominus deſignatus in eum relabatur, cum ſubito Garlandenſes ſe intermiſcentes amicitiã ſoluunt, fœdus defenderant, inimicitias exaggerant. Nactus itaq; occaſionem bellandi deſignatus dominus, eo quod Hugo de Pompona miles ſtrenuus Caſtellanus de Gortraco caſtro ſuper fluuiũ Matronæ ſito mercatorum, in regia ſtrata equos ex inſperato rapuit, & Gornacũ adduxit. Eius contumelia præſumptionis pene extra ſe poſitus. Ludouicus exercitũ colligit, caſtrũ ſubita obſidione, vt victuali carerẽt opulẽtia, velociſſime cingit. Habet caſtello inſula grata amœnitate pabulorum, equis & pecoribus opima, quæ ſe aliquantiſper latam ſed plus longam producens, maximã oppidanis confert vtilitatem, cum & ſpatiantibus decurrentium aquarum clarificam & exhilarationem & modo florẽtium, modo creſcentium graminum obtutibus & formis exhilaratã offerat clarificationem, huius etiam circũcluſione exiſtentibus ſecuritatem. Hanc ergo dominus Ludouicus claſſem præparans, aggredi maturat, quoſdam militum & multorum peditum, vt expeditius ineant, & ſi cadere contingant, citius reſiliant, in eundam, alios vero natando, alios

licet periculoſe aquarum profundo, vtiq; equitando ipſemet flumen ingrediens, audacter inſulam occupare imperat. Oppidani fortiter reſiſtunt, à ripa altiores fluctibus & claſſe inferiores ſaxis, lanceis, ſed & ſudibus dure repellunt. Verû repulſi animi motu, animoſitate reſumpta, repellentes repellere inſiſtunt, baliſtarios & ſagittarios iacere cõpellunt manualiter, prout attingere poſſunt, confligunt loricati & galeati de claſſe pyratarum more audaciſſime cõmittunt, repellentes repellunt, & vt conſueuit virtus dedecoris impatiens, occupatam armis inſulã recipiunt, eoq; ſe in caſtro coercitos recipere compellunt. Quos cum aliquanti ſper arto obſeſſos, ad deditionem cogere non valerent impatiens morarum, quadam die animoſitate rapitur exercitû cogit, caſtro munitiſſimum vallo arto & rigido ſuperius glande, inferius torrentis profunditate pene inexpugnabili aggreditur, per torrentem vſq; ad balteum foſſatum conſcendens ad glandem cõtendens pugnare pugnando imperat grauiſſime, ſed cum hoſte decertat. Qui e contra defenſores an audaciam vitę præferentes ocius defenſioni inſiſtunt, nec etiam domino parcunt, arma mouent, hoſtem rectius ſuperiorem, imo torrentis inferiorem præcipitando reſtituunt. Sic ea via illi gloriam iſti repulſam, licet inuiti, ſuſtinuerunt. Parantur deinceps caſtri euerſioni bellica inſtrumenta, erigitur luſtrigantus pugnantibus porrigens ſupereminens machina, quæ caſtro ſuperlatiua propugnatorij primi ſagittarius & baliſtarius, hęc aut per caſtellum apparere prohibet. Vnde, quia inceſſantur die ac nocte, his coarctati defenſionibus ſuis aſſiſtere non valebant, tradentes caueis defendentes ſeipſos proinde defenſabant, ſuorumque ictibus ſagittariorum inſidiantes primi propugnaculi ſuperiores, mortis periculo anticipabant, hærebat machinæ eminenti pons ligneus, qui ſe excelſius porrigens cum pauliſper dimitteretur ſuper glandem facilem deſcendentibus pararet ingreſſum. Quod contra viri ſuper his callentes lignea podia ex oppoſito ſeparatim præferebant, & vt pons & qui per pontem ingrederentur vtique corruentes in ſubterraneas foueas acutis ſudibus armatus ne amni aduerterentur, ficto paleis opertus vitæ periculum & mortis multam ſuſtinerent.

Interea præfatus Guido vt callens vir & ſtrenuus parentes & amicos exagitat, dominos ſupplicando ſollicitat obſeſſis ſuffragia accelerat. Agens ergo cum Comite Palatino Theobaldo elegantiſſimæ iuuentutis, & rei militaris diſciplinæ induſtria exercitato viro quatenus die certa, deficiebant enim obſeſſis victualia, præſidia ferret, caſtrum exobſeſſum manu forti deliberaret. Ipſe interim rapinis, incendio, vt obſidionem remoueret, inſudabat. Deſignata ergo die qua prædictus Comes Theobaldus & præſidia ferret, & obſidionem manu militari remoueret, dominus deſignatus non eminus ſed cominus quem potuit, collegit exercitum & regiæ memor excellentiæ matri virtute relictis tentoriis & eorum defenſoribus, lætabundus occurrit & præmiſſo qui eos venire aut eos velle dimicare renunciet, ipſe barones aſciſcit, acies ordinat militarem & pedeſtrem, ſagittarios & lanciarios ſuo loco ſequeſtrat. Vt ergo ſe conſpicantur claſſica intonant, equitum & equorum animoſitas incitatur, ocius ſime committitur. Verum Franci marte continuo excitati Breenſes longa pace ſolutos aggreſſi indunt lanceis & gladiis præcipitant victoriæ inſiſtunt, nec eos impugnare viriliter tam militari quam pedeſtri manu deſiſtunt, donec terga vertentes fugæ præſidium arripuerunt. Ipſe vero Comes mallens primus quam extremus in fuga, ne caperetur, reperiri, relicto exercitu repatriare contendit. Qua congreſſione quidam interfecti, multi vulnerati, plurimi capti, famoſam vbique terrarum celeberrimam fecere victoriam. Potitus itaque tanta & tam oportuna dominus Ludouicus victoria, tentoria reperit, oppidanos vana ſpe fruſtratos vicit, caſtellum ſibi retinens Garladenſibus committit.

Sicut ergo nobilis ignobiles, glorioſus inglorioſos reddens, pigritia deſidiam comitata, imo deprimit, ſic nobiles nobiliores, glorioſos glorioſiores, virtus animi, corporis exercitio agitata ſuperis attollit, & quibus oblectata ſtrenuitas perfruatur, præclara facinora vndecumque terrarum iuris offerendo reponit,

Aſſiſtunt equidem qui magnificis exhotrent ſuppliciis, multo etiam & ſumptuoſo ſeruitio ad partes Bituricenſium dominum Ludouicum tranſmeare, ea in parte qua confinia Limouicenſium autumant ad caſtrum videlicet ſanctæ Seueræ nobiliſſimum, & hæreditaria militiæ poſſeſſione ſamoſum, pedite multo populoſum dominiū & illius virum nobilem Heinbaldum ad exequendum iuſticiam cogere aut iure pro iniuria caſtrum lege Salica amittere. Rogatus vero non cum hoſte, ſed domeſticorum militari manu fines illos ingreſſus, cum ad caſtrum feſtinaret præfatus Caſtellanus, multa militia comitatus erat eum generoſi ſanguinis bene liberalis & prouidus ei occurrit, tuſticumq; quendam repagulis & patis proponens, nulla eñ alia ſuccedebat via exercitui Francorum reſiſtit. Cumque ibidem mediante riuo huicque hæterent, dominus Ludouicus vnum eorum audatius ceteris indignatus repagula legiſſet, equum calcaribus viger, & vt erat vir præ ceteris cordatus inſiliens in eum lancea percuſſum, neceum ſolum, ſed præter eum alium vno ictu proſternit, & quod Regem dedeceret in eodem riuo copioſum vſque ad galeā balneum componit, ſucceſſuſque ſuos vigere non differens, quo ille arto exierat. Iſtic intrauit & pugili congreſſione hoſtes abigere non deſiſtit. Quod Franci vidētes, mirabiliter animati repagula rumpunt, riuum tranſiliunt, hoſteſque multa cæde proſequentes ad caſtrum vſque coactos repellunt, fama vocat oppidanos totamque viciniam procellit, quod dominus Ludouicus & ſui vt fortiſſimi milites donec funditus ſubuerterit caſtrum, & nobiliores caſtri aut patibulo affigat, aut oculos eruat, recedere dedignetur. Quapropter conſulte agitur, vt & dominus caſtri ſe dedere Regiæ maieſtati non differat, caſtrumq; & terrā eius ditioni ſubuciat. Rediens itaq; dominus Ludouicus prędam dominū caſtri fecit, & ſubito triumpho eo Stampis relicto Pariſiis felici ſucceſſu remeauit.

Deinceps indiem proficiente filio, pater eius Rex Philippus indiem deficiebat, neque enim poſt ſupradictam Andegauenſem Comitiſſam quiçquam Regia maieſtate digniter agebat, ſed rabie coniungitur raptus concupiſcentia voluptati ſuæ ſatisfacere operam dabat, ſed inde nec Reipublicæ prouidebat, nec proceri & elegantis corporis ſanitati plus æquo remiſſius parcebat, hoc vnum ſupererat, quod timore & amore ſucceſſoris filij regni ſtatus vigebat. Cumque fere ſexagenarius eſſet Regem exuens apud Milidunum caſtrum ſuper fluuium Sequanæ puta domino Ludouico extremum clauſit diem. Cuius nobilibus exequiis interfuerunt viri venerabiles VValo Pariſienſis Epiſcopus, Syluanectenſis, Aurelianenſis, & bonæ memoriæ Adam beati Dionyſij Abbas, & viri religioſi quamplures, qui nobile Regiæ maieſtatis cadauer ad Eccleſiam beatæ Mariæ perſetentes, celebres ei exequias pernoctauerunt. Sequenti vero mane lecticam palus ſeu quęcumque funebri ornatu decenter ornatam ſeruitus maiorum ſuorum impoſuit filius, & filiali affectu, quemadmodum decebat, modo pedes modo eques, cum quos habebat baronibus lecticā flendo adnitare ſtudebat. Hic etiam mirabilē oſtendens animi generoſitatē, cum toto tēpore vitæ ſuæ nec pro matris repudio, nec etiam pro ſupradicta Andegauenſi ipſum in aliquo offenderit, aut regni eius delationē defraudando in aliquo, ſicut alij conſueuerunt iuuenes, curauerit perturbare. Cum autem ad nobile monaſterium beati Benedicti ſuper Ligerim fluuium multo comitatu deportaſſent, quoniam ibidem ſe deuouerat, dicebant ſiquidem, qui ab eo audierant, quod à ſepultura patrum ſuorum Regum, quæ in Eccleſia beati Dionyſij, quaſi iure naturali habetur, ſe abſentari deſiderauerat, quod minus bene erga Eccleſiam ſe habuerat, & quia inter tot non magni duceretur eius ſepultura: in eodem monaſterio ante altare poſitum, prout decentius potuerunt, hymnis & prece animam Domino commendantes, corpus ſolemnibus ſaxis exceperunt.

Præfatus autem Ludouicus, quoniam in adoleſcentia Eccleſiæ amicitiam liberali defenſione promeruerat, pauperum & orphanorum cauſam ſuſtentauerat, tyrannos potenti virtute perdomuerat, Domino annuente ad regni faſtigia, ſicut bonorum voto aſciſcitur, ſic malorum & impiorum votiua machinatione, ſi fieri poſſet, excluderetur. Conſulte ergo agitur & potiſſimum dictante venerabili & ſapientiſſimo viro Iuone Carnotenſi Epiſcopo, vt ad refellandam impiorum machi-

nationem

nationem citiſſime Aurelianis conueniant eiuſque exaltationi operā dare mature feſtinent. Senonenſis ergo Epiſcopus Deinbertus inuitatus cum cōprouincialibus videlicet Galone Pariſienſi Epiſcopo, Manaſſe Meldenſi, Iohanne Aurelianēſi, Iuone Carnotenſi, Hugone Anciodorenſi acceſſit. Qui in die inuentionis ſancti protomartyris Stephani ſacratiſſimæ vnctionis liquore delibutum, miſſas gratiarum agens, abiectoque ſcholaris militiæ gladio Eccleſiaſtico ad vindictam malefactorum accingens, diademate regni gratanter coronauit, nec non & ſceptrum & virgam, & per hæc Eccleſiarum & pauperum defenſionem, & quæcunque regni inſignia approbante clero & populo deuotiſſime contradidit. Nec dum pro celebratione diuinorum feſtiuas depoſuerat exuuias, cum ſubito mali nuncij baiulatores à Remenſi Eccleſia aſſiſtunt literas contradictorias deferentes, & auctoritate Apoſtolica ſi tempeſtiue veniſſent, ne regia fieret vnctio interminantes. Dicebant ſiquidem primæ Regis coronæ prouincias ad ius Eccleſiæ pertinere Remenſis ſpectare, & à primo Francorum Rege quem baptizauit beatus Remigius, Clodouo hanc prærogatiuam illibatam & inconuulſam obtinere, ſi quis eam temerario auſu violare temptauerit, anathemate perpetuo ſubiacere. Ea ſiquidem occaſione Archiepiſcopo ſuo venerabili & merito viro viridi Rodulfo, qui Domini Regis eo quod abſque eius aſſenſu electus & inthronizatus fuerat, ſede Remenſi grauiſſimas & periculoſas incurrerat inimicitias, pacem impetrare aut Regem non coronari ſperabant. Quod quia intempeſtiue venerint, ibi multi ad propria loquaces redierunt, quicquid tam dixerunt, nihil vtile retulerint.

Ludouicus ergo Dei gratia Rex Francorum, quoniam in adoleſcentia idipſum conſueuerat diſſueſcere, non potuit videlicet Eccleſias tueri, pauperes & egenos protegere, paci & Regni defenſioni inſiſtere. Præfatus itaque Guido rubens, filiuſque eius Hugo Cruciatenſis iuuenis idoneus, armis ſtrenuus, tam rapinis quam incendiis aptus, totiuſque regni turbator celerrimus, rancore animi cumulato pro amiſſi caſtri Gornaci erubeſcentia à Regiæ excellentiæ derogatione non ceſſabant. Eapropter nec etiam fratri Comiti Corboilenſi Odoni; quia ei nullam contra Regem tulerat opem, parcere elegit, ſed eius inſidians ſimplicitati, cum quadam die venatum iri penes ſe ſecura decreuiſſet, quid rei, quid ſpei, corrupta inuidia conſanguinitas pariat inſipiens, animaduertit. Raptus equidem ab eodem fratre Hugone in caſtro, qui dicitur firmitas Balduini compedibus & cathenis impeditur, nec ſi facultas ſuppeteret, niſi cum Regem impeteret, bello expediretur.

Qua inuſitata inſania oppidani Curboilenſes multi, oppugnabat enim caſtellum veterana militum multorum nobilitas ad Regis maieſtatis publicum confugiunt aſylum, genibus eius peruoluti lachrymabili ſimultu captum Comitem & captionum cauſam denunciant, & in eum potenter eripiat, multiplici prece ſolicitant. Spe autem ereptionis eo ſpondente ſuſcepta, iram mitigant, dolorem alienant, & qua arte quibus valeant viribus dominum recuperare decertant. Vnde actum eſt quidam de firmitate Balduini quæ nec hæreditario iure, ſed occaſione cuiuſdam matrimonij de Comitiſſa Adelaide, quam retento caſtro ſpretam repudiauit, ad eum ſpectabat cum quibuſdam Curboilenſium conſcientes iure vitando in caſtro caute tamen eos recipere firmauerunt.

Quorum perſuaſione cum Rex pauca curialium manu ne implicaretur, acceleraſſet ſero cum ad hanc circaignes confabularentur, qui promiſſi fuerant, videlicet Anſellus de Garlanda dapifer tamquam miles ſtrenuus porta, quia determinatum erat pene cum quadraginta armatis receptus viribus eam occupare contendit. Verum oppidani fremitum equorum, equitum murmur inopinatum admirantes, econtra proſiliunt, & quia via oſtiis oppoſitis arctabatur, & ingreſſus ad nutum, aut ire aut redire prohibebat indigens præ foribus audaciores, expeditius eos cedebant. Qui & noctis tenebratur opacitate & loci, coarctati infortunio, cum ſuſtinere diutius non valentes

portam repetiſſent. Anſellus, vt erat animoſus, retrocedens & cæſus, quia portam hoſte anticipatus non potuit interceptus currum caſtri eiuſdem non vt dominus, ſed vt captiuus cum Comite Corboilenſi occupauit. Et pari dolore, diſpari timore cum alius mortem, alius hæredationem tantum timeret, verſus ille in eum aptari poterat:

——Solatia fati Carthago Mariusque tulit.

Quod cum clamore refugorum accelerantis Regis auribus inſonuiſſet: deuitando denſæ noctis moleſtia ſe demoratum dedignans celerrimo inſiliit equo & innitens irrumpendo portam præſidia ſuis audacter deſerre, porta ſacrata telorum & lancearum, & ſaxorum grandine ceſſit repulſus. Quo conſternati dolore fratres & conſanguinei capti dapiferi pedibus Regis peruoluti, miſerere, inquiunt, glorioſe Rex ſtrenue agēs, quoniā ſi neſandus ille Hugo Creciacenſis homo perditiſſimus, humani ſanguinis ſitibundus, vel huc memet vel illuc abducēs fratrem noſtrū, tangere quoquo modo potuerit iugulo eius citiſſime inſiſtat, neq; eū pœna maneat, ſi ferocior ferociſſimo ſubita morte eum interficiat, curabit. Hoc ergo timore Rex citiſſime caſtrum cingit, portarum vias obtrudit, municipiis quatuor aut quinque caſtrum concludit, & ad captorum & ad caſtelli receptionem, & regni & perſonæ operam impendit. Præfatus autem Hugo, quorum captione primo exhilaratus, horum receptione vel caſtri amiſſione valde perterritus anxiatus laborat, & quomodo caſtrum ingredi poſſet modo eques modo pedes multiformi ioculatoris & meretricis mentito ſimulachro machinatur. Vnde cum quadam die idcirca tota eius inuētio verſaretur, & caſtris animaduerſis inſerentium peremptorios impetus ſuſtinere non valens fugam apponit ſaluti, cum ſubita inter alios & ante alios animi & equi velocitate Guillelmus frater capti dapiferi miles facetus & armis ſtrenuus eum grauiſſime inſectans impedire conatur. Quem cum ipſe Hugo ipſa ſui velocitate ſingularem conſpiceret, vibrato fraxino ſæpe in eum intendebat, ſed quia timore conſequentium moram facere non audebat, reciprocam fugā capiebat, hoc mire & egregie callens, quod ſi cum ſolo ſolus mora aliqua iuuare poſſet, animi audaciam aut duelli trophęo aut mortis periculo mirabili fama declararet. Crebro etiam contigit, vt villas in via ſitas occurrentiū hoſtium indeclinabiles impetus nullo modo euadere valeret, niſi cū ſimulata fraude ſeipſum Garlādenſem Guillelmū fallendo. Guillelmum autem Hugonem ſe ſequentem cōclamaret & ex parte Regis, vt eum tanquam hoſtem impediret inuitaret. His & aliis huiuſmodi tam inſigni cautela quam animi ſtrenuitate fuga lapſus multos vnus deriſit. Rege autem nec hac nec alia occaſione ab incœpto obſidionis deſiſtens, caſtellum coarctat, oppidanos terebrat, nec eos impugnare deſiſtit, donec expugnatos clam militibus, quorundam tamen oppidanorum machinatione potenti virtute ad deditionem coegit. Quo tumultu milites ad arcem fugientes vitę non captioni conſuluerunt. Nam ibidem incluſi, nec ſe plene protegere, nec arcem exire quouis modo valuerunt, donec quidam cæſi, plures ſauciati Regiæ maieſtatis arbitrio ſuccumbentes tam ſe quam arcem non inconſulto domino ſuo expoſuerunt. Sic vno facto pius & ſceleratus eodem dapiferum ſibi fratribus fratrem Corboilenſibus Comitem tam prudenter quam clementer reſtituit. De caſtello militum quoſdam eorum bona depopulans exhæredauit, quoſdam diuturni carceris maceratione vt terreret, conſumens, affligens, duriſſime premens, inſtituit, talique victoriæ coronæ primitus contra æmulorum opinionem egregie domino ornante nobilitauit.

Ea tempeſtate ad partes Normannorum contigit deueniſſe Regem Anglorum Heinricum virum fortiſſimum, pace & bello clarum, cuius admirabilem & pene per vniuerſum orbem declaratam excellentiam. Ille etiam agreſtis vatis Anglorum ſempiterni euētus mirabilis ſpectator & relator. Mercuius tam eleganter quam veraciter ſummo præconio commendat, ac in eius laude voce prophetica erumpens ex abrupto, vt vatum mos molem ſuccedet, inquit leo iuſtitiæ, ad cuius rugitum Gallicanæ turres & inſulani dracones tremebunt. In diebus eius aurum ex lilio & vrtica extorquebitur, & argentum ex vngulis mugientium manabit. Calamiſtrati varia vellera veſtibūt, quia exterior habitus interiora ſignabit, pedes latrātium

trunca-

truncabuntur, pacem habebūt ferę, humanitas ſupplicum dolebit, findetur forma cōmercij, dimidium rotundum erit, peribit miluorum rapacitas, & dētes luporum hebetabuntur. Catuli leonis in æquoreos piſces transformabuntur, & aquila eius ſuper montes arantum nidificabit. Quæ tota tanti & tam decrepiti vaticinij, vſque adeo & perſonæ ſtrenuitati & regni adminiſtrationi adaptatur, vt nec vnum tota, nec vnum verbum ab eius conuenientia diſſentire valeat, cum ex hoc etiam quod in fine de catulis eius dicitur, manifeſte appareat filios eius & filiam naufragatos, & à marinis piſcibus deuoratos, & conuertibiliter phyſice transformatos, illius vaticinium pro certo verificaſſe. Præfatus itaque Rex Henricus Guillelmo fratri fœliciter ſuccedens cum conſilio peritorum & proborum virorum regno Anglię regno antiquorum Regum gratanter diſpoſuiſſet, ipſaſque regni antiquas conſuetudines ad captandam eorum beneuolentiam iureiurando firmaret applicuit ad portum ducatus Normannici, fretuſque domini Regis Francorum auxilio terram componit, leges recolit, pacem coactis imponit, nihil minus quam eruitionem oculorum, & celſitudinem furcarum ſi rapiant, promittens. His ergo & huiuſmodi promiſſionibus, & crebris promiſſionum redditionibus percuſſis, quia pollicitis diues quilibet eſſe poteſt, ſilet terra in conſpectu eius, pacem ſeruant geniti feroci Danorum propagatione pacis expertes Normanni, & in hoc ipſo vates agreſtis oracula verificantes. Petit enim miluorum rapacitas, & dentes luporum hebetabuntur, cum nec nobiles nec ignobiles deprædari aut rapere quacumque audacia præſumunt. Quod autem dicit ad rugitum leonis iuſtitiæ Gallicanæ turres & inſulam dracones timebunt. Huc accedit quod fere omnes turres & quæcumque fortiſſima caſtra Normanniæ quæ pars eſt Galliæ aut eius † † fecit, aut ſuos intrudens, & de proprio ærario procurans, aut ſi dirutæ eſſent, propriæ voluntati ſubiugauit. Inſulam dracones tremuerunt, cum quicumque Angliæ proceres, nec etiam mittere tota eius adminiſtratione præſumpſerunt. In diebus eius aurum ex lilio, quod eſt ex religioſi boni odore, & ex vrtica, quod eſt ex ſcholaribus pungentibus ab eo extorquebatur, hoc intendens, vt ſicut omnibus proficiebat, ab omnibus & ſeruiretur. Tutius eſt enim vnum vt omnes defendat ab omnibus habere, quam non habendo per vnum omnes deperire. Argentum ex vngulis mugientium manabat, cum turris ſecuritas horreorum plenitudinem, horreorum plenitudo argenti copiam, plenis ſeruis miniſtrabat. Qua occaſione & caſtrum Giſortium tam blanditiis quam minis à pagano de Giſortio eum extorquere contigit caſtrum munitiſſimum, ſitu loci compendioſum, quod ad vtrumque terminum Francorum & Normannorum fluuio gratæ piſcium fœcunditatis qui dicitur Etta, interfluente antiquo fune Geométricali Francorum & Danorum concorditer metito collimitat ad irruendum in Franciam gratum Normannis præbens acceſſum, Francis prohibens, quod ſi facultas habendi ſuppeteret, nec minus de Francorum Rege Anglorum ipſa loci & immunitatis oportunitate iure regni appetere debuiſſet.

Huius itaque repetitio caſtri inter vtrumque Regem ſubitum odij fomitem miniſtrauit. Vnde Rex Francorum cum ad eum pro redditione aut pro caſtri ſubuerſione miſiſſet, nec profeciſſet, notam rupti fœderis opponens diem agendi ſtatuit, locum aſſignat. Accumulantur interim, vt in talibus fieri ſolet, æmulorum maledictis excitata odia Regum, nec dum licet pacantur, quomodo ad colloquium ſuperbe & exoſe ſibi occurrant, vires militares exaggerant. Collectis ergo magna ex parte Francorum regni proceribus, videlicet Roberto Flandrenſi Comite cum quatuor ferme millibus militum, Comite Theobaldo Palatino, Comite Nyuernenſe, Duce Burgundionum cum aliis quamplurimis; multis etiam Archiepiſcopis & Epiſcopis, per terram Melluntenſis Comitis, quia adhærebat Regi Angliæ, tranſeundo depopulans & incendiis exponens, talibus beneficiis futuro adulabatur colloquio.

At vbi vtrobique maximo collecto exercitu, ventum eſt ad locum vulgo nominatum, Plancas Muſerli, ad caſtellum loco infortunatum, cui prohibet accolarum antiquitus, aut vix aut nunquam conuenientes pacificari ſuper ripam inter-

currentis & communem tranſitum prohibentis amnis concedit exercitus. Conſulte vero nobiliores & ſapientiores electi Franci per pontem tremulum & ſingulis & pluribus ſubitum minantem prçcipi cum ipſa ſui vetuſtate tranſeuntes Anglico Regi diriguntur, quorum qui referendam ſuſceperat actionis cauſam peritus Orator inſalurato Rege ore, ore Comitum, ſic perorauit:

Cum glorioſa domini Regis Francorum liberalitate Ducatum Normanniæ tamquam proprium feudu n ab eiuſdem munifica dextera veſtra recepiſſet induſtria, inter alia & præter alia hoc ſpecialiter iurçiurando firmatum conſtat de Giſortio & Braio, vt quocumque contractu vter veſtrum obtinere poſſet, neuter haberet, cum infra quadraginta receptionis dies poſſeſſor pacti obnoxius ipſa caſtella funditus ſubuerteret; quod quia non feciſtis, præcepit Rex & vt adhuc faciatis, & non factum lege competenti emendetis: dedecet enim Regem tranſgredi legem, cum & Rex & lex eandem imperandi excipiant maieſtatem. Quod ſi quid horum veſtrates aut dedixerint, aut dicere ſimulando noluerint, pleno duorum aut trium teſtimonium Baronum lege duelli parati fuimus approbare. Necdum his expletis ad Regem Franciæ redierant, cum Normannicos inſequentes Regi aſſiſtunt, quicquid cauſam lædete poterat inuerecunde diſſidentes inde iuris ordine querelam agitare poſtulantes, cum nihil aliud præcipue attenderent, quam quod infecto paratæ actionis negotio quacumque dilatione tantorum regni optimatum diſcretioni rei veritas non pateret. Remittuntur cum eis primis potiores, qui etiam per Comitem Flandrenſem, Robertum Hieroſolymitanum Palæſtritam egregium rem verificare audacter offerant, & lege duelli verborum exaggerationem reſutando, cui iuſtitia cedere debeat confligendo aperiant. Quod cum nec approbaſſent, nec conuenienter reprobaſſent. Rex Ludouicus vt erat magnanimus & animo & corpore procerus citiſſime dirigit, qui Regi hoc diſiungant, aut caſtrum ſubuertere, aut defractę fidei perfidia contra ſe perſonaliter defendere: age, inquiens, eius debet cögreſſionis eſſe pœna, cuius veri & victoriæ debet eſſe & gloria. Arbitratus etiam de loco quicquid decentius potuit, ſuccedat, inquit, eorum exercitus à ripa fluminis dum tranſuadari poſſumus, vt tutior eis locus maiorem offerat ſecuritatem, vel ſi magis placet, nobiliores totius exercitus habeat ſingulariter concertandi obſides, dummodo ad nos, remoto agmine noſtro, tranſire concedat. Neque enim aliter tranſuadari poterit. Quidam vero ridiculoſa iactantia ſuper præfatum tremulum pontem cum ſtatim corrueret, Reges dimicare acclamabant. Quod Rex Ludouicus tam leuitate quam audacia appetebat. Rex vero Anglorum inquit: non eſt mihi tibi tanti vt pro his & huiuſmodi famoſum & perutile in caſtrum ſuperuacanee amittam, & hęc & alia inuectiua refutans eum: Videto, inquit, dominum Regem vbi me defendere debeam, non vitabo, cum quid offerebat loci impotentia abnegaret. Quo ridiculoſo reſponſo moti Franci, tamquam fortuna locorum bella gerat, currunt ad arma ſimiliter & Normanni, & dum vtrique ad fluuium accelerant, maximi ſtragis & calamitatis detrimentum, ſola acceſſus remouit impoſſibilitas, quia vero ſermone diem detinuerant, nocte inſtante illi Giſortium, noſtri Caluum montem remearunt. At vbi primo polo ſtellas aurora fugauit, Franci heſternæ memores iniuriæ, militiæ inſuper feruore matutini, velociſſimis equis viam proripiendo prope Giſortium congredi irruentes, miro ſaltu, mira concertant audacia, & quantum præſtent multo marte exercitati longa pace ſolutis, cum Normannos per portam fatigatos intrudunt, edocere laborant. His & huiuſmodi primordiis initiata guerra, per biennium pene continuata grauius Regem Angliæ lædebat tum vniuerſam pene Normanniæ Marchiam, ſicut ſe Ducatus extendit, multa militia, & ſumptuoſis ſtipendiis ad terræ defenſionem circumcingebat, Rex vero Francorum antiquis & naturalibus caſtris & municipiis gratuita Flandrenſium, Pontinorum, Vilcaſſinorum & aliorum collimitantium ſtrenua impugnatione terram incendiis, depopulatione agitare non deſinebat. Cum autem Guillelmus Regis Anglici filius Regi Ludouico hominium ſuum feciſſet gratia peculiari, & peculij præfato caſtro eius augmentaminis, & hac eum occaſione in priſtinam gratiam reduxit. Quod

ante-

anteqnam fieret mirabilis eiuſdem cõtentionis occaſione & execrabilis hominum perditio mirabili punita eſt vltione.

Supetſiſtitur pro munitorio ardui littoris magni fluminis Sequanæ horridum & ignobile caſtrum, quod dicitur Rupem Guidonis in ſuperficie ſui inuiſibile rupe ſutũ incauatum, cui manus æmula artificis in deuexo montis raro & inſero hoſtio, maxime domus amplitudinem rupe cæſa extendit, antrum, vt putatur, fatidicum, in quo Apollinis oracula ſumantur, aut de quo dicit Lucanus: *Nam quamuis Theſſalia vates vim faciat fatis, dubium eſt quid traxerit illuc, Aſpiciat Stygias an quod deſcenderit vmbras.* Hinc forſitan itur ad manes, cuius faſtidioſi Diis & hominibus exoſi oppidi poſſeſſor Guido bonæ indolis adoleſcens anteceſſorum nequitiæ rupta propagine, rupta alienus cum honeſte & abſque miſeræ rapacitatis ingluuie vitam degete inſtituiſſet infauſti loci interceptus calamitate, ſoceris ſui nequioris nequiſſimi proditione detruncatus & locum & perſonam morte inopinata amiſit. Guillelmus ſiquidem gener eius genere Normannus, proditor incomparabilis vt putabatur familiaris, & amiciſſimus eius cum concepiſſet dolorem & peperiſſet iniquitatem crepuſculo cuiuſdam Dominici diei, nactus proditionis oportnnitatem cum his, qui deuotiores primi ad Eccleſiam domini Guidonis partita rupe contiguam conueniebant, & ipſe ſed diſſimiliter loricatus, ſed cappatus non proditorum manipulo conuenit, & dum alij orationi, ipſe aliquando orare fingens, quo intraret ad Guidonem ingreſſu ſpeculatus, eo quo Guido oſtium intrare Eccleſiam maturabat irrupit, exertoque gladio cum nequiſſimis ſociis propria iniquitate debacchatus furit imprudentem & ſi non ſentiret gladium, arridentem percutit, mactat, & perdit. Quod nobilis ipſius coniunx videns, ſtupida genas & capillos muliebri vltione dilaceratos ad maritum currit, mortem non curans, ſeipſa ſuper eum corruens operit: Me, inquiens, me miſeram, & ſic mori meritam potius viliſſimi carnificis detruncare, ictuſque & vulnera gladiatorum marito ſuperoppoſita excipiens, quando in iſtos Catharinæ deliquiſti ſponſæ? Nonne & gener & ſocer amici indiſſolubiles eratis? Quænam eſt inſania pleni eſtis mania?

Quam cum per capillos retorquentes digladiatam, punitam, & pene toto corpore cæſam auulſiſſent, virum morte turpiſſima peremerunt, infantes quos inuenerunt Herodiana nequitia rupe alliſos extinxerunt. Cumque hac & illac frendentes debaccharentur, ſuprema mulier leuans miſerum caput, truncum maritum recognoſcit amore rapta qua potuit impotentia ſerpens more ſerpentis, ſe totam ſanguineam contorquens, ad cadauer exanime deuenit, & quæcumque poterat ſumme oſcula gratiſſima porrigebat, & lugubri erumpens cantilena, qua poterat lugubres perſoluens inferias, clamat: Quid reliqui mi facis Catharinæ ſponſæ? Nunquid hoc meruit iuxta me tua prædicabilis continentia? Nunquid hoc comparauit patris, aui, & ataui depoſita nequitia? Nunquid vicinorum & pauperum domi penuriam reponens neglecta rapacitas. Hæc ait, ait & laſſo iacuit deſerta furore. Nec erat qui totum mortuum & fœminam vno ſanguine inuolutos ſequeſtraret.

Tandem vero, cum ſceleratus Guillelmus eos ſicut porcos expoſuiſſet, ſaturatus humano ſanguine more beluino ſubſedit, rupis fortitudinem plus ſolito admiratus approbat, quomodo potenter circumquaque rapiat, quomodo Francis & Normannis procellæ timorem incutiat, ſero tantum deliberat. Deinde caput inſanum per feneſtram exponens vocat natiuos terræ accolas expers boni bona promittit, ſi ei adhærerent, quorum nec vnus intrauit. Mane vero tanti & tam ſcelerati facti fama non ſolum vicinam, ſed & remotos ſollicitat. Quo Villicarenſes viri ſtrenui, & armis fortiſſimi grauiſſime exciti, circumquaque & militum & peditum ſinguli pro toto poſſe vires colligentes, quoniam timebant potentiſſimum Regem Anglorum Henricum præſidia proditoribus ferre, ad rupem feſtinant, decliuo rupis multos militum & peditum, ne quis intret aut exeat, opponunt, viam ex parte Normannorum locando exercitum, ne ferant præſidia, obtrudunt.

Interim ad Regem mittunt L. functionem ſignificant & quid ſuper his præcipiat conſulunt. Qui Regiæ maieſtatis imperio morte exquiſita turpiſſima præcipit muniri, mandat ſi oporteat ſuffragari. Cumque per aliquot dies exercitus conſediſſet, nefandus ille, augmentato de die in diem exercitu, timere cœpit. Cumque quid ſuadente diabolo feciſſet, eo docente animaduerteret, accitis quibuſdam vilcaſſini nobilioribus, quomodo pace in rupe remaneat eis confœderetur, Regi Francorum optime ſeruiat, promiſſionibus multis elaborat. Qui reiicientes & proditionis vltionem improperantes, in hoc iam ipſum remiſſum impulerunt, vt ſi terram quandam ſibi adiurari facerent, & ſecuritatem eundi darent, occupatam dimitteret eis munitionem. Quo iureiurando firmato Francorum plures ſe recepti ſunt. Procraſtinato autem eorum exitu, occaſione præfata, cum in inane præter iuratos aliqui intrarent, & alij alios ſequerentur, inualuit clamor exteriorum, & vt proditores exponant, horribiliter vociferantur, aut faciant, aut ſimilem proditorum pœnam, tamquam conſentientes, ſortiantur.

Qua audacia & timore reuertentibus iuratoribus, qui non iurauerant in eos præualendo, inſilientes gladiis eos aggrediuntur impios pie trucidant, membris emutilant, alios duriſſime euiſceranr, & quicquid crudelius mitius reputantes, in eos exaggerant. Nec diſcedendum diuinam manum tam celebrem maturaſſe vltionem, cum & per feneſtras viui aut mortui proiiciuntur & innumeris ſagittis Hyritiorum more Hiſpidi cuſpidibus lancearum macere vacantes, ac ſi eos terra reiiciat vibrantur. Hanc autem inuſitato facto inuſitate reperiunt vltionem. Quod quam vecors viuus fuerat mortuus eſt excordatus. Cor ſiquidem extis ereptum, fraude & iniquitate turgidum, palo imponunt ad repræſentandam iniquitatis vindictam multis diebus certo in loco infigunt, cadauera vero tam illius quam quorundam ſociorum compoſitis clerus raſtris & funibus ſuperligata per fluuium Sequanæ demittunt, vt ſi forte vſq; Rotomagum fluctuare non impediantur, proditionis vltionem oſtentent, & qui Franciam Montiuanteneo fœtore fœtauerant, mortui Normanniam deinceps, tamquam natale ſolum, fedare non deſiſtant.

Charitas fidei facit, vt ſæpius mala pro bonis, quam bona reddantur pro malis. Æternum diuinum, alterum nec diuinum nec humanum fit tamen. Qua nequitiæ nota cum Regis Ludouici Philippus frater de ſupradicta Andegauenſe tam patris perſuaſione, cui numquam reſtitit, quam blandis nobiliſſimis & bene motigeratæ nouercæ illecebris honorem montis Leherij & Meduntenſis caſtrimq; eſſis regni viſceribus ab eodē obtinuiſſet Philippus tantis ingratus beneficiis recalcitrare nobiliſſimi generis fiducia præſumpſit. Erat enim Amalricus de monte forti egregius miles Biro potentiſſimus, auunculus eius Fulco Comes Andegauenſis, poſtea Rex Hieroſolymitanus frater eius, mater etiam his omnibus potentior, viragoque faceta & eruditiſſima illius admirandi muliebris artificii, quo conſueuerunt audaces ſuis etiam laceſſitos iniuriis maritos ſuppeditare Andegauenſem priorem maritum, licet thoro omnino repudiatum, ita mollificauerat, vt eam tamquam dominam veneraretur, & ſcabello pedum eius ſcepttis reſidens ac ſi præſtigio fieret voluntati eius omnino obſequeretur. Hoc etiam vnum & matrem & filios & totam efferebat progeniem, vt fide Regis ruina quacumque occaſione contingeret aliter fratrem ſuccederet, & tota conſanguinitatis linea ad ſolum regni, honoris & dominij participatione ceruicem gratantiſſime erigeret.

Cum ergo præfatus Philippus crebro ſubmonitus, auditionem & iudicium curiæ ſuperbæ refutaſſet, deprædationibus pauperum, contritione Eccleſiarum, totius etiam pagi diſſolutione, Rex laceſſiuus illuc, licet inuitus, properauit, vt cū ſæpius tam fratris quā ſui, fortiſſima militū manu multa iactantia repulſam promiſiſſent, ſeipſos etiā à caſtro timidi abſentauerunt. Quo Rex expedite irruēs loricatus p mediū caſtri ad turrim feſtinans, obſidione cinxit, dūq; machinas impugnatorias

Man-

Mangummella & fundi baluria inchoat inſtrumenta nõ ſtatim, ſed pet multos dies cum de vita deſperarent, eos ad deditionem coegit. Interim vero mater & auunculus Almaricus de monte forti alterius honotis videlicet montis Leherij formidantes amiſſionem, eundem honorem Hugoni Tetranenſi filiam Almarici matrimonio copulantes contulerunt. Hoc ei vnum peremptorium impedimentum opponere ſperantes, à tam ipſius bonoris caſtris quam Guidonis de rupe forti fratris ſui, ipſius quoque Amalrici vſque in Normanniam poteſtate, ſiue interpolatio ne extenſa via impediretur & per alias quas poſſent omni die inferre vſque Pariſium. Iniurias etiam drocas ire ei nullo modo permitteretnr. Cum enim Hugo inito matrimonio illuc velociter curreret, velocius eum Rex ſecutus eſt, eum eadem hora, eodem momento, vt comperit, caſtrum pręfati honoris oppidum audaciſſime accelerauit: vnde meliores terræ ſpe liberalitatis ſuæ & approbatæ manſuetudinis ſibi alliciens, nota tyrannidis & crudelitatis formidine eripir.

Cumque ibi per aliquot dies alternatim Hugo vt haberet, Rex vt non haberet concertantes demorarentur, quoniam alia fallacia aliam trudit, hac Hugo deluditur cautela, quoniam conſulie aſſiſtit Mylo Debrayo filius magni Mylonis, qui iure hæreditario honorem repetens peruocatis Regibus flens & eiulans multis precibus pulſat Regem, pulſat Conſiliarios, rogat ſuppliciter, vt regia munificentia honorem reddat: paternam hæreditatem reſtituat, tamquam ſeruum aut inquilinum deinceps habeat, pro voluntate vtatur. Cuius lugubri poſtulationi Rex condeſcendens, accitis oppidanis, iam etiam Mylonem dominum offerens, ita eos ab omni illata retro moleſtia pacatos exhilarat, ac ſi lunam & ſtellas eis cœlitus demiſiſſet. Nec mora, cum ſubito Hugonem exire præcipiunt, ſi non citiſſime exeat, citiſſimum exitum promittunt: contra naturalem dominum nec fidem, nec ſacramentum, ſed potentiam aut impotentiam valere minantur. Quo ſtupatus Hugo fugam rapit ei euaſiſſe, non ſua amiſiſſe reputans pro montiua teneo gaudio coniugum, longum repudij dedecus, nec ſine magno incommodo equorum, & ſupellectilis amiſſione abſportauir, & quid cum hoſtibns contra dominum mire conferat turpiter expulſus, animaduertit.

Sicut bene fructificantis arboris gratiſſimus fructus aut ſtipitis tranſplantatione aut ramorum inſertione odoriferum ſaporem teſtaurat; ſic & iniquitatis & nequitiæ extirpãda propagatio de traduce multorum nequam, immo conglutinata tamquam anguis angui inter anguillas ſimulans: natiua amaritudine tamquam abſynthio potat. Cuius inſtar Hugo Puteolenſis vir nequam & propria & anteceſſorum tyrannide ſola opulentus, cum ſucceſſiſſet in honore Puteoli auunculo Guidoni, pater enim eius miræ ſuperbiæ in primordio Hieroſolymitanæ viæ arma aſſumpſerat, omni malitia patrillare ſemen nequam non deſiſtebat, ſed quos pater flagellis, patre nequior ſcorpionibus cædebat. Intumeſcens quippe quod impune pauperes Eccleſias, monaſteria crudeliſſime oppreſſerat quouſque pedem mouit, vnde ceciderunt qui operantur iniquitatem expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare. Cum ergo nec Regem omnium, nec Regem Francorum magniduceret, nobiliſſimam Carnotenſem Comitiſſam, cum filio Theobaldo pulcherrimo iuuene & armis ſtrenuo aggreſſus, terram eorum vſque Carnotum depopulans, rapinis & incendiis exponebat. Nobilis vero Comitiſſa cum filio aliquando, licet tarde & inſufficienter, prout poterat, vlciſci nitebatur, numquam tamen aut vix Puteolo à milliaribus octo ſeu decem appropinquabant, tanta erat Hugonis audacia, tanta poteſtati nec ſuperbiæ ſuppetebat facultas, vt eum pauci diligerent: multi ſeruirent, cum multi ad defenſionem, quamplures ipſi etiam ad deſtructionem auelarent; magis enim timebatur quam amabatur. Cum autem Comes præfatus Theobaldus, per ſe parum, per Regem multum proficere in Hugonem propenderet, cum nobiliſſima matre, quæ ſemper nobiliter Regi ſeruire conſueuerat, ad eum accelerat, vt opitulenter multis precibus pulſat, multo ſeruitio eius opem meruiſſe repræſentat, Hugonis quædam patris, aui & atauorum opprobria reportat. Memorare, inquiens, Domine Rex, ſic decet Regiam maieſtatem opprobrij & dedecoris, quod auus Hugonis patri tuo Philippo

fœdus periurio intulit enm eum multas illatas iniurias vleiſci innitentem à Puteolo turpiter reputat faſtu nequiſſimæ conſanguinitatis factioſæ conſpirationis exercitum eius vſque Aurelianum fugauit, captum Comitem Nirieruenſem, Lancelinum Bangenciacenſem, milites pene eentum, & quod hactenus inauditum erat, Epiſcopos quoſdam eatcere ſuo dehoneſtauit, addebat etiam improperando qua cauſa, qua origine in medio terræ ſanctorum conſtantum ad tuitionem eius à venerabili Regina Conſtantia caſtrum non ab antiquo fuerat, quomodo etiam per totum ſibi, nihil Regi reliquum præter iniurias fecerat. Modo ſi placeret quia Carnotenſis, Bleſenſis & Diunenſis exercitus eopia, qua fretus, reſiſtere conſueuerat, non ſolum deficeret, ſed & ei offieeret, eaſtri ſubuerſione & Hugonis exhæredatione & paternas & ſuas vleiſci poterar facile iniurias. Quod ſi neo ſuis nec bene meritorum punire velletiniurias, Eccleſiarum oppreſſiones, pauperum deprædationes, viduarum & pupillorura impiiſſimas vexationes, quibus & terram ſanctorum & terræ accolas dilapidabat, aut ſuas faceret, aut remoueret. Cum ergo talibus & plnribus pulſatus Rex, his conſulendis diem dediſſet Mulidunnm conuenimus. Vbi multi Archiepiſcopi, Epiſcopi, clerici & monachi confluentes, quia eorum terras lupo rapacior deuorabat, clamabant, pedibus eius etiam nolentis aeeubabant, vt rapaciſſimum prædonem Hugonem compeſceret, præbendas ſuas munificentia Regum † † † ferax eſt frumenti, ſeruitoribus Dei conſtitutas, de fauce draconum eripiat, terras ſacerdotum non minus ſub ſæuitia Pharaonis ſolas emancipatas emancipare ſatagat, partem Dei cuius ad viuificãdum portat Rex, imaginem vicarius eius liberam reſtituat, ſupplicitet implorant.

Quorum prece bono animo ſuſcepta, nihil ineonuenienter ſuſcipiens, recedentibus Prælatis Eccleſiæ, Archiepiſcopo Senonenſi, Epiſcopo Aurelianenſi, Carnotenſi, venerabili Iuone, qui tentus fuerat carcere, quem coactus fuerat pingi in eodem caſtello multis diebus conſenſu bonæ memoriæ Abbatis Adæ anteceſſoris noſtri † † Tauriacum cui præeram in Belſa † † beati Dionyſij vtilem & fertilem, ſed nullo modo imminutam præcipiens vt dum ipſe, cum adhuc ad cauſam ſuper his vocaret mille prouiderem hominum ſuorum & noſtrorum manu militari pro poſſe fulcitam, ne eam incendio diſſolueret, operam darem, eam enim munus & ſicut pater feeerat, caſtrum inde pugnaret. Quod cum nos Domino auxiliante militum & peditum copia bene aliquantiſper temporis compleremus conſumato Hugonis per abſentationẽ ſui iudicio Rex ad nos Tauriaeum magno cum exercitu deuenit, caſtrum abiudicatum ab illo Hugonem repetiit. Nec mora eum exire recuſaret, Rex maturat aggredi caſtrum tam militarem quam pedeſtrem ei applicat exercitum, baliſtam multiplicem, arcum, ſcutum, & gladium & bellum, vt videret & valeret mirari vieiſſim ſagittarum imbrem, galearum fulgurantium ſuperius ſcintillare multis ictibus, ignem ſcutorũ, ſubitam & mirabilem confractionẽ & perforationẽ, & vt impulſi ſunt per portam in eaſtrum, ab intus ſuper nos de propugnaculis & glande mirabilem & pene intolerabilem, etiam audaciſſime deiici grandinem, trabiũ depoſitione, & fundium immiſſione incipere non perficere repulſionem. Regales econtra fortiſſimo animo & corporis robore acerrime dimicantes ſeutis contractis, aſcellas, oſtia, & quæque lignea ſibi proponentes portis inſiſtunt, carros etiã quos multa cõgerie ſiccorum lignorum adipis & ſanguinis cito fomento flammis aceendendis onerari feceramus, erãt enim ex re immeriti, & omnino diabolici, parte in manu forti opponunt vt & ipſis carris ineendiũ inextinguibile oppriment, & ſe ipſos oppoſito lignorum aggere tueantur. Cumq; alij accẽdere, alij extinguere periculoſe concertant, Comes Theobaldus aliunde eum ſcilicet parte, qua reſpicit Carnotum, magno & militari & pedeſtri exercitu aſſerens inuadere memor iniuriarum feſtinat, & dum ſuos arduo valli decliuo aſcendere concitat, euius deſcendere imo corruere dolet, quos caute quaſi per nos ſerpere ſurſum cogit, deorſum ſupinos incaute præcipitari reſpicit: & virum inſequentibus molis ſpiritum exhalenti cognoſcere ſatagit. Quoniam enim milites velociſſimis equis caſtri defenſionem circuibant, magnaliter glandi innitentes, inopinate dum ſuperuenirent, cędebant, detruncabant, & ab alto foſſati imo grauiter deiiciebant.

Iamque

Iamq; manus diſſolutæ & debilitata genua aſſultũ ſopitũ pene fecerant, eum valida, imo omnipotens omnipotentis Dei manus tantæ & tam iuſtæ vltionis cauſam ſibi omnino adſcribi volens, eum commutatis patrię parrochiarum adeſſent, cuiuſdam caſu presbyteri ſuſcitauit fortitudinis robuſtum ſpiritum, cui cõtra opinionem humanam datum eſt poſſibile, quod armato Comiti & ſuis contingebat impoſſibile. Velociter ſiquidem viliſſimam aſcellam ſibi præferens fronte nudo aſcendens ad ſepem vſque peruenit, & latendo ſub his quæ ſepierant, aptate operturis eas paulatim deponebat; quæ cum libere ſe facere gauderet, innuit hæſitantibus & bacchantibus in campo vt opem ferrent: qui videntes presbyterum inermem fortiter clauſuram deiicere, armati inſiliunt, ſecures & quæque inſtrumenta ferrea clauſuris apponentes ſecant, diſrumpunt; & quod mirabile cœleſtis arbitrii ſignum fuit, ac ſi alterius muri Hiericho cecidiſſet, eadem hora & Regis & Comitis exercitus ruptis clauſtris intrauerunt: vnde quam plures eorum eum in vtrãq; partem incurſus hoſtium hinc & inde conuolantium vitare non poſſent interceptos citiſſime grauiter; reliqui vero, nec non & ipſe Hugo cum intus caſtellum muro cinctum tuto non ſufficeret, præſidio immota ſcilicet turre lignea ſuperiori ſe recipit. Nec mora cum ſe inſequentis exercitus tela minantia abhorreret: percuſſus deditioni ceſſit, & captiuatus in propria domo cum ſuis, quanta ſuperbia pariat ruinam miſerrime compeditus animaduertit. Cum vero Rex potitus victoria nobiles captos prædam regiæ maieſtati idoneã eduxiſſet, cũctam caſtri ſuppellectilem, & omnes diuitias publicas, caſtrumq; incendio conflammari imperauit: turrim tantum incendere paucis debuit ea de cauſa, quod Comes Theobaldus immemor tanti beneficii facti, quod nũquam per ſe adipiſci valeret, machinabatur marchiã ſuam amplificare, caſtrum corrigendo in poteſtate Puteoli, quod de feudo Regis fuerat apud villam quæ dicitur Alona. Quod cum rex omnino recuſaret, Comes pactũ hoc offerebat per Andreã de Baldanato terræ ſuæ procuratorẽ ratiocinare: rex vero ratione & lege duelli nunquam ſe pepigiſſe per Anſellum dapiferum ſuum vbicũq; ſecure vellent defendere. Qui viri ſtrenui multas huic prœlio poſtulantes curias, nullam inuenerũt: ſubuerſo ergo omnino præfato caſtro; nec non & Hugone in turre caſtri Landulfi incluſo.

Theobaldus Comes fretus auunculi ſui regis Anglici inclyti Henrici auxilio regi Ludouico cum complicibus ſuis guerram mouet, terram turbat, Barones ſuos pollicitis & donis ſubtrahit, & quicquid deterius reipublicæ Iunchus machinatur. Rex autem, vt erat vir militiæ aptus vlciſci in eum frequentabat: & cum multis aliis Baronibus, cum auunculo ſuo Comite Flandrenſe Roberto accito viro mirabili, Chriſtianis & Sarracenis a primordio Hieroſolymitanę viæ armis famoſiſſimo, terram eius exponebat. Vnde eum quadam die Meldenſe ciuitati exercitum induxiſſet, contra Comitẽ viſo eo frendens in eum & ſuos inſiliit, nec fugitiuos vrbe tum per pontem inſequi proſternit, & Comite Roberto & ceteris regni optimatibus gladiis, ſponte decidente fluctibus inuoluit: virum expeditum Hectoreos vides mouere Lactatos, ſuper pontem tremulum giganteos impetus actitare: ingreſſu peruerſo niti permultis renitentibus villam occupare. Quod nec interpoſitus magnus Maternæ fluuius prohiberet, ſi trans flumen porta clauſa non reſtitiſſet: nec minus præclaro facinore ſtrenuitatis famam nobilitauit eum Latiniaco exercitum mouens obuianti militiæ ingrata prelatorum planitie iuxta Pomponam arma conuertit fugam celerem crebris affectare cogit colaphis. Qui cum pontis primi arcum formidarent introitum, alii ſe influctuare grauiſſimo mortis periculo timide conſulentes viræ non timuerunt, alii ſe ipſos pontem proripiendo calcantes arma reiiciunt, & hoſtibus ſibi hoſtiliores dum inſimul omnes volunt, vix vnus pontem ingreditur, dumque tumultuoſos eos confundit impetus, quanto feſtinant, tanto plures demorantur: & fit exinde vt nouiſſimi primi, & primi fiant nouiſſimi; quia tantum ponti ingreſſus foſſato cingebatur. Præſidio eis erat, quia regii quirites niſi vnus per alium eos inſequi non valebant, nec ſic etiam ſine magno ſui diſpendio, cum multi niterentur, pauci pontem prendere poterant. Qui autem quocumque modo intrabant ſæpius, aut ſe horum aut noſtrorum turba turbata inniti, genu flecte-

bant, & reſilientes alios idem facere cogebant. Inſecutus autem eos rex cum ſuis multa ſtrage vrgebat, quos offendebat conterebat: quos conterebat, iam gladii impreſſione quam fortiſſimi equi impulſione Marronæ fluuio ingurgitabat. Verum ſicut inermes leuitate fluctuabant ſui, ſic & loricati pondere ſuo graues ſemel merſi ante trinam demerſionem Comitum ſuffragio retrahuntur, rebaptizatorum opprobrium, ſi talis eſſet occaſio referentes. His autem & huiuſmodi rex Comitem Angarianis moleſtiis trans eius, vbi tam in Brienſi quam in Carnotenſi pago demolitus, nec eius præſentiam plus abſentia, nec abſentiam plus præſentia appetatur. Cumque Comes inſufficientiam & inertiam ſuorum formidaret, regi Barones ſuos ſubripere, calet donis & promiſſis eos alliciēs, & diuerſarum querimoniarum ſpem reſtitutionis antequam cum rege faciat pacem repromittens; inter quos Lancelinum Belenſem domini Martini, dominum Paganum de monte Gaio, quorum terra quaſi in Buno poſita ſecurum agitandi Pariſium porrigeret acceſſum alligauit: hac eadem cauſa Radulfum de Balgenſiaco cum coniugem germanam cognatam regis Hugonis Magni filiam haberet illexit: & vtile proponens honeſto, vt prouerbialiter dici ſolet, ſtimulus auum accelerat, multa ſtimulatus anxierate nobilem ſororem inceſtuoſo matrimonio Miloni de monte Leherii, cui ſupra memorauimus regem caſtrum reddidiſſe, irreuerenter copulauit. Quo facto & commeantium interrupit oportunitatem, & tanquam in ipſo medio Franciæ conclaui procellarum & guerrarum locauit antiquam importunitatem. Et dum eo cum eo cognatos Hugonem de Caſtello forti Creriacenſem & Guidonem de Rupe forti ſurripit pagum Pariſienſem & Stampenſem, ſi militia non prohibeatur guerris exponit. Et dum Comiti Theobaldo, & Brecienſibus & Trecēſi patruo Hugoni & Trecenſibus contra Pariſienſes & Syluanectenſes citra Sequanam Miloni vltra, patulus apirrio acceſſus ſubripitur patriæ ab alio aliis ſuffragari. Similiter Aurelianenſibus cum Carnotenſes, Dunenſes, & Brienſes ſuffragio Rodulfi Belgentiacenſis nullo oppoſito arcebantur. Rex veroſæpius ſupra dorſum eorum fabricabat, cui nec Angliæ, nec Normanniæ opum profuſio parcebat, cum inclitus rex Henricus toto niſu, tota opera terram eius impugnabat, qui tantum his procellebatur, quantum ſi flamma cuncta minentur pelago ſubducere fontes.

Interea contigit decedere Curboſſenſem Comitem Odonem, hominem non hominem, quia non rationalem, ſed pecoralem filium Buchardi ſuperbiſſimi Comitis, qui tumultuoſus miræ magnanimitatis, caput ſceleratorū cum ad regnum aſpirans quadam die contra regem arma aſſumeret, gladium de manu porrigentis recipere refutauit aſtanti coniugi Comitiſſę innectiue ſic dicens; Probe nobilis Comitiſſa, nobili Comiti ſplendidum enſem lætabunda, quia qui Comes ante recipit rex hodie tibi reddet: verum e contrario domino diſponēte, contigit vt nec quid erat, nec quid eſſe volebat diem excederet, cum eadem die lancea percuſſus Comitis Stephani ex parte regis dimicantis regno pacem firmauerit, & ſe & ſuam guerram ad inferni nouiſſima infinite debellando tranſtulerit. Mortuo itaque filio Odone Comite Comes Theobaldus cum matre, & per Milonem & per Hugonem quibuſcunque poterant & donis & datis & pollicitis omnimodam dabāt operam, vt ſi hoc cum collatoribus caſtrum obtinere poſſent, regem omnino euiſcerarent. E contra rex & ſui eos refellendo cum multo & ſumptuoſo labore ad obtinendum inſudaſſet abſq; præfati Hugonis deliberatione, quia Comitis nepos erat, minime potuit. Data ergo his explendis die & loco patenter malorum præſago, ſcilicet apud villam Epiſcopi Pariſienſis Moſaicum cum conueniſſemus, & in parte nociua, & in parte innatiua foret eius deliberatio. Et non potuimus quod volumus, nolumus quod potuimus. Abiurato ſiquidem ab illo Curbo illo caſtro cuius ſe heredem iactabat abiurās nobis omnibus omnes angurias, omnes tallias, omnes vexationes, omnium Eccleſiarum, & monaſteriorum, poſſeſſionum, & datis obſidibus pro his omnibus, & quod Puteolum nunquid abſq; domini regis firmaret voluntate, perfidia non arte deluſi redimimus. Nec mora cum nec dum congelatum, ſed liquidum & recens adhuc ſacramentum floccifieret, Hugo longa exaſperatus captione inſtar canis diu cathenati, qui concepta & retenta longo tempore in vinculis inſania ſolutus intolerabili-

lerabiliter deſæuit? excatenatus mordet, & diſcerpit, haud ſecus Hugo congelatam liquefaciens nequitiam, ſtimulat, mouet ad fraudem, accelerat. Confœderatus ergo regni deſœderatis videlicet Palatino Comiti, Theobaldo, & egregio regi Anglorum Henrico, cum dominum regem Ludouicum in Flandriam pro regni negotiis profecturum accepiſſet, collecto quantocunque equitum & peditum potuit exercitu, Puteolum caſtrum reſtituere deliberat, adiacentem pagum aut euerſum iri, aut ſibi ſubiicere maturat. Tranſiens ergo quodam ſabbatho per euerſum caſtrum, vbi tamen publicum regis permiſſione patebat forum, mirabili fraude huc ſecuritatem præcone vociferāte iureiurando ſpondebat, ibidem quos ditiores addiſcere poterat inopinato carceri detrudebat, & vt bellua frendens, & quicquid occurrebat diſcerpens, Tauriacum villam beati Dionyſii munitam cum Comite Theobaldo funditus euertere feſtinat, qui inde nos conueniens doli & nequitiæ gnarus, multa prece vt pro eo ad dominum regem intercedere, eadem die tranſiremus, obtinuerat abſentia noſtri nullam abſque difficultate arbitratus ingredi, aut ſi ei reſiſtitur, omnino delere. Verum qui in parte Dei & beati Dionyſii munitionem intrabant, & Dei auxilio & loci præſidio munitis propugnaculis tam viriliter quam audaciſſime reſiſtebant. Hos autem citra Curboilum venientes cum domino regi, qui iam rei veritatem a Normannia acceperat, occurremus citiſſime: inquiſita aduentus noſtri cauſa, ſimplicitatem noſtram deriſit, & cum multa indignatione Hugonis fraudem aperiens, ad ſuffragandum in vrbe velociſſime remiſit. Et dum ipſe Stampenſi via exercitum colligens, nos rectiori & breuiori dirigimus hoc vnum multo & frequenti intuitu a longe aſſumentis, nec dum occupatæ munitionis argumentum quod Triſtega turris in eadem munitione longa planitie ſupereminens apparebat, quæ capta munitione illico igne hoſte ſolueretur. Et quia hoſtes totam viciniam rapiendo, deuaſtādo occupabant, neminem occurrentium donis etiam aut promiſſis nobiſcum ducere poteramus: vnde quanto pauciores, tanto ſecuriores, iam ſole in veſperum declinante, cum quia hoſtes noſtros tota die impugnantes, expugnare non valentes fatigati parum ſubſtitiſſent, nos ac ſi eſſemus de eorum conſortio, ſpeculata opportunitate, non ſine magno periculo per medium villæ irruentes: quia quibus munieramus in propugnaculis noſtrates portam parauerant, citiſſime Domino annuente intrauimus; quia noſtra exhilarati initiū ſabbarba hoſtium deridebant, multiſque conuitiis & opprobriis laceſſientes ad reciprocum aſſultum me inuito & prohibente reuocabant; verum vt me abſente, ſic & præſente, & defenſores & defenſionem diuina manus protexit. Cumque noſtrorum pauci de paucis, eorum multi de multis vulnerati deficerent, alii multiplici ſuorum lectica deportantur: alii raro viliſſimo terræ aggere retruſi, cras aut poſt cras morſibus luporum exponendi reponuntur. Nec dum Puteolum repulſi redierant, cum Guillelmus Garlandenſis, & de familia regis quamplures promptiores & validiores armati velle ſuffragari accelerant: eos circa inuenire ad offendendam regiæ militiæ audaciam toto animo peroptant; quos ipſe dominus rex ſtatim in aurora ſubſecutus, cum eos per burgum hoſpitatos audiſſet, notiuam in hoſtes parabat vltionem, tanto hilaris, tanto lætabundus, quanto eos ſubita ſtrage, inopinata vltione inopinatam iniuriam ſtrenue vlciſci contingeret: verum hoſtes cognito eius aduentu mirabantur functionem adeo cælatam ei innotuiſſe, iter Flandrenſe ſubito poſtpoſuiſſe ad ſuffragandum non tam celeriter veniſſe, quam euolaſſe. Cumque nihil aliud audientis caſtri reſtitutioni inſiſtunt, rex propinquum pro facultate colligit exercitum: multis enim eum in locis guerra vrgebat. Cumque inſtante die Martis exercitum eduxiſſet, acies componit, duces proponit, ſagittarios & baliſtarios loco ſuo opponit, & pedetentim caſtro adhuc imperfecto appropinquans, qui audierant Comitem Theobaldum ſe iactitaſſe contra eum in campo dimicare conſueta magnanimitate pedes armato inter armatos deſcendit equos, remoueri iubet quos deſcendere ſecum fecerat, ad audaciam inuitat, ne flectantur ſollicitat, vt fortiſſime dimicent, clamat. Quem quum adeo ſtrenue venientem hoſtes & viderent & formidarent: veriti caſtri percinctum exire, timide, ſed caute elegerunt infra quendam foſſatum antiquum diruti caſtri.

acies componere, vbiq; expectate in hoc callentes vi eum regis exercitus foſſatum inniteretur conſcendere: illic conſcendete, acies ordinate exordinarentur, exordinate vacillarent; quod magna de parte contingere contigit: primo enim congreſſionis impetu cum regii quiritis multa cæde, mira audacia, a foſſata eos ſicut victos propuliſſent: exordinatis aciebus eos indifferenter inſequentes, agitabant. Interea Radulfus Bangentiacenſis vir magnæ ſagacitatis & ſtrenuitatis id ipſum quod contigit prius formidans exercitum celauerat in parte caſtri altitudine cuiuſdam Eccleſiæ & opacitate vicinarum domorum incognitum, qui dum fugitiuos ſuos iam per portam exire videt, panſatum exercitum laſſatis regiis militibus apponit grauiſſimo impetu. Qui autem gregatim fugabant loricarum & armorum grauitate pedes grauant, ordinatam peditum aciem vix ſuſtinere valentes per occupatum foſſatum eum pedite rege poſt innumeroſos ictus, poſt lōgam alternatim dimicationem rettoceſſerunt, quantum ſapientia præſtet audaciæ, licet ſero animaduertētes, cum ſi eos ordinati in campo expectarent voluntati ſuæ eos omnino ſubiugarent. Verum cum acierum confuſione ſolui, nec equos ſuos reperire, nec quid facerent deliberarent, rex non ſuo, ſed alieno inſideus equo, animoſus reſiſtebat, clamoſus reuocabat nominatim audaciores, ne fugerent ſollicitabat. Ipſe autem inter hoſtiles cuneos exerto gladio, quibus poterat præſidio erat, fugaces refugabat, & vltra quam deceret maieſtatem miles emeritus militis officio nō regis ſingulariter decertabat. Cum autem corruere exercitum equo laſſato ſolus prohibere non valeret, adeſt armiger, qui primum reducit dextrarium, cui citiſſime inſiliens vexillum præferens cum paucis in hoſtes regreditur, plures ſuorum captos mira ſtrenuitate eripit, quoſdam hoſtium validiſſimo impetu intercipit, & ne vlterius lædant exercitum, ac ſi Gades Herculis offendant, aut magno Oceano arceantur refugos repellit, quibus priuſquam Puteolum regrediantur qningentorum militum Normannorum, aut amplior occurrit exercitus, qui firmationis veniſſent, exercitu corruente, maius damnum inferre fortaſſis potuiſſent. Cumq; regis exercitus circumquaque diſperſus, alii Aurelianum, alii Stampas, alii Pinerim retendiſſent, rex Tauricum fatigatus deueniens pulſus vi armatis primo certamine taurus explicat cornua truncis, & fortiſſimo pectore robur recolligens in hoſtem per ferrum magni ſecurus vulneris exit qui ſecum, rex exercitum reuocans ſtrenuitati reformat, audaciam reparat, exercitus ruinam ſtultitiæ, non imprudentiæ reputat: ineuitabiliter his aliquando militiam ſubiacere reportat tanto ferocius & audacius, ſi opportunitas coindicet dimicare, iniuriam illatam punire, tam blanditiis quam minis excitate laborat. Et dum tam Franci, quam Normanni caſtri reſtitutioni inſiſtunt: aderat enim cum Theobaldo Comite & exercitu Normannorum, & Milo de monte Leherii, & tam Hugo Cretiacenſis quam frater eius Ginet Comes de Rupe forti, qui mille trecenti milites obſidionem Tauriaci minabantur: rex multo timore flectebatur, quibus poterat nocte & die laceſſere iniuriis nitebatur, nec victualia longe quæritarent refragabatur. Reſtituto itaque caſtro continua ſeptimana cum recedētibus quibuſdam Normannorum Comes Theobaldus cum exercitu multo remanſiſſet, recollecto robore rex bellicum mouet apparatum in manu forti Puteolum regreditur, hoſtem ob montem conterit per portam dimicando, & illatam iniuriam vlciſcendo caſtro recludit, militum præſidia ne exeant reponit, antiquam anteceſſorum ſuorum deſtitutam motam, caſtro iactu lapidis propinquam occupat, caſtrum ſupererigit, miro labore, mira anxietate, ſi trabes vincli clauſutis non erigentur contra fundibulariorum, baliſtariorum, ſagittariorum, emiſſa pericula ſuſtinentes grauiſſime quidem, cum qui eos angebant intra ſepta caſtri ſecuri extra iaculantes, nullam meriri mali hoſtium viciſſitudinem flagrat æmula victoriæ interiorum & exteriorum periculoſa concertatio, & qui læſi fuerant regii quirites acerrime lædere iniuriatum memores contenderent, nec ab incœpto deſiſtunt, donec ſubitam, ac ſi fatalem munitionem multo milite, multa armata munierunt, certi mox vt receſſerit rex, aut loci proximi importunitate ſe audaciſſime defendere, aut hoſtium ſæuiſſimo gladio miſerrime interire. Rediens itaque Tauriacum, vireſque recolligere alendo exercitui in præfata mota modo clā cum paucis, modo palam cū multis per medias hoſtium

acies

acies, victualia tam periculoſe, quam audacter deſerebat: donec quia Puteolenſes propinquitatis importunitate eos intolerabiliter vrgentes ob ſeditionem minabantur rex quominus caſtra mouit, prius villam fere vno milliario Puteolo propinquam occupat inopinate Palo & minime curiam interiorem cingit, dumque exercitus extra tentoria figit, Palatinus Comes Theobaldus collecto quantocunque potuit & ſuorum & Normannorum exercitus robore, impetu validiſſimo in eos irruit imparatos, nec dum munitos tam repellere, quam proſternere animatur. Cui cum rex armatus extra obuiaſſet, viciſſim in campo grauiſſime dimicatur, indifferenter tam lanceis, quam gladiis: potius de victoria, quam de vita agitur: de trophæo, quam de morte conſulitur, viri mirabilis audaciæ videres experimentum, quoniam cum exercitus Comitis ter tantum exercitu Regis numeroſior milites regii in villam retruſiſſent: rex ipſe cum paucis videlicet nobiliſſimo Comite viro Madenſi Radulfo conſanguineo ſuo Drogone Montiacenſi duobus aut tribus aliis dedignatus villam timore regredi, memor priſtinæ virtutis, elegit hoſtium impetus armatorum grauiſſimos, & pene innumerabiles ictus, quam ſi coactus villam intrare cogatur propriæ ſtrenuitati, & regis excellentiæ derogare. Cumque Comes Theobaldus, iam ſe victorem arbitratus, tentoria præfati Viromandenſis Comitis detruncare multa audacia inniteretur, aſſiſtit & Comes mira velocitate, qui & improperans nunquam hactenus Brienſes, contra Viromandenſes, talia præſumpſiſſe irruit in eum, multoque conatu illatæ iniuriæ vicem rependens fortiſſime repellit: cuius tam virtute, quam clamore regii exhilarati quirites in eos inſiliunt: toto animo eorum ſanguinem ſitientes aggrediuntur, cædunt, dehoneſtant, & vſq; Puteolum, etiam ſi porta ſorderet multis eorum retentis, pluribus interemptis coactos retruſerũt, & vt ſe habeat belli dubius euentus, qui prius ſe victores arbitrabantur, erubeſcunt victos, dolent captos, deplorãt interẽptos. Cumq; rex deinceps in eos præualeret, Comes autem tanquã de ſummo rotæ exorbitans declinando deficeret per longũ ſui & ſuorũ defatigationẽ, poſt intolerabilem & cõſumptiuã ſui ſuorumq; depreſſionẽ, qui quotidie regis & ſuorũ inualeſcebat fortitudo & regni optimatũ in Comitẽ indignantiũ frequẽtatio. Pręfatus Comes nactus recedẽdi occaſionẽ, heſter in vulneris ſuſceptione regi nuntios delegat, interceſſores mittit, vt eũ dominus rex ſecure Carnotũ redire concedat, ſuppliciter efflagitat: cuius petitioni rex, vt erat dulcis, & vltra humanam opinionẽ manſuetus, cõſcendens, cũ multi diſſuaderent, ne hoſtẽ illaqueatũ victualib. deficiẽtibus dimitteret, ne deinceps repetitas iniurias ſuſtineret, relicto tam caſtro Puteolo, quã Hugone arbitrio regis Comes Carnotũ ſpe vana fruſtratus receſſit, & quid felici principio incœpit, infauſto fine terminauit: rex vero nõ tantũ Hugonem Puteolenſem exheredauit, quam etiam caſtrum Puteoli dirutis mariniis & effoſſis puteis, tanquã locum diuinæ maledictioni patulũ ſubuertens deplanauit.

Sed & alia vice longo pro tempore cum integram regis multis obſidibus, multis ſacramentis reductus eſſet, iterata fraude recalcitrans, & docilis ſe illam ſcelerum viciſſe magiſtrum: iterato rege obſeſſus, iterato exheredatus eum dapiferum eius Anſellũ Garlandenſem Baronẽ ſtrenuũ propria lancea perforaſſet: natiuã & aſſuetã didiſcere perditionem non valuit, donec via Hieroſolymitana, ſic & multorum nequam aliorum eius omni veneno inflammatam nequitiã interemptione extruxit.

Cum ergo ad pacis confœderationẽ inter regem Angliæ & regẽ Galliæ & Comitem Theobaldum, tam regni optimates, quam religioſi viri operam commodarẽt, iuſto eorum arbitrio, qui contra regnum cõſpirantes ad propriam recuperationem querelarũ, tam Regẽ Angliæ, quã Comitem Theobaldum obligauerant guerra cõſumpti pace, nihil lucrantes quid fecerũt, digna tandẽ ſententia animaduertũt, cum Lancelinus Comes domini Martini querelã Beluacenſis conductus ſine ſpe recuperandi amiſerit paganus de monte Gayo, querela caſtri Lyniaci deceptus, cũ vno menſe idem caſtrũ clauſura dirutũ: ſequẽte vero multo fortius pecunia regis Anglici reſtitutum præcordialiter doluerit: Milo vero de monte Leherii gratiſſimum de ſorore Comitis coniugium occaſione parentelæ dolens & gemebundus amiſit: nec tantũ honoris & gaudii in receptione, quãtũ in diuortio dehoneſtationis & triſtitiæ ſuſcepit. Quod quidẽ egregie factũ virorum iudicio ex ea Canonũ auctoritate aſſũ-

ptum eſt, vbi hæc habetur ſententia; Obligationes contra pacem in irritum omnino deducantur.

Quia fortiſſima regum dextera officii iure votiuo reprimitur tyrannorum audacia, quotiens eos guerris laceſſiti vident infinite, gratulantur rapere pauperes, confundere Eccleſias deſtruere interpollata licentia quam ſi liceret ſemper inſanis inflammanter malignorum inſtar ſpirituum, qui quos timent perdere, magis trucidant: quos ſperant retinere, omnino fouent, frumenta flammis apponunt, vt in finite crudelius deuorent. Thomas ſiquidem de Marua homo perditiſſimus, Ludouico rege ſupra dictis & multis aliis guerris attendente pagum Laudunenſem, Remenſem, Ambianenſem diabolo & proſperante, quia ſtultorum proſperitas eos perdere conſueuit, vſque adeo dilapidauerat, furore lupino deuorauerat, vt nec clero Eccleſiaſticæ vltionis timore, nec populo aliqua humanitate pepercerit, omnia trucidans, omnia perdens, etiam ſancti Iohannis Laudunenſis monaſterio ſanctimoniarum duas villas peroptimas eripuerit, fortiſſima caſtella Cretiacum & Nouigentum, vallo mirabili, altis etiam turribus tanquam proprias munierit, & ſicut draconum cubile, & ſpeluncam latronum adaptans totam fere terram tam rapinis, quam incendiis immiſericorditer expoſuerit; cuius intolerabili fugata moleſtia, cum ſederet Beliaci generali conuentu Gallicana Eccleſia, vt in hoſtes veri ſponſi Ieſu Chriſti, hic etiam iudicii primordia, & damnatiuam promulgare incipiat ſententiam venerabilis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus Cenopreſtinus Epiſcopus innumerarum pulſatus moleſtia querelarum, Eccleſiarum, pauperũ, & orphanorum deuexationum tyrannidem mucrone beati Petri anathemate ſcilicet generali detruncans, cingulum militarem, & licet abſenti decingit ab omni honore, tanquam ſceleratum, infamatum, Chriſtiani nominis inimicum omnium iudicio deponit. Tanti itaque Concilii rex exoratus deploratione, citiſſime in eum mouet exercitum, & clero cui ſemper humillime hærebat comitatus, Cretiacum munitiſſimum caſtrum diuertit, armorũ potentiſſima manu, quin potius diuina, inopinate caſtrum occupat, turrim fortiſſimam, ac ſi ruſticanum tugurium expugnar, ſceleratos confundit, impios pie trucidat, & quos quia immiſericordes offendit, immiſericorditer detruncat. Videres caſtrum ac ſi igne conflari infernali, vt fateri non differre pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos: hac ergo potitus victoria ſucceſſus vrgere ſuos promptus cum ad aliud caſtrum nomine Nouigentum tetendiſſet, adeſt qui ei referat: Nouerit ſerenitas tua, domine mi Rex, in hoc ſcelerato caſtro, ſceleratiſſimos illos demorari, qui ſolo inferorum loco digni erant, illi inquam, qui occaſione iuſſu veſtro amiſſæ commune non ſolum ciuitatem Laudunenſem, ſed & nobilem matris Domini cum multis aliis Eccleſiam igne ſuccenderunt, nobiles ciuitates fere omnes, eo quod vera fide ſuffragari domino ſuo innitebantur Epiſcopo tam cauſa quam pœna martyrizauerunt ipſum Epiſcopum Galdricum venerabilem Eccleſiæ defenſorem, non veriti manum mittere in Chriſtum Domini, crudeliſſime interfecerunt, beſtiis nudum & auibus in platea expoſuerunt, digitum cum annulo Pontificali truncauerunt, & cum ipſo ſuo nequiſſimo perſuaſore Thoma turrim noſtram ad noſtri heredationem occupare concertauerunt. Dupliciter ergo rex animatus ſceleratum aggreditur caſtrum, diſrumpit, inſtar inferorum pœnalia & ſacrilega loca, innocentes dimittens, & noxios grauiſſime puniens, vnus multorum iniurias vlciſcitur, quoſcunque homicidarum nequiſſimorum offendit, iuſtitiæ ſitibundus, miluorum, coruorum, & vulturum rapacitati paſtum generalem exhibens, & patibulo affigi præcipiens: quid mereantur, qui in Chriſto Domini manum mittere non verentur, edocuit. Subuerſus ergo adulterinus caſtelli eaſdem villas ſancto Iohanni reſtituens ciuitatem Ambianenſem, regreſſus turrim eiuſdem ciuitatis Adæ cuiuſdam tyranni Eccleſias & totam vicinam dilapidantem obſedit, quam fere biennali coarctans obſidione ad deditionem defenſores cogens expugnauit, expugnatam funditus ſubuertit, eiuſque ſubuerſione pacem patriæ regis fungens officio, qui non ſine cauſa gladium portat, gratãtiſſime reformauit, & tam ipſum præfatum Thomam nequiſſimum quam ſuos, domino eiuſdem perpetualiter exheredauit.

Ne igitur quacunq; terrarum parte, locorum anguſtiis virtus regia coartari videatur: ſcitur enim longas regibus eſſe manus, accelerat ad eum de finibus Bituricenſium,

ſium, vit petitus linguæq; venalis, Alatdus Guilebaldi, qui ſatis Rhetoriæ priuigni ſui quetelam deponens, domino Regi humillime ſupplicat, rogans quatenus nobilem Baronem Hannonem nomine variam vaccam cognomine Burbonenſem dominum iuſtitiam recuſantem, imperialiter vnus traxerit: nepotẽ maioris fratris, ex Chenubaldi ſcilicet filium exheredantem tam præſumptuoſa audacia compeſceret & Francorum iudicio, eorum quis quid habere debeat determinaret. Rex itaq; tam amore iuſtitiæ, quam Eccleſiarum & pauperũ miſeratione, ne hac occaſione guerrarũ malitia pullulante pauperes deuexati alienæ ſuperbiæ luerent pœnã, cum præfatum Hannonẽ fruſtra in cauſam vocari feciſſet: recuſabat enim de iuſtitia diffidẽs nulla remiſſus voluptate, aut pigritia ad partes Bituricenſium cum exercitu multo tetendit Germanicum eiuſdem Hannonis munitiſſimum caſtrum deuertens multo conflictu impugnare contendit. Videns autem præfatus Hanno nullo modo ſe poſſe reſiſtere, iam & perſonæ & caſtri, ſpe ſublata hanc ſolam ſalutis ſuæ reperiens viam pedibus domini Regis proſtratus, & multorum admiratione ſępius reuolutus, vt in eum miſericorditer ageret efflagitans: caſtrum reddit, ſeipſum regiæ maieſtatis arbitrio totũ exponit, & quanto ſuperbius ſe ſubduxerat, tanto humilius his edoctus iuſtitiæ ſe reduxit; Rex vero retento caſtro, & eodẽ Hannone in Frãcia cauſæ reducto, Francorũ iudicio, aut concordia auunculi & nepotis litem tam iuſtiſſime quam piiſſime diremit, multorumq; oppreſſiones & labores ſumptuoſo ſudore cõſumpſit, hæc & his ſimilia in partib. illis crebro clemẽtiſſime ꝓ quiete Eccleſiarũ & pauperũ patrare cõſueuit, q̃ q̃a ſi ſtylo traderẽtur, tædiũ generarẽt ſupſedere dignũ duximus.

Habet effrenis elatio hoc amplius ſuperbia, vt cum hæc ſuperioritatẽ, illa nihilominus dedignetur paritatem: cui illud conuenit poëticum; *Nec quenquam ferre poteſt Caſarve priorem, Pompeiusve parem*. Et quoniam omnis poteſtas impatiens cõſortis erit, rex Francorum Ludouicus, ea qua ſupereminebat Regi Anglorum, Duciq; Normannorũ Henrico ſublimitate in eum ſemper tanquã in feudatum ſuũ efferebatur: rex vero Anglorum, & regni nobilitate, & diuitiarum opulentia, mirabili inferioritatis impatiens, ſuffragio nepotis Theobaldi Palatini Comitis, & multorũ regni ęmulorũ vt eius dominio derogaret regnum cõmouere, regẽ turbare nitebatur. Reciprocatur ergo inter eos antiquarum guerrarũ recidiua malitia, dum Rex Anglię cum Comite Theobaldo, quoniam eos Normannici & Carnotenſis pagi cõcopulabat affinitas proximam Regis marchiam impugnare cõcertant: Comitẽ Montoilenſem, Stephanum alterius fratrem alterius nepotem, ad alias partes, videlicet Brienſium cum exercitu tranſmittunt, formidãtur ne abſentia Comitis terrã illam ſubito Rex occuparet, qui nec Normannis, nec Carnotenſibus, nec etiam Brienſib. parcere ſuſtinebat, cũ in vtrorumq; medio tanquã in Cireniis poſitus, modo in iſtos, modo in illos terrarũ diſſipatione crebro etiã conflictu regiæ maieſtatis animoſitatẽ declarauerat. Verum quia Normannorũ marchia, tam regum Anglorũ, quam Normannorum ducum nobili prouidentia, & nouorum poſitione caſtrorum & inuadabilium fluminum decurſu extra alias cingebatur, Rexq; his callebat trãſitum in Normanniam, ſibi affectans cum pauca militũ manu, vt ſecretius agendis prouideat ad eandem marchiã contendens viros caute permittit, qui tanquã viatores loricati ſub capis & gladiis cincti publica via deſcendentes ad villam quæ dicitur Vadũ Rugaſii villam antiquam patulũ & gratũ Francis præbere paratã ad Normannos acceſſum, quæ Erte fluuio circumfluente cum in medio ſui tutũ præbeat, extra inferius & ſuperius longe prohibet tranſitum ſubito cupas deponunt, gladios exponunt, accolas animaduertentes & armis grauiſſime inſiſtentes fortiſſime reſiſtendo repellũt, cum ſubito rex iam pene laſſatis per deciduum montis periculoſe accelerãs opem opportunam ferre præcipitat, tam ville atrium quam munitam turre Eccleſiam non ſine ſuorum damno occupat. Cumq; regem Angliæ prope cum exercitu multo, vt ſemꝑ conſueuit cõperiſſet, Barones ſuos aſciſcit, adiurando vt ſe ſequantur inuitat. Aduẽtare feſtinant Comes Flandriæ Balduinus apprime militaris, elegans iuuenis & facetus, Comes Andegauenſis Fulco, multiq; regni optimates, q̃ rupta Normãniæ clauſura, dum alii villa muniunt, alii terram longa pace opimam tã rapinis, quam incendiis exponunt, & quod inſolitũ fuerat, præſente rege Anglorum circumquaq; deua-

ſtantes intolerabiliter cõfundunt. Interea idẽ rex Angliæ caſtelli apparatum multa inſtantia præparat, operoſos ſollicitat, & dum rex ſuum præſidio militum nuntium relinquit, ipſe ſuum proximo monte erigit caſtrum, vt eorum militari copia baliſtariorum & ſagittariorũ repulſione & cibaria terræ eis excuteret, pro his terram ſuam iugi neceſſitate cõfundere coarctaret. Cui rex Francorũ iaculata retorquens abſq; mora vicem reddit, cum ſubito collecto exercitu, ſicut qui teſſeris ludit in autota remeans nouum illud caſtrum, quod vulgo nominabatur Maleſeſſum, virtuoſe aggreditur multo conatu multa grauiſſimorum ictuum donatione & receptione: tali enim foro tale vulgo ſoluitur Theloneon viriliter ſuppeditat, diripit, & peſſumdat, & ad regni excellẽtiam, & oppoſiti contumeliã quicquid machinatum inde fuerat vera virtute diſſoluit. Et quoniã nulli fortuna aliquãdo parcit, poteſtiua eũ dicatur,

Si fortuna volet, fies de Rhetore Conſul: Si volet hæc eadem, fies de Conſule Rhetor.

Rex Angliæ per lõgos & mirabiles placidiſſimæ ꝓſperitatis ſucceſſus, quaſi de ſummo rotæ deſcendens, mirabili & infauſto rerum auguratur euentu: cum ex hac parte rex Franciæ ex parte Pontinorum Flandriæ affinitate Comes Flandrenſis, ex parte & Normannorum Comes Fulco Andegauenſis, omnino eum turbare, omnino eum aggredi, tota virtute contenderunt. Qui nec exteriorum tantum, ſed interiorum hominũ ſuorum, Hugonis videlicet Gornacẽſis Comitis Oenſis, Comitis Albemarlenſis, & multorum aliorum laceſſiebatur guerrarum iniuriis: qui etiam ad cumulum mali inteſtino malitiæ deuexabatur diſpendio, cum & Cameriorum priuata factione perterritus, ſæpe lectum mutaret, ſæpe nocturno timori vigiles armatos multiplicaret ante ſe dormientem ſcutum & gladium omni nocte conſtitui imperaret: horum vero vnus H. nomine familiarium intimus, regis liberalitate ditatus potens & famoſus famoſior proditor tam horribili factione deprehenſus oculorum & genitalium amiſſione, cum laqueum ſuffocantem metuiſſet, miſericorditer eſt damnatus. His & talibus rex nuſquam ſecurus, natiuæ magnanimitatis conſpicuus, inarto ptouidus, etiam in oſtio gladio cingebatur, nec quos fidiotes habebat, extra domos gladiis excingi, quæcunq; multa tanquam ludo impunitos ſuſtinebat. Qua tempeſtate quidã etiam Engerrannus de Caluo monte vir ſtrenuus & cordatus audacter militari manu progrediens caſtellum, cui nomen Andeliacum quorundam factione clam munitis propugnaculis ſtrenue occupauit, fretuſq; regis præſidio occupatum audaciſſime muniuit, quo terrã vſq; ad fluuiũ qui dicitur Andella, a fluuio Ettæ vſq; etiam ad põtem S. Petri omnino ſubiacere cogebat, qui multorum ſe etiã ſuperiorum fretus comitatu, ipſi etiam regi in plano occurrebat, redeuntem reuerenter inſequebatur, eiuſq; terra a termino ſupradicto pro ſua litebatur. Ex parte etiã Cinomannorũ cum idem rex obſeſſis in turre Alẽciaci caſtri præſidia ferre cum Comite Theobaldo multa mora decreuiſſet, a Comite Fulcone repulſam referẽs & multos ſuorũ, & cum caſtello eo inglorius facto, turrim amiſit: cumq; his & talibus multo tẽpore anxiatus pene in vnũ declinaſſet: cum iam diuina propitiatio dure flagellato, & aliquãtiſper caſtigato: erat enim Eccleſiarum liberalis ditator, & eleemoſynarum dapſilis diſpẽſator, ſed laſciuus parcere, & a tanta eũ depreſſione inſeditur, ſubleuare decreuiſſet ex inſperato inſerioritatis eius aduerſitas in ſumma rotæ proſperitate ſubito reducitur, cũ & altiores turbatores potius manu diuina, quã ſua, aut ſupprime declinant, aut omnino deficiunt, ſicut ipſa diuinitas conſueuit iã pene deſperatis & humano auxilio deſtitutis mire dexteram miſericorditer extendere. Comes ſiquidem Flandrenſis Balduinus, cuius grauiſſima infeſtatione grauiter idẽ rex infeſtabatur ſæpius in Normanniam irruens cum ad debellãdum Oenſe caſtellum, & maritimã vicinam, animo effrenis militiæ vacaret ſubito, ſed raro ictu in facie lancea percuſſus, deguatus tantilla ſibi ꝓuidere plaga, mori nõ dedignatus, non tantum regi Angliæ, ſed omnibus deinceps finem faciens parcere elegit. Præfatus itaq; Engerrãnus de Caluo mõte, vir audaciſſimus, & eiuſdẽ regis infeſtator præſumptuoſus cum beatæ Mariæ matris domini Rhotomagenſis archiepiſcopatus terram deſtructum iri non abhorreret, grauiſſimo tactus morbo per longam ſui exagitationem per longam & intolerabilẽ proprii corporis meritã moleſtiam, quid reginæ cœlorũ debeatur, licet ſero addiſcens vita deceſſit: Comes etiam Andegauenſis Fulco, cum

& pro-

& ꝓprio hominio & multis ſacramentis obſidum etiã multiplicitate regi Ludouico confœderatus eſſet auaritiã fidelitati ꝓponens inconſulto rege perfidia inflãmatus, filiam ſuã regis Anglici filio Guillelmo nuptui tradidit, & cõpactus ſacramento inimicitias tali cum eo amicitię cõmotus copula fraudulẽtus diſſoluit. Rex itaq; Ludouicus cum terrã Normanniæ ea de parte in cõſpectu ſuo ſilere coëgiſſet, modo multa, modo pauca manu indifferẽter rapinis eam exponebat, tã regem, quã ſuos longa deuexationis conſuetudine, omnino floccifaciẽs vilipendebat, cum ſubito quadam die rex Angliæ collectis multorum viribus ſpeculatus regis Francorum improuidã audaciam, ordinatas militũ acies occulte in eum dirigit, incendiarii in eum extraordinarie inſiliant, prout milites armatos, vt fortius cõmittant pedites deponit, quacũq; belli cautela ſibi ꝓuide poteſt ſagaciter ſatagit. Rex autem cum ſuis nullũ prœlii cõſtituere dignatus apparatum in eos indiſcrete, ſed audaciſſime euolat, cum priores, qui dextras applicabant Viliacinenſes, cum Buchardo Monmoriacenſi, & Guidone Claromõtenſi primam Normannorum aciem fortiſſima manu cædentes a campo Marte mirabili fugauerunt, & priores equitum acies ſuper armatos pedites validiſſima manu repulerunt. Verum qui eos ſequi ꝓpoſuerant, Franci incõpoſiti extraordinare ordinatis & cõpoſitis acieb. inſiſtentes, ſicut ſe res in talibus habet, eorum cõpoſitam inſtantiã ferre non valentes ceſſerũt. Rex autem lapſum admiratus exercitum, vt conſueuerat Mandunenſis conſtantiam ſui ſuorumq; præſidio armis conſulens quam decentius poteſt, non tamen ſine magno erratici exercitus detrimento, Andeliacum ꝓperauit. Quo ſubiti euentus infortunio aliquãtiſper leuitate propria læſus, ne diutius hoſtes inſultent, tanquam ſi vlterius Normanniam intrare non audeat. Solito multo animoſior Mandunenſis, & quod tantũ virorum eſt conſtantior, exercitũ reuocat, abſẽtes adſciſcit, optimates regni inuitat die certa, & terrã intrare & certamẽ celeberrimum inire regi Anglorum ſignificat: & quod ei promittit tanquã iureiurando, pactum perſoluere feſtinat. irruens ſiquidẽ in Normanniam mirabili exercitu eam depopulando, cum caſtrum munitiſſimũ quod dicitur Viriacum, multo congreſſu expugnatũ, incendio cõflagrari effeciſſet, Britolum vſq; peruenit, qui aliquantiſper intra demoratus, nec regẽ Anglorum videre, nec in quem ſufficiat illatam vindicare cupiẽs iniuriam, vt etiam in Comitem Theobaldum redundaret, Carnotum regreſſus impetu validiſſimo vrbẽ aggrediens, igne cõflagrare concertabat, cum ſubito tam cleri, quam ciues beatæ Dei genitricis Camiſiam proferẽtes vt pro eius amore tanquã Eccleſię tutor principalis miſericorditer parcat, deuotiſſime ſupplicant; in ſuos alienã ne vlciſcatur iniuriam implorant. Quorum rex ſupplicationibus regiæ maieſtatis inclinans celſitudinem, ne nobilis beatæ Mariæ cum ciuitate igne ſolueretur Eccleſia, Comiti Flandrenſi Carolo mandat, vt exercitum reuocet, & Eccleſiæ amore & timore ciuitati parcat: qui cum repatriaſſent momentaneum infortunium longa, continua & grauiſſima vltione punire non deſiſtebant.

Ea tempeſtate venerandæ memoriæ ſummum Pontificem Romanam Paſchalem ab hac ad lucem perpetuã contigit demigrare: cui cum de Iohãne Gaitano Cãcellario electione canonica cõſtitutus Papa Gelaſius ſucceſſiſſet, & cuiuſdã Burdini depoſiti Bracarenſis archiepiſcopi Imperatoris Henrici violentia in ſedem Apoſtolicã intruſi, & populi Romani cõductitia infeſtatione intolerabiliter fatigaretur, & a ſancta ſede eorum tyrãnide arceretur ad tutelã & ꝓtectionem ſereniſſimi regis Ludouici & Gallicanæ Eccleſiæ cõpaſſionem, ſicut antiquitus conſueuerunt confugit: qui cum nauali ſubſidio, pauperie quippe multa angebatur, applicuiſſet Magalonã arctam in pelago inſulã, cui ſupereſt ſolo Epiſcopo, clericis & rara familia cõtempta, ſingularis, & priuata, imo tamen ꝓpter mare cõmercium Sarracenorum impetus munitiſſima ciuitas a Dn. Rege, q̃ a tã aduentũ eius audierat deſtinati mãdati, depoſuimus diẽ certum locumq; Viriliaci mutui colloquii cũ eius benedictione: q̃ a regni primitias obtuleramus, gratanter reportauimus: cui cum Dn. Rex occurrere maturaret, nuntiatũ eſt eundẽ ſummũ Põtificem podagrico morbo diu laborantem, tam Romanis quam Frãcis vitæ diſpoſitione peperciſſe, cuius Apoſtolicis exequiis cum multi religioſorũ virorũ, & Eccleſiæ prælatorum intereſſe feſtinaſſent, aſtitit virorũ venerabilis Guido, Viennenſis Archiepiſcopus Imperialis, & regiæ celſitudinis de-

riuatiua conſanguinitate generoſus, multo generoſior moribus, qui cum in ſomnis proxima nocte apto ſatis, licet ignoto præſagio vidiſſet ſibi a perſona præporẽte Lunam ſub chlamyde repoſitam, committi ne cauſa Eccleſiæ Apoſtoli tranſitu periclitaret ab ea, quæ aderat Romana Eccleſia in ſummum Pontificem electus viſionis veritatem enucleatus animaduertit. Sublimatus itaq; tantæ celſitudinis dignitate, glorioſe humiliter, ſed ſtrenue Eccleſiæ iura diſponens amore & ſeruitio Domini Ludouici regis, & nobilis Adelaidis reginæ neptis aptius Eccleſiaſticis prouidebat negotiis. Remis itaque celeberrimum celebrans Concilium, cum legatis Imperatoris Henrici pro pace Eccleſiæ ſedere differens in marchiam verſus Moſonum occurriſſet, nec profeciſſet, quemadmodum & anteceſſores fecerãt anathematis vinculo pleno Francorum & Lotharingorum Concilio innodauit. Cum autem Eccleſiarum notiuis ditatus beneficiis glorioſe Romam perueniſſet glorioſa tam cleri, quã populi Rom. ſuſceptus receptione, multis anteceſſorum ſuperiorum Eccleſiæ curam feliciter adminiſtrabat. Nec multam adhuc in ſede ſancta fecerat morã, cum Romani eius tam nobilitati, quã liberalitati fauentes intruſum ab Imperatore ſchiſmaticum Burdinum, apud ſitram ſedentem, & ad lumina Apoſtolorum tranſeuntes clericos, genu flectere compellentem expugnatum tenuerunt, tortuoſo animali camelo, tortuoſum Antipapam, immo Antichriſtum, crudis & ſanguinolentis pellib. caprinis amictum, tranſuerſum ſuperpoſuerunt, & ignominiam Eccleſiæ Dei vlciſcentes, per medium ciuitatis via regia, vt magis publicarentur educentes, imperante domino Papa Calixto perpetuo carcere in montanis Campaniæ prope S. Benedictum captiuatum damnauerunt, & ad tantæ vltionis memoriæ cõſeruationem in camera palatii ſub pedib. Dn. Papæ conculcatũ depinxerunt. Dn. itaq; Calixto glorioſe præſidente, & raptores Italiæ & Apuliæ perdomante pontificali cathedræ lucerna non ſub medio, ſed ſuperpoſita mõti clare elucebat beati Petri Eccleſia, & reliquæ vrbis & extra amiſſa recuperantes diu gratiſſimo fruebantur patrocinio. Cui cum in Apulia apud ciuitatem Botontum miſſus a Dn. Rege Ludouico pro quibuſdam regni negotiis occurriſſem, vir Apoſtolicus tam pro Dn. Regis, quam pro monaſterii noſtri reuerentia honorifice nos recepit, & diutius retinere vellet, ſi Eccleſiæ noſtræ amore, & ſociorum abbatis S. Germani ſocii & conuitati, & aliorum perſuaſione non deuocaremur. Peractis itaq; regni quæ ſuſceperamus negotiis, cũ proſpere redire maturaremus, vt peregrinorum mos eſt hoſpitio ſuſcepti, quadam villa cum finitis maritimis auroram expectando veſtitum in lecto me recidiſſem ſemiuigilans videor videre me alto maris ſpatio exiguo lembo ſolum omni remigio deſtitutum vagari frequenti fluctuum motu, modo aſcendendo, modo deſcẽdendo periculoſe fluctuare perculſum horrido naufragii timore diuinitatis aures multo clamore ſollicitare cum ſubito diuina propitiatione leuis & placida aura, tanquam ſudo ære ſuſcitata tremulam & tam periclitantem miſeræ nauiculæ proram in directum retorquens, opinione citius applicans portum placidum apprehendit. Excitatus autem crepuſculo, iter cœptum aggrediens cum viſionem & viſionis interpretationem, & memorare & aſſignare eundo multa meditatione laborarem: timebam enim fluctuum infeſtatione, aliquod graue infortunium mihi ſignificari; occurrit ſubito puer familiaris, qui meos meque recognoſcens, lætus & triſtis ſingularem educit Dn. noſtri bonæ memoriæ abbatis Adæ anteceſſoris deceſſum denuntiat, communem de perſona noſtra pleno conuentu factam electionem: ſed quia inconſulto rege factum fuerat, meliores & religioſiores fratrem, milites etiam nobiliores cum obtuliſſent domino regi electionem vt aſſenſum præberet, multis affectos conuitiis Aurelianis, caſtello incluſos reportat. Obortis itaque lachrymis patri ſpiritali & nutritori meo humanitatis & pietatis affectu compatiens de morte temporali grauiter dolens a perpetua eum dein deuotiſſime diuinam implorabam propitiationem. Cum autem & multorum conſolatione communi, & ipſa mei diſcretione ad meipſum rediiſſem, triplici angebar diſpendio, vtrum contra domini regis voluntatem electionem ſuſcipiens Eccleſiæ Romanæ rigore, & domini Papæ Calixti, qui me diligebat auctoritate matrem Eccleſiam, quę a mamilla gratiſſimo liberalitatis ſuæ gremio ducisſime fouere nõ deſtiterat, dilapidare & emũgere

vtroque

vtroq; diſſipatore, occaſione mei cum nunquam tale quid affectaſſent ſuſtinerem, vtrum fratres Francicos pro amore noſtro deturpari & dehoneſtari regio carcere permitterem, vtrum etiam pro his & huiuſmodi eam poſtponere tantæ improperiorum repulſæ incurrerē, cumq; de meis aliquem domino Papæ, vt ſuper his conſuleret remittere deliberarē; ſubito occurrit nobis clericus Romanus nobilis & familiaris, qui quod ſumptuoſo labore per noſtros volebamus, per ſeipſum facere votiue ſuſcepit: præmiſimus etiam de noſtris cum eo qui venerat ad regem vnum, vt quē finem turbari negotii confuſio reperiſſet nobis referrent: neq; enim incaute regis moleſtiis nos exponeremus. Subſequentes itaq; ſicut ſi mari magno abſq; remige fluctuaremus, turbati incerti rei euentus, cum grauiſſime anxiaremur, Dei omnipotentis larga propitiatione, placida aura naufragantem nauem applicante inopinate redeunt, qui domini regis pacem, captorum ſolutionem, electionis confirmationem reportāt. Hos autē ex hoc ipſo voluntatis Dei argumentum aſſumentes: volūtas enim Dei fuit, vt cito occurreret quod volebamus, cum ad matrem Eccleſiam, Deo opitulante, perueniſſemus, tam dulciter, tam filialiter, tam nobiliter filium prodigum ſuſcepit, vt & dominum regem prius ſeuero, modo ſereno vultu occurrentem Archiepiſcopum Bituricenſem, Epiſcopum Syluanectenſem & Eccleſiaſticas plures perſonas ibidem nos expectantes gratulanter inuenerimus; qui cum multa veneratione celerrime cum lætabundo fratrum conuentu nos ſuſcepiſſent, ſequente die ſabbatho ſcilicet mediante me indignum ordinauit presbyterum. Sequente autem dominica, iſti ſunt dies ibidem ante ſacratiſſimum corpus beati Dionyſii Abbatem, licet immeritum conſecrauit. Quo inſueto Dei omnipotentiæ facto, quāto ab imo ad ſummum de ſtercore erigens pauperem, vt ſedere cum principibus faceret, ſublimauit tanto humiliorem, & ſi fragilitas humana non impediat, in omnibus deuotionem manus tam dulciſſima, quam potentiſſima comparauit. Quæ cum in omnibus clementer paruitati noſtræ proſperata fuerit (nouit enim inſufficientia noſtri tanti geſſeris, quam ſcientiæ inter antiquorum prædiorū Eccleſiæ recuperationem, & nouorum acquiſitionem & Eccleſiæ circumquaq; augmentationem, & ędificiorum reſtitutionem, ſiue inſtitutionem, hoc potiſſimum & grauiſſimum, immo ſummum præſtitit miſeratus prærogatiuam, quod ſanctę Eccleſiæ ſuæ ad ſanctorū immo ſibi honorem, ordinem ſanctum, ibidem plene reformauit ſanctæ religionis propoſitum quod adeo fruendum peruenitur, abſque ſcandalo & perturbatione fratrem, licet non conſueuerint, pacifice conſtituit. Cuius voluntatis diuinæ efficaciam tātæ libertatis bonæ famæ & terrenæ opulentiæ ſubſecuta eſt affluentia, vt etiam in præſentiarum, quo magis noſtra excitatur puſillanimitas quodam modo cognoſcatur, nos ipſos remuneratione etiam temporali remunerare, cum & Apoſtolici reges & principes fœlicitatibus Eccleſię congratulari delectet, gemmarum pretioſarum, auri & argenti, palliorum & aliorum Eccleſiaſticorum ornamentorum affluentia exinde exuberet, vt recte dicere valeamus; Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Quo experimento gloriæ futuræ Dei fratres ſucceſſores noſtros obteſtando per Dei miſericordiā, & terribile eius iudicium ſollicitamus, ne ſanctā religionē, quæ & hominem & Dominum conciliat, confracta cōſolidat, perdita inſtaurauit, paupertatem optime reparare promittant: quia ſicut timentibus Dominum nihil deeſt, non timentibus etiam regibus omnia ipſi quoque ſibi deficiunt.

Sequente itaque ordinationis noſtræ anno ne ingratitudine argueremur, ſancta quippe Romana Eccleſia ante noſtrā promotionē tam Romæ, quam alibi multis & diuerſis Cōciliis tā pro Eccleſia noſtra, quā pro aliis agentē benigne ſuſceperat, gratanter differentē audierat, negotia noſtra me alternis erexerat ad eam viſitandā proſperātes a domino Papa Calixto & tota curia honorifice valde recepti per ſex mēſes cū apud eum demorando magno Concilio trecentorū aut amplius Epiſcoporū Laterinis cōpoſitioni pacis de querela inueſtiturarū aſtitiſſemus orationis cauſa frequentauimus diuerſis Sanctorū locis, videlicet S. Benedicti Caſſini, S. Bartholomæi Beneuenti, S. Matthæi Salerni, S. Nicolai Bari, ſanctorum Angelorum Gargam, domino opitulante, cum gratia & domini Papæ amore, & firmatis Epiſcopalis proſpere remeauimus. Cum autē & alia vice poſt aliquot annos nos dulciſſime vt magis ho-

noraret, & ſicut in literis ſuis continebatur libenter exaltaret, ad curiam reuocaſſet apud Lucam Ruſciæ ciuitatem deceſſus, eius veritatem cognoſcentes, Romanos & nouam & veterem auaritiam deuitando retroceſſimus: cui ſucceſſit de Hoſtienſi Epiſcopo approbata perſona aſſumptus Papa Honorius vir grauis & ſeuerus, qui cum iuſtitiam noſtram de monaſterio Argentoclenſi puellarum miſerrima conuerſatione infamato, tum legati ſui Matthæi Albanenſis Epiſcopi, tum domini Carnotenſis, Pariſienſis Sueſſionis, domini etiam Archiepiſcopi Remenſis Ramali, & multorum virorum teſtimonio cognouiſſet, præcepta regum antiquorum, Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pii & aliorum, de iure loci præfati nuntiis noſtris oblata perlegiſſet, curiæ totius perſuaſione: tam pro noſtra iuſtitia, quam pro earum fœda enormitate beato Dionyſio & reſtituit & confirmauit. Vt autem ad propoſitum Regis recolendæ hiſtoriæ reuertamur ante domini Papæ Calixti deceſſum, Imperator Henricus collecto longo animi rancore, contra dominum regem Ludouicum, eo quod in regno eius Remis in concilio domini Calixti anathemate innotatus fuerat, exercitum quantumcunque poteſt Lotharingorum, Alemannorum, Baioariorum, Sueuorum, & Saxonum, licet eis infeſtaretur colligit aliorſumque tendere ſimulans conſilio regis Anglici Henrici, cuius filiam reginam duxerat, qui etiam regi guerram inferebat, Remis ciuitatem inopinate aggredi machinatur, proponens aut eam ſubito deſtruere, aut tanta dehoneſtatione & oppreſſione ciuitatem obſidere, quanta dominus Papa in eum agens ſedit ſeſſione. Quod cum domino regi Ludouico intimorum relatione innotuiſſet tam ſtrenue, quam audacter delectum quem non expectat cogit, nobiles aſciſcit, cauſam exponit. Et quoniam beatum Dionyſium ſpecialem patronum & ſingularem, poſt Deum, regni protectorem, & multorum relatione & crebro cognouerat experimento ad eum feſtinans, tam precibus, quam beneficiis præcordialiter pulſat, vt regnum defendat perſonam conſeruet, hoſtibus more ſolito reſiſtat. Et quoniam hanc ab eo habent prærogatiuam, vt ſi regnum aliud regnum Francorum inuadere audeat, ipſe beatus & admirabilis defenſor cum ſociis ſuis, tanquam ad defendendum altari ſuo ſuperponatur, eo præſente fit tam glorioſe, quam deuote. Rex autem vexillum ab altari ſuſcipiens, quod de comitatu Vilcaſſini, quo ad Eccleſiam feudatus eſt ſpectat, notiue tanquam a domino ſuo ſuſcipiens pauca manu contra hoſtes, vt ſibi prouideri euolat, vt eum tota Francia ſequatur, potenter inuitat. Indignata igitur hoſtium inuſitatam audaciam vſitata Franciæ animoſitas, circumquaque mouens militarem delectum, vires & viros priſtinæ virtutis & antiquarum memores victoriarum, delegat: qui cum Remis vndecunque potenter conueniſſemus, tantæ militaris & pedeſtris exercitus copiæ apparebant, vt viderentur ſuperficie terræ more locuſtarum, non tantum ſecus decurſus aquarum, ſed etiam montanis & planitie deuorare. Vbi cum Rex continuata ſeptimana Theutonicorum præſtolaretur incurſum tali inter regni proceres deliberatione res diſponebatur; Tranſeamus, inquiunt, audacter ad eos vt redeuntes impune ferant, quod in terrarum dominam Franciam ſuperbe præſumpſerunt. Sentiant contumaciæ ſuæ meritum, non in noſtra, ſed in terra ſua, quæ iure regio Francorum Francis ſæpe perdomita ſubiacet, vt quod ipſi furtim in nos machinabantur attemptare, nos in eos coram intorqueamus. Aliorum autem perita ſeueritas perſuadebat eos diutius expectare, ingreſſos marchiæ fines, cum iam fugere intercepti nequirent expugnatos proſternere, tanquam Sarracenos immiſeriter trucidare, inhumata barbarorum corpora lupis & coruis ad eorum perennem ignominiam exponere, tantorum homicidiorum & crudelitatis cauſam terræ ſuæ defenſione iuſtificare. Ordinantes autem regni proceres in palatio bellatorum acies coram rege, quæ quibus regni ſuffragio iungerentur Remenſium & Cantālannenſium vltra ſexaginta millia, tam equitum, quam peditum vnam componunt Laudunenſium & Sueſſionenſium, nec minori numero, ſecundam Aurelianenſium, Stampenſium, & Pariſienſium & beati Dionyſii copioſo exercitu, & coronæ deuotos tertiam cui etiam ſeipſum intereſſe ſpe ſuffragii protectores ſui deponens: Hac, inquit, acie tam ſecure, quam ſtrenue dimicabo cum pater ſanctorum duorum virorum protectionem etiam, qui

mecum

ſme cum patrio te familiarius educauerunt, aut viuum iuuabunt aut mortuum obſeruantes reportabunt. Comes etiam Palatinus Theobaldus cum auunculo nobiliſſi Trecenſi Comite Hugone cum exanitatione Franciæ, Guerram enim Regi cum auunculo Rege Anglico inferebat aduentaſſet quartā efficiens, quintam Burgundiorum Dues & Niuernēſis Comitis præuiam fecit. Comes vero egregius Viromandenſis Audulfus germana Regis conſanguinitate conſpicuus, optima ſecta militum, multoq; ſancti Quintini & totius terræ armato tam loricis quā galeis exercitu cornu dextrum conſeruare deſtinatus. Poitinos & Ambianenſes & Baluacenſes in ſiniſtro conſtitui approbauit. Nobiliſſimus etiā Comes Flandrenſis cum decē millibus militum pugnatiſſimorum triplicaſſet exercitum, ſi tēpeſtiue ſciſſet extrema acie ad prægendū ordinabatur. His autē locorum affinitate ꝓpinquus Dux Aquitaniæ Guilhelmus, Comes egregius Britannæi, Comes bellicoſus Fulco Andegauenſis ſummè æmulabantur, eo qđ vires exaggerare & Francorum iniuriā grauiſſime punire & ne prolixitas & tēporis breuitas ꝓhiberet. Prouiſum eſt etiam & vbicumq; exercitus apto tamen loco certamen inuenirent & carri carrete aquam & vinum feſſis & ſauciatis deferentes inſtar caſtellorum in corona locarentur, vt à labore bellico & vulneribus deficientes, inibi potando ac ligaturas reſtringendo fortiores indurati ad palmam obtinendam cōcertarent. Publicata igitur tanti & tam tremendi facti deliberatione, tantiq; delectus fortiſſimi apparitione cū hoc ipſum auribus Imperatoris innotuiſſet, ſimulans & diſſimulans pallia occaſione ſubterfugiens, alias tendens magis eligens ignominiā defectus ſuſtinere, quā & Imperium & pſonam ruina periclitantem, Francorum grauiſſimę vltioni ſuppeditare. Quo Franci cōperto ſola Archiepiſcoporū & Epiſcoporum & religioſorum prece virorū, ab illius regni deuaſtatione, & pauperum depreſſione vix ſe cōtinere valebant. Tanta igitur & tam celebri potitus victoria, idem enim aut ſuperius fuit, quam ſi campo triumphaſſent Francis repatriātibus. Rex exhilaratus nec ingratus ad ꝓtectores ſuos ſanctiſſimos martyres humillime deuenit, eiſq; poſt Dominū gratias magnas referens, coronam patri ſui quā iniuſte tenuerat, iure enim ad eos omnes ptinent, deuotiſſime reſtituit, nundinas exteriores in platea, interioris enim ſanctorū erat, libentiſſime reddidit, maturam omni modam, q̄bus ſpatiis cruces & colūnæ ſtatuunt marmoreæ, quaſi Gades Herculis omnibus obſiſtēres hoſtibus ꝓcepti regij cōfirmatione ſanctū, ſacras etiā venerabiles ſacratiſſimorum corporum lecticas argenteas, q̄ altari principali ſuppoſitæ toto ſpatio bellici cōuentus extiterant, vbi cōtinuo celeberrimo diei & noctis officio fratrū colebantur, multa deuotiſſimi populi & religioſarū mulierū, ad ſuffragandū exercitui frequentabant multiplici oratione, rex ipſe proprio collo dominos & patronos ſuos cum lachrymarum affluentia filialiter loco ſuo reportauit, multiſq; tam tibiæ quā aliarū cōmoditatum donariis, ꝓ his & aliis impēſ. beneficus remunerauit. Imperator ergo Teutonicus eo vileſcens facto, & de die in diē declinans infra anni circulū extremum agens diē, antiquorum verificauit ſententiā; neminem aut ignobilē regni aut Eccleſię turbatorē, cuius cauſa aut cōtrouerſia ſanctorū corpora ſubleuētur, anni fore ſuperſtitem, ſed ita l. intra deperire. Rex autē Angliæ cōſcius Teutonici doli, quia Regi Ludouico cum Comite Theobaldo guerrām inferens, cōſpirauerat Marchiam colliniitantē Regis abſentia omnino, aut depopulari aut occupare ſolo vno Barone ſcilicet Amalrico de monte forti, viro marte iugi acerrimo, & ſtrenuitate Vulcaſſinenſis exercitus repulſus, aut parū aut nihil proficiens, vana ſpe fruſtratus retroceſſit. Quo facto noſtrorum modernitate, & multorum temporū antiquitate nihil clarius Francia fecit aut potentiæ ſuæ gloriam viribus membrorum ſuorum adiuuans glorioſus propalauit, quam cum vno eodemque termino de Imperatore Romano & rege Angliæ licet abſens triumphauit. Ex quo quidem ſuffocata hoſtium ſuperbia ſiluit terra in conſpectu eius, & pene ad quos pertingere poterat inimici in gratiam vltro redeuntes, amicitiæ dextras dederunt. Sic arma tenenti omnia datque iuſta negat.

Ea etiam tempeſtatis temperie Aluernorum Pontifex Claromontenſis vir honeſtæ vitæ, & defenſor Eccleſiæ illuſtris, & pulſatus & pulſus Aluernorum ſuperbia noua & antiqua quæ eius titulatur, Aluernique auſi lacus ſe fingere fratres, ad

dominum Regem cõfugiens, quærelam Eccleſiæ lachrymabilem deponit, Comitẽ Aluernenſem ciuitatem occupaſſe, Eccleſiam beatæ Mariæ Epiſcopalem decani ſui fraude multa tyrannide imminuiſſe. Remittentis etiam pedibus peruolutus ancillatam Eccleſiam ei ancillari, tyrannum effrænatum compeſcere regiæ maieſtatis gladio, ſuppliciter efflagitari. Rex autem vt conſueuerat Eccleſiis promptiſſime opitulari, cauſamq; Dei gratanter, ſed ſumptuoſe aſſumens, quia verbis & maieſtatis ſuæ ſigillo tyrannum corrigere non valet, ſtricto maturans militares collegit vires, mouet in Aluerniam recalcitrantem copioſum Francorum exercitum. Cui Bituricis aduentanti, regni optimates Comes bellicoſus Andegauenſis Fulco Comes potentiſſimus Britanniæ, Conanus Comes egregius Nyuernenſis, multique alij regni proceres manu magna militari, regni debitores occurrunt, in Aluernos iniuriam Eccleſiæ & regni vlciſci feſtinantes. Terram itaque hoſtium depopulantes cum ciuitati Claromõtenſi propinquarent aluerni præſidio ciuitatis, quia peroptimo erat munita, relictis montanis acutiſſimis caſtellis ſe cõmiſerunt. Vnde Franci conſultũ eorũ deridentes ſimplicitatẽ, & ad vrbem tẽdere differentes, vt aut ciuitatẽ dimitterent, ne caſtella amitterent, aut ſi remanerent, interim victualia conſumerent, ad caſtrum peroptimũ pontum nomine ſuper fluuium Hylerim diuerterunt, vbi circumquaque tentoria figentes, çque plana & ardua diripiunt, gigantea audacia cœlũ tendere videntur, dum munitiſſima montium cacumina proripiunt, prędas nõ tantum pecorum, ſed & pecoralium hominum, ſuperfluo etiam adducunt inſtrumenta impugnatoria turri eiuſdem caſtelli applicantes, ſaxorum molariũ impetu, ſagittarum impluuio multa eos ſtrage ad deditionem cõpellunt. Quo audito, qui ciuitatem tenebant timore perculſi, ſimile aut grauius q[illegible]d e[illegible], fugam parant, ciuitatem exeunt, eamque Regis arbitrio derelinquunt. Rex autem & Deo Eccleſiam & clero turres, & Epiſcopo ciuitatẽ. Pace [illegible] eos & [illegible] mitem & ſacramentis & obſidum multiplicitate firmata, victor in omnibus re[illegible]tuit. Verum temporum luſtro peracto, cum Aluernorum [illegible]tum perfida le[illegible]te [illegible]eretur recidiua Epiſcopi & Eccleſiæ calamitas, [illegible]am reportat Regi querimon[illegible]ã. Qui ſe caſſo labore adeo defatigatum ded[illegible], [illegible]ollecto primo multo maiore exercitu terram repetit Aluernorum. Iamque g[illegible]uis corpore & canities ſpiſſitudinis mole ponderoſus, cum vnuſ[illegible]uislibet pauper etiam tanta corporũ periculoſi incõmoditate equitare nec vellet nec poſſ[illegible], [illegible] ſe contra amicorũ diſſuaſionem, mira animoſitate rapiebatur, [illegible] ipſi etiã iuuenes horrebant, æſtuos Iunij & Auguſti tolerans caſores, impa[illegible]tes calori deridet, cum ſæpius cum Auguſtus paludum locis fortiſſimis furo[illegible] lacertis ſuſten[illegible]ari oporteret. Erant in eius expeditione Comes prępotens Flan[illegible]s, Carolus Comes Andegauenſis Fulco, Comes Britanniæ tributarius Re[illegible]s [illegible]lici Henrici de Normannia exercitus, Barones & regni optimates qua[illegible] e[illegible]am H[illegible]aniã pe[illegible]ent. Tranſiens itaque Aluer[illegible]rũ d[illegible]ficiles i[illegible]g[illegible]ſus, & ob[illegible]mantia caſtella C[illegible]montem peruenit. Cum autem abortiuo & oppo[illegible]ito c[illegible] ca[illegible]o [illegible]onti[illegible] exercitum applicaret, milites qui caſtru[illegible] defendere habebant Francorum mirabilem exercitũ ſuis diſſimilem, formid[illegible]ntes loricarum & gal[illegible]rum reperc[illegible]o ſole, ſplendorem admirantes, ſolo viſ[illegible] hab[illegible], & exteri[illegible]tem [illegible]tes imm[illegible]nitatẽ in turre & turris procinctu, vix etiam [illegible] ſe contulerunt, applicatis autem immunitatis relictæ domibus flãmino[illegible]ius i[illegible]n[illegible] quicquid erat præter tur[illegible]im & procinctum eius, in cineres diſſoluit. Et [illegible] q[illegible]em die propter æſtuantem incendio ſubito v[illegible], extra tentoria figentes, [illegible]uente intus ſopitis flãmis reportauimus. Rex vero ſummo mane hoc vno facto & e[illegible] contriſtauit, & nos exhilarauit, quoniam c[illegible] tentoria noſtra vna de parte, turri propinquiora, multo bello, multis ſagittarũ & iaculorũ emiſſionibus, ita etiam vt præmiſſis inter nos & ipſos armatorum præ[illegible]is, nos clipeis operiri oporteret laceſſire, tota nocte non deſi[illegible]erent, [illegible]ifica[illegible] militari viro & egregio Baroni Amalrico à Monte forti, vt eis ex o[illegible]liquo inſidias ponens, ne procinctum impune regredientur prouideat. Qui ta[illegible] in tentorijs, ſumit arma eoſque equorum velocitate ex obliquo, no[illegible] eo[illegible] impe[illegible]ubus, [illegible]opinate quoſdam intercipit Regi celeriter remittit. Qui cũ redimi ſe multo rogarent, imperat eos mancari. man-

eos autem punitos Imprimis referentes intus ſociis remitti. Quibus certi territi deinceps nos quietos ſinebant. Cumq; machinarum & inſtrumentorum ſtructura demorante tota Aluernia volũtati & arbitrio exercitus pateret, Dux Aquitaniæ Guilelmus exercitu Aquitanorũ factus aduenit. Qui cum in mõtanis caſtra metatus in plano Francorum intueretur rutilare phalanges, admiratus exercitus tanti magnitudinẽ pœnituit, cum ꝑ impotentiã ad refragãdum veniſſet, mittenſq; pacificos regi nuncios, vt ei tamquã domino ſuo loquetur, aſtitit perorans hoc modo: Dux tuus Aquitaniç domine rex multa te ſalute omni te potiri honore. Nõ dedignetur regiæ maieſtatis celſitudo ducis Aquitaniæ ſeruitium ſuſcipere ius ſuum & cõſeruare, qa ſicut iuſtitia exigit ſeruitium, ſic & iuſtum exigit dominium. Aluernẽſis Comes, qa Aluerniam à me, quam ego à vobis habeo, habet, ſi quid cõmiſit curiæ veſtræ, veſtro habeo imperio repræſentare, hoc nũquam ꝓhibuimus, hoc etiã modo offeri...us, & vt ſuſcipiatis ſuppliciter efflagitamus. Et ne ſup his celſitudo veſtra dubitare dignetur, multos & ſufficientes obſides dare paratos habemus. Si ſic iudicauerint regni optimates, fiat; ſin aliter, ſicut. Super his ergo Rex cum optimatibus regni conſulens, dictante iuſtitia, fidẽ iuramẽtum obſidum ſufficientiã ſuſcipit, pacẽ patriç & Eccleſiç reſtituit, diẽ inter eos præſente Duce Aquitaniç agẽdis Aurelianis quod huc vſq; renuerant ſtatuit, exercitumq; glorioſe reducens in Franciam victori remeauit.

Egregie factum quo nobilius ab adoleſcentia ſua vſq; ad vitç limitem nullum ꝑpetrauit, vitando faſtidium cum multa egeat, brẽui narratione memorare nõ quomodo, ſed quid fecerit, ſignificantes propoſuimus. Famoſus Comes vir potentiſſimus Carolus de amita domini Regis Ludouici Danorum Regis filius cum ſucceſſiſſet iure conſanguinitatis fortiſſimo Comiti Balduino Hieroſolymitani Roberti filio, Flandriæ terram valde populoſam tam ſtrenue quam diligenter adminiſtrabat, Eccleſiæ Dei illuſtris defenſor, eleemoſynarum liberalitate conſpicuus, iuſtitiæ timor inſignis. Qui cum debitor honoris adepti, potentes quoſdam genere humiles, opibus claros dominio eius lineam conſanguinitatis, abſentare ſuperbe imminentes: erant enim de fece conditionis ſeruilis, iudicio curiæ conuenienter ſatis repeteret, ipſi videlicet Brugenſis Eccleſiæ præpoſitus, & ſui viri ſuperbiſſimi & famoſi proditores crudeliſſime ei inſidiabantur. Cum igitur quadã die Brugas veniſſet ſummo mane Eccleſiæ Dei aſſiſtens pauimento proſtratus, librum orationum manu tenens orabat, cum ſubito Buchardus quidam nepos præpoſiti præfati ſatelles truculentus cum aliis de eadem ſceleratiſſima radice, & aliis traditionis peſſimæ complicibus, oranti, immo Deo loquenti tacite retrocedit, & caute gladio euaginato collum terræ proſtratum Comitis ſuauiſſime tangens, vt paululum erectum ferientis gladio ſe inopinate dirigeret, enſem ei applicans, vno ictu impius pium, ſeruus dominum ſceleratiſſime detruncat. Qui autem aſtabant necis impiæ cooperatores, ſanguinem eius ſitientes, tamquam canes in relicta cadauera debacchantes, innocentem laniare gaudebant, ſummopere gloriantes, quod opere complere potuerant quem conceperant dolorem, & quem pepererant iniquitatem. Et apponentes iniquitatem ſuper iniquitatem, vtpote malicia ſua excæcati, quoſcumq; caſtella nos quoſcumq; nobiliores Comitis Barones: ſiue in eadem Eccleſia ſiue extra in caſtro offendere poterant infeliciſſimo miſeræ mortis genere imparatos nec confeſſos trucidabant. Quibus tamen prodeſſe valde arbitramur, quod pro fidelitate domini ſui taliter mactati in Eccleſia orantes ſunt reperti, cum ſcriptum ſit, vbi te inuenero, ibi te iudicabo. Comitem vero truces in ipſa Eccleſia tumulantes ne honorifice extra deplangeretur, & ſepeliretur, & pro glorioſa vita & glorioſiore morte deuotus populus in eius vltionem incitaretur Eccleſiam ipſam ſpeluncam latronum ſtatuentes tam ipſam quam Comitis domum Eccleſiæ inhærentem minuerunt & quibuſcumque paratis victualium alimentis, & ſeipſos exinde protegere, & terram ſibi allicere ſumma ſuperbia deliberant. Tanti igitur & tam ſcelerati horrore facti attoniti, qui his non aſſenſerant, Flandriæ Barones lachrymabiles exequias perſoluentes, notam proditionis euitant, dum hoc domino Regi Ludouico, nec ei tantum, ſed fama volante per vniuerſum orbẽ denunciant, Rex autem & amore iuſticiæ & conſanguinitatis affectu in vltionem

tantæ proditionis excitatus nec Regis Anglici, nec Comitis Theobaldi guerra detentus, Flandriam animoſus intrat, vt nequiſſimos atrociſſime perdat toto animi & operis viſu exęſtuat, Comitem Flandriæ Guillelmum Normannum filium Roberti Hieroſolymitani Normanniæ Comitis, ad eum enim iure conſanguinitatis ſpectabat, conſtituit. Vt autem Brugas deſcendit non veritus terræ barbariem, nec fœdam proditoriæ conſanguinitatis lineam, ipſos proditores in Eccleſia & turre obſeſſæ coarctat victualia præter ſua quæ diuino nutu, eorum etiam vſui importuna, repugnabant, prohibet. Vt autem fame, peſte & gladio, aliquantiſper eos contriuit, Eccleſiam relinquentes turrim tantum, vt eos turris retinet, retinuerunt. Iam ergo de vita eis deſperantibus, cum iam in luctum verteretur cythara eorum, & organum eorum in vocem flentium, nequiſſimus Buchardus ſociorum conſenſu fuga lapſus, terram exire volens, nec valens, ſola iniquitate propria prohibente, infirmitate cuiuſdam amici & familiaris, reuerſus, interceptus, Regis imperio exquiſito, miſeræ mortis genere, alta rota ſuperligatus coruorum & alitum rapacitati expoſitus, deſuper oculis defoſſus & tota facie dilaceratus, inferorum ſagittis & lanceis & iaculis millies perforatus, miſerrime interfectus in cloacam proiectus eſt. Bercoldus vero caput iniquitatis cũ ſimiliter effugere decreuiſſet, cum huc illucq; ſatis licenter deambulaſſet, ſola ſuperbia reuerſus, dicebat enim; quis ego, aut quid ego? ſiue etiam capitur & regis arbitrio expoſitus, merita & miſerrima morte eſt damnatus. Furcis enim cum cane ſuſpenſus, quotiens canis percutiebatur, in eum iram retorquens totam faciem eius maſticando deuorabat: aliquando etiam, quod horribile dictu eſt, ſtercorabat, ſicque miſeram vitam miſerior miſerrimo morte perpetua terminauit. Quos autem in turre incluſerat, multis anguſtiis ad deditionem cogens, ſigillatim vnum poſt alium coram ſuis fractis ceruicibus deiecit. Quendam etiam eorum Iſaac nomine timore mortis in monaſterio quodam tonſoratum demonachatum patibulo affixit. Potitus itaque Brugenſi victoria Rex cum ſuis ipſam per optimum caſtrum contra Guillelmum baſtardum proditionis fautorem vt & in eum vlciſcatur accelerat, Brugenſes tam minis quam blanditiis directis, ad eos nunciis allicit, dumque Guillelmus cum trecentis militibus exobuiat, altera pars regalis exercitus in eum irruit, altera ex obliqno alia porta caſtellum audacter occupat, eoque retento Guillelmum à tota Flandria exhæredatũ exterminat, & quia proditione ad poſſidendam Flandriã aſpirauerat, merito in tota Flandria nihil obtinuit. His ergo & diuerſis vltionum modis & ſanguinis multi effuſione lota & quaſi rebaptizata Flandria Guillelmo Normanno Comite conſtituto, Rex in Franciam, Deo auxiliante, victor remeauit.

Sed & aliam conſimilem & Deo gratam, & alia vice famoſam fecit vltionẽ, cum hominem perditiſſimum Thomam de Marna Eccleſiam Dei terebrantẽ nec Dominum nec hominem reuerẽtem in manu forti celeriter tamquam rhytionem fumigantem extinxit. Querulo ſiquidem Eccleſiarum planctu compulſus cum Laudunum ad vlciſcendum aduentaſſet, Epiſcoporum & regni optimatum perſuaſione & maxime egregij Comitis Viromandenſis Radulfi, qui potentior aliis poſt Regẽ in partibus illis erat conſilio in eum ducere exercitũ Cotiacum, deliberatum eſt. Feſtinante autem Rege ad caſtrum, cum qui miſſi fuerant opportunum explorare acceſſum, importunũ omnino & inacceſſibile renunciaſſent, & à multis angeretur, iuxta audita conſilium mutare debere. Rex ipſa indignatus animoſitate, Lauduni, inquit, hoc remanſit conſilium. Quod enim ibi deliberatum eſt, nec pro morte, nec pro vita mutabimus, vileſceret merito regiæ maieſtatis magnificentia, ſi ſcelerati hominis formidine refugi videremur. Hæc ait & mira animoſitate licet corpore grauis per abrupta & nemoribus obtruſas vias, licet periculoſe cum exercitu penetrans, cum prope caſtrum perueniſſet, nunciatum eſt ſtrenuiſſimo Comiti Radulfo ex alia parte caſtri vaganti exercitui inſidias parari, & ruinæ eorũ inſtantiſſime demoliri. Qui illico armatus eum paucis ſociorum illuc via opaca tendens, conſpicatis præmiſſis quibuſdam militibus ſuis tam percuſſum illum cecidiſſe equũ calcaribus vrgens irruit in eum, & audacter gladio percutiens lethale vulnus infligit, nec niſi prohiberetur, repetendum foret. Captus itaque & ad mortem ſauciatus, Regiq;

Ludo-

Ludouico præſentatus, eius imperio Laudunum laude omnium fere & ſuorum & noſtrorum eſt deportatus. Sequente autem die publicata terra plana eius, ruptiſque ſtagnis, quia dominum terræ habebat, terræ parcens, Laudunum regreſſus dominus rex Ludouicus, hominem perditiſſimũ, nec vulneribus, nec carcere, nec minis, nec prece, ad reditionem mercator quos mira proditione in conductu ſpoliatos omnibus ſuis carcere detinebat, cogere valebat. Qui cum coniugẽ ex regia promiſſione ſibi aſciuiſſet, magis videbatur de mercatorum, qui ab eo exigebantur, quam de vitæ amiſſione dolere: Cumque iam plagarum dolore grauiſſimo pene ad mortẽ conſtrictus, à multis etiam confiteri & viaticum ſuſcipere rogaretur, vix conceſſit. Cum autem ad corpus Domini manu ſacerdotis in eam quã miſer inhabitabat cameram deportatum eſſet, ſicut ſi ipſe Dominus Ieſus miſerrimũ vas hominis minime pœnitentis, nullo modo ingredi ſuſtineret, mox vt nequam ille collũ erexit, illico confractum retorſit, & ſpiritum teterrimum diuinæ expers Euchariſtiæ exhalauit. Rex autem vlterius mortuũ aut mortui terram proſequi dedignatus, mercatorum emancipationem, & theſaurorũ eius maximam partem à cõiuge & filiis extorſit, & pace Eccleſiis morte tyranni reſtituta, victor Pariſiis remeauit. Sed & alio tempore cum occaſione dapiferatus euerſiſſet inter dominũ Regem & Amalricum de Monteforti virũ illuſtrem, ſtimulante Stephano Garlaudenſi, grandis altercatio, & tam Regis Anglici quam Comitis Theobaldi fulciretur ſuffragio, feſtinato exercitu Luitiacum obſedit caſtrum, & erectis impugnatoriis machinis, frequenti inuaſione, crebro aggrediens impetu, fortiſſime expugnauit, & quia egregius Comes & cognatus germanus Radulfus Viromandenſis baliſtarij quadro in aſſultu promptiſſimus, oculo eſt priuatus, fortiſſimum caſtrũ funditus ſubuertit. Sed & tanto guerrarum bello eos affecit, quod ei dapiferatum & dapiferatus hæreditatem bona pace relinquentes abdicauerunt. Qua guerra ipſe etiam Rex, quia militaris vir erat, ſemper promptus in hoſtes, baliſtarij immiſſione quadri crure perforatus læſus valde, multa animoſitate vilipendebat, & tamquam ſi regiæ maieſtatis thronus vulneris dolorem dedignaretur, rigide anguſtiam quaſi non ſuſtinens, ſuſtinebat.

Eo autem tempore Eccleſiam Romanam ſchiſmate periculoſo grauiſſime & pene præcordialiter contigit ſauciari. Venerandæ memoriæ ſummo Pontifice & vniuerſali Papa Honorio viam vniuerſæ carnis ingreſſo cum Eccleſiæ Romanæ maiores & ſapientiores ad remouendum Eccleſiæ tumultum conſenſiſſent apud ſanctum Marcum, & non alibi, & non niſi communiter Romano more celebrem fieri electionem, qui & aſſiduitate & familiaritate propinquiores Apoſtolici fuere, timore tumultuantium Romanorum illuc conuenire non audentes antequam publicaretur domini Papæ deceſſus perſonam venerabilem Cardinalem de ſancto Angelo Diaconum Gregorium ſummum eligunt Pontificem. Qui autem Petri Leonis parti fauebant, apud ſanctum Marcum pro pacto alios mutantes conuenerunt, dominique Papæ morte comperta, ipſum eundẽ Petrũ ſerius Cardinalem presbyterum multorum & Epiſcoporum & Cardinalium & clericorum, & Romanorum nobilium cõſenſu notiue elegerunt, ſicq; ſchiſma perniciosum ſtatuendo Chriſti Domini tunicam inconſutilẽ diffidendo partiti ſunt Eccleſiã Dei, & illũ magno ſe Indiæ quiſque tuetur alij aliis alliciunt, alij alios anathemate trudant, iudicium præter ſuum non attendunt. Cum autem Petri Leonis pars tum parentum ſuffragio, tum Romæ nobilitatis præſidio præualeret dominus Papa Innocentius, cum ſuis vrbem relinquere deliberat, vt orbem terrarum obtinere præualeat. Deſcendens itaque nauali præſidio ad partes Galliarum tutum & approbatum elegit perſonæ Eccleſiæ poſt Domini defenſionis aſylum regnum nobiliſſimum Francorum, nunciiſque ſuis ad Regem Ludouicum deſtinatis, & perſonæ Eccleſiæ opitulari efflagitat. Quo Rex vt erat piiſſimus Eccleſiæ defenſor, cito cõpunctus concilium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum & religioſorum virorum ſtampis conuocat, & eorum conſilio magis de perſona quam de electione inueſtigans: fit enim ſæpe vt Romanorum tumultuantium quibuſcumq; moleſtiis Eccleſię electio minus ordinarie fieri valeat: & aſſenſum electioni conſilio virorum præbet,

& deinceps manu tenere promittit. Cum autem & ſuſceptionis & ſeruitij primitias Cluniaci primos redelegaſſet tanto exhilarati ſuffragio cum gratia & benedictione Dn. Regi per nos gratias referẽtes, ad propria remiſerunt. Vt autem vſque ſanctum Benedictum ſuper Ligerim deſcendit Dn. Rex cum Regina & filiis ei occurrens & nobilẽ diademate ſæpius coronatum verticem, tamquam ad ſepulchrum Petri inclinans pedibus eius procumbit, catholicum affectum & deuoti ſeruitij effectum ei & Eccleſiæ promittit. Cuius exemplo & Rex Angliæ Henricus ei Carnotum occurrens deuotiſſime pedibus eius proſtratus, votiuam ſui ſuorumque vt terra ſua ſuſceptionem & obedientiæ filialis promittit plenitudinem. Viſitando itaq; Galioniam, ſicut res exigebat Eccleſiam ad partes ſe transfert Lotharingorum. Cui cum Imperator Loherius ciuitate Lerdij cum magno Archiepiſcoporum & Epiſcoporum & Teutonici regni optimatum collegio celeberrime occurriſſet in platea ante Epiſcopalem Eccleſiam humillime ſeipſum ſtratorem offerens, pedes per medium ſanctæ proceſſionis ad eum feſtinat, alia manu virgam ad defendendum, alia frænũ albi equi accipiens, tanquam dominum deducebat. Deſcendente vero tota ſtatione eum ſubradiando deportans, celſitudinem paternitatis eius notis & ignotis clarificauit. Pace itaque imperij & Eccleſiæ confœderata, inſtãtem ſancti Paſchæ diem apud nos in Eccleſia beati Dionyſij tamquam ſpeciali filia affectat celebrare. Hos autem ob timorem Dei & Eccleſiæ matris & filiæ, gratanter pridie cœnæ Domini ſuſcipientes celeberrimam Deo & hominibus perferentes proceſſionem, aduentum eius odis exultationis collectantes amplexati ſumus. Cœna ergo Domini apud nos more Romano & ſumptuoſo donatiuo quod presbyterũ nominant celebrata venerandam Domini crucifixionem venerando proſequutus ſanctiſſimæ reſurrectionis vigilias honore debito pernoctauit. Summo mane vero extrinſeca via ad Eccleſiam matutini inſtrata cum multo collateralium collegio quaſi ſecreto communicauit, ibiq; more Romano ſeipſos præparantes multo & mirabili ornatu circumdantes capiti eius fugium ornamentum Imperiale inſtar galeæ circulo aureo concinnatum imponunt, albo & palliato equo inſidentem educunt, ipſi etiam palliati equos albis operturis variatos equitantes odas perſonando feſtiue geminati procedũt. Barones vero Eccleſiæ noſtræ ferrati & Caſtellani nobiles ſtratores humillimi pedes eum equitantem fræno deducebant. Quidam etiam peruij copioſam monetam, vt turbam impedientem remouerent, iactitabant. Via autem regia & ſalicib. & fixis ſtipitib. precioſis paleis rutilabat. Cum autem & militiæ cunei & populi multi concurſus & honoratiſſime occurreret: nec etiam ipſa Iudæorũ Pariſienſium excæcata defuit ſynagoga, qui legis literam, rotulam ſcilicet velatam offerens, ab ore eius hanc miſericordiæ & pietatis obtinet ſupplicationem auferat Deus omnipotens velamen à cordibus noſtris. Præueniẽs vero ad ſanctorum baſilicam coronis aureis rutilantem argenti & plus centies auri pretioſarum gemmarum & margaritarum ſplendore fulgurantem, diuina diuinæ celebrans agni vera Paſchalis victimas ſacratiſſimas nobis cooperãdo immolauit. Finita vero miſſa erectis in clauſtro palus ſtrato menſis materialem agnum tamquam thoris accubitati ſumunt, cetera nobilis menſę fercula conſueto more ſuſcipiunt. Sed & ſequenti die eandem ab Eccleſia ſancti Remigij ad principalem reciprocam proceſſionem. Tranſactis itaque tribus poſt Paſcha diebus cum gratiarum actione & auxilij & conſilij promiſſione Pariſium tranſiuerunt. Exinde Galliarum Eccleſias viſitando & de earum copia inopiæ ſuæ defectum ſupplendo, cum per terram aliquantiſper deambulaſſet, Compendij demorari elegit. Interea contigit ſingulare & vlterius inauditum Franciæ regni infortunium; Regis enim Ludouici filius floridus & amœnus puer Philippus, bonor, ſpes, timorq; malorum, cum quadam die per ciuitatis Pariſienſis ſuburbium equitaret ab vno porco diabolico offenſus equus, grauiſſime cecidit, ſeſſoremque ſuum nobiliſſimum puerum ſcilicet conſternatum, mole ponderis ſui conculcatum contriuit. Quo dolore ciuitatis & quicumque conſternati, ea ſiquidem die exercitum ad expeditionem aſciuerat, vociferabantur, flebant & eiulabant, tenerrimum recolligentes puerum pene extinctum, proximam domum reportant. Hoc re vero inſtante, proh dolor, ſpiritum exhalauit. Quantus autem & quam mirabilis dolor

& luctus

& luctus patrem & matrem & regni optimates affecerit, nec ipſe Homerus dicere ſufficeret. Eo autem in Eccleſia beati Dionyſij in ſepultura Regum & ſiniſtra ſanctę Trinitatis parte, multorum conuentu Epiſcoporum & regni optimatũ, more regio humato, pater ſapiẽs poſt lugubres querimonias poſt miſerabiles iure ſupſtites imprecationes religioſorum & ſapientum conſilio conſolari admiſit. Qui ergo intimi eius & familiares eramus formidantes ob iugem debilitati corporis moleſtiam, eius ſubitum defectum cõſuluimus ei quatenus filiũ Ludouicum pulcherrimũ puerum regio diademate coronatum, ſacri liquoris vnctione Regẽ ſecum ad refellendum ęmulorum tumultum cõſtitueret. Qui conſiliis noſtris adquieſcens Remis cum coniuge & filio & regni ꝓceribus deuenit, vbi in pleno & celeberrimo quod dominus Papa Innocentius cõuocauerat concilio ſacri olei vnctione & coronæ regni deportatione in regem ſublimatum, felicem ꝓuidit regno ſucceſſorẽ. Vnde multis quaſi quodam præſagio videbatur, eius debere amplificari potentia qui tot & tãtorum & tam diuerſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Francorum, Theutonicorum, Aquitanorum, Anglorum, Hiſpanorum ſuſcepit benedictionẽ copioſam. Cumq; pater viui gaudio defuncti dolorem alleuians Pariſium rediret, dominus Papa ſoluto Concilio Antiſiodoro elegit demorari. Oportunitatem vero repatriandi nanciſcens de Imperatoris Ludouici comitatu: quia eum in manu forti ꝑducere & Petrũ Leonis deponere ſpoponderat, illuc cum eo deuenire, ſed cum eum Auguſtũ Imperatorẽ conſtituiſſet Romanis reſiſtentibus pacẽ obtinere Petro Leonis inuenire nõ potuit. Sed cum Petrus Leonis de medio abiiſſet, pace Eccleſiæ poſt longam fluctuationẽ, poſt diuinos & pene cõſumptiuos languores, Dei auxilio reſtituta dominus Papa felici ſucceſſit ſanctiſſimã cathedram vitę & offic j merito nobilitauit. Iam Iamq; dominus rex Ludouicus & corporeę grauitatis mole, & laborũ continuato ſudore aliquantiſp fractus, vt humanæ cõplexionis mos eſt, corpore non animo deficiebat, cum Ramẽſi q̃d regiæ maieſtati importunium ꝑ vniuerſum regnũ emergeret, multũ nullo modo præterire ſuſtineret. Tantæ enim ſciẽtiæ & induſtrię ſexagenarius erat vt ſi impinguati corporis moleſtia iugis nõ reſiſteret, omnẽ vniuerſaliter hoſtẽ ſuperando cõerceret. Vnde ſæpe intus ingemiſcendo querebatur: Hæc, inq̃t, miſerę cõditioni quę ſcire & poſſe inſimul, aut vix aut numquã admittit. Si enim iuuenis ſciſſem aut modo ſenex poſſem, efficaciſſime regna multa ꝑdomaſſem. Ea tamẽ corporis debilitatus grauitate, etiã lecto rigidiſſimus vſq; adeo & regi Angliæ Comitiq; Theobaldo, & omnibus reſiſtebat, vt quicumq; eum viderent & p̃clara opera audirent, animi mobilitatem prędicarent, corporis debilitatẽ deplangerent. Ea etiã moleſtatus angaria cum contra Theobaldum Comitem læſo crure & vix deportato Boneuallis pręter clauſtra monachorũ, quę defendebat, igne cõcremare feciſſet, ſed & alia vice tum caſtellũ Renardi de Firodo Comitis Theobaldi, ꝑ homines etiam abſens deſtruxiſſet, ea quam extremam fecit expeditionẽ, nobiliſſimo exercitu caſtrum ſancti Brixionis ſuper fluuium Lygerim ob ſui rapacitatem & mercatorum deprędationẽ & incendio diſſoluit, & turrim & dominum ad deditionẽ coëgit. Qua regreſſus expeditione apud caſtellum nouum montis Treherij graui diarria ventris profluuio, ſicut aliquando conſueuerat, grauiter cœpit anxiari. Qui vt erat in conſiliis prouidus, ſibi ipſi conſulens & miſeratus animæ ſuæ Deo placens frequentare confeſſionis & orationum ſibi deuotione prouidebat, hoc vnum toto animi affectu præoptans apud ſanctos Martyres protectores ſuos Dionyſium ſociosque eius ſe quomodocumq; deferri, & ante ſacratiſſima eorũ corpora regni & coronæ depoſitione coronam pro corona, ꝓ regalibus inſignibus & imperialibus ornamentis humilem beati Benedicti habitum cõmutando monaſticum ordinẽ profiteri videant, q̃ monaſticæ paupertati derogãt, quomodo nõ ſolum Archiepiſcopi, ſed & ipſi Reges tranſitoriæ vitam æternam præferẽtes, ad ſingularem monaſtici ordinis tui clam ſecuriſſime confugiunt. Cùm autem de die in diem graui diarria turbaretur, motus tantis & iam moleſtis medicorum potionibus diuerſorum & amariſſimorũ puluerum ſuſceptionibus ad reſtringendum infeſtabatur, vt nec ipſi etiã incolumes & virtuoſi ſuſtinere præualerent. Qui inter has & huiuſmodi moleſtias innata dulcedine beneuolus omnibus ita blandiebatur, omnes admittebat, omnes demulcebat, ac ſi

nihil moleſtiæ pateretur. Aſperrimo itaq; ꝓfluuij motu & longo macerati corporis defectu dedignatus viliter aut inopinate non cõuocat religioſos viros, Epiſcopos & Abbates, & multos Eccleſiæ ſacerdotes, quęrit reiecto pudore omni ob reuerẽtiam Diuinitatis & Scotorum, Anglorum coram deuotiſſime cõfiteri & ſecuriſſimo Dominici corporis & ſanguinis viatico exitũ ſuũ muniri. Cũ ipſum pręparare feſtinant, Rex ipſe inopinate ſe leuans & præparans veſtitus cameram cunctis adiuuantibus obuiam corpori Domini Ieſu Chriſti exit deuotiſſimus aſſiſtit. Vbi videntibus cunctis tam clericis laicis Regem exuens regnũ deponit, peccando regnũ adminiſtraſſe confitetur, filiũ ſuum Ludouicũ annulo inueſtit, Eccleſiam Dei, pauperes & orphanos tueri, ius ſuum vnicuiq; cuſtodire, neminem in curia ſua capere ſi nõ pœnaliter ibidem delinquens fide obligat. Vbi etiam aurum & argentũ & vaſa concupiſcibilia & pallia & palliatas culcitras, & omne mobile qđ poſſidebat, & quo ei ſeruiebat Eccleſiis & pauperibus & egenis ꝓ amore Dei diſtribuens, nec chlamydibus nec regiis indumentis vſq; ad Canuſiam pepcit. Capellam autem ſuam pretioſam textũ pretioſiſſimũ auro & gẽmis turbulũ aureum quadraginta vnciarum, candelabra centũ ſexaginta auri vnciarum, calicem auro & pretioſiſſimis gemmis cariſſimum capas de pallio precioſas decẽ, precioſiſſimũ hyacynthum Atanę regis Ruthenorum filię, qđ de ſua in manu noſtra reddens, vt coronę ſpinę Domini infigeret̃ pręcepit, ſanctis martyribus ꝑ nos deſtinauit, & ſi quocumq; modo ſubſequi poſſet deuotiſſime ſpopondit. His igitur exoneratus, & Dei miſericordia perfuſus, humillime flexis genibus ante ſacratiſſimum corpus & ſanguinẽ Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui enim mox miſſam celebrauerant: illuc & cum proceſſione deuote attulerant in hanc oris & cordis veræ & catholicæ confeſſionis vocem, non tamquam illiteratus, ſed tamquam literatiſſimus Theologus erumpit.

Ego peccator Ludouicus confiteor vnum & verum Deum patrẽ & filium & ſpiritum ſanctum, vnã ex hac S. Trinitate pſonam, videlicet vnigenitum & conſubſtãtialem & coæternum Dei patris filium, de ſacratiſſima Maria virgine incarnatum, paſſum, mortuum & ſepultum, tertia die reſurrexiſſe, cœlos aſcendiſſe, ad dexteram Dei patris cõſedere, viuos & mortuos extremo & magno iudicio iudicare. Hãc autẽ ſacratiſſimi corporis eius Euchariſtiã illud idẽ credimus corpus ꝙ aſſumptum eſt de virgine, ꝙ diſcipulis ſuis ad cõfœderandum & vniendũ & in ſe cõmanendum cõtradidit. Hunc ſacratiſſimũ ſanguinẽ illum eundem ꝗ de latere eius in cruce pendẽtis defluxit, & firmiſſime credimus & ore & corde cõfitemur: hocq; ſecuriſſimo viatico deceſſum noſtrũ muniri & cõtra oẽm æream poteſtatem certiſſima ꝓtectione defendi ꝓptamus. Cũ autem cunctis admirantibus facta primũ peccatorũ confeſſione deuotiſſime corpori & ſanguini Ieſu Chriſti cõmunicaſſet, tamquã illico conualeſcere incipiẽs, ad camerã redit, omniq; ſecularis ſuꝑbiæ reiecta põpa ſola linea culcitra decubuit. Cumq; eũ de tãto tantillũ & de tã alto tã humilem humano more me deflere conſpicaret̃: Noli, inquit, chariſſime amice, ſuper me deflere, qn potius exultando gaudere, qđ Dei miſericordia præſtitit me in eius occurſum ſicut vides præparaſſe. Cum autem paulatim ad incolumitatem reſpiraret: quo potuit vehiculo, prope Mylidunum ad fluuium Sequanæ occurrentibus & concurrentibus per viam & obuiam & Deo perſonam eius commendantibus, à caſtellis & vicis & relictis aratris deuotiſſimis populis, quibus pacem conſeruauerat, deſcendit, ſicque ob amorem ſanctorum Martyrum, quos viſitare & grates reddere deſiderabat, deueniens citiſſime, Deo donante eques ad eos peruenit, qui à fratribus & pene tota patria tamquam piiſſimus Eccleſiæ pater, & nobilis defenſor, ſolemniter & deuotiſſime ſuſceptus, ſanctiſſimis Martyribus humillime proſtratus, votiuas pro impenſis beneficiis, & deuotas gratiarum actiones lachrymando perſoluit, & vt deinceps ei prouideant, humillime interpellauit. Cumque caſtrum Heriſtiliacum perueniſſet, celeriter ſubſecuti ſunt eum nuncij Guillelmi Ducis Aquitaniæ, denunciantes eundem Ducem ad ſanctum Iacobum peregre profectum in via demigraſſe, ſed antequam iter aggrederetur, & etiam in itinere moriens filiã nobiliſſimã puellam nomine Alienor deſponſandã, totamq; terram ſuam eidẽ retinendã & deliberaſſe & dimiſiſſe. Qui cõmunicato cũ familiarib. cõſilio ſolita magnanimitate

gratanter oblata ſuſcipiens chariſſimo filio Ludouico, eam copulari promittit, nec non & deinceps nobilem apparatum, ad deſtinandum illuc componit nobiliſſimorum virorum exercitum quingentorum & eo amplius militum de melioribus regni colligit, cui etiã Palatinum Comitem Theobaldum & egregium Viromandẽſem Comitem & conſanguineum Radulfum præeſſe cõſtituit. Hos autem familiares eius & quoſcumq; ſanioris cõſilij reperire potuit & cõcopulauit: ſic in eius exitu filio valedicens, protegat te, inquit, & tuos, fili chariſſime omnipotẽtis Dei, per quẽ Reges regnãt, validiſſima dextera quaſi te & quos tecũ tranſmitto quocumq; infortunio amitterẽ nec me præſentialiter nec regnum curarem. Copioſas etiam gazas & theſaurorum ſufficientiam deliberans, ne quid in toto ducatu Aquitaniç rapiant, ne terram aut terræ pauperes lædant, ne amicos inimicos faciant, regia maieſtate interminat, vt gratum exercitui de proprio ærario quotidianam exhibeant deliberationem, imperare non dubitat. Qui cum per Lymonicenſium partes ad Burdegalenſium fines perueniſſemus, ante ciuitatem interpoſito magno fluuio Garona tentoria defiximus, ibidem præſtolantes nauali ſubſidio ad vrbem tranſeuntes, donec die dominica collectis Gaſconiæ ſanctione Pictauiæ optimatibus pręfatam puellam cum eo diademate regni coronatam ſibi coniugio copulauit. Redeuntes igitur per pagum Sanctonicum conſigni erant hoſtes proſternentes Pictauorum ciuitatem cum exultatione totius terræ peruenimus. Æſtuabant eo tempore æſtiui calores ſolito nociuiores, quorum conſumptione aliquantiſper ſoluti & valde contriti defatigabamur. Quorum intollerabili ſolutionem cum dominus Rex Ludouicus Pariſiis recidiua profluuij diſſenteria grauiſſime fatigaretur, omnino deficiebat. Qui nunquam ſuper his improuidus ac cito venerabili Pariſienſi Epiſcopo Stephano & religioſo S. Victoris Abbate Gilduino, cui familiarius confitebatur, eo quod monaſteriũ eius à fundamine conſtruxerat, & confeſſionem repetit, & exitum ſuum viatico Dominici corporis muniri deuotiſſime ſatagit. Cumq; ſe deferri ad Eccleſiam ſanctorum martyrum faceret, vt quod votũ ſæpius ſpoponderat, humillime perſolueret, ægritudinis anticipatus anguſtiis quod opere non potuit, corde & animo & voluntate compleuit. Præcipiens ergo tapetum terræ & cineres tapeto in modum crucis deponi ibidẽ manibus ſuorum depoſitus, ſigno ſanctæ crucis præſentiã ſuam muoeris 30. regni adminiſtrationis, ætatis vero fere 60. anno, Kal. Auguſti ſpiritum emiſit. Cum autem eadem hora corpus eius precioſo pallio inuolutũ ad Eçcleſiam ſanctorum martyrum ſepulturæ deportaretur & præceſſiſſent qui ſepulturæ locum adaptarent, vnum contigit quod ſilentio prætereire dignũ non videtur. Cum enim præfatus Rex nobiſcum conferendo de ſepulturis Regum aliquando aut ſæpius ageret, felicem fore afferebat, qui inter ſacrariſſima ſanctę Trinitatis & ſanctorũ martyrum altaria ſepeliri mereretur, quoniam & ſanctorum ſuffragio, & aduentantium orationibus peccatorũ veniam obtinet, ex hoc ipſo tacite voluntatẽ ſuam ſignificãs. Cum autem antequã eum filio exiſſemus cum venerabili Eccleſiæ Priore Herueo ſepulturã eius ante altare S. Trinitatis, ex oppoſito tumuli Caroli Imperatoris mediante altari proni diſſemus: occupato loco Caroli magni Francorum Regis, quia nec fas nec conſuetudo permittit Reges exhoſpitari, quod propoſueramus fieri, nõ potuit. Vbi autem ipſe quaſi quadam pernoſtica prætoptauerat attentantes contra omnium opinionem, omnes enim impedi locum æſtimabant, quantũ nec plus nec minus longitudini & latitudini corporis eius cõueniebat, locum reſeruatũ inuenerunt, vbi cum orationum & hymnorum frequentia & celeberrimo deuotoque exequiarum officio more regio depoſitus reſurrectionis futuræ conſortium expectat, tanto ſanctorum ſpirituũ collegio ſpiritu propinquior, quanto corpore ſanctis martyribus ad ſuffragandum proxime ſepultus aſſiſtit. *Fœlix qui potuit mundi nutante ruina: quo taceat preciſſe loco.* Cuius deuotiſſimam ſanctis martyribus animam ipſis intercedentibus, ipſe redemptor reſuſcitet cum parte Sanctorum collocare dignetur, qui poſuit animam ſuam pro ſalute mundi Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui viuit & regnat, Rex regum & Dominus dominantium, per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

INCIPIVNT GESTA LVDOVICI REGIS FILII LVDOVICI GROSSS REGIS.

CONSVMMATO curſu vitæ glorioſi Regis Ludouici cognomento Groſſi, viri nobilis, potentiæ & audaciæ mirabilis, qui per malitiam ſuorum Principum tot aduerſitates ſuſtinuit, tot triumphos obtinuit, tot prœlia victorioſiſſime peregit: Nunc ad filij ſui Ludouici Regis geſta populi futuri notitiæ tradenda, ſtylum quo poſſumus ingenio conuertamus: Qui diuina inſpiratione cœlitus inflammatus, abbatiam de ſacro portu, quæ nunc *Barbchel* Gallice dicitur in pago Melodunenſi, iuxta littus Sequanæ fundauit, vbi mauſoleo mirifici operis corporaliter requieſcit. Aggrediamur igitur hiſtoriam, quæ ad continuandum præcedentibus ſequentia ſic loquitur: Quod iuuenis Rex Ludouicus, qui iam tempore patris ſui Remis in præſentia Prælatorum & Principum fuerat coronatus, quando pater ſuus, qui iam per multum temporis ægrotauerat, expirauit, ad partes Aquitaniæ viſitandas tranſierat; vbi tum [*eum*] certificauit de morte genitoris ſui frequentia nuntiorum. Audita igitur morte genitoris ciuitates & caſtella ducatus Aquitaniæ ſufficienter muniuit, & ad obuiandum prædonum latrociniis & malignorum machinationibus, quæ poſt Regum obitus de facili ſolent accidere, verſus partes Franciæ quantocius properauit. Aurelianis igitur veniens ſeditionem quorundam ciuium compeſcuit, & eorum ſuperbiam viriliter degradauit; qui ſub obtentu communitatis ſuæ in tantam præſumptionem elati, quaſi contra Regem inſurgere videbantur. Verumtamen illos qui tantæ præſumptionis principes fuerant indignata maieſtas regia, vltioni condignæ tradidit puniendos. Inde venit vrbem Pariſiis, quæ eſt regni caput & ſedes regia, vbi ſolent Reges antiqui conuentum Prælatorum & Principum euocare, ad tractandum ſuper ſtatu Eccleſiæ, & de regni negotiis ordinandum. Ita fecit iſte Rex iuuenis ſecundum quod ætas capere poterat, & ſtatus temporis exigebat. Magna erat in toto regno lætitia & ſpes bona multorum animos demulcebat, quod tam boni domini tam nobilem receperunt ſucceſſorem, qui malorum exterminaret nequitiam, & bonorum innocentiam illibatam auctoritate regia cuſtodiret; tantoque maiori gaudio replebantur, eo quod rectum & legitimum receperant hæredem, de quo pax & honor eis & toti regno feliciſſime veniebat. Maxime quando conſiderabant Romanum Imperium & regnum Angliæ pro defectu hæredis legitimi magnum recepiſſe detrimentum, & de ſtatu ſuo tam nobili corruiſſe.

Incidentia. Quoniam verum fuit, ſicut in rebus mundi mobilibus frequenter ſolet accidere, quod poſt mortem Henrici Imperatoris qui deceſſit ſine hærede legitimo, mota fuit magna contentio in illa ſolenni Curia quæ celebrata fuit in ciuitate Moguntiæ, vbi feruntur fuiſſe ſexaginta millia militum, exceptis perſonis aliis & multitudine populari. Talis fuit cauſa diſcordiæ, quod Fredericus Dux Alemanniæ nepos prædicti Henrici Imperatoris volebat ſibi Imperium quaſi iure hæreditario vendicare: Sed Magonenſis & Colonienſis Archiepiſcopi & maior pars Principum Imperij à dignitate & honore Imperij vnanimes repulerunt & ad Lotharium Ducem Saxoniæ totaliter adhęſerunt, & eum Aquiſgrani conſenſu cleri & populi ſolenniter coronarunt. Sed iſta diſcordia cauſa fuit magnæ cladis & peſtilentiæ, quæ exinde poſtea toti regno, proh dolor, euenerunt: Quoniam ille Fredericus & quidam frater ſuus Conradus nomine, multas prædationes & multas Eccleſiarum combuſtiones, & occiſiones hominum, multaq; prœlia in terra Lotharij inuidię ſtimulis agitati, [*agitarunt*] eo quod deiectus fuerat ab Imperio, & ille Lotharius fuerat introductus: Nec impune tamē tanta mala Loth. intulerūt, quoniā in gente fere damna paria retulerunt. Vnde multū laudis & honoris meruit

Lotha-

Lotharius, eo quod ex conſenſu Baronum, cleri & populi ad regendum Imperium electus fuerat, quod ſibi nec iure hæreditario nec aliqua ſucceſſione generis attingebat. Verumtamen quandiu rebus humanis interfuit, Imperium viriliter tenuit, & potenter defendit; nec ſolum regnum illud, ſed & regnum Italiæ, & prouinciam Capuæ & Boniuenti, & etiam vſque ad regnum Siciliæ penetrauit, Siculoque Rege illius terræ fugato ciuitatem Barri cepit, totamque terram illam & maritimas regiones ſuo dominio ſubiugauit. Sicque factum eſt cùm de terra illa rediret ad propria, onuſtus ſpoliis & famoſus victoriis, morte præuentus interiit, cuius corpus à ſuis in ſuam Saxoniam eſt tranſlatum, & [*cum*] per labores iſtos quos pertulit, magnanimi cordis conſtantiam, honorem, & laudem acquireret, vitam fine laudabili terminauit. Nec minus infelicius accidit regno Anglorum fortuna conſimili: Quia poſt deceſſum Henrici Regis Angliæ viri tam famoſi & tantæ ſtrenuitatis, quoniam ſui corporis nullum reliquerat hæredem, Comes Boloniæ Stephanus nepos ſuus & frater Comitis Theobaldi ſubito regnum Angliæ introiuit, & ibi in Regem coronari ſe fecit, non conſiderans quod Comes Andegauus [*Andegauenſis*] deſponſauerat filiam Regis Angliæ Henrici, & ex ea genuerat hæredes, vt videbatur, propinquiore gradu generis ſucceſſores. Iſtæ diſſenſiones & diſcordiæ, quæ exortæ fuerunt in regno per inuidiam Principum, & per malitiam inhabitantium terram illam, quæ tam fuerat fertilis & abundans, pene redegerunt ad nihilum, & regnum illud tam nobile fuit in magna ſui parte per occiſiones & rapinas miſerabiliter deuaſtatum. Iſtæ clades & peſtilentiæ aliorum regnorum, erat Francis quaſi gaudium & ſolamen, dum cernerent regna vicina pro defectu hæredis legitimi in tantam miſeriam corruiſſe, & ipſi viuerent in pace & gaudio ſub tam pio domino & legitimo ſucceſſore.

De morte Guillermi Ducis Aquitaniæ.

IGITVR quia geſta Ludouici Regis deſcribere propoſuimus, nunc ad ordinem Hiſtoriæ reuertamur. Iſte Rex iuuenis cum eſſet in ætate quatuordecim vel quindecim annorum, bonis moribus exornatur in omnibus geſtis ſuis Deum habens præ oculis, diuina largiente gratia quotidie probitatis & ſapientiæ ſuſcipiebat incrementa. His diebus Guillermus Dux Aquitaniæ apud ſanctum Iacobum iter arripuit, qui, volente Deo, antequam ad terminum ad quem ſuæ peregrinationis accederet, peracta parte itineris, expirauit, nullum virilis ſexus in ducatu Aquitaniæ relinquens hæredem. Verumtamen duas filias habuit, quarum vna maior natu Alienordis & alia Alaydis vocabantur. Et quoniam terra ſine virili hærede remanſerat, Rex ducatum in manu ſua tenuit, & primogenitam ſororum Alienordam ſibi matrimoniali lege deſponſauit, ſicut ſuperius eſt expreſſum in hiſtoria patris ſui; de qua filiam genuit Mariam nomine, quæ fuit Comitiſſa Campaniæ; & ſecundam Alaydam nomine Radulpho Viromendenſi Comiti cognato ſuo matrimonio copulauit. Paruo temporis elapſo ſpatio Gaucherus Montis Gaij ſuo infelici omine in tantam ſuperbiam aſſumptus eſt, quod contra Regem voluit inſurgere, & circa partes ſuas terram Regis & homines hoſtiliter infeſtare. Sed Rex Franciæ ira motus contra eum, vt maieſtatem regiam decuit, aliquantulum mouit exercitum, & caſtrum Montis Gaij circumcinxit, & impetu facto viriliter, ſatis faciliter in poteſtatem ſuam redegit, portas & muros diminuit, [*diruit*] & totam forteritiam quam inuenit, excepta magna turri, verſam funditus ſolo tenus explanauit.

Quomodo ciuitas Toaſa capta fuit à Turcis.

EODEM anno accidit Chriſtianis lugubre infortunium, forte meritis ſuis exigentibus in partibus tranſmarinis. Nam Turcorum infinitus exercitus intrauerunt regnum Hieruſalem, & obſederunt quandam nobilem ciuitatem quæ vocatur Roches, & continuis inſultibus diu oppugnatam, eandem tandem ceperunt non tamen ſine magna ſtrage & occiſione ſuorum, qui à Chriſtianis interfecti in

anima & corpore perierunt. Qui propter captionem illius ciuitatis cœperunt mirabiliter ſuperbire, minitantes occidere omnes Chriſtianos illius regionis. Quatuor [*Quare*] huius doloris nuncius per Franciam cito diffunditur, & propter deſolationem ſanctæ terræ obortis lachrymis corda fidelium perturbauit. Rex etiam vt audiuit inimicos crucis in tantam præſumptionem prorupiſſe, vt plenus fide & vere catholicus, corde pio compatiens, tantam iniuriam propoſuit vindicare; & vt oſtenderet per effectum quam [*quod*] mente conceperat, eodem anno caſtro Vezelaici magnum Parlamentum congregauit. Ibi Archiepiſcopi & Epiſcopi & Abbates & magna pars Baronum Franciæ conuenerunt: Nec defuit ibi ſanctus Bernardus Clariuallis Abbas, qui cum quibuſdam de Prælatis de aſſumtione crucis prædicans monuit Barones & populum, vt ad vindicandas Chriſti iniurias viribus totis inſurgerent; exponens eis quanta mala Chriſtianis feciſſent Turci in partibus tranſmarinis. Cuius os in prædicando, opitulante ſanctitate, non laborauit in vacuum. Nam Rex primus proſiliens cum magno deuotionis ardore ſignum ſanctæ crucis aſſumpſit, & poſt ipſum Regina Alienordis vxor ſua, monentes per exemplum, vt ſic Prælati facerent & Barones. Tunc videntes Regem & Reginam ſignum crucis aſſumpſiſſe cum magno deuotionis affectu, illi quos litera nominabit crucem vnanimiter aſſumpſerunt. Videlicet Alphonſus Comes ſancti Egidij, Thyericus Comes Flandriæ, Henricus filius Comitis Theobaldi Bleſenſis, Guido Comes Niuernenſis, Reginaldus frater eius Comes Thenodori, Comes Deocarus, Robertus frater Regis, Iuo Comes Sueſſionenſis, Guillermus Comes Pontiuienſis, Guillermus Comes Guarentiæ, Archambaudus de Borbonio, Enguerrennus de Couciaco, Gaufridus de Rauconio; Hugo de Liſigniaco, Guillermus de Cortegniaco, Renoudus de Monte Argiz, Ytherus de Thociaco, Guicherus de Monte Gaij, Eurardus de Bretholio, Droco de Mouciaco, Manaſſerus de Bugues, Ancellus de Trinello, Guerinus frater eius, Guillermus buticularius, Guillermus à gillons de tria, & plures alij nobiles & magni nominis milites. De Prælatis Hymon [*Symon*] Epiſcopus Nouiomenſis, Godefridus Epiſcopus Lingonenſis, Arnulphus Epiſcopus Liſienenſis. De Abbatibus: Herbertus Abbas S. Petri viui Senonenſis, Theobaldus Abbas S. Colũbę Senonenſis: Et multæ aliæ pſonæ nobiles, quorũ nomina propter confuſionem cenſuimus ſilentio reprimenda. Eodẽ anno Conradus Alemannus Imperator & Ferricus Dux Saxoniæ nepos ſuus, qui poſtea fuit Imperator, audito infelici infortunio terræ ſanctæ, cruces ſimiliter aſſumpſerunt: multiq; Alemanni & Saxones nobiles & potentes. Metis ſimiliter crucẽ aſſumpſit Comes Moriennæ auunculus Ludouici Regis Franciæ, multique cum eo Principes & Barones. Rebus quas prælibauimus ſic peractis, venerabilis Pontius Abbas de Verzeliaco, vt locus ille, in quo ſancta congregatio crucem aſſumpſerat, tam nobilis facti memoriam in perpetuum retineret, in honorem ſanctæ crucis Eccleſiam conſtruxit, quam poſtea diuina potentia voluit multis miraculis illuſtrare. Per totum annum integrum portauit Rex crucem conſtitutam in humeris à feſto Reſurrectionis vſque ad aliam, & vlterius vſque ad feſtum quod dicitur Pentecoſtes. Interdum [*Interim*] accidit caſus deteſtabilis & horrendus, quod ciues communiæ Senonenſis contra Herbertum Abbatem ſancti Petri viui iracundiam conceperunt, eo quod communiam ſuam diſruperat, & fecerat eneruari, & propter hoc ipſum morte crudeliſſima peremerunt. Rex ad tanti ſceleris vltionem accinctus, partem homicidarum ab altitudine turris ad terram præcipitari præcepit, & alios fecit Pariſiis decollari.

Quoniam Rex Franciæ Ludouicus & Imperator Conradus iter transmarinum aſſumpſerunt.

ANNO igitur ab incarnatione Domini M. C. XLVII. in hebdomada ſecunda poſt feſtum Pentecoſtes, prius ordinatis rebus, ad iter peregrinationis tantę neceſſitatis, venit Rex (vt moris eſt) ad Eccleſiam beati Dionyſij, à Martyribus licentiam accepturus: & ibi poſt celebrationem Miſſarum baculũ peregrinationis & vexillum beati Dionyſij, quod *Oriſlambe* Gallicę dicitur, valde reuerenter accepit:

Sicut

Sicut moris eſt antiquorum regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere. Et tunc mouit directe cum magno comitatu Prælatorum & Baronum. Eodem tempore mouit Corrardus Imperator cum valido apparatu terræ ſuæ, ſicut prius ab vtroque Principe fuerat ordinatum: ſed Deus, cui nullum latet ſecretum, & qui limpide videt in obſcuris ſolum iudicium hominis, acceptam non habuit illam peregrinationem, ſed faciem ſuam auertit ab operibus eorum, ſicut rerum exitus declarauit. Veruntamen concedimus [*credimus*] & ſperamus, quod illi qui bona intentione labores itineris pertulerunt, & ſe peccato, prout homini poſſibile eſt, continuerunt, quantum ad animas nihil de præmio quod meruerunt, perdiderunt. Veruntamen ſtatus Terræ Sanctæ, pro cuius liberatione mouerant, propter aduentum eorum parum aut nihil fuit in melius permutatus, ſicut inferius in ordine rerum hiſtoria declarabit. Iſti duo magni Principes prius ordinauerant, quod ſimul ire non poterant, propter multitudinem populi vtriuſque exercitus: timebant enim ne diſcordia & tumultus oriretur in caſtris, quod de facili accidit, maxime vbi tot ſunt diuerſæ nationes, lingua & moribus differentes. Propter hoc voluerunt vt vni præcederent alios, & interuallo facto inter vtrumque exercitum, etiam quilibet ſuum duceret ſeparatum. Tunc omnes direxerunt iter per terram Baioariæ, poſtea tranſierunt flumen Danubii, quod eſt magnum & profundum, & curſu veloci dilabitur, quod a ſiniſtra parte dimiſerunt, & a parte dextra in Auſtriam deſcenderunt. Tunc intrauerunt regnum Hungariæ: quos Rex terræ illius liberaliter ſuſcepit, & vt magnificentiam regiam decuit, eos multis donis & præſentibus honorauit. Regnum Hungariæ tranſeuntes, intrauerunt terram Pannoniæ, vbi ſanctus Martinus gentilibus parentibus ortus fuit. Inde terram Bulgariæ ſubierunt, & a ſiniſtra parte deſcendentes, Rippe regionem dimiſerunt. Inde duas regiones tranſierunt, quæ eodem nomine Thraciæ nuncupantur. Duas vrbes nominatiſſimas in illis regionibus tranſierunt, quarum vna Syriopolis, & altera Andrenopolis appellatur. Tandem poſt multas dietas, & multos labores, quos paſſi fuerant per exteras regiones, peruenerunt ad illam nobiliſſimam vrbem Conſtantinopolis, vbi per aliquos dies quieuerunt, & de rebus neceſſariis, quæ ſibi defuerant, ſarcinas repleuerunt, & cum Imperatore Manuele ſatis priuatim duo magni Principes ſunt locuti. Inde equis & hominibus aliquantulum recreatis, & rebus exercituum ordinatis receſſerunt, & quoddam mare, quod brachium ſancti Georgii dicitur, nauigio transfretarunt. Illud mare duas partes orbis diuidit, Aſiam ſcilicet, & Europam: & eſt meta & terminus vtriuſque. Tunc intrauerunt terram Bitiniæ, quæ eſt prima pars Aſiæ, & ante vrbem Calcedoniæ caſtra metatæ ſunt vtriuſque exercitus legiones. Hæc eſt vna & nobilis & antiqua ciuitas, in qua quondam tempore Martiani Imperatoris, & Leonis Papæ congregatum fuit vnum de quatuor magnis Conciliis DC. & XXXVI. Prælatorum: & in illo tam celebri Concilio damnata fuit hæreſis Abbatis Eutichii, qui vnam naturam tantummodo in Chriſto aſſerebat, quem fides catholica verum Deum & verum hominem prædicat & affirmat.

Quomodo Soldanus Yconii audito Chriſtianorum aduentu, ſe præparauit.

SOLDANVS Yconii vir potens & magnus in regno Turquiæ longe ante audierat de aduentu iſtorum Principum, & in magno timore poſitus cognouit, quod niſi conſilium apponeret, & virtutem tam fortium exercituum impediret, ſibi & terræ ſuæ, & cunctis populis Orientis magnum periculum imminebat. Propterea quantocius potuit per omnes terras Orientis deſtinauit nuntios, mandans quod omnes, qui arma ferre poſſent, & eſſent ſufficientes ad prœlium, ad ſe quantocius properarent: ipſe etiam ciuitates & caſtella terræ ſuæ cum magna diligentia circuibat, fracturas murorum & turriũ reparabat, foſſata euacuabat, ſciſſuras nouas & profũdas ante portas vrbium fieri imperabat, & omnes homines totius patriæ in ſuis operib. quotidie operari faciebat: metuebat enim nimium, nec mirũ, quã [*quoniã*] fama tãta diuulgabatur ꝑ patriã, ꝗ iſti duo Principes tã fortes & tã magnos exer-

citus adducebant, quod cum caſtra iuxta quoddam fluuium poſuiſſent, aqua currens ſucceſſiue, & continue per alueum fluminis [*ſufficere*] non poterat equis & hominibus ad potandum, & quod vbicunque veniſſent, flumina deſiccabant. Dicebant etiam quam [*quod*] vix quoddam magnum regnum poſſet ſufficere de omnibus bonis ſuis ad tantam multitudinem populi ſuſtentandam. Verum eſt quod talibus vulgi fabulationibus non eſt omnino fides adhibenda, quoniam tales ſubito rumores videntur ſæpius excedere veritatem. Tamen verum fuit, quod ſolum in exercitu Imperatoris erant L X X. millia bellatorum in equis & loricis: exceptis etiam equitibus aliis leuis armaturæ, & exceptis peditibus, quorum erat numerus infinitus. In exercitu vero regis Franciæ erant pene totidem milliæ loricata & gens optima, & in rebus bellicis approbata: peditũ vero nõ erat numerus, quorum multitudo terræ ſuperficiem tegere videbatur. Si videres bellatorum acies tam decenter ordinatim procedere, galeas & ſcuta contra ſolis aciem coruſcare, & cohortes cum vexillis in aëre crepantibus terræ latitudinem operiri, crederes quod poſſent de omnibus crucis inimicis triumphare, & omnes regiones Oriẽtis armorum potentia vendicare: & ſine dubio potuiſſent, ſi Dominus voluiſſet eorum peregrinationem acceptare. Sed fortaſſe eorum meritis exigentibus, vt ad finem honorabilem attingerent eorum opera, noluit conſentire; Cauſam neſcimus quarę hoc fecerit, ſed certi ſumus quod in vero iudicio non errauit.

Quomodo Imperator tranſitę brachio Sancti Georgii a conductoribus perditus [proditus] *fuit.*

POSTQVAM Imperator illud mare, quod dicitur brachium Sancti Georgii, pertranſiuit, per ſe voluit ire, & exercitum ſuum ab exercitu Regis Franciæ ſeparauit; tunc acies ſuas ſecundum morem patriæ ſuæ diſpoſuit, & de nobilioribus baronibus, quos ſecum habuit, cuilibet aciei capitaneum aſſignauit. A ſiniſtra parte dimiſit terram Galatiæ & Paphlagoniæ, & duas alias regiones, quæ eodem nomine vocantur Ponti. A ſiniſtra parte remanſit Phrygia, Lydia, & minor Aſia. Iuxta ciuitatem, quæ vocatur Nicomedia venientes, illam nobilem vrbem, quæ dicitur Nichea, tranſierunt. Inde Lycaoniam ſubierunt, cuius Yconium maior dicitur & ciuitas principalis. Inconſulte ibant, & per quaſdam compendioſas vias inter fauces montium dirigentes: & ex parte altera dimiſerunt magnam viam, quæ directe ad vrbem Yconii dirigebat. Soldanus Yconii, qui ex omnibus finibus Orientis maximam Turquorum multitudinem collegerat, expectabat locum & tempus opportunum, quo poſſet commodius tantis exercitibus Chriſtianorum obuiare, qui per terram ſuam iam cœperant pertranſire. Omnes Soldani & maiores Principes Saracenorum pauebant nimium, eo quod audierant tantos exercitus Chriſtianitatis contra eos aduenisſe. Ex multis partibus eis fuerat nunciatum, quod . . . . . per terras illas libere pertranſire poteſtatem habebant homines deſtruendi, & omnes fines terrarũ ſubiicere; ita quod tota terra Orientis diuulgaretur ab eis, & in breui eſſet ſubdita legibus Chriſtianis: & propter illum timorem quem habebãt, ne hoc quod verebantur accideret, venerunt in auxiliũ Soldani Yconii Turci, duarũ Herminiatũ, [*Armen.*] Cappadociæ, Yſauræ, Ciliciæ, & Mediæ; tantaq; Turquorum ex omni parte multitudo venerat cum nobili equorum & armorum apparatu, quod Soldanus in tantam prorupit audaciam, cõtra omnes Chriſtianos ad bellum procedere, & fronte ad frontem in campi planitie dimicare. Verum eſt quod Conradus Imperator petierat a Manuele Imperatore Conſtantinopolis, quod ſibi traderet aliquos de gente ſua, qui ſuum conducerent exercitum per vias compendioſas, & ad equitandum planiores. Tradidit ei Manuel Imperator non tales quales petierat, qui traditores erant, & pleni iniquitate, qui quam cito ingreſſi fuerunt in terram Turcorum, venerunt ad capitaneos, qui acies exercitus conducebant, & dixerunt quod facerent cibos onerari vſque ad certum numerum dierum, certiſſime promittentes, quod interim in terram tam copioſam & fertilem exercitum conducere intendebant, vbi neceſſitates equorum & hominum . . . . . reperirent. Crediderunt eis, & vſque ad numerum dierum, quem illi prædixerant . . . .

equorum

equorum & hominum onerari fecerunt ſuper ſummarios & quadrigas. Sed Græci perfidi Iuda proditore nequiores, qui ſemper Latinos, & maxime Francos odio inextinguibili perſequuntur, ſcienter exercitum Imperatoris per vias diſtrictiores & aſperiores inter fauces montium impulerunt, vbi iam de eis de facili poterant triumphare. Ambiguum fuit, vtrum illi proditores hoc feciſſent imperio Manuelis Imperatoris, an a Turcis præuenti, vt exercitum Imperatoris proderent, iniquitatis præmia recepiſſent.

Quomodo Græci proditores receſſerunt ab exercitu Imperatoris.

BENE percepit Imperator quod Græci, qui exercitum conducere debuerant . . . . . fideliter habebant; quia iam numerus dierum tranſierat, infra quem exercitum conducere debebant in terram bonis omnibus abundantem: propter hoc ſtatim ad ſe in præſentia Baronum adduci imperauit, coram omnibus eos interrogans, cur ſe de termino dierum, quem dixerant, tam fallaci mendacio decepiſſent, & ipſi proditionis inſtructi malitia reſponderunt, quod putabant exercitum maiores dietas facere & poſſe velocius equitare; & iterum fide ficta iurauerunt, quod infra tres dies vſque ad ciuitatem Yconii conducerent, quæ erat ciuitas omnibus bonis fertilis & abundans, in qua quæcunq; vellent & deſiderarent multipliciter inuenirēt. Imperator adhuc ſua ſimplicitate deceptus, non percepit perfidiam proditorum; ſed ait quod adhuc per triduum expectaret, vt per hoc probaret illos eſſe perfidos aut fideles. Nocte ſequenti dum dormiret exercitus difficultate itineris fatigatus, proditores Græci de exercitu latenter exierunt, & per fugam a manibus eorum, quos prodiderant, euaſerunt; mane facto & exercitu per acies ordinato, dum mouere inciperent, conductores, qui ſolebant exercitum præcedere, nuſquam comparuerunt. Quod videntes capitanei, & propter eorum abſentiam admirantes illos per exercitum quæſierunt: ſed ipſi quia non aderant, non potuerunt inueniri. Tunc primo eorum proditione cognita, rem, prout acciderat, imperatorii capitanei retulerunt. Nec ſufficit proditoribus mala quæ fecerant; ſed in cumulum damnationis ſuæ peiora prioribus addiderunt, quoniam directe ad exercitum Regis Franciæ venerunt, qui non longe aberat, & exercitum Imperatoris ſequebatur leuiter equitando; & dixerunt Regi, quam bene & ſecure Imperatorem & ſuum exercitum vſque ad ciuitatem Yconu conduxerant, quam per arma ceperant, & omnes Turcos, qui ſe oppoſuerant, trucidauerant, & opes lucrati fuerant infinitas. Hoc proditores cogitauerunt mendacium duplici cauſa malitiæ . . . . vt vellent Regem per eandem viam, qua Imperator ierat, procedere, & in eiſdem periculis implicare: aut propter hoc, quod ſi Franci ſcirent infelicem ſtatum exercitus Imperatoris, & periculum quod eis imminebat, ad ſuccurſum eorum toto conamine properarent, quod nullo modo proditores voluiſſent; aut forte Regem tali mendacio deceperunt; quia ſi aliquo modo proditionem, quam fecerant poſſet aduertere, eos ſtatim per guttura pependiſſet.

De prodiſſione Græcorum præcepta, [percepta] *& damno genti Imperatoris illato.*

TVNC primum cum Imperator vidit ſe omnino deceptum, nec de via per aliquem de toto exercitu poterat edoceri, proceres vocatos conſuluit, quid in tanto neceſſitatis articulo ſit agēdum. Sed ſicut dicit auctoritas Alexandri; Eget in aduerſis animus ſapientis. Et ægre conſulit ipſe ſibi prudentiores procerum. Nam peſſimę fortunę caſarum [*cauſa tum*] proſternati, per diuerſas ſententias vacillabant, non omnes eandem viam conſilii tenuerunt, quia pars Baronum conſuluit eos per eandem viam quā venerunt regreſſuros, donec alimenta, quæ omnino defecerant, reperire potuiſſent. Alii contrarium ſentiebant, dicentes; ꝙ ſicut ceperant, vlterius equitarent, ſperātes ante ſe facilius cibaria reperire; quia ſi retro redire cōtingeret, preces [*fauces*] illas vacuas, & exhauſtas cibariis inuenirent. Dū vero de regreſſu vel progreſſu in illa diſputatione decertarent, & in dubio adhuc eſſent, quā de duabus eligerent, aliqui de exercitu, qui haud longe receſſerant & redierant, nuntiauerunt eis magnam Turcorum armatorum multitudinem haud procul ab eis congregari.

Bene verum eſt quod illi Græci ꝓditores, qui aufugerãt in illis locis deſertis ſcienter introduxerant eos, vbi nunquam agricultura comparuit, ſed ea natura perpetua ſterilitate damnauit, cum illos debuiſſent conduxiſſe per Lycaoniam, quam dextra parte dimiſerant, vbi inueniſſent vias breuiores & terras arabiles, paſcuis & cibis & bonis aliis abundantes: ſed eos in deſertis Cappadociæ impulerant, vt eos magis ab vrbe Yconii elongarent. Dicebatur communiter & poterat eſſe verum, quod illi Græci qui exercitum prodiderant, per voluntatem & imperiũ Manuelis Imperatoris Græcorũ hoc fecerant; qui per inuidiam nollet, q̃ gens imperii Alemãniæ in ſuæ peregrinationis negotiis ad finem ꝓſperum perueniſſent: inuident enim Alemãnis, nec vellent quod poteſtas eorũ & dominiũ creſceret: dedignantur valde eo quod Imperator Alemãniæ Imperatorẽ ſe nominat Romanorum: volunt enim dicere q̃ ſuus Imperator ſolus de iure debet [*habet*] totius mundi monarchiã.

Cum vero Imperator & eius exercitus in tali anguſtia laboraret, primoque neſciebant quo tandem [*progredi*] debuiſſent. Ipſi & equi eorum fatigati, & confracti propter aſcenſum & deſcenſum collium, & ſtrictatum viarũ grauamine longa fame & ſiti laborabant. Equi propter defectum pabuli, & itineris difficultate deficiebant: quos iam, nec mirum, armorum pondera reddiderant fatigatos. Illis in tali neceſſitate poſitis, Turci, qui bene ſciebant mirabilem [*miſerum*] ſtatum exercitus, ſuas acies diuiſerunt, & cuilibet capitaneum tradiderunt. Tunc ſubito cum impetu in exercitum proruperunt, improuiſos eos repererunt: erãt enim adhuc in ſuis temporiis, [*temptoriis*] nec erant in aciebus ad prœliũ ordinati. Turci vero habebant equos fortes & agiles, & longa recreatione refectos. Et quia leuiter erant armati, eos reperiebant in negotio promptiores: plures enim eorum habebant arcus tantummodo & ſagittas. In hora, qua in exercitum proruperant magnis clamoribus aëra repleuerunt: clamabant, & vlulabant, & latrabant ſicut canes tympanis & macariis, & aliis ſimilibus inſtrumentis horribiliter reſonabant, ſicut moris eſt apud eos, vt ſuos in ſtuporem concutiant inimicos. Gens Imperatoris armorum pondere granata erat: erant enim armati loricis & ocreis, ſcutis & galeis, equi eorum feſſi & macie tenuati. Turci impetu facto accedebant ad eos ſagittis cominus infeſtantes, & ſtatim lora curſu retrogrado reflectebãt, & ipſi non poterant eos inſequi propter armorum pondera, & maxime propter debilitatem equorum. Et propter hoc Turci eos audacter circuibant, & quaſi ad ſignum in eos ſagittabant: & quando noſtri in eos volebant currere, retro velociſſime fugiebant, & cum pro reditu lora reflecterẽt, Turci ſtatim cum impetu reiicientes a tergo mucronibus & clauis feriebant. Confligendo tota die tali pugnauerunt, noſtri in equis & hominibus vltra modum damnificati ſunt: Turci nihil damni vel incommodi pertulerunt vſq; ad illũ diem magnum, quid fuerat, & fama magna de exercitu Imperatoris, quoniam in eo multi fuerant nobiles Principes & incliti milites, qui per voluntatem Dei, aut eius tolerantiam ibi corpore perierunt, & abſque profectu & vtilitate Sanctæ Terræ, prò cuius liberatione mouerant, ibi fuerunt quaſi penitus deuaſtati: quia, ſicut retulerũt, qui præſentes affuerant dè lxx. millibus loricatorum, & de tanta multitudine peditum pars decima non remanſit. Quidam fame perierunt, alii gladiis hoſtium interfecti ſunt, & alii vinculis mancipati in ſeruitutem hoſtium fuerunt reſeruati. Vix Imperator & aliqui de ſuis Baronibus ab illo periculo & ab hoſtium gladiis euaſerunt, & retrouerſus vrbem Niceam cum paucis millibus redierunt. Turci qui plus per inſidias & proditionem, quã per arma triumphũ habuerant, nec mirũ, ſi magna lætitia gauiſi ſunt, multas diuitias in caſtris Theutonicorum repererunt, aurum, argentum, pretioſa veſtimenta, equos & arma, & onuſti ſpoliis in ſuas munitiones redierunt. Per totam terram illam ſuas inſidias miſerunt contra expectantes exercitum Regis Franciæ de quo audierant, qui multum ab illis partibus non diſtabat. De triumpho, quem modo quo diximus habuerunt mirabiliter gloriantes, iactitantes ſe quod ex quo de exercitu Imperatoris, qui maior & potentior eſt Rege Franciæ, triumphauerant, de exercitu Francorum poterant ſatis de facili triumphare. Et ſicut Deus permiſit, cuius indicio ſunt occulta, fere accidit vt optabant. In illo prœlio non fuerat Soldanus Yconii: ſed fuit ibi tanquam capitaneus quidam

Turcus

Turcus potentiſſimus nomine Paramundus. Hoc accidit anno Domini M. C. X L V I. menſe Nouembri.

Quomodo Rex Franciæ ad conſolandum Imperatorem acceßit.

REx Franciæ & eius exercitus adhuc ignorabat infœlicem caſum, qui Theutonicis acciderat in partem alteram ſe diuertit, & in terram Bithiniæ, & cum . . . . . . quandam . . . . maris, qui eſt prope ciuitatem Nicomediæ circuiſſet, ibi cōſuluit proceres, per quas vias poſſent expeditius de cetero equitare. Nunc cœperunt oriri rumores per exercitum, quod Imperator a Turcis deuictus fuerat, & perdiderat gentem ſuam, & quod cū paucis ſuorū per montes & nemora fugerat latitando. Rumor in ambiguo diu [*tenuit*] exercitum, quoniam [*per certum*] nuntium non fuerat diuulgatús, donec Dux Souauiæ Ferricus nepos Imperatoris, fratris ſui primogeniti filius, qui poſt mortem auunculi tenuit Imperium, vir magnæ nobilitatis & ſapientiæ, venit ad exercitum, qui rem prout acciderat, Regi & Baronibus enarrauit. Mittebat enim eum Imperator ad Regem, vt die aſſignata ad Parlamentum conuenirent, & quid agendum ſit poſtea pertractarent. Verum eſt quod prius conſilium perſtitiſſet, ſed adhuc ſupererat Imperator, vt regeret corpus ſuum, & reſiduum gentis ſuæ. Et propter hoc conſilium volebat habere a Rege Franciæ, qui amicus ſuus erat, quid ageret, & qualiter mala tam peſſimæ fortunæ leuius toleraret: ſed cum Rex & Barones Franciæ caſum Imperatoris audierunt, dolore vehementi contriti ſunt. Rex pietate motus, prout erat vir naturaliter compatiens & benignus, vt Imperatorem in tam fortuna peſſima verbis conſolationis ſubleuaret, aliquos de prudentioribus Baronibus ſumens cum caterua militum & clientum, ſicut Ferricus Dux Souauiæ perducebat, venit ad Imperatorem, qui non longe aberat, vbi Imperator cum reſiduo gentis ſuæ caſtra poſuerat, & ibi Ferricum Ducem nepotem ſuum, quem ad Regem tranſmiſerat, expectabat. Vbi autem iſti duo magni Principes ſe viderunt alterutrum, cum ſalutatione fideli ſeſe ad inuicem præuenerunt, & vterque cum pacis oſculo labitur in amplexus. Tunc Rex verba conſolationis adhibuit, opes & gentem ad voluntatem ſuam obtulit bona ſeruitia & fidele conſortium repromiſit. Diu ſimul ſoli locuti ſunt: & poſtea Baronibus euocatis fuit taliter ordinatum, quod iterum ſimul viam peregrinationis repeterent, & votum quod duo nouerant pro poſſe ſuo fideliter adimplerent. Verumtamen multi fuerunt de gente Imperatoris, qui dixerunt, quod illud quod attulerunt pro expenſis in via faciendis perdiderunt, & propter hoc vlterius ire non poterant: multum enim eos terruerant pericula viarum, & infœlices caſus qui acciderant, vbi præſentes adfuerant, & labor itineris, qui nondum finitus erat, ſed magis incipi videbatur; nec conſiderabant votum peregrinationis quod tenebantur adimplere; nec fidelitatem ad dominum ſuum, quem in exteris regionibus deſerebant: ſed ſpretis his omnibus ad vrbem Conſtantinopolim redierunt.

Quomodo Imperator recedens a Rege Francia, venit Conſtantinopolim.

TVNC mouerunt cum exercitibus ſuis viam illam, quam Imperator tenuerat, a ſiniſtris dimittendo, & viam ſuam verſus minorem Aſiam direxerunt, a ſiniſtra parte terram Philadelphiæ poſtergantes, ad ciuitatem Smyrnæ venerunt. Inde vrbem Epheſorum, ibi pauſaturi intrauerunt; ciuitas magni nominis & multum honorata, eo quod beatus Iohannes Euangeliſta eam ſuis prædicationibus illuſtrauit, & inde ad conuiuium fratrum ſuorū a Domino vocatus, ibi fœliciter expirauit: ſicut monſtrat adhuc eminens ſepultura. Conſiderans Imperator ꝙ ipſe tenebatur ꝑ maiore Principe de toto mundo, & ꝙ cum tanta nobilitate de partib. ſuis mouerat, & nūc erat cū pauca manu militū in partib. alienis, & quaſi in ſubiectione Francorū, quia ibi nihil aut parum poterat ſine illis, & propter hoc tale ſibi dedecus imputans, viſus eſt ſibi per hoc Imperialem lædere maieſtatē, ſi cum tam pauco numero militū transfretaret. Propter hoc imperauit ꝙ ſui pedites per terram redirēt,

& ipſe cum modica gente Conſtantinopolim nauigio eſt tranſuectus. Imperator Græcorum Manuel eum maiori honorificentia, quam antea, recepit. Vbi Imperator cum Baronibus & gente ſua vſque ad veris initium hyemauit: erant enim ambo Imperatores quadam affinitate coniuncti, ratione vxorum ſuarum, quæ ſorores erant, & fuerant filiæ veteris Berengariæ Comitis de Lucebourc: & propter hoc Imperator Græcorum eum blandiori vultu receperat, & ad preces Imperatricis vxoris ſuæ ſibi & Baronibus ſuis multa dona & pretioſa iocalia præſentauit.

De victoria.

POST receſſum Imperatoris, Rex Franciæ proceres ſuos conſuluit, per quas vias iter dirigerent, & quid de cetero commodius ſit agendum, in illa perendinatione in ciuitate Epheſi ſad vucum [*focum*] diſcubuit, & obiit quidam nobilis & optimus miles de regno Franciæ, Guido miles de Pontiuo, pro cuius motte Rex & Principes [*non*] modicum doluerunt: in vno latere maioris Eccleſiæ decenter, vt decuit traditus ſepulturæ. Rex cum exercitu ſuo ab Epheſorum ciuitate recedens, iter direxerunt verſus partes Orientis, & ſic per dies aliquos equitantes, tandem ad vada Menandri peruenerunt, vbi copia cygnorum omni tempore reperitur: propter quod dicitur; *Ad vada Menandri concinit albus olor.* Ibi propter loci amœnitatem & pratorum virentium vbertatem tentoria locauerunt. Franci multum optauerant, vt Turcos poſſent alicubi reperire, & cum eis cominus dimicare. Sed illa die accidit vt optabant: quia in parte altera fluminis tentoria fixerat Turcorum maxima multitudo; quando noſtri volebant equos ſuos in vadis fluminis adęquare, [*adaquare,*] Turci ex aduerſo ſuper alteram ripam fluminis ſpiſſim ſagittis cominus infeſtabant; ſed noſtri milites, qui ardenti deſiderio vlterius ad eos tranſire cupiebant, flumen tandiu ſurſum & inferius tentauerunt, quod vadum in tranſuerſo fluminis, quod etiam [*minime*] indigenæ nouerant, inuenerunt. Tunc cum magnis agminibus in alueum fluminis vnanimiter impetum facientes, ripam alteram tenuerunt circumquaque repulſis hoſtibus, qui quantum poterant lanceis & mucronibus repugnabant; tunc in hoſtes viriliter irruerunt, diu & fortiter vtrinque congreſſi ſunt: ſed tandem Deo concedente ceſſit victoria Chriſtianis: partem enim maiorem in ore gladii peremerunt, plures viuos in vinculis traxerunt, & alii, prout melius poterant, aufugerunt. Tunc victores victorum [*vinctorum*] tentoria diſrumpentes, multimodas opum ſpecies reperierunt, pannos ſericos, aurum, argentum, veſtes, & diuerſa vaſorum genera cum multis aliis diuitiis, prout moris eſt in victorum tentoriis reperire; & ſic onuſti ſpoliis hoſtium, flumen iterum tranſnatantes, ad ſua tentoria redierunt. Illa nocte nimirum multum gauiſi ſunt, & ideo gratias referentes, & maxime propter primam victoriam, in qua Deus eis conceſſerat de hoſtibus triumphare. Diei ſequentis aurora relucente, inde recedentes ad quandam ciuitatem, quæ Gallice vocatur *la Liche* venerunt, & ibi prout moris erat apud eos cibis & aliis neceſſariis quadrigas & ſummarios onerantes, viam quam cœperant, tenuerunt.

Quomodo Turci Francos dolo circumuenerunt.

IN parte illa qua iter direxerant, erat mons eminens & altus, per quem erant quaſi de . . . . tranſiti mons quidam. Mos erat in exercitu, quod vnus de magnis Baronibus faciebat quotidie antegardam, & alius retrogardam, cum ſufficienti numero militum; & de communi conſilio procerum prouidebant, vbi deberent figi tentoria, & vbi melius exercitus reſideret. Illa die faciebat antegardam Gaufridus de Ranconio vnus de nobilioribus Baronibus prouinciæ Pictauenſis, qui gerebat Regis baneriam, quam præcedebat, prout moris eſt vexillum beati Dionyſii, quod Gallice dicitur *Oriflambe*. Sic prius ordinatum fuerat inter eos, quod illi de antegarda in montis cacumine locarent tentoria, vbi totius noctis ſpatio pauſaturi quieſcerent; & cum ille Gaufredus montis verticem aſcendiſſet cum acie, quam ducebat, viſum fuit ei, quod parum equitauerant illa die, & quod ſol multum diſtabat a partibus Occidentis. Præterea illi qui exercitum conducebant, ſibi dederunt

conſilium

conſilium quod montis altitudinem pertranſiret, & quod . . . . vlterius erat locus amœnus & grata planities, vbi poſſent decentius tentoria collocari. Proh dolor, eorum conſiliis acquieuit, & vt ad loca, quæ ſibi dixerant, de luce poſſet attingere velocius equitauit. Illi de retrogarda putabant, quod ſicut ordinauerant, quod [*abundas*] aſcenſo monte ibi deberent ſiſtere, & ſua tentoria collocare; & propter hoc, quia neſciebant antegardam vlterius prætergreſſam, ideo lento greſſu & tardius ſequebantur. Turci, qui non longe ab exercitu ſemper quaſi a latere ſequebantur eos, ſi poſſent modis omnibus nocituri, viderunt iſtas duas groſſas acies vitanda [*in tanta*] diſtantia ſegregatas, & quod ſupra montem non erant niſi pedites & inermes, ſtatim rem in ſuum commodum prouenire cognouerunt. Præterea plurimum confidentes in hoc quod in montis aſcenſu erat via ſtricta & ardua, & quod noſtris erat difficile eos ſimiliter in montem aſcendere, & ad prœlium aggregari. Et propter hoc ſtatim equos calcaribus perurgentes, & montis verticem occupantes, ita vias penitus concluſerant, quod illi de retrogarda ad illos de antegarda non poterant niſi per eorum gladios & ſagittas pertranſire. Tunc cœperunt noſtros acriter inuadere, & primo ſagittis eminus infeſtare, & poſtea cominus accedentes clauis & mucronibus expugnate. In magna anguſtia erant noſtri, & in ſtatu miſerabili, eo quod non ſimul, ſed paulatim, & per viam ſtrictam, & arduam oportebat aſcendere, & maxime quia erant eorum acies in tanta diſtantia ſegregatæ, ita quod vna non poterat alteri ſubuenire. Tot erant ſummarii in viis ſtrictis & arduis, & alia inſtrumenta, quod probi milites & audaces qui cum tanto deſiderio prœlium affectabant, & ad hoſtes accedere cupiebant, vſque ad eos non poterant pertranſire. In illo primo impetu multi de noſtris ceciderunt, ſed tamen paulatim, prout melius penetrare poterant probiores & audaciores milites cœperunt in vnum congregari audacter, ſeſe ad prœlium excitantes, & dicentes quod Turci erant gens nullius virtutis & inanis in prœlio, ſicut nuper probauerant, quoniam eos leuiter in Menandri planitie deuicerunt. Tunc ſe viriliter defenderunt & acriter pugnauerunt, & aliquam [*aliqui*] ſe eis coniunxerunt, ſicut paulatim veniebant, & per viarum diſcrimina penetrabant. Turci ſimiliter ſua lingua ſeſe ad prœlium excitantes, ad memoriam reducebant, quod nuper in prœlio Imperatorem & eius exercitum deuicerant, qui vir erat Franciæ longe nobilior potentiæque maioris.

Quomodo retrogarda Regis Franciæ deuicta fuerit a Turcis.

TALITER confligendo diu durauit fera pugna & aſpera: boni milites prœliando perſeuerantes non ignorari [*ignari*] ſe defendere, quandiu durauerunt ſtragem magnam dederunt, & multum ſanguinem hoſtium effuderunt: ſed tanta erat hoſtium multitudo, quod [*cum vel quando*] illi qui diu pugnauerant, ſe feſſi vel ſaucii a prœlio retrahebant, ſtatim loco eorum alii recentes ad prœlium veniebant. Sed quia noſtri tantam militum copiam non habebant, qua poſſent ita ſuas acies mutuare [*mutare*] & manu recenti alternatim cum hoſtibus prœliari, pondus belli non potuerunt amplius ſuſtinere: ſed feſſi & fracti longo certamine fuerunt deuicti. Plures ibi fuerunt mortui, ſed plures viui capti, & vinculis mancipati. Ibi fuerunt aut capti aut mortui (quia hoc fuit in ambiguo) quatuor optimi milites & bene . . . . nobiles, de quorum morte multum Chriſti fuit militia deſolata, & regnum Franciæ in membris optimis mutilatum; videlicet Comes Guarenciæ; Gaucherus de monte Gaii; Eurardus de Bretolio, & Ytherus de Maignat. Multi fuerunt illa die qui pro Chriſto martyrium receperunt. Nulli debent Dei opera diſplicere, quia omnia ſua recta & iuſta ſunt opera: ſed tunc ſecundum iudicium hominum nimis eſt admirandum, quomodo Francos illa die ab hoſtibus fidei deuinci pertulit, qui ſunt gentes de toto mundo ad eius ſeruitium promptiores, & fide catholica firmiores. In illo conflictu Chriſti militiæ tam damnoſo non fuit aliquis de antegarda, ſed pampiliones tetenderant ignari caſus tam peſſimi in tentoriis quieſcebant. Verum eſt quod [*cum*] viderunt poſt ipſos retrogardam tan-

diu retardare in ſuſpicionem ceciderunt, eos caſu aliquo vel infortunio impediri. [*Eo in*] prœlio præſens fuerat Rex, ſed circa ſe gens ſua cepernnt diminui, & iam Turci quo volebant ad libitum agitabant. Aliqui de Francia milites eum per fræ-num traxerunt de prœlio, & ſuper illius montis verticem, qui non procul aberat, a-ſcendere coëgerunt: vbi ſteterunt cum paruo agmine, donec diei claritas ſe peni-tus abſentaret, & noctis tenebræ ſingula denigrarent. Sed vbi nox obſcura terræ ſu-perficiem obumbrauit, dixerunt quod vſque ad ortum diei ibi nullatenus remane-rent, & quod melius erat de monte deſcendere, & viam aliquam tenere, & qua-cunque ducere vellet ire, quam ibi tota nocte inter hoſtium pericula remanere. Quis ſapiens, qui ſciret conſulere in ſtatu tam miſerabili? Quia Rex multis vallatus periculis, hoſtes eum vndique circuibant, gentem ſuam perdiderat, nec de toto exercitu erat aliquis qui viam ſciret, qua tendere debuiſſent. Videlicet Deus qui ſperantes in ſe omnino non deſerit, ne deſperationis periculum incideret, conſola-tionis ſcintillam adhibuit; quia non multum de monte deſcenderant, [*quando*] vi-derunt ignes, quos ſui homines de antegarda in caſtris & circa tentoria faciebant: quos vbi pro certo cognouerunt, ad eos acceſſerunt. Turci quia timebant ne ſuc-curſus de antegarda ad auxilium ſuorum accurrerent, & maxime propter noctis caliginem abſceſſerunt. Quidam autem dicunt Regem cum paucis ſuper montis verticem remanſiſſe multos habens de ſuis aduerſariis licet Regem eſſe neſcirent ipſum deribiliter inſultantes: Rex vero in perſona propria ſe viriliter defendebat. Quia vero nox de prope aderat, quæ ſui [*caligine*] prœlium diuidebat, Rex ſubtus quendam arborem ſe [*condidit*,] demum ſuper eam aſcendens cum gladio diu multumque hoſtes [*viriliter*] expugnabat. Turci denique timentes ſibi dum ra-tione noctis obſcuræ, tum ne ſuccurſum haberet aut veniret, illico receſſerunt.

Quomodo exercitus Francorum venit apud Satelliam.

QVANDO milites de antegarda viderunt Regem ſic venire & de caſu infœli-ciſſimo, qui ſibi acciderat, certificati fuere, vltra quam credi poteſt dolori-bus proſternati planctibus & vlulatibus horribiliter aëra repleuerunt. Pauci e-rant in toto agmine, qui non aliquem de ſuis amicis carnalibus perdidiſſet. Ne-mo poterat eos retinere, quin ſuum proximum qualem perdiderat, acclamaret. V-nus patrem, alius filium, alter fratrem, & alius auunculum vlulabat. Inde lachry-mis & planctibus vltra modum intenti, poterant aduertere, ſi rationem vis doloris [*non abſtuliſſet*] quantum eis periculum eminebat: quia ſi Turci ſtatum exercitus aduertiſſent, dum tantis doloribus vexabantur, de facili poſſent omnes occidere, aut captiuos vinculis mancipare. Tamen aliquos de ſuis receperunt, qui gladios Turcorum euaſerant, & latitando per dumos & latebras ad eos aufugerant. Sed eorum numerus paucus fuit reſpectu eorum qui in prœlio ceciderunt. Ab illa die cœperunt in exercitu hominum & equorum cibi rareſcere & penitus deficere. Non reperiebatur, vnde poſſent equi & homines ſuſtentari, quia nulla ſpecies mercimoniæ ad exercitum veniebat, & neminem inueniebant, ac ſi a facie eo-rum omnes penitus aufugiſſent. Maius etiam periculum erat, quod non erat in toto exercitu, qui in terra illa fuiſſet alias, nec qui ſciret vias quo tendere debuiſ-ſent: ſed quaſi oues errantes nunc ad læuam, nunc ad dextram, nunc per valles, nunc per ardua montium oberrabat. Tandem, ſicut Domino placuit, poſt aſcen-ſiones montium & deſcenſus vallium profundarum, ad ciuitatem Satelliæ per-uenerunt. Et mirum; quia Turcos nuſquam obuios habuerũt, nec amplius inſultus vel aliqua impedimẽta ab eis pertulerũt; vnde multi admirati & gauiſi ſunt. Satellia eſt quædam ciuitas in littore maris ſita, & eſt Imperatoris Græcorum. In confinio illius ciuitatis ſunt multum bonæ terræ arabiles & fructibus abundãtes, ſi coli ab in-colis potuiſſent: ſed nullum conferunt commodum nec agricolis, nec ciuibus illius ciuitatis, quia Turci, qui prope ciuitatem in caſtellis & munitionibus habitãt [*adeo*] cogũt & opprimũt agricolas, quod agriculturę, nec operibus aliis vacare permittũt.

Tamen

Tamen intra ciuitatis mœnia ſatis poſſunt recuperari cibaria, & quæcunque ſunt homini neceſſaria: & in confinio, & infra metas ciuitatis ſunt pulchri fontes & optimi, & prædia delectabilia, vbi denſim complantatæ ſunt arbores omnimodi fructibus abundantes generis. Non eſt ibi carnm [*carum*] forum rerum venalinm, quia ſatis de bladis & vinis, & rebns aliis neceſſariis per mare nauigio aduehunt mercatores. Et [*diu*] contra oppreſſionem Turcorum circummanentium non duraret, niſi eis annuatim vectigalia redderet & tributa. Tnrci illam vrbem appellant Achaliam, vnde mons magnus, qui prope eminet, & durat a monte Lixodone, vſque ad inſulam Cypri, quæ Græce nuncupatur Athaliqua, ſed noſtri Gallici *gouffre de Satellie* eam appellauerunt, & adhue modo eodem nomine nuncupatur.

Quomodo Rex Franciæ venit apud Antiochiam, & inde receſſit.

POSTQVAM Rex ibi moram fecit per dies aliquos, vt exercitum recreationis beneficio ſubleuaret, pedites ſuos in ciuitate dimiſit, & ipſe cum Baronibns & militibus transfretaturus mare conſcendit, regionem Iſauræ & Ciliciæ a parte ſiniſtra, & ad dextram inſulam Cypri dimiſit. Mare pacificum & auram blandam habuerunt, & iuxta quandam ciuitatem, quæ vocatur Seleutia ad portum ſancti Simeonis appulerunt, qui decem millibus abeſt ab Antiochia, & vbi Farei fluuius per Antiochiam defluens, In mare decidens terminat curſum ſuum. Raimundus Princeps Antiochiæ poſtquam rumores audiuit de Rege Franciæ, qui cum manu militum in terra ſua applicuerat, & non longe, valde gauiſus eſt. Diu eius aduentum expectauerar cum maioribus Baronibus terræ ſuæ, & alterius gentis decenti comitatu cum gaudio obuiam occurrit, & eum cum Baronibus ſuis, & omni gente ſua cum honore in ciuitatem Introduxit. Populus & clerus eum ſolenniter cum proceſſione ſuſcepit. Princeps modis omnibus ſtudebat, quomodo per omnia voluntati Regis ſatisfaceret, & eum alliceret in amorem; etiam prius in Franciam magna præſentia & pretioſa iocalia tranſmiſerat, quando pro certo audiuit quod crucem aſſumpſerat: ſperabat enim per auxilium Francorum ſuper Turcos ciuitates & oppida deberet acquirere, & infra fines Sarracenorum principatus ſui poteſtatem dilatare. Confidebat etiam quod Alienordis Regina, quæ cum Rege veniebat, Regem in talem deberet inducere voluntatem: maxime quia neptis eius erat filia fratris ſui primogeniti Guillelmi Comitis Pictauenſis. Non fuit aliquis de Baronibus Franciæ, qui cum Rege venerant, cui Princeps iocalia & dona non mitterer: differenter tamen ſecundum quod erant nobilitate & genere digniores: eos in hoſpitiis viſitabat, & eis ſe pulchris ſermonibus iucundũ & affabilẽ exhibebat. Tantam ſpem & fiduciã in auxilium regis poſuerat, quod ſibi videbatur ciuitates Halapiæ, Cæſaream & alias vrbes & oppida eorum quæ erant in confinio Antiochiæ in poteſtatem ſuam de facili poſſe redigi: & ſine dubio ſatis faciliter potuiſſet accidere ſecundum Principis opinionem, ſi voluntatem & propoſitum Regis ad hoc inducere potuiſſet: quia Turci propter Regis aduentum mira formidine terrebantur, nec habebant propoſitum reſiſtendi, nec tuendi munitiones ſuas; ſed potius fugiendi, ſi Regem ad eos accedere contigiſſet. Princeps qui voluntatem regis pluries priuatim tentauerat, non ſentiebat ab illo quod ſentire cupiebat, ſed ſuum propoſitum a ſuis petitionibus penitus alienum. Quadam die venit ad eum coram Baronibus ſuis, & petitiones ſuas meliori modo quo potuit propoſuit: multis rationibus oſtendens, quod ſi vellet ad hoc intendere quod petebat, quod animæ ſuæ multum proficeret, laudem plebis acquireret, & Chriſtianitatis terminos in fines Turcorum plurimum dilataret. Tunc rex cum ſuis Baronibus communicato conſilio ſic reſpondit: Quod ad ſepulchrum Domini ſe vouerat, & propter hoc ſpecialiter crucem aſſumpſerat, & quod ex quo a regno Franciæ receſſerat, multa mala ſibi occurrerunt, & fuerat multis incommodis impeditus, & hoc modo non habebant voluntatem mutandi propoſitum, nec noua negotia ſuperinducere, ſed ante omnia ſi poſſet votum ſuæ peregrinationis pro quo mouerat adimplere: ſed

poſtea libenter audiret Principem, & alios Syriæ Principes, & per eorum conſilium libenter pro commodo Chriſtianitatis omni modo laboraret. Princeps ſatis intelligens per reſponſionem Regis, petitiones ſuas vacuas fieri; magna contra regem ferbuit iracundia, & ab illa hora non ceſſauit in quantum potuit, in malum regis & dedecus machinare [*vſque eo*] quod Alienordis Regina vxor ſua ſuis malis exhortationibus regem voluit deſerere, & ab illo ad minus ad [*tempus aliquod*] quodam diuortio ſeparari. Regi [*relatum*] fuit a pluribus, quod Princeps in malum ſuum modis omnibus ſatagebat, & procurabat, quomodo poſſet eum vel inſidiis vel aliis incommodis impedire. Et [*ideo*] Rex habito cum ſuis Baronibus ſecreto conſilio de nocte cum gente ſua ab vrbis ianuis eſt egreſſus talem . . . . nec talem proceſſionem non habuit in diſceſſu, qualem prius habuerat in ingreſſu. Multi fuerunt qui Regi nec immerito detrahentes, dixerunt, quod ab Antiochia & eius finibus tali modo diſcedere, ad dedecus & non ad honorem regium pertineret.

Quomodo Imperator Alemanniæ receßit a Conſtantinopoli & venit Hieruſalem: & de morte Comitis Tholoſæ.

INTERIM vero Conradus Imperator Alemanniæ, qui poſt diſceſſum Regis Franciæ in vrbe Conſtantinpoli cum reſiduo gentis ſuæ hyemauerat; vbi eum Emmanuel Græcorum Imperator multis humanitatis obſequiis & multis honoribus extulerat, vtpote virum tantæ nobilitatis decebat: veris initio transfretare propoſuit: intendebat enim Hieruſalem & terram viſitare promiſſionis, & votum ſuæ peregrinationis, ſi poſſet, adimplere. Cui Imperator Græcorum nauigium complens ſibi & genti ſuæ præparari præcepit, eumque multis [*donis*] pretioſis cum ab eo diſcederet, honorauit. Intrans igitur nauigium cum omni gente ſua, & exponens carbaſa ventis, aura flante pacifica, in breui portui applicuit Acconenſi, & in vrbe per aliquos dies [*moratus eſt.*] Poſtea equeſtri vehiculo ad ſanctam ciuitatem Hieruſalem cum magno cordis deſiderio quantocius potuit peraccesſit: cui Balduinus Rex cum ſuis Baronibus, Fulcherus Patriarcha cum magna cleri populique frequentia obuiam exierunt; & ſic clerus cum proceſſione capis ſericis indutus cum magna lætitia in ſanctam ciuitatem introduxit. Eodem tempore applicuit ad portum Acconenſem quidam nobilis homo de regno Franciæ, vir magnanimus & fidelis Comes Tholoſæ Alphonſus nomine quondam filius Raimundi Tholoſæ Comitis, qui tam magnis actibus claruit in illo magno exercitu qui Antiochiam & Hieruſalem & totam terram Syriæ Chriſtianis legibus ſubdiderunt. Iſte Princeps nobilis diu deſideratus & expectatus fuerat in regno Hieruſalem: ſperabant enim per eius auxilium inimicis crucis virilius reſiſtere, quia innata & naturali pollebat ſcientia, & eius geſtis magnificis eius opera teſtimonium perhibebant. Magis etiam ei impendebatur honoris, propter patris ſui merita, quoniam propter ſe multa bona feciſſet in terra ſicut ſperabatur, niſi morte præuentus tam cito interiſſet: nam cum mouiſſet ab vrbe Acconenſi & pergeret Hieruſalem, vt loca ſancta & ſepulchrum Domini viſitaret in vrbe Cæſarea in margine maris ſita iacuit prima nocte: vbi filius perditionis, ſed neſcitur quis aut quare fecerat, per venenum quod cibis miſcuit, virum tam nobilem ſubito extinxit. Pro cuius morte per totam terram Syriæ tam pauperes quam diuites doluerunt.

De aduentu Regis Franciæ in Hieruſalem.

INTEREA venit rumor in vrbe Hieruſalem, quod Rex Franciæ ab vrbe Antiochiæ diſceſſerat, & directe ad vrbem Tripolim cum ſuo exercitu veniebat. Huiuſmodi rumoribus excitatus Rex Hieruſalem Balduinus conuocato cum ſuis Baronibus conſilio obuiam ei miſit Fulcherinum Patriarcham, ex parte ſua rogatum, vt ſine dilatione ad vrbem ſanctam iter ſuum dirigeret, vbi eũ Imperator . . & Rex cũ Baronib. ſuis diu expectauerat & adhue expectabat: verebãtur enim ne Princeps Antiochiæ tale fœdus vel pactionẽ cum ipſo faceret, per quã ipſum in ſuis partibus retineret,

retineret, vel etiam Comes Tripolis: maxime propter hoc quia eos conſanguinitatis affinitas annectebat, cum poſſet de facili in tantum fauorem allicere, quod poſſet in finibus Tripolis remanere. Verum eſt quod tota terra quoniam [*quam*] temporibus illis tenebat Chriſtianitas in partibus illis tranſmarinis, principaliter diuidebatur in quatuor principatus. Primus erat regnum Hieruſalem a parte meridiei quod incipiebat a quodam riuulo, qui eſt inter Gibelee & Baruth duas ciuitates Fenicis regionis in maris margine, cui deſerta quæ ſunt iuxta Ledaron terminum imponebant ſicut directe tenditur ad Ægyptum. Regnum [*autem*] Hieruſalem propter ſui breuitatem principatum ſeu Baroniam appellamus. Secunda Baronia a parte Boreæ erat Tripolis Comitatus, & incipiebat a riuulo . . . vſq; ad aliũ riuulum, qui eſt inter Marneliam & Valoniam, quæ ſunt ſimiliter duæ maritimæ ciuitates. Tertia vero Baronia eſt Antiochiæ Principatus a parte Occidentali, incipiens ſimiliter a dicto riuulo vſq; ad vrbem Tarſis, vnde beatus Paulus Apoſtolus extitit oriundus: & eſt in Ciliciæ regione. Quarta Baronia erat Comitatus de Roches qui a parte Orientis incipiebat a quodam magno nemore, quod vocatur Marris, vltra fluuium Euphrates penetrãs vſq; in fines Paganorum. Iſti quatuor Principes erant in partibus tranſmarinis magni Principes & potẽtes: qui quando audierunt aduentum Imperatoris Alemanniæ & Regis Franciæ, quilibet iſtorum, cum ſpe & fiducia iſtorum aduentum expectabat, ſperans per eorum auxilium ad minus vlterius Turcos a ſuis finibus elongare, & ciuitates ſibi finitimas vendicare, quę erant circa fines eorum locupletes, & rerum omnium abundantes; quas ſi poſſent acquirere, multum eſſent theſauri ſui refecti ſpoliis hoſtium, & termini ſuæ potentiæ dilatati. Et propter hoc quilibet iſtorum ſummopere procurabat, quomodo poſſet iſtos duos potentes Principes ad partes ſuas attrahere: miſerunt enim ſibi per nuntios literas cum donis & iocalibus: nec ſolum ſibi, ſed etiam Baronibus ſibi domeſticis, quorum conſilio putabant eorum negotia pertractari. Et maxime rex Hieruſalem Balduinus duabus de cauſis affinitatis patriæ ſperabat eſſe propinquior; ad hoc q; Rex Franciæ ad partes ſuas citius deberet accedere: quia Comitatus Flandriæ, vnde dominus & oriundus extiterat, membrum eſt non minimum regni ſui. Præterea Imperator Alemanniæ, qui illuc diu expectauerat, eius adhuc quotidie præſtolabatur aduentum; tunc quia ibi erat non ſui principalis intentio terminus & finis ſuæ peregrinationis, & quia timebat ne alii tres præfati Principes aliquibus blanditiis eum in partibus ſuis detinerent, miſit ei obuiam Fulcarium Patriarcham, qui eum multis ſermonibus informauit, oſtendendo quod prę ceteris regionibus citius deberet ad ſanctam ciuitatem accedere, tanquam ad ſuæ peregrinationis complementum. Nec prætereundum eſt quanto gaudio & quanta cordis lætitia, tanquam Angelus Domini receptus fuit a populo, qui omnes: maxime clerus cum proceſſione exierunt obuiam ei. Et ſicut antiquitus pueri Hebræorum Domino acclamabant; Oſanna filio Dauid: ita iſti acclamabant; Benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Balduinus & omnes Barones cum Prælatis regni Hieruſalem per loca ſancta, quæ multum videre deſiderauerat ſolenniter conduxerunt. Inde factis orationibus & oblationibus, prout decuit regiam maieſtatem, ad ſuum hoſpitium, quod ſibi parari fecerant, rebus omnibus neceſſariis præmunitum, cum comitatu nobili perduxerunt. Ibi fuit curia patens omnibus ſolenniter celebrata, rebus omnibus fertilis & abundans.

De Regibus, Baronibus, & Prælatis in Hieruſalem congregatis.

IN craſtino conuenerunt Principes, videlicet Imperator Alemanniæ, Rex Franciæ, Rex Hieruſalem, Patriarcha, & alii Barones, qui præſentes aderant, vt de ſtatu terræ ad vtilitatem Chriſtianitatis vnanimiter pertractarent. Ibi fuit concorditer ab omnibus ordinatum, quod in vrbe Acconenſi vna die conuenirent. Ad hanc diem venerunt omnes Principes alieni, Barones, & magni homines terræ Syriæ, qui commode adeſſe potuerant. Ad illud Parlamentum fuit Conradus Imperator Alemanniæ, & dominus Otho frater ſuus clericus bonus, ciuitatis Friſingiæ Epiſcopus: Stephanus Metenſis Epiſcopus: Henricus Tullenſis Epiſco-

pus frater Theodorici Flandriæ Comitis; Theodinus Pontiuenſis Epiſcopus, qui ex præcepto Apoſtolico erat legatus in exercitu Imperatoris. De Principibus fuit ibi Henricus Dux Auſtriæ frater Imperatoris, & alius Dux nomine Guelphus, homo potens & nobilis, & Fetricus Dux Souauiæ nepos Imperatoris, primogeniti fratris ſui filius, qui poſt deceſſum auunculi ſui ſceptrum Imperiale tenuit, & ſagaciter & nobiliter rexit. Ibi ſimiliter fuit Hermandus . . . . Bernardus de Handis, qui poſtea fuit Dux Baioariæ; Guillermus Marchiſins de Monte Ferrati ſororis Imperatoris; Comes de Blandras, qui ſororem Guillermi Marchiſii deſponſauerat. Iſti duo magni homines erant & nobiles de terra Lombardiæ, qui cum Imperatore illo die in conuentu Procerum conuenerunt; & multi alii nobiles, quorum nomina cenſuimus reticere. Ex parte alia fuit Ludouicus Rex Franciæ; Godefridus Epiſcopus Burgonenſis; Arnulphus Epiſcopus Liſienſis; Guillermus de Florentia presbyter Cardinalis ex mandato ſummi Pontificis legatus in exercitu Regis Franciæ; Robertus Comes de Pertico, frater regis; Henricus filius Theobaldi veteris Comitis Campaniæ, homo iuuenis, largus, & ſapiens, & corde magnanimus. Hic deſponſauerat filiam regis Franciæ nomine Mariam. Ibi erat ſimiliter Thierricus Comes Flandriæ, Princeps diues & nobilis, ſororius Balduini regis Hieruſalem. Ibi ſimiliter erat Yuo de Nigella in epiſcopatu Nouiomenſi, homo formæ elegantis, & pollens ſapientia naturaliter. Multi etiam nobiles & potentes de regno Franciæ ibi præſentes adfuerunt, quorum nomina reticemus. De terra Syriæ fuit ibi præſens, videlicet Balduinus Rex Hieruſalem; Foucharus Patriarcha; Mater regis Balduini, mulier bona & ſapiens, forma & exemplum aliis continentiæ tridualis. Ibi ſimiliter fuerunt multi Eccleſiarum Prælati. Balduinus Archiepiſcopus Cæſarienſis; Robertus Archiepiſcopus Nazarenus; Rogerus Epiſcopus Acconenſis, Bernardus Epiſcopus Sydonienſis, Guillermus epiſcopus Baruthenſis, Adam epiſcopus Beliuenſis, Girardus epiſcopus Behetlemitenſis, Robertus magiſter templi, Raimundus magiſter hoſpitalis. De Baronibus Syriæ, Manaſſes Comes ſtabularius regis Philippi, Elinandus Comes Tabarienſis, Girardus Comes Sydoniæ, Galterus Comes Cæſarienſis, Pagnus dominus terræ, quam vltra fluuium Iordanis habitant Chriſtiani, Honfredus Comes de Tormino, Guillermus Comes Banethenſis, & multi alii diuerſarum regionum, qui in vrbe Acconenſi propter negotium Terræ Sanctæ illa die fuerunt congregati.

Quomodo noſtri conſilium habuerunt de obſidenda Damaſco, & quomodo inde profecti ſunt.

IN illo conuentu Procerum & Prælatorum ſecundum diuerſas opiniones multa fuerunt prolata conſilia, & diuerſæ rationes oſtenſæ ad ducendum Chriſtianitatis exercitum ad diuerſas partes, ſecundum quod maior neceſſitas perurgebat. Tandem ab omnibus fuit ſic concorditer & firmiter ordinatum conſilium, quod Damaſci ciuitatem obſiderent. Tunc fuit indictum & ex parte Regum & Baronum communiter acclamatum, quod omnes vna die conuenirent ad vrbem Thabariæ armis & inſtrumentis bellicis præmuniti & ad prælium præparati. Hoc actum anno Domini millesimo & quadrageſimo ſecundo, vigeſima die Menſis Maii. Iſti duo magni Principes, qui de longinquis nationibus ad peregrinandum venerant in Hieruſalem, & alii Barones de regno, præfixa die pedeſtris populi & equeſtris militiæ venerunt Thabariam, quæ in Euangelio vocatur Cæſarea Philippi. Illuc delata fuit crux ſancta cum magna deuotione a Fouchario Patriarcha: quia moris erat tunc temporis apud Chriſtianam militiam ſemper illam præferri in negotiis prœliorum. Illuc conſuluerunt Principes alieni Barones patriæ, vtpote gnaros, vitare locorum pericula, & qua parte ciuitas erat obſidenda: qui dederunt conſilium, in quo omnes alii vnanimiter conſenſerunt: quia videlicet conſonum & vtile veritati, quod omnes primo intenderent & vnanimiter laborarent occupare iardinos & prædia, quæ ex vna parte circumeunt ciuitatem: quia erant in eis munitiones & turres altæ, vbi Turci ma-

xima

xime confidebant, & muri lutei interclusum cingentes, prædiaque ſecundum quod quilibet Turcorum ſuam incluſerat portionem. Et bene videbatur eſſe verum, quod prædiis occupatis de facili ciuitas caperetur. Rebus igitur taliter ordinatis, in craſtino mouerunt caſtra & tranſierunt montem Libani, de quo Scripturæ ſacræ multis locis faciunt mentionem, & eſt inter Belinas & Damaſcum. Poſt deſcenſum montis Libani venerunt ad quandam villam quæ vocatur Daire, vbi omnes tentoria locauerunt. O quam pulchra & delectabilis erat viſu facies exercitus, vbi tot erant noua tentoria & pampiliones, diuerſis armorum ſpeciebus & coloribus differentes, & diuerſæ Principum banneriæ auræ leuis impulſionibus crepitantes. A quatuor vel quinque millibus diſtabat à ciuitate Damaſci: ita quod totam vrbem cum muris & turribus quaſi ſub oculis poſitam, plane poterant intueri. Turci autem ſuper altitudines munitionum aſcendentes intuebantur exercitum, cuius aduentum mirabiliter formidabant. Nec mirum, quia fere totam nobilitatem Chriſtianæ militiæ tam decenter contra ſe pugnaturam accedere ſentiebant.

Quomodo noſtri venientes apud Damaſcum, ambierunt hortos.

VRBS Damaſci maior eſt & metropolis illius terræ, quæ minor Syria vocatur, vel alio nomine Fenicia Libani, de qua Propheta dicit: Caput Syriæ Damaſcus quidam ſeruus Abrahæ nomine Damas fundauit olim, cuius nomen ciuitas ſortita eſt, & talis nominis diu nuncupata. Situs vrbis in quadam planicie: terra ſicca & ſterilis: tamen eam fœcundant agricolæ per fluuium qui deſcendit de monte, quem diuidunt in riuulos per meatus denſos in humo vel per inſtrumenta lignorum concaua, & faciunt eos defluere vbi volunt, & vbi neceſſitas eſt humoris. A parte vero Orientis ſecus vtraſque ripas illius fluminis eſt immenſa denſitas arborum portantium omnimodas ſpecies fructuum, & late terram occupant vſque prope mœnia ciuitatis. Mane autem facto arma capeſcit Chriſti militia, & totam gentem ſuam tantummodo in tres acies ordinarunt. Primæ cohortis ductor fuit Rex Hieruſalem cum ſuis indigenis, quia plus nouerant de rebus patriæ & de ſitu ciuitatis quam alienigenæ peregrini. Secundam aciem duxit Rex Franciæ cum ſuis Francigenis, vt primæ ſuccurreret, ſi forte videret eam periculo ſubiacere. Rettogardam fecit Imperator cum ſuis Theutonicis. Et ſic tribus aciebus ordinati verſus vrbem pugnaturi cum hoſtibus acceſſerunt. A parte Orientali vnde gens noſtra veniebat, erat ſitus ciuitatis & prædia à parte boreæ per quatuor vel quinque millia ciuitatem cingentia, magnis arboribus conſita, quæ magnæ ſyluæ ſeu magni nemoris effigiem prætendebant. Præterea quod noſtris maioris erat diſcriminis, erant prædia intercluſa muris compactis bitumine: quia in partibus illis non eſt lapidum copia, & terraceis quaſi turribus, vbi Turci noſtris nocituri in inſidiis latitabant. Præterea erant ibi anguſtæ viæ ducentes de horto ad hortum, terminantes ad vnam viam communem aliquantulum largiorem, quæ directe ducebat ad ciuitatem; tamen ita ſtrictam, quod vix poterat vnus homo cum equo vel aſino fructibus onerato vſque ad ciuitatem pertranſire. A parte illa videbatur ciuitas inexpugnabilis, tum propter muros terraceos, vt diximus, tum propter riuulos per hortos ex naturalibus fontibus defluentes & propter ſtrictas vias, quæ muris terraceis ex vtroque latere cingebantur. Tamen conſenſu Principum ſic fuit ordinatum, quod totus exercitus per illos hortos vſque ad ciuitatem, licet graui labore & periculo penetraret: Quoniam ſi aliquo modo horti & prædia ſic penetrando potuiſſent occupari, ciuitas à parte illa nullo murorum ambitu clauſa, ſemicapta videbatur. Præterea quod exercitui non modicum profi . . . . conferebant, iam maturis arboribus poterant legi fructus cuiuslibet ſpeciei, & à parte illa aquæ fluuiorum Damaſci, ſine quibus equi & homines dimicare non poterant, inter vrbem & exercitum late medio defluebant.

Quomodo Turci Damaſci capti fuerunt.

TVNC pręcepit Rex Balduinus qui primã ducebat aciem, qđ gens ſua in hortos irrumperent. Sed hoc fuit primo difficile, quia à parte altera terraceorum murorum & in limitibus ſtrictis murorum ambitu interclusis erant Turci, qui per feneſtriculas longas & ſtrictas, quas archerias vocant, noſtros lanceis cominus, & ſagittis eminus, prout poterant, infeſtabant, quos noſtri nec videre, nec ad eos accedere poterant. Et erant Turcorum plurimi qui de illis latibulis egredientes, ſe audacter media via noſtris militibus opponebant, & eis tranſitum toto conamine prohibebant. Omnes Turci ad pugnandum vtiles ab vrbe communiter egreſſi fuerãt, totis viribus repugnantes, ne noſtri hortos & prædia occuparent. Inter cetera tam periculoſa diſcrimina, vnum fuit quod noſtris plurimum nocuit: quia per hortos ſparſim erant turriculæ fortes & arduę, quas diuites Damaſci in hortis propriis conſtrui fecerant, vbi, ſi neceſſe ſibi foret, ſeſe reciperent, quando fructus ſuos maturitatis tempore colligebant. Illæ turres erant ſagittariis munitiſſimæ, à quibus noſtri multa grauia ſunt perpeſſi, quia eos ſagittis eminus infeſtabant: & quando improuiſi tranſeundo cominus accedebant, Turci ab alto groſſis lapidibus obruebant. Tũc noſtri in illo tam periculoſo certamine multis grauaminibus arcebantur, quia ſæpe feriebantur lanceis per feneſtras, ſaxis quariebantur à Turcis, qui ſuper altitudines turrium eminebant: & ſic Turci de noſtris multos equos & homines occiderunt. Propter hoc Principes poſtea plurimum doluerunt, pœnitentes quod vrbem à parte illa ꝓpoſuerant obſidere. Quod vt vidit Rex Balduinus & omnes ſui Barones ira magna & indignatione ferbuerunt, & ex parte didicerunt, quod ſine magno periculo & damno vſque ad vrbem tali modo non poterant penetrare. Tunc reuertentes oppoſuerunt ſe viarum lateribus, & cœperunt fortiter ſternere muros terraceos: Turcos quos ibi repererunt interclusos, quibus non erat fugiendi facultas, nec quęrendi latibula, in os gladij peremerunt, multoſque quibus pepercit gladius ſecum vinculis attraxerunt. Et ſic noſtri multis locis illos muros terraceos proſtrauerunt, & Turcorum multum ſanguinem effuderunt. Quando Turci, qui per hortos circunquaq; diſperſi fuerunt, murorum ruinam & ſuorum ſtragẽ perceperunt, verſus vrbem territi quãtocius aufugerunt. Et tunc primo noſtri viri per vias hortorũ, nemine prohibente, libere penetrarunt. Sed Turci qui bene ſciebant, quod noſtri poſt tantum laborem propter ſe & equos ſuos adaquandos ad fluuiũ venire contenderẽt & maxime cognouerũt, ꝙ à parte illa erat ciuitas obſidenda, robur totius ſuæ gentis cõtra noſtros oppoſuerunt, & ripas fluminis ſagittariis & baliſtariis & robuſto milite munierunt, ne noſtri ad fluuium attingerent, propter equos exercitus adaquandos. Poſtquam autem acies Regis Balduini ab hortorum latibulis eſt egreſſa, ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita anhelabat ad aquas fluminis, quod prope mœnia ciuitatis diffluebat. Cum igitur gentem ſuam aliquantulum diſperſam interim in aciem collegiſſet, vt per Turcorum cuneos ad latices fluuij tentaret irrumpere, Turci magna virtute aditum prohibentes retrorſum Regis aciem repulerunt. Tũc noſtri ira & verecundia caleſcentes, ſurſum ſeſe in agmine collegerunt, fluuium lucrari in iſto conamine ſeſe ad inuicem iactitantes. Tunc impetu facto in aceruos hoſtium violenter conflixerunt: & fuit ibi diu & fortiter dimicatum, ſed noſtri tandem ceſſerunt iterum, quia Turci pro vita & patria libertate acriter dimicabant. Lento gradu ſequebatur Regis Francorum acies, quæ primæ cohorti, ſi neceſſe eſſet, ferret auxilium, vel ſaltem alternatim ſubueniret feſſis ſtudio prœliandi. Imperator vltimo ſuam ducebat aciem, cauens ne forte Turcorum latentes inſidiæ ab aliqua parte ſubito proſilirent. Cum videret ergo duas præcedentes acies vlterius nõ progredi, interrogauit quidnam eſſet, & quare fixo greſſu taliter reſtitiſſet? Dictum fuit ei, quod prima cum Turcis conflictum inierat, qui egreſſi ab vrbe ante ripam fluminis totis viribus reſiſtebant. Sed quando Theutonici hoc audierunt, vtpote homines impatientiſſimi, & qui non ſunt in armorum negotiis circumſpecti, ſed propria capitis dementia furibundi, relicto ordine in quo erãt in acie cõſtituti, paſſim cum impetu cucurrerunt. Cucurrit etiam cum ceteris Imperator, & per medium phalangis Regis Franciæ ſine ordine penetrantes, vſque ad locum certaminis

furore

furore Theutonico prorupetunt. Tunc pedites terræ ſe mandauerunt, eleuatis ſuis longis muctonibus clypeiſque prætenſis ſuper Turcos acriter irruerunt. Quorum impetum Turci diu ſuſtinere non valentes terga verterunt, & ſeſe vltra ciuitatis mœnia receperunt. Sicque noſtri ad vſus ſuos aquis fluminis libere ſunt potiti.

De Turco quem Imperator per medium ſecuit.

IN conflictu illo ad laudem Imperatoris accidit quid dignum memoria. Quidam Turcus armatus lorica & ocreis eum inuaſerat, & inſtantiſſime perurgebat. Imperator muctonem tenuit, quem de bonis ſolum elegerat, erectumque potenti brachio, non impune fecit deſcendere : Nam percuſſit eum inter collum & ſiniſtrum humerum ictu mirabili: ita quod enſis ſecuit totum pectus cum humeris, & deſcendit obliquando vſque ad latus dextrum, taliter quod pars dexterior abſciſſo penitus cum capite cecidit ſuper terram. Et tunc omnes Turci qui ictum tam formidabilem viderant, ſtupefacti, ſtatim fugæ remedio noſtrorum gladios euaſerunt. Quod cum aliis retuliſſent, auditores eorum in deſperationem ceciderunt, non ſperantes, quod ſe poſſent tueri contra eos, nec gentem tantæ fortitudinis ſuſtinere.

Poſteaquam autem noſtri lucrati ſunt hortos, & prædia, & vada fluminis, fixerunt tentoria, de hortis & iardinis multa commoda perceperunt: videlicet propter equos & herbam & pabula, & propter homines in arboribus fructus diuerſi generis iam maturos : Turci autem aſcendentes ſuper muros ciuitatis, viderunt exercitum tot & tantis pampilionibus more ſuo diſpoſitis in ambitu ciuitatis tantam ſuperficiem terræ latius occupantem : ſatis animaduerterunt, quod tam forti exercitui diu reſiſtere non poterant, & quod . . . [*facilis*] erat captio ciuitatis. Timuerunt igitur ne noſtri inſultum facerent, & in vrbem cito irrumperent, & ſic omnes cum vxoribus & liberis in ore gladij trucidarent. Idcirco inter ſe conſilium inierunt; & fuit ab omnibus ordinatum, quod per omnes vicos ciuitatis à parte obſidionis pluribus locis ex groſſis lignis ex tranſuerſo vicorum repagula ponerentur : Quia ſi forte, quod verebantur, accideret, dum noſtri ligna & repagula ſcindere intenderent, cum fragore nimio & tumultu, ipſi poſſent interim per alias portas cum vxoribus & liberis exire, & fugere velociter, donec poſſent tutum refugium in ſuorum vicinis ciuitatibus reperire. Quod ſicut ordinauerunt, ſic & fecerunt. Signum erat quod non habebant propoſitum reſiſtendi nec continuandi, ſi viderent ſibi aliquod infortunium imminere: quia plures iam ſarcinas alligaſſent quas ſecum, ſi fugere contingeret, aſportarent.

Quomodo noſtri conſilio quorundam proditorum reliquerunt hortos Damaſci.

TVNC non erat difficilè tantis Principibus ciuitatem Damaſci capere, ſi Dominus eorum actibus deſuper aſpirare voluiſſet, & vota peregrinationis eorum acceptaſſet : Sed forte meritis ſuis exigentibus, & peccatis ſuis impedientibus, eorum operibus noluit conſentire: vel forte per gentes alias futuris temporibus factum tam nobile præuiderat conſummari: & ſic forſitan per fraudem & malitiam inimici ſuſtinuit illud tam nobile negotium impediri. Nam prudentiores Turcorum, quia hoſtibus armis nocere non poterant, aliam nocendi viam in animo conceperunt. Nouerant enim corda aliquorum de Baronibus Syriæ, qui tantæ cupiditatis erant & auaritiæ, quod de facili poſſunt corrumpi muneribus; & per proditionis viam ad hoc poſſunt attrahi, quod fallerent Reges & alios Principes Chriſtianos. Cognouerant enim quod fortitudinem tantæ gentis bello ſuperare non poterant: idcirco eos per ſuos Principes armis auaritię vincere tentauerũt. Propterea ad illos Barones quos aptos ꝓditioni nouerãt, clãdeſtinos miſerũt nuncios, ꝑ quos magnã cenſus & diuitiarum copiam promiſerunt. Et hoc ꝓmittebant optimis

captionibus[*capitulationibus*]ante omnia confirmare,ſi tantum facerent,quod ab illò loco quo reſidebat exercitus, obſidio ſolueretur. Verum eſt quod illi Barones tantæ proditionis actores de terra Syriæ fuerunt, ſed eorum nomina & generis ſui principia & terras ſuæ dominationis caret [*tacet*] hiſtoria: quia erant adhuc aliqui ſui generis ſucceſſores, qui ſi audiſſent ſuos parentes vel amicos proditionis vocatos crimine, æquo animo non tuliſſent. Illi ergo qui officium Iudæ contra Dominum & eius exercitum ſibi aſſumpſerant, cum Imperatore & Rege Franciæ & Rege Hieruſalem in fraude locuti ſunt: dicentes, quod per prauum conſilium decepti fuerant, quando à parte hortorum & fluminis ciuitatem obſederant, quoniã à parte illa ad capiendum fortior videbatur, & ad vrbem propter hortos & flumen grauior eſt acceſſus. propter hoc bona fide conſulebant, quod antequam omnino labores à latere mitterent, & in otium tempus expenderent, exercitum à loco ſuo amoueri præciperent, & in parte altera in oppoſito latere ciuitatis obſidionem locari: quia ſicut dicebant in parte altera ciuitatis, quæ eſt contra Orientem & contra Meridiem non ſunt horti, nec arbores, quibus poſſet acceſſus impediri. Præterea à parte illa muri erant imi & fragiles, nec erat neceſſe petrarias erigere, ſed forte primo cõgreſſu poterat capi ciuitas, & totus ambitus murorum occupari. Tunc Reges & alieni Principes dictis eorum, proh dolor, fidem adhibentes, & eos bona intentione dediſſe tale conſilium æſtimantes, præconari fecerunt, vt omnes ſua tentoria euellerent, & Barones ſibi nominandos vbi eos ducerent, vnanimiter ſequeretur. Tunc omnes communiter ſua tentoria collegerunt & ſociati ſunt prauios proditores, qui duxerunt exercitum in partem oppoſitam ciuitatis, in loco tali vnde ſciebant certiſſime, quod nullo modo poterat ciuitas expugnari, & in loco ſterili & arido, vbi propter defectum rerum omnium diu non poterat exercitus reſidere. Ibi fixerunt vexilla Principum, & imperant tentoria collocari. Non multum temporis ibi reſederat exercitus: quando Principes cognouerunt quod proditione decepti fuerant, & quod illi proditores per magnam malitiam ibi fecerant tentoria tranſportari, quoniam omnino vada fluminis perdiderunt, ſine quo tantus exercitus diu durare non poterat, & fructus hortorum delectabiles ad veſcendum, qui toti exercitui multa commoda conferebant.

Quomodo noſtri percepta proditione Sarracenorum bonum propoſitum amiſerunt.

TVNC cœperunt cibaria in exercitu rareſcere & penitus deficere: ita quod propter defectum victualiũ omnes in magna anguſtia laborarent, & maxime alienigenæ peregrini, quia à finibus Syriæ ad exercitum cibaria deferri non poterant: propter hoc maxime peregrini victualibus indigebant, quia dictum fuerat eis, quod ciuitas contra tantam gentem diu reſiſtere non poterat; in qua multam copiam victualium reperirent: & quod fruſtra ſe tantis victualibus onerarent. Principes reuerſi ad ſemetipſos, quando viderunt ſe ſic deceptos, ſtatum exercitus tam miſerabilem, & omnia totaliter deficere, quibus poſſent equi & homines ſuſtentari, irati fuerunt valde, & mirabiliter ſtupefacti, aggrediendi ciuitatem & petrarias erigendi, ab illa hora voluntatem & propoſitum amiſerunt totaliter. Sciebant enim certiſſime quod vacuus eſſet labor, & ſumptus pro nihilo funderentur: Ad loca autem vnde venerant, & vbi primo caſtra poſuerant reuerti non poterant, quia quam cito ab illo loco tranſlatus fuit exercitus, ſtatim Turci ab vrbe egreſſi ſunt, & tot ibi fecerunt repagula, concauitates in humo profundiſſimas, & annexiones arborum deciſarum fortes & impenetrabiles, quas ſagittariis & arbaliſtariis in tanta multitudine munierunt, quod facilius videbatur quandam fortiſſimam ciuitatem poſſe capere, quã per difficultates illas per violentiam penetrare. Præterea bene videbatur quod ibi morari nõ poterant, quia hominibus omnino deficiebãt victualia, & equis & pecoribus cum potibus alimenta. Tunc Imperator Alemanniæ & Rex Franciæ inter ſe locuti ſunt, & dixerunt quod Barones indigenæ eos prodiderant, quorum fidelitati corpora ſua & hominum ſuorum & negotium Ieſu Chriſti commiſerunt, vt per eorum conſilium ad honorem Dei Chriſtianitatis negotia tractarentur, & eos per

malitiam

malitiam in talem locum adduxerant, vnde nec honor ſibi nec Chriſtianitatis vtilitas poterat euenire: nec tempus in otium conſumerent, & in vacuum laborarent. Conſenſerunt omnes in hoc vt ab illa obſidione recederent, & à proditione Syrianorum de cetero cautius præcauerent. Nouerant enim quod Pullani in illa obſidione nihil commodi contuliſſent, ſed magis propoſitum perpetraſſent. Pullani dicũtur qui de patre Francigeno & matre Syriana, vel de patre Syriano & matre Francigena generantur. Taliter receſſerunt iſti duo Principes magni Barones, omnes Principes Chriſtianitatis nobilitate & potentia præcellentes. & nihil fecerunt illa vice quod pertineret ad honorem imperialem, & ad decus regiæ maieſtatis. Tunc cœperunt vileſcere & tædere apud iſtos duos Principes negotia terræ ſanctæ, nec de cetero aliquid magni incipere vel occupare voluerunt. Populus pedeſtris de Francia cum Syrianis litigando imperabant, & aperte dicebant, quod non erat bonum Francigenis pro eis ciuitates acquirere, nec labores & ſumptus pro Syrianis effundere, quia Turci meliores erant & fideliores illis, qui nec fidem nec Deo nec proximis obſeruabant. Priuſquam iſtud accideret peregrini de Francia ſatis libenter morabantur in terra Syriæ, & aliquando multa bona fecerant in regno Hieruſalem: Sed propter illud factum, ſicut prius non potuerunt eſſe cum Syrianis beneuoli nec concordes; & ſi quandoque contigerit, quod ad peregrinandum venirent, completo voto quam citius poſſunt, ad ſolum proprium reuertuntur.

De cauſis impedientibus captionem Damaſci.

PLVRES pluries Indagati ſunt à pluribus, qui fuerunt tantæ proditionis actores, & qua intentione Chriſtianitatis exercitum prodidiſſent. Ipſe etiam qui iſtam ſcripſit hiſtoriam, à pluribus indigenis inquiſiuit: Cuius rei diuerſi diuerſas rationes aſſignabant. Quidam enim volebant aſſerere, quod Comes Flandriæ huiuſmodi fuerat cauſa malitiæ, non quia præcognouiſſet malignum conſilium, neque proditioni conſenſiſſet, ſed quando vidit quod noſtri hortos & fluuium Damaſci Turcis abſtulerant, viſum fuit ei, quod Turci diu non poſſent reſiſtere, & quod de facili ciuitas caperetur. Tunc adiit Imperatorem, Regem Franciæ, & Regem Hieruſalem, & humili ſupplicatione poſtulauit, vt poſt captionem dono ciuitatem concederent: & hoc idem petiit à Baronibus Franciæ & Alemanniæ, qui ſibi videbantur vnanimiter conſentire, quoniam promittebat, quod eam ab inimicis fidei viriliter defenderet, & ad honorem Dei & Chriſtianitatis fideliter cuſtodiret. Quo audito Barones Syriæ indignati & inuidiæ zelo mirabiliter inflammati, eo quod Princeps tam nobilis, qui pura intentione ad peregrinandum venerat, & in partibus ſuis tantam terram & Comitatum tam nobilem, [*poſſidebat*] vnum de nobilioribus membris regni Hieruſalem tali modo ſibi vendicare volebat: & niſi Rex Balduinus eam ſibi reſeruare vellet, melius erat, ſicut dicebant, quod alteri eorum dono vel permiſſione aliqua traderetur. Et hanc rationem aſſignabant ad ſuam intentionem cõfirmandam, quia cum nihil habeant alibi, quando peregrini de Francia & de aliis regionibus reuertuntur ad propria: ibidem in propriis locis commorantur omni tempore & ſemper parati ſunt continuo certamine cõflictus hoſtium ſuſtinere. Et ſic videbatur Comes Flandriæ eos à fructibus laborum velle excludere, qui æquali lance meruerunt fructus eſſe participes, & honoris. Maluerunt igitur ciuitatem ab hoſtibus fidei poſſideri, quam dari Comiti Flandriæ, qui nec dum ſuis meritis obtinere debuerat, cum de nouo veniſſet in Syriam à partibus alienis. Et hæc fuit cauſa, ſicut quidam dicebant, quare proditioni conſenſerunt. Alij aliter ſentientes dicebant: quod per Raymundum Principem Antiochiæ, vtpote hominem verſutum & plenum malitia, hoc damnum acciderat, quia ex quo Rex Franciæ per malum receſſerat ab eo in malum & dedecus Regis per ſe & per procuratores ſuos non ceſſarat machinari. Ideo mandauerat illis Baronibus, quos amor ſpecialis ſibi coniunxerat, & affectu cordis rogauerat, vt honorem & commodum Regis Franciæ, quibus poſſent modis omnibus, impedirent. Et propter hoc in fauorem Principis illi proditores, plus habentes

hominem quam Dominum præ oculis, Chriſti militiam prodiderunt. Alij tertiam rationem proponebant, quorum talis erat opinio, quod modo, quo diximus corrupti muneribus, per proditionem exercitum de loco aptiſſimo ad locum inutilem fecerant tranſportari.

De parlamento quod noſtri fecerunt vt obſiderent Aſcalonem.

QVIS poſſet cogitare lætitiam quæ fuit in Damaſco, quando Turci viderunt ita hoſtes ſuos recedere ita effectu vacuos, & honoris immeritos: econtra confuſionem exercitus & Principum dedecus & ruborem, qui tam felici principio floruerant, & fine tam miſero rubeſcebant. Vnde valde doluit per totum regnum vniuerſitas popularis, & totum regnum fuit inde miſerabiliter deſolatum. Poſt reditum illius exercitus Imperator, Rex Franciæ & alij Principes collegerunt iterũ parlamentum, vbi magni Barones cum minoribus ſicut antea fecerant conuenerunt. Fuit igitur primo inter eos ſic locutum: quod bonum eſſet aliquod nobile factum incipere, in quo præcipue eſſet Dominus honorandus, & per quod de eis in bono poſterius loqueretur. Ibi mentionem fecerunt aliqui de ciuitate Aſcaloniæ, quæ quaſi in medio regni poſita adhuc Turcorum dominatui ſubiacebat, & ſi obſidione cingeretur, ab omni parte regni poſſent ad exercitum ſine periculo victualia deuehi, & defenſores omni ſpe ſuccurſus & auxilio deſtituti, poſſent continuis inſultibus coartari & ad deditionem cogi, quia non poſſent diu tantæ gentis fortitudinem ſuſtinere. Satis & diu fuit inter eos de iſto negotio ventilatum, ſed nihil finaliter fuit ordinatum; quia ibi erant aliqui nobiles de regionibus alienis, qui magis officiebãt quam iuuarent ad negotium promouendum. Malebant enim redire ad partes proprias, quam ad vſus alienos in Syria ciuitates obſidere. Nec mirum ſi de Francia & alienis regionibus peregrini propoſitum & feruorem deuotionis amiſiſſent ad terræ ſanctæ negotia erigenda; quando videbant indigenas domini & ſeipſos prodidiſſe, & vtilitatem Reipub. regni Hieruſalem impediſſe, ſicut patuit in obſidione Damaſci. Et veriſimile videbatur quod Dominus odiret eorum opera, nec vellet per eos aliquid fieri, vnde poſſet eis nec honor, nec commodum prouenire. Et ſic ſine effectu aliquo ſolutum fuit parlamentum.

De reditu Imperatoris & Regis Franciæ à partibus tranſmarinis.

VIDENS autem Imperator negocium terræ ſanctæ male proficere, & Barones non eiuſdem animi ad grande aliquid occupandũ, nec in ſuis conſiliis vniformiter conuenire. Vnde dicebant aliqui homines probi, quod hoc erat diuinum odium, & quod Deus ſcrutator cordium nolebat ſuis operibus cœlitus aſpirare. Præterea conſiderans Imperator, in partibus ſuis aliqua forte magna & ardua negocia emerſiſſe, & ſuum imperium ſua præſentia indigere; ſalutato Rege Franciæ & Rege Hieruſalem & Baronibus, qui in illis partibus remanebant, naues ſuas intrauit, & vento flante proſpero in breui ſanus & incolumis in ſuam Alemanniam ſe recepit: ſed poſt illum reditũ tribus annis nec amplius ſuperuixit. In vrbe quę dicitur Paemborc obijt, & ſepultus honorifice, vt maieſtatem imperialem decuit, in illius ciuitatis Eccleſia cathedrali. Imperator iſte fuit multis gratiis commendandus, pietate & mãſuetudine plenus, corpore procerus, fortis, pulcher, audax animo, & miles optimus & fidelis, & etiam cunctis moribus perornatus. Poſt deceſſum ſuum rexit Imperium Ferricus nepos ſuus Dux Souauiæ, vir quidem ætate iuuenis, ſed virilis animi, & pollẽs mirabiliter ſapientia naturali, de quo fecit hiſtoria ſuperius mentionẽ. Rex Franciæ qui per annum integrum perendinauerat in terra Syriæ die Paſchæ cum vxore ſua & Baronibus regni ſui in Hieruſalem Paſcha Domini celebrauit. Sentiens igitur, maxime poſt diſceſſum Imperatoris, moram ſuam in nullo vel in modico profuturam, nauigium pręparauit; licentiaq; à Rege Balduino, Patriarcha, & aliis Baronibus accepta, portu Acconenſi nauigium conſcendit, nullo mariſque impediente periculo, ad regnum proprium eſt reuerſus. Et poſt paruum temporis ſpatium Alienordis Regina peperit ſibi filiam, quam in ſacro baptiſmate Alaydam vocauerunt.

Quomodo

Quomodo Rex Ludouicus reſtituit ducatum Normanniæ Henrico filio Gaufridi Comitis Andegauiæ.

PARVM poſt reditum terræ ſanctæ Gaufridus Comes Andegauiæ & Henricus filius eius, qui poſtea fuit Rex Angliæ, vna die coram Rege comparuit, grauem querimoniam deponentes de Rege Angliæ Stephano, qui ducatum Normanniæ & regnum Angliæ ſuam ſibi abſtulerat, maxime ducatum Normanniæ, qui ad proprietatem & dominium regni Franciæ pertinet, quaſi ſibi proprium poſſidebat: vnde Regi humiliter ſupplicabant, vt à ducatu tanti viri expelleret poteſtatem, & eam ſibi reſtitueret, ſicut de iure tenebatur. Rex eorum querela & petitione audita, volens cuilibet ſecundum rigorem iuſtitiæ ius ſuum obſeruare, & reddere vnicuiq; quod ſuum eſt: mouit exercitum, & potenti brachio intrauit Normanniã, & eã in breui viriliter occupauit, & eam Henrico filio Comitis Andegauię reſtituit, & eum ad titulum totius ducatus in fidelitatem homagij in patris præſentia ſuſcepit. Et ipſe Henricus de aſſenſu patris ſui pro tanto beneficio totum Normannicum Regi contulit perpetuo poſſidendum; videlicet ab Ethe fluuio vſque ad flumen Andele: in quo continentur villæ & oppida inferius nominata. Caſtrum Giſorcij, caſtrum Neaufle, Eſtrepigni, caſtrum Dangu, Gamaches, Haramalla, caſtrum nouum, Baudemont, Brayum, Tornucium, Bucale & Nogentum. Modo quo diximus reſtituit pius Rex Ludouicus illi Henrico ducatum Normanniæ viro infideli & peruerſo; nec Rex columbinæ ſimplicitatis protinus intellexit venenoſam malitiam, nec malum quod ei poſtea ſuſcitauit: qui erga Regem dominum ſuum ita ſe habuit ſicut in prouerbio Ruſtici dicitur: Quanto magis impium exaltaueris, tanto magis contra te ſuperbiet, & acrius ſuum calcaneum eleuabit. Ita fecit iſte Henricus contra Regem qui ei ducatum Normanniæ contulerat, & maioribus Principibus totius regni fecerat coæqualem. Qui citatus ad curiam venire noluit ad ius faciendum vel capiendum in Regis præſentia iudicium omnino reſpuit & contempſit. Quod Rex videns, vt decuit, indignationis ſtimulo agitatus collegit exercitum, & caſtrum Vernonis obſedit & cepit: & aliud quod nouum mercatum dicitur ſimiliter obſedit, & illud potenti brachio in deditionem coëgit. Tandem cum videret ille perfidus, quod nec per calliditatis malitiam, neque per armorũ potentiam domino ſuo poſſet reſiſtere, vulpinã malitiam imitatus, cœpit veniam poſtulare, & veram humilitatem fingens, quam innatã non habuit, vt amiſſa caſtra reciperet, tentauit Regis indignationem demulcere, promittendo de cetero contra Regem nullatenus caput erigere, & quandiu viueret mandatis palam eum obedire. Et Rex propriæ manſuetudinis non immemor, ab eo illatas iniurias iam oblitus, eum in gratiam recepit, & duo caſtra quæ non immerito ſibi abſtulerat, plane reſtituit, & ea ſicut prius poſſidenda ſibi conceſſit.

De diuortio facto inter Regem Ludouicum & vxorem eius Alienordem.

INTEREA aliqui venerunt ad Regem de cognatione ſua progeniti, qui ortum & deriuationem parentelæ ſuæ nouerant; & dixerunt & ſicut verum erat, quod inter ſe & Alienordem vxorem ſuam erat conſanguinitatis affinitas talis, quod inter eos de iure lex matrimonialis non poterat conuenire: & inde per iuramentum probationem legitimam offerebant. Quibus rex ſic reſpondit; quod contra Deum & contra legem Eccleſiæ eam nolebat habere, volens per omnia ſtatuta Eccleſiæ & legem matrimonij inuiolabiliter obſeruare. Et vt iſtius rei veritas poſſet veracius indagari, die martis ante feſtum Paſchatis Floridi in caſtro Baugenciaci Hugonem Archiepiſcopum Rotomagenſem, & quartum Laufredum Burdegalenſem cum pluribus ſuis coëpiſcopis & Baronibus Franciæ fecit ſolenniter conuenire. Ante quorum præſentiam ſteterunt illi, qui genus inter regem & reginam ſe probaturos obtulerant; qui etiam eiuſdem generis erant parentes & cognati: Et per iuramentum ſuum dixerunt, quod rex & regina ſeſe cognatione contingebant, & quod ſecundum Deum & legem coniugalem debebat inter eos diuortium celebrari. Quo ſufficienter probato in præſentia Prælatorum fuit inter eos

per conſenſum partium matrimonium diſſolutum. Deinde ſic accidit, quod Alienordis regina cum rediret ad terram propriam poſt diſceſſum à regno Franciæ, quod à Duce Normanniæ Henrico, qui poſtea fuit Rex Angliæ, fuit ſolenniter deſponſata. Et Rex Ludouicus duas filias quas ſibi Alienordis regina pepererat, duobus viris illuſtribus matrimonio copulauit: Maiorem natu Mariam nomine Henrico Comiti Campaniæ, & minorem fratri ſuo Theobaldo Comiti Bleſenſi, quæ Alaydis vocabatur. Rex qui ſecundum legis præceptum volebat viuere, præcipientis, vt homo ſecundum legem Eccleſiæ fœminam ſibi coniungeret, & eſſent duo in carne vna, de conſilio Prælatorum & Principum, in ſpe hæredem legitimum procreandi, qui poſt deceſſum ſuum nobile regnum Franciæ gubernaret, in quandam puellam nobiliſſimam, Conſtanciam nomine, filiam Regis Hiſpaniæ animum conuertit: Et propter hoc Hugonem Archiepiſcopum Senonenſem ad partes Hiſpaniæ deſtinauit, vt eam ad ſe adduceret ſibi matrimonio copulandam. Quam cum ad Regem cum honore præcipuo adduxiſſet, eam in vrbe Aurelianenſi in multorum Prælatorum & Principum præſentia nuptiali fœdere copulauit, & regali ſtemmáte pariter coronauit. Non multo poſt elapſo tempore concepit & peperit regina filiam nomine Margaritam, quæ vſque ad annos pubertatis educata fuit, poſtmodum Henrico filio Regis Angliæ ordinatione Romanæ Eccleſiæ deſponſata. Cui Rex Ludouicus pater ſuus conceſſit in matrimonium totum Vulcaſſinum Normannicum, quem Rex Angliæ pater ſuus ſibi contulerat libere poſſidendum: ſicut in hiſtoria ſuperius eſt expreſſum. . . . † † †

hoſpitari, quod propoſuetamus fieri non potuit. Vbi autem ipſe quaſi quadam prognoſtica præoptauerat, attentantes contra omnium opinionem, omnes enim impeditum locum æſtimabant, quantum nec plus, nec minus longitudini & latitudini corporis eius conueniebat, locum reſeruatum inuenerunt, vbi cum orationum & hymnorum frequentia, & celeberrimo deuotoque exequiarum officio, more regio depoſitus reſurrectionis futuræ conſortium expectat, tanto ſanctorum ſpirituum collegio ſpiritu propinquior, quanto corpore ſanctis Martyribus ad ſuffragandum proxime ſepultus aſſiſtit. *Felix qui potuit mundi nutante ruina, quo iaceat præſciſſe loco.* Cuius deuotiſſimam ſanctis Martyribus animam ipſis intercedentibus ipſe Redemptor reſuſcitet, & in parte Sanctorum collocare dignetur, qui poſuit animam ſuam pro ſalute mundi Ieſus Chriſtus Dominus noſter, qui viuit & regnat Rex regum & Dominus dominantium per omnia ſecula ſeculorum, Amen.

SEQVVNTVR GESTA PHILIPPI AVGVSTI FRANCORVM REGIS, DESCRIPTA A MAGISTRO RIGORDO, CHRONOGRAPHO Regio.

SERENISSIMO & amantiſſimo Domino ſuo Ludouico Dei gratia Philippi Regis Francorum ſemper Auguſti illuſtri filio, regiæ indolis adoleſcenti gloria & honore ſublimiando: Magiſter Rigordus natione Gothus, profeſſione Phyſicus, Regis Francorum chronographus, beati Dionyſij Areopagitæ clericorum minimus vitam & ſoſpitatem ab eo per quē reges regnant. Exultat & lætatur in Domino ſancta mater Eccleſia, quia viſitans viſitabit Dominus populū ſuum & in ſeruis ſuis miſerebitur. Vox ſiquidē exultationis & ſalutis in tabernaculis Francorū paſſim inſonuit, quia vident regē ſuum regis Auguſti filiū, à cuius ſapientiæ laribus educatum, ad regalem ſapientiæ thronū mature conſcendere, & diuina ſibi ſtudenti arridente gratia cœlum haurientem, in iuſtitia & iudicio ſibi ſolium præparare. O ſolemnes & regales noſtri Salomonis

nuptias! o copulam qua non eſt in terris vlla felicior! cum & Rex ſibi conglutinat ſapientiæ contubernium, & ſapientia relatiuo iure aſſumit officium, iuxta diuinum Platonis oraculum; qui tum demum beatum orbem terrarum futurum prædicauit, cum aut ſapientes regnare, aut Reges ſapere cœpiſſent. O admirandam huius regij pueri maturitatem, qui cum ſit adhuc in annis teneris; iam quodammodo ſeipſo maior eſt, & iam fit tempeſtiuus honori, quia maturus virtuti. Ætatem namque ſuperat ſenſus, & ratione potenti æuo concludit animus. Regia ſiquidem magnificentia . . . . . . damna male ſuſtinens, tarda non expectat annorum momina, quia Cæſaribus virtus contigit ante diem. Iam videre mihi videor in temporibus huius clementiſſimi Principis, & pauperibus pacem, & antiquam Eccleſiis reformari dignitatem; quando & collata erit ei poteſtas ad iudicium ſceleris, & per ſcientiam compti mores ad exemplar honeſtatis, quando ſcilicet & poterit & nouerit reddere, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei reddere Deo: Tunc ſiquidem ipſe morum columen & militum gloria, non minori laude promet exemplum, quam gladium; quia tunc de ceteris hoſtibus triumphabit, cum per ſapientiæ præſidium de vitiis triumphauerit. In altero ſcilicet meritis libertatem, in reliquo ſtatum regni conſeruans incolumem. Quicquid enim animo, quicquid manu, quicquid lingua eſt admirabile, huius ſapientia ſuis in temporibus ad cumulum laudis perducet. Hinc eſt, *O puer ats suis edite Regibus*, quia literas diſcitis & diligitis, quod ego ſereniſſimæ prudentiæ veſtræ literas meas mittere præſumpſi, & lucubratiunculam quandam, quam de glorioſi patris veſtri Philippi ſemper Auguſti geſtis vtcunque contexui, vobiſ primum videndam & legendam deſtinaui: Duplici nimirum intentione, vt & vos deuotionem meam erga regnum Francorum & glorioſum patrem veſtrum perfecte cognoſcatis, & vos tanti Principis commendabiles . . . . [*actiones*] quaſi ſpeculum præ oculis ſemper habeatis in exemplar virtutis. Licet etenim viri fortis progenies armorum faciem inter ipſos matris agnoſcat amplexus, & dum naturæ obſequitur, diſcat amare terrorem, per exempla tamen non minimum animatur ad virtutem. Accipite igitur, quæſo, gratanter, puer inclyte, de manibus clerici veſtri nuncium paternæ virtutis opuſculum; quod quamuis rudi nimis & incompto ſtylo & indignis tantæ materiæ verbis ſim perſequutus, tamen ex humili ſermone veritatem, & in veritate poteritis contemplari virtutem. Nec regia ſoboles regia faſtidiat fercula, quamuis luteis, ſed tamen mundis vaſis ſibi ſint propinata. Recognoſcite igitur & recolite, regia progenies, heroum laudes & veſtri facta parentis: vt & vos poſſitis, quæ ſit virtus, agnoſcere: & nos in vobis tribus Auguſte virtutem gaudeamus patentare. *Vt poſtquam firmata virum vos fecerit ætas, Iamiam pacatum patriis virtutibus orbem* in iuſtitiæ & pacis oſculo glorioſe gubernetis. In fine tamen huius epiſtolæ Saluatoris exoremus clementiam, vt ipſe, in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & iura regnorum, reſpiciat ad Francorum benignus imperium, & per glorioſi martyris ſui & patroni noſtri Macarij, Dionyſij, ſociorumque eius interceſſionē, ipſe vos eadem gratia qua feliciter educauit in puerum, felicius vos promoueat in iuuenem, & tractu temporis per proſperos ad vota ſucceſſus feliciſſime vos in perfectam conſummet ætatem ad ſui nominis laudem & gloriam, & Eccleſiæ ſuæ ſanctæ defenſionem.

INCIPIT PROLOGVS IN LIBRVM GESTORVM REGIS PHILIPPI AVGVſti à Deo dati.

LIBRVM *geſtorum Philippi Auguſti Chriſtianiſſimi Francorum Regis mihi ſcribere geſtienti, multa concurrerunt impedimenta, egeſtas, ſeu rerum inopia, acquiſitio victualium, inſtantia negotiorum, ſtyli ſimplicitas, & mens in huiuſmodi minus exercitata. Et maxime quia cum in auribus multorum aliquid noui recitatur, ſolere auditores in diuerſa ſcindi vota, & hunc quidem applaude-*

re, idque, quod audit, laude dignum prædicare: illum verò ſeu ignorantia ductum, ſeu liuoris aculeo, vel odij ſomite peruerſum etiam benedictu detrahere. Et mirum eſt, humanum genus à prima ſui origine, ſecundum quem cuncta fecit Deus, valde bona creata ſunt; ita eſſe deprauatum, vt promptius ſit ad condemnandum quam indulgendum, & facilius ſit et ambigua deprauare, quam in partem interpretari meliorem. Multum enim in vtramque partem fama mentitur crebro, & tam de bonis mala, quam de malis bona, falſa rumora concelebrant. Virtus enim ſemper inuidiæ patet & venantium æmulorũ ſubiacet latratibus. Scripturus enim geſta Chriſtianiſſimi Philippi Regis, ſi cuncta de virtutibus eius congrua dixero, adulari putabor: Si quadam ſubtractione incredibilia videantur, damnum laudibus eius mea faciet verecundia. Hoc ego pertimeſcens, opus decennio elaboratum, habui in voluntate ſupprimere, aut penitus delere, vel certe quantum viuerem, in occulto ſepelire. Tandem ad preces venerabilis patris Hugonis beatiſſimi Dionyſij Abbatis, cui iſta familiariter reuelaueram, & ad iſtius inſtantiam hoc opus in lucem protuli; vt ſic demum per manus ipſius Regis in publica veniret monumenta. Veruntamen lectores huius operis exoratos eſſe volo, vt ſi quid in hoc ſatyra dignum inuenerit, conſiderent altitudinem materiæ, & ſimplicitatem meæ literaturæ, nec ad tam arduum opus vires meas ſuppetere: & ad hæc habito reſpectu, diſcant ſaltem ex diſpenſatione tolerari debere pleraque, quæ ſi quid forte diligentius diſcuteret, poſſet de rigore condemnari. Scripſi enim quædam quæ proprijs oculis vidi, quædam quæ ab alijs diligentius inquiſita, forſan minus plene edidi, quædam mihi incognita penitus prætermiſi. Sed forte miramini quod in prima fronte huius operis voco Regem Auguſtum. Auguſtos enim vocare conſueuerunt ſcriptores Cæſares qui Rempublicam augmentabant, ab augeo, auges dictos. Vnde iſte merito dictus eſt Auguſtus ab aucta Republica. Adiecit enim regno ſuo totam Viromandiam, quam prædeceſſores ſui multo tempore amiſerant, & multas alias terras. Reditus etiam regni plurimum augmentauit. Natus eſt enim Menſe Auguſto, quo ſcilicet Menſe replentur horrea & torcularia, & omnia temporalia bona redundant. Et primum à natiuitate ipſius Regis miraculoſa Deo diſponente initium ſumamus, ipſo iuuante qui omnium Princeps eſt & principium.

Auctor ſequentis operis Magiſter Rigordus Chronographus regius.

GESTA PHILIPPI AVGVSTI CHRISTIANISSIMI FRANCORVM REGIS.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſexageſimo quinto natus fuit Philippus Rex Francorum, menſe Auguſto, vndecimo Kalendas Septembris, in feſto Timothei & Simphoriani. Iſte antonomaſice debet vocari à Deo datus, quia cum ſanctiſſimus pater eius Ludouicus Rex numeroſam ſobolem filiarum de tribus vxoribus ſuis ſuſcepiſſet, ſucceſſorem regni maſculum habere non poterat. Tandem cum vxore ſua Adela illuſtri regina & vniuerſo clero & omni populo totius regni, ad orationes conuerſus & eleemoſynas, filium à Deo petiit; non de meritis ſuis iactans, ſed de ſola Dei miſericordia confidens & dicens: Obſecro Domine, memento mei, & non intres in iudicium cum ſeruo tuo, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens; ſed propitius eſto mihi peccatori: & ſi peccaui ſicut ceteri homines, tamen Domine parce, ne pereant apud te quæ feci coram te: Miſerere mei Domine ſecundum magnam miſericordiam tuam, & da mihi filium regni Francorum hæredem, & ſtrenuum gubernatorem, ne dicant aduerſarij: Vana facta eſt ſpes tua, & eleemoſynæ tuæ, & orationes perierunt. Sed tu Domine, ſecundum voluntatem tuam fac mecum, & in fine dierum meorum præcipe in pace recipi animam meam. Sic eo orante, cum in vniuerſo clero & populo totius regni, exauditæ ſunt preces eorum in conſpectu

Domini

Domini: Et datus eſt ei à Deo filius nomine Philippus, quem ipſe ſanctiſſime nutriri fecit, & in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti pleniter erudiri. quem ipſe ſolemniter Remis coronari fecit, & poſtea per annum fere viuens in ſolio regni Francorum glorioſiſſime regnantem vidit. De quo Rex Ludouicus, antequam natus eſſet, talem in ſomnis vidit viſionem: Videbatur ei quod Philippus filius ſuus tenebat calicem aureum in manu ſua plenum humano ſanguine: de quo propinabat omnibus Principibus ſuis, & omnes in eo bibebant. Hanc autem viſionem extremo tempore vitæ ſuæ retulit Henrico Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis in Franciam legato, per nomen Domini adiurans, ne alicui ante mortem ipſius Regis reuelaret. Rege autem Ludouico defuncto, Henricus Epiſcopus hanc viſionem multis viris religioſis manifeſtauit. Cuius regni anno primo Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus pater prædicti Philippi in ciuitate quondam Lutetia, nunc Pariſius vocatur, feliciter migrauit ad Dominum. Sed de his infra plenius dicemus. Nunc ad geſta primi anni regni Philippi Auguſti illuſtris Francorum Regis ſtylum vertamus.

Geſta primi anni regni Philippi Auguſti Francorum Regis.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo nono, Ludouicus Chriſtianiſſimus Francorum Rex pene ſeptuagenarius; conſiderans humanæ vitæ breuitatem, ſentienſque ſe aduerſa valetudine paralyſi aliquantulum prægrauari, conuocauit Pariſiis generale Concilium omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, Abbatum, nec non & Baronum totius regni Francorum in palatium venerabilis patris noſtri Mauricij Pariſienſis Epiſcopi. Vbi reſidentibus omnibus, ſolus Ludouicus capellam ingreſſus primo, vt omnibus operibus ſuis facere conſueuerat, oratione ſua ad Dominum, deinde vocatis ſingulatim Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & omnibus regni Principibus, communicauit eis conſilium, quod dilectiſſimum filium ſuum Philippum à Deo datum in inſtanti Aſſumptione beatæ virginis Mariæ, cum conſilio eorum & voluntate, in Regem Francorum ſubleuare volebat. Audientes autem Prælati & Principes voluntatem Regis, omnes vnanimiter clamauerunt dicentes: Fiat, fiat. Et ſic ſolutum eſt conſilium.

Adueniente autem feſtiuitate iam dicta beatiſſimæ virginis Mariæ, Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus cum dilectiſſimo filio ſuo Philippo Karnopolim [*Karlopolim*] venit: vbi Domino ordinante aliter quam ſperabat, euenit; quia dum ibi Rex moram faceret, prout fama multorum referente didicimus, inclytus Philippus à patre accepta licentia cum venatoribus Regis, nemus cauſa venandi intrauit. Confeſtim ingreſſus aprum inuenit. Quo viſo, mox venatores diſcopulatis canibus inſecuti ſunt aprum per deuia nemoris & vaſtæ ſolitudinis, clangentes cornibus, diuerſas ſemitas nemoris proſequentes.

Interea Philippus equo velociſſimo inſidens ſegregatus ab aliis curſu rapidiſſimo diu aprum inſecutus eſt ſolus per aliam ſecretiorem ſemitam, & poſt paululum reſpiciens, declinante iam die, nullum de venatoribus adeſſe cognouit. Videns autem ſe eſſe ſolum relictum in illa vaſta ſolitudine nemoris, non immerito timere cœpit, pergens huc & illuc ſoliuagus & neminem videns, cum gemitu & ſuſpiriis Deo & beatæ Mariæ virgini, & beatiſſimo Dionyſio Regum Francorum patrono & defenſori, ſignum ſanctæ crucis fronti imprimens, ſe affectuoſiſſime commendauit. Finita oratione ad dexteram partem reſpiciens, eminus ruſticum quendam, ſtatura procerum, prunas in igne ſufflantem ſubito proſpexit, aſpectu horribilem, carbonum nigredine infectum, vultu deformem, ſuper collum ſecurim magnam tenentem. Quem vt vidit primo, ſicut puer aliquantulum timuit, ſed timorem illum magnitudine animi ſuperans, propius acceſſit, & hominem illum benigne ſalutauit. Et cognito quis erat, & vnde & quare veniret, protinus dimiſſo ruſticus negotio, per viam compendij, Dominum ſuum ipſum eſſe cognoſcens, Karnopolim feſtiuus reduxit. Ex hoc enim timore

O 3

Philippus à Deo datus grauiter runcacuto morbo laborauit. Qua de cauſa prodelata eſt eius ſublimatio vſque ad ſequens feſtum omnium Sanctorum. Sed Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui nunquam reliquit ſperantes in ſe, per orationes & merita ſanctiſſimi patris Ludouici, qui die ac nocte inceſſanter pro eo Dominum deprecabatur, & per orationes vniuerſalis Eccleſię effluxis aliquot diebus, priſtinæ ſanitati reſtituit. Superueniente autem omnium Sanctorum feſtiuitate, Philippus Auguſtus conuocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus terræ Baronibus à VVilhelmo illo reuerendo Remenſium Archiepiſcopo tituli ſanctę Sabinę presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legato, ipſiuſque Regis auunculo coronatus eſt Remis, aſtante Henrico Rege Angliæ, & ex vna parte ſuper caput Regis Franciæ ex debita ſubiectione [*coronam*] humiliter portante: cum omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque regni Principibus, & vniuerſo clero & populo clamantibus: Viuat Rex, viuat Rex. Cuius ætas fuerat annorum quatuordecim in feſtiuitate Timothei & Simphoriani præterita. Et tunc cœperat volui annus decimusquintus: ita quod in anno quintodecimo ſuæ ætatis in Regem eſt inunctus; in feſto ſcilicet omnium Sanctorum, adhuc viuente patre ſuo Chriſtianiſſimo Rege Ludouico, tamen aduerſa ægritudine nimis grauato: videlicet paralyſi, quæ ei greſſum prorſus negauerat.

De his autem quæ in exordio regni ſui geſſit, pauca ſcribere propoſuimus, ne prolixitas voluminis, & nimia ſimplicitas ſermonis, delicatis auditorum auribus faſtidium generaret. A primæua igitur ætate ſua, timorem Domini pro pædagogo habuit, quia initium ſapientiæ timor Domini: rogans in orationibus ſuis & humiliter deprecans Dominum, vt omnes actus & greſſus eius dirigeret, iuſtitiam quaſi propriam matrem dilexit: Miſericordiam ſuperexaltare iudicio contendit, Veritatem nunquam à ſe alienari permiſit: Continentiam coniugalem præ omnibus aliis Regibus in domum ſuam tranſtulit. Veruntamen quia à tenera ætate in his glorioſis virtutibus ſeipſum exercitari complacuit: ideo tempore procedente factum eſt, quod ſicut ipſe Rex Dominum timebat & reuerebatur: ita ab omnibus in curia ſua manentibus obſeruari præcepit. Et quod mirabilius eſt, iuramenta quæ ab aleatoribus frequenter in curiis vel in tabernis aleatorũ fieri ſolent enormia, in tantum abhorruit, quod quando fortuito caſu miles, vel quilibet alius ludens præſente Rege ex improuiſo iuramentum incurrebat, ſtatim ad mandatum regis in flumine vel in lacu aliquo proiiciebatur. Et tale edictũ ab omnibus firmiſſime ſeruari in poſterum iuſſit. Macte virtute cuius talia erant principia, qualis erit finis. Etenim manus Domini erat cum eo.

Reuolutis autem quampaucis diebus ex quo nouus Rex poſt ſacram inunctionem Pariſiis rediit: opus quod longo tempore mente geſtauerat, ſed pro nimia reuerentia, quam Chriſtianiſſimo patri ſuo exhibebat, perficere formidabat, aggreſſus eſt. Audierat enim multoties à Principibus qui cum ipſo pariter in palatio fuerant nutriti, & hoc ſine obliteratione memoriæ commendauerat, quod Iudæi qui Pariſiis manebant, ſingulis annis Chriſtianum vnum in opprobrium Chriſtianæ religionis, quaſi pro ſacrificio in cryptis ſubterraneis latentes in die Cœnæ, vel in illa ſacra hebdomada pœnoſa, iugulabant: & in huiuſmodi nequitia diabolicæ fraudis diu perſeuerantes, tempore patris ſui multoties deprehenſi fuerant, & igne conſumpti. Sanctus Ricardus, cuius corpus quieſcit in Eccleſia ſancti Innocentij, in capellis Pariſius, ſic interfectus à Iudæis & crucifixus feliciter per martyrium migrauit ad Dominum: vbi ad honorem Domini per preces & per interceſſiones ſancti Ricardi multa miracula, ipſo Domino operante, facta fuiſſe audiuimus. Et quia Chriſtianiſſimus Rex Philippus diligenti inquiſitione à maioribus hæc & alia quamplurima nefanda de Iudæis plenius didicerat: ideo zelo Dei inflammatus ad mandatum ipſius, eodem anno quo Remis ſacra regni Francorum ſuſcepit gubernacula, decimoſexto Kalendas Martij in ſabbato, capti ſunt Iudæi per totam Franciam in Synagogis ſuis. Et tunc expoliati ſunt auro & argento & veſtibus, ſicut & ipſi Iudæi in exitu de Ægypto Ægyptios expoliauerant.

Hoc

Hoc ipſo ſignificata fuit futura eorum electio, quæ procedente tempore Deo diſponente ſubſecuta eſt.

Factum eſt autem quaſi poſt menſem dierum, ex quo ſacram ſuſcepit inunctionem Philippus Auguſtus, quod Hebò de Carantonio in pago Bituricenſi cœpit tyrannidem in Eccleſia Dei exercere, & grauibus exactionibus clericos ibidem Deo ſeruientes opprimere: cuius ſæuitiam clerici ſufferre non valentes, miſerunt nuntios ad Chriſtianiſſimum regem Philippum Auguſtum, de violentia a iam dicto Hebone ſibi illata conquerentes, & a rege iuſtitiam humiliter exigentes. Audita rex virorum religioſorum conqueſtione, zelo Dei accenſus pro defenſione Eccleſiarum, & cleri libertate, contra illum tyrannum mouit arma, & cum manu valida terram ipſius vaſtauit & prædas duxit, & in tantum eius audaciam repreſſit, quod neceſſitate compulſus, videns quod manum regis effugere non poſſet, procidit ad pedes regis, impetrans ab eo veniam, & ſub atteſtatione iuriſiurandi promittens, quod ſecundum beneplacitum & voluntatem ipſius regis, omnibus Eccleſiis & clericis Deo ſeruientibus pleniſſime ſatisfaceret, & de cetero ſe ab huiuſmodi obtemperaret. Hoc primum bellum geſſit in initio regni ſui Philippus a Deo datus in ætate quindecim annorum: quia ad liberationem Eccleſiarum & cleri, & ad cuſtodiam totius populi Chriſtiani datus eſt a Deo in regem.

Porro eodem anno regni ſui, videlicet primo, ad ſuggeſtionem antiqui ſerpentis, hoſtis humani generis, egreſſi ſunt filii iniquitatis, ſcilicet Ymbertus de Bello loco, & Comes Cabilonenſis cum complicibus ſuis aduerſus Eccleſiam Dei; qui cum grauiter contra regias immunitates ipſas Eccleſias grauare præſumpſiſſent, clerici & viri religioſi ibi iugiter Deo ſeruientes, ſignificauerunt omnia iſta mala domino ſuo Chriſtianiſſimo Francorum regi. Tunc rex pro defenſione Eccleſiarum & Cleri libertate, collecto exercitu, terras eorum intrauit, & magnas prædas duxit, & in tantum ſuperbiam illorum & tyrannidem Domino operante confregit, quod eis inuitis ablata Eccleſiis in integrum reſtitui fecit, & clericis ibidem Domino famulantibus pacem temporis reformauit, eorum orationibus humiliter ſe commendans. Et certe merito debet vniuerſalis Eccleſia orare pro Chriſtianiſſimo rege Philippo, quia iſte eſt, qui aſſidue ſtat pro ipſa Eccleſia, eam protegens ab inimicis & defendens, exterminando Iudæos fidei Chriſtianæ inimicos, propulſando hæreticos de fide catholica male ſentientes. Bona enim illius opera ſtabilita ſunt in Domino, & ideo facta eius & dicta debet enarrare omnis Eccleſia ſanctorum.

Porro anno primo regni Philippi Auguſti, & ætatis ipſius anno quintodecimo ortis quibuſdam ſimultatibus, & fictis odiis inter Principes regni: quidam de Principibus eius, ſtimulante diabolo, eccleſiaſticæ pacis inimico, conſpirationem contra dominum ſuum regem Philippum Auguſtum facere præſumpſerunt; qui collecto exercitu terras regis vaſtare cœperunt. Videns autem hæc Chriſtianiſſimus rex Philippus nimio furore ſuccenſus infinitæ multitudinis contra illos duxit exercitum, & paucis reuolutis diebus, omnes fugauit, & tam potenter & viriliter perſecutus eſt, quod Domino miraculoſe operante, omnes ſibi ſuppeditauit, & ad omnem voluntatem eius faciendam potentiſſime coëgit. Veruntamen omnium Dominus retributor bonorum & remunerator, qui nullum bonum reliquit irremuneratum: quia duo prima prœlia in initio regni ſui pro defenſione Eccleſiarum & Cleri libertate Chriſtianiſſimus rex Philippus Auguſtus ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Dei genitricis & virginis Mariæ ſtrenue geſſerat: ideo Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui non reliquit ſperantes in ſe, in fraude iſtorum circumuenientium illi affuit, vt omnes aduerſarios ſuos vinceret, & potentiam aduerſus eos, qui eum iniuſte deprimere moliebantur: Dominus enim eſt qui diſſipat conſilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia Principum. Hic enim vir non eſt derelictus a Deo in die certaminis, quia Angelus Domini ſtans a dextris eius, confringit capita inimicorum ſuorum. Et quare hoc? Quia fideliter permanet in mandatis Domini.

Geſta ſecundi anni regni Philippi Augusti Francorum Regis.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo primo Kalendis Iunii, ea die qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus baiulis nubibus cœlos aſcendit, in Eccleſia beati Dionyſii ad ſuggeſtionem & conſilium cuiuſdam boni viri, qui zelum Dei videbatur habere, idem Rex Philippus ſecundo impoſuit ſibi diadema, & tunc iuncta fuit Elizabeth vxor eius venerabilis regina filia Baldnini illuſtris Comitis Haenuenſis, neptis Philippi magni Comitis Flandrenſinm, qui ea die prout moris eſt, enſem ante dominum Regem honorifice portauit: ſed dum hæc in Eccleſia beatiſſimi Dionyſij ſolenniter agerentur, & ipſe Rex cum Regina ante maius altare flexis genibus & inclinatis capitibus, nuptialem benedictionem a venetabili Guidone Senonenſi Archiepiſcopo, aſtantibus multis Epiſcopis & Baronibus humiliter reciperent: accidit quiddam dignum memoria, quod huic operi inſerendum vtiliter ęſtimauimus. Interea dum multa turba populi de circumpoſitis ciuitatibus, ſuburbiis, vicis & villis, cum magno gaudio ad tantam ſolennitatem videndam conueniſſent, & vt viderent Regem cum Regina diademate inſignitos, conflictum cum tumultu facerent: quidam miles de officialibus Regis tenens virgam in manu ſua, cum ad ſedandum tumnltum populi, virgam huc & illuc in incertum iacerer, tres lampades ſuper capita ipſorum ante maius altare pendentes ſubito vno ictu fregit, & oleum illarum ſuper capita Regis & Reginæ, in ſignum plenitudinis donorum Spiritus ſancti cœlitus miſſum, miraculoſe emiſſum fuiſſe credimus, & ad dilarandam famam nominis ipſius & gloriam in omnem terram circunquaque diffundendam. Vnde in Cantico amoris Salomon de iſto prophetice videtur dixiſſe; Olenm effuſum nomen tuum. Quaſi diceret; Fama nominis tui & gloria & ſapientia diffundetur a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum, & inclinabunt capita ſua ante eum Reges, & multæ gentes ſeruient ei. Ex his & aliis huiuſmodi coniicere poſſumus, quod ea qnæ circa ipſum regem Deo ordinante geſta ſunt, ſic intelligi poſſunt.

De obitu piiſſimi Regis Ludouici.

EODEM anno decimoquarto Kalendis Octobris, feria quinta obiit Ludouicus Francorum Rex, in ciuitate quæ nunc Pariſius dicitur, & eſt caput regni Francorum. Forte Domino ita procurante factum eſt, vt ille qui Rex erat, & caput totius regni Francorum, in ciuitate quæ caput regni Francorum eſt, in palatio ſuo fœliciter migrauit ad Dominum. Vt etiam ſic omnibus manifeſtum fieret, quod de palatio ad palatium, de regno ad regnum glorioſe tranſiret: de palatio terreno ad latitudinem cœleſtis paradiſi: de regno tranſitorio ad regnum æternum, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec humanus animns comprehendere potuit, quod ab æterno præparauit Deus his, qui diligunt eum in veritate. Cuius corpus glorioſe ſepultum fuit in Eccleſia ſanctæ Mariæ Barbael, quam ipſe fundauit: vbi ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Dei genitricis & virginis Mariæ, & omnium Sanctorum die ac nocte a ſanctis religioſis viris diuina celebrantur officia pro anima ipſius, & omnium prædeceſſorum ſuorum, & pro ſtatu regni Francorum. In eadem Eccleſia ſuper ſepulturam ipſius Regis Adela prædicta illuſtris Francorum Regina, mater iam dicti Philippi Auguſti Francorum regis fecit conſtrui ſepulchrum miro artificio compoſitum, ex lapidibus auro & argento, & ære & gemmis ſubtiliſſime decoratum. Tale opus tantæ ſubtilitatis a diebus Salomonis non fuit repertum in vniuerſis regnis. Sed de his hactenus. Nunc ad ea quæ circa perfidos Iudæos Domino inſpirante, ab ipſo rege facta ſunt, tranſitum faciamus.

Cauſa quare Chriſtianiſſimus Rex Philippus ſemper Auguſtus exterminauit Iudæos de tota Francia, hic ponuntur.

I. Cauſa.

EO tempore multitudo maxima Iudæorum in Francia habitabat, quæ a longis retroactis temporibus de diuerſis mundi partibus, ob pacis diuturnitatem, & Franci-

Francigenarum liberalitatem ibi conuenerat: audierant enim Iudæi ſtrenuitatem regum Francorum contra inimicos, & pietatem magnam erga ſubditos. Et ideo maiores eorum & ſapientiores in lege Moyſi, qui ab ipſis Iudæis Didaſcali vocabantur, Pariſios venire decreuerunt: vbi longam habentes conuerſationem in tantum ditati ſunt, quod fere medietatem totius ciuitatis ſibi vendicauerant, & quod contra Dei decretum eſt & inſtitutionem eccleſiaſticam, Chriſtianos in ſeruos & ancillas in domibus ſuis habebant, qui a fide Ieſu Chriſti manifeſte recedẽtes, cum ipſis Iudæis iudaïzabant. Et quia Dominus per Moyſen in Deuteronomio dixerat; Non fœnerabis fratri tuo, ſed alieno, per alienum Iudæus praue omnem Chriſtianum intelligens, tradentes Chriſtianis ſub vſuris pecunias ſuas, in tantum grauauerunt ciues & milites & ruſticos de ſuburbiis, oppidis, & vicis, quod plurimi ex eis compulſi ſunt poſſeſſiones ſuas diſtrahere: alii Pariſiis in domibus Iudæorum ſub iuramento aſtricti, quaſi in carcere tenebantur captiui. Quod audiens Chriſtianiſſimus rex Philippus, pietate commotus, conſuluit quendam heremitam nomine Bernardum, virum ſanctum & religioſum, qui eo tempore in nemore Vicenarum degebat, quid facto opus eſſet. De conſilio cuius relaxauit omnes Chriſtianos de regno ſuo a debitis Iudæorum: quinta parte totius ſummæ ſibi retenta.

Secunda cauſa hic ponitur.

AD cumulum etiam damnationis ſuæ, vaſa eccleſiaſtica Deo dicata, ſcilicet cruces aureæ & argenteæ, habentes imaginem crucifixi Domini Ieſu Chriſti, & calices, quæ pro inſtanti neceſsitate Eccleſiarum nomine vadii fuerant eis ſuppoſita, in vituperium & opprobrium Chriſtianæ religionis tam viliter tractabant, quod in calicibus, in quibus corpus & ſanguis Domini noſtri Ieſu Chriſti conficiebatur, infantes eorum offas in vino factas comedebant, & cum ipſis bibebant, non reducentes ad memoriam illud quod legitur in libro Regum; quomodo Nabugodonoſor rex Babyloniæ vndecimo anno regni Sedechiæ regis Hieruſalem, peccatis Iudæorum exigentibus, per Nabuzardam Principem militiæ, ſanctam ciuitatem Hieruſalem cepit, & templum expoliauit, & vaſa pretioſa Deo conſecrata, quæ Salomon ſapientiſsimus fecerat, ſecum portauit. Sed Nabugodonoſor licet Gentilis & idololatra, tamen timens Deum Iudæorum noluit in vaſis illis bibere, nec ad vſus ſuos transferre: imo quaſi ſacroſanctum theſaurum in templo ſuo iuxta idolũ conſeruari. Sed ſuperueniens Balthaſar, qui ſextus ab eo regnauit, grande conuiuium ſuis faciens optimatibus & principibus, præcepit vt afferrentur vaſa, quæ ſuus auus Nabugodonoſor de templo Domini aſportauerat, & biberunt in eis rex & optimates & vxores concubinæ eius. In eadem hora iratus Dominus contra Balthaſar, oſtendit ei ſignum deſtructionis ſuæ, ſcilicet manum contra eum in pariete ſcribentem; *Mane, Techel, Phares*: quod interpretatum ſonat; Numerus, appenſio, diuiſio. Eadem nocte capta eſt Babylon a Cyro & Dario, & interfectus eſt Balthaſar in ipſo conuiuio; vt Yſaias longe ante prædixerat: Pone menſam contemplare in ſpecula, id eſt in pariete comedentes & bibentes in vaſis Domini: ſurgite principes, accipite arma, quia ciuitas capta eſt. Et ſtatim ex improuiſo ſuperuenientibus Medis & Perſis interfectus eſt Balthaſar in ipſo conuiuio. Cæterum quis obnubilare audeat, quod Dominus reuelare diſponit.

Tertia cauſa eiectionis Iudæorum hic ponitur.

EO igitur tempore Iudæis timentibus ne ab officialibus regis ſcrutarentur eorũ domus: factum eſt quod quidam Iudæus, qui eo tempore Pariſiis morabatur, habens vadia eccleſiaſtica, videlicet crucem auream gemmis inſignitam, & librum Euangeliorum auro & lapidibus pretioſis mirifice decoratum cum ciphis argẽteis, & aliis in ſacco ponens in foſſam profundam, vbi vẽtrem purgare ſolebat: proh dolor, viliſsime deiecit. Quæ omnia paulo poſt, Domino reuelante, a Chriſtianis ibidem ſunt inuenta, &, ſoluta quinta parte totius debiti domino regi, propriæ Eccleſiæ cum ſummo gaudio & honore ſunt reportata. Iſte annus poteſt merito vocari Iubilæus: quia ſicut in veteri Lege in anno Iubilæo omnes poſſeſſiones liberæ reuertebantur ad priſtinos poſſeſſores, & omnia debita remittebantur: ita tanta

relaxatione debitorum a Chriſtianiſſimo rege facta, Chriſtiani in regno Franciæ manentes perpetuam libertatem a debitis Iudæorum ſunt conſecuti.

Geſta tertii anni Philippi Auguſti Francorum Regis.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo ſecundo, menſe Aprili, qui ab ipſis Iudæis dicitur Niſan, exiit edictum a ſereniſſimo rege Philippo Auguſto, quod omnes Iudæi de regno ſuo, vſque ad ſequens feſtum ſancti Iohannis Baptiſtæ ad exeundum parati eſſent. Et tunc data eſt eis licentia a rege, quod omnem ſuam ſupellectilem venderent, vſque ad præfinitum tempus, ſcilicet feſtum ſancti Iohannis, reſeruatis ſibi & ſucceſſoribus ſuis Francorum regibus poſſeſſionibus, videlicet domibus, agris, vineis, granchiis, torcularibus & huiuſmodi. Quo audito perfidi Iudæi: quidam ex ipſis regenerati ex aqua & Spiritu ſancto, conuerſi ſunt ad Dominum, perſeuerantes in fide Domini noſtri Ieſu Chriſti, quibus Rex intuitu Chriſtianæ religionis, omnes poſſeſſiones eorum in integrum reſtituit, & perpetuæ libertati eoſdem donauit. Alii errore antiquo excæcati in perfidia ſua permanentes, Principes terræ, videlicet Comites, Barones, Archiepiſcopos, Epiſcopos donis, & promiſſionibus magnis allicere cœperunt, tentantes ſi aliquo modo per conſilium eorum & ſuggeſtionem & infinitam pecuniæ promiſſionem, animum Regis a tam fixo propoſito reuocare potuiſſent. Sed miſerator & miſericors Dominus, qui non relinquit ſperantes in ſe, & de ſua virtute præſumentes humiliat, infundendo gratiam ſuam cœlitus miſſam, ita robore Spiritus ſancti inflammantem ipſius Regis illuſtratam confirmauit, quod nec precibus, nec promiſſionibus rerum temporalium potuit emolliri. Et verum fatear, huic congrue poteſt adaptari quod de beata Agatha legitur: Facilius poſſunt ſaxa molliri & ferrum in plumbum conuerti, quam mens Chriſtianiſſimi regis ab intentione diuinitus inſpirata poſſit reuocari.

Videntes ergo infideles Iudæi, Principes repulſam fuiſſe paſſos, per quos alios reges prædeceſſores ſuos ad voluntatem ſuam faciendam facile inclinare conſueuerant, admirantes Philippi regis magnanimitatem & firmam in Domino conſtantiam, attoniti, & quaſi ſtupefacti, & ſub quadam admiratione clamantes: Scema Iſraël, id eſt, *audi Iſraël*, aggreſſi ſunt vendere omnem ſuam ſupellectilem: tempus enim imminebat, quod de præcepto regis de tota Francia tenebantur exire, quod nulla ratione vlterius poterat prorogari. Tunc Iudæi regis iuſſa complere ſatagentes, res ſuas mobiles ſub mira feſtinatione vendiderunt: poſſeſſiones enim omnes ad fiſcum regis ſunt deuolutæ. Igitur Iudæi venditis rebus ſuis, pretium habentes pro viatico, egreſſi ſunt cum vxoribus & filiis, & vniuerſo comitatu ſuo, anno Domini ſupradicto M. C. LXXXII. menſe Iulii, qui ab ipſis Iudæis dicitur Tamuz, regni regis Philippi Auguſti anno tertio, & ætatis ſuæ anno decimo ſeptimo, incœpto menſe Auguſto præterito, videlicet in feſto ſancti Symphoriani, vndecimo Kalendas Septembris. Et ſic annus ſeptimus decimus ætatis regis in menſe ſequenti poſt Iudæorum expulſionem, ſcilicet Auguſto, completum eſt: exierant enim menſe Iulio, vt prædictum eſt. Ergo ad completionem ſeptimi decimi anni non reſtabant niſi tres hebdomadæ, vel quindecim dies.

Facta autem infidelium Iudæorum eiectione & eorumdem per vniuerſum orbem diſperſione, Philippus rex ſemper Auguſtus non immemor fratrum ſuorum, anno Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo ſeptuageſimo tertio, ætatis ipſius decimo octauo anno incœpto, opus glorioſe incœptum, Deo diſponente glorioſius conſummauit: nam omnes ſynagogæ Iudæorum, quæ ſcilicet ſcholæ ab ipſis vocabantur, vbi Iudæi ſub nomine religionis ficte, cauſa orationis quotidie ſimulate conueniebant, prius mundari iuſſit, & [*ſecundum*] voluntatem omnium Principum, eaſdem ſynagogas Eccleſias Deo dedicari fecit, & ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Dei genitricis & virginis Mariæ, in eiſdem altaria conſecrari præcepit. Conſiderauit equidem pia conſideratione & honeſta, quod vbi nomen Ieſu Chriſti Nazareni, teſte Hieronymo ſuper Iſaiam de die in diem blaſphemari ſo-

mari ſolebat, & a clero & vniuerſo populo Chriſtiano ibidem laudaretur Deus, qui fecit mirabilia magna ſolus.

Videntes autem milites totius Franciæ & ciues & alii burgenſes opera regis miraculoſa, quæ tempore ipſorum Deo ordinante fiebant, regem bonæ indolis adoleſcentem contemplantes, & opera ipſius admirantes, benedixerunt Deum, qui talem poteſtatem dedit hominibus. Et ſi vultis diligenter attendere, inuenietis in iſto illas quatuor glorioſas virtutes, quas Moyſes dixit conſiderandas in eligendo Principe, videlicet potentiam, timorem Dei, amorem veritatis, deteſtationem auaritiæ. Iſte, ſalua pace omnium dico, eſt in ſermone ſubtilis, iuſtus in iudiciis, acutus in reſponſis, prouidus in conſilius, fidelis in commiſſis, ſtrennus in agẽdis, acer in hoſtes, pius erga ſubditos, cõſpicuus in bonitate, præclarus in omnimoda morũ honeſtate. Huius ad exemplum Aurelianenſes ciues inducti caput ſuum. i. regem imitari cupientes, in Eccleſia, quæ quondam Aurelianis fuerat ſynagoga, præbendas perpetuo inſtituerunt, vbi clerici ordinati die ac nocte diuina celebrant officia pro rege & pro omni Chriſtiano populo, & pro ſtatu ipſius regni Francorum. Simili modo in Eccleſia Stampenſi, quæ fuerat ſynagoga factum fuiſſe vidimus, quod talis eiectio Iudæorum, vel expulſio reuolutis quampluribus annis alia vice facta fuerit ex geſtis regum Francorum didicimus.

Legimus enim in geſtis Francorum, quod tempore Dagoberti regis Francorum facundiſſimi imperium Romanorum Imperatorum Eraclius gubernabat vir ſapientiſſimus in liberalib. artibus, & maxime in Aſtronomia, quæ eo tẽpore multum vigebat: ſed multiplicato numero fidelium, ſublata eſt de medio, & ab omni cœtu fidelium veluti idolatria eliminata: iſte Eraclius ſcripſit Dagoberto excellentiſſimo regi Francorũ, vt omnes Iudæos de regno ſuo exterminaret, quod & factũ eſt. Præſciuerat enim idem Imperator per ſigna ſyderum, quibus ſæpiſſime intus erat, quod imperiũ Romanorum per gentẽ circunciſorum delẽdum eſſe. Sed quod ille intellexit de Iudæis, hoc certũ fore dignoſcitur per gentem Agarenorũ, quos nos Sarracenos vocamus, quoniam ab ipſis eius imperiũ poſtmodum noſcitur eſſe captum atq; violẽter vaſtatum, & ſecundo futurum dicit Methodius in fine temporum. Iſti ſunt Iſmaelitæ, qui de Iſmaële deſcenderunt, & omnes ſunt circuncifi, qui pater eorum Iſmael filius Abrahę circunciſus fuiſſe legitur. De his enim Methodius martyr ſcriptum nobis reliquit; Futurum eſt enim in fine temporum, ſcilicet circa tempora Antichriſti, vt exeant adhuc ſemel, & obtinebunt orbem terræ per octo hebdomadas annorum, id eſt, per quinquaginta ſex annos, & propter preſſuras & tribulationes, quas tunc Chriſtiani patientur, vocabitur iter eorum via anguſtiæ. In ſacris locis interficient, ibidem cum mulieribus dormient, & ad ſepulchra ſanctorum religabunt iumenta, id eſt, in Eccleſiis iuxta corpora Sanctorum Martyrum facient. Et hoc pro nequitia Chriſtianorum qui tunc erunt. Ioſephus etiam dicit, totum orbem futurum eorum habitaculum, & etiam inſulas maris eos obtinere teſtatur. His breuiter decurſis, ad geſta quarti anni regni Philippi Auguſti Francorum regis pertractanda, Deo annuente, redeamus.

Geſta quarti anni regni Philippi Auguſti Francorum regis.

FACTVM eſt autem eodem anno quo ſupra, videlicet Dominicę incarnationis M. C. LXXXIII. regni Chriſtianiſſimi regis Philippi anno IIII. quod idẽ Rex ad preces multorum, & maxime ad ſuggeſtionem cuiuſdam ſeruientis, qui eo tempore fideliſſimus in negotiis regiis pertractandis eſſe videbatur: Pariſiis a leproſis extra ipſam ciuitatem manentibus, nundinas ſibi & ſuis ſucceſſoribus emit, & in ciuitate transferri fecit, ſcilicet in foro quod Campellis vocatur: vbi ob decorem & maximam inſtitutorum vtilitatem per miniſterium prædicti ſeruientis, qui in huiuſmodi negotiis probatiſſimus erat, duas magnas domos, quas vulgus halas vocat ædificari fecit; in quibus tempore pluuiali omnes mercatores merces ſuas mundiſſime venderent, & in nocte ab incurſu latronum tute cuſtodirent. Ad [*maiorem*] etiam cautelam circa eaſdem halas iuſſit in circuitu murum ædificari, portas ſufficientes fieri præcipiens, quæ in nocte ſemper clauderentur. Et

inter murum exteriorem & ipſas halas mercatorum ſtalla fecit erigi deſuper operta, ne mercatores tempore pluuioſo a mercatura ceſſarent, & ſic damnum incurrerent.

Eodem igitur tempore Philippus Auguſtus Francorum rex de augmento & ampliatione regni ſollicitus, nemus Vicenarum quod toto tempore prædeceſſorum fuerat diſclusum, & omnibus tranſeuntibus olim fuerat patens & peruium, muro optimo circumcingi fecit. Quo audito Henricus rex Anglorum, qui in tegimine regni Angliæ regi Stephano ſucceſſerat, feras per totam Normanniam & Aquitaniam colligi fecit, videlicet hinnulos ceruorum, damulos, & capras ſylueſtres, quas cum ſumma diligentia in nauem magnam poſitas, & ingenioſe coopertas, ibidem victus neceſſaria per fluuium Sequanæ, longo ſcilicet ductu aquarum regi Philippo domino ſuo Pariſios tranſmiſit. Quod munus Chriſtianiſſimus rex benigne ſuſcipiens, in nemus Vicenarum iuxta prædictam ciuitatem includi fecit, poſitis ibi perpetuo cuſtodibus.

Incidentia. Eodem tempore combuſti ſunt multi hæretici in Flandria a Guilelmo reuerendo Remenſium Archiepiſcopo, tituli ſanctæ Sabinæ presbytero Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato, & a Philippo illuſtri Comite Flandrenſium.

Aliud incidens. Eodem anno in prouincia Cartucenſi, in caſtro, quod vulgo dicitur Mattel, tertiodecimo Kalend. Iunii obiit inclitus Henricus iuuenis rex Angliæ: cuius corpus tranſlatum eſt in ciuitate Rotomagenſi, in prouincia quæ quondam Neuſtria, nunc Normannia vocatur.

Eodem anno in prouincia Bituricenſi, interfecta ſunt ſeptem millia Cotarellorum & eo amplius, ab incolis illius terræ in vnum contra Dei inimicos confœderatis. Iſti terram regis vaſtando prædas ducebant, homines captos ſecum viliſſime trahebant, & cum vxoribus captorum; proh nefas! ipſis videntibus dormiebant: & quod deterius eſt, Eccleſias Deo conſecratas incendebant: ſacerdotes & viros religioſos captos ſecum ducentes, & irriſorie Cantores ipſos vocantes, in ipſis tormentis ſubſannando dicebant; Cantate nobis cantores, cantate; & confeſtim dabant eis alapas, vel cum groſſis virgis turpiter cædebant. Quidam ſic flagellati beatas animas Domino reddiderunt; alii longa carceris cuſtodia mancipati ſemimortui data pecunia pro redemptione ad propria redierunt. Sed quomodo quod ſequitur ſine lachrymis & ſuſpiriis referre poterimus?

Eodem igitur tempore peccatis noſtris exigentibus iam dicti Cotarelli inuadentes Eccleſias, ipſas expoliabant, & corpus Domini noſtri, quod pro inſtanti neceſſitate ægrotantium in vaſis aureis vel argenteis, prout decet, ibidem reſeruabatur, ſuggerente diabolo auſu temerario, manibus humano ſanguine pollutis de ipſis extrahentes vaſis, proh dolor! in terram viliter proiicientes pedibus conculcabant, & de illo ſancto linteamine, quod Corporale dicitur, concubinæ eorum pepla capitibus ſuis componebant, & vaſa aurea vel argentea, in quibus ſeruabatur vel conficiebatur ſecum irreuerenter portabant, & malleis confringentes vel lapidibus diſtrahebant. Quod videntes incolæ illius prouinciæ per literas ſuas omnia iſta mala ſignificauerunt domino ſuo Philippo Chriſtianiſſimo Francorum regi: qui audito, zelo Dei accenſus, miſit exercitum ſuum eis in adiutorium. Recepto autem regis exercitu, inſultum vnanimiter in hoſtes fecerunt, & interfecerũt omnes a minimo vſque ad maximum, & ditati ſunt multi de præda illorum. Videntes autem populi ea quæ facta fuerant, reuerſi ſunt glorificantes & laudantes Deum de his omnibus, quæ audierant & viderant.

De reformatione pacis miraculoſa inter Comitem Sancti Egidii Raimundum, & regem Arragonenſium.

ORTA autem fuerat diſſenſio magna a longis retro euolutis temporibus inter regem Arragonenſium, & Comitem ſancti Remigii Raimundum, quæ ſuggerente diabolo humani generis inimico, nulla ratione poterat pacificari: ſed Dominus pauperes ſuos in tanta oppreſsione & afflictione diutina clamantes exaudiens, miſit eis ſaluatorem, non Imperatorem, non Regem, nõ Principem aliquem

ecclesiaſti-

eccleſiaſticum, ſed pauperem quendam nomine Durandum, cui Dominus dicitur apparuiſſe in ciuitate Anicienſi, quæ vulgo nunc Podium dicitur, & etiam illi tradidiſſe ſedulam, in qua erat imago beatæ virginis Mariæ ſedentis in throno, tenens in manibus Domini noſtri Ieſu Chriſti pueri habens ſimilitudinem, & in circuitu impreſſam huiuſmodi circumſcriptionem; Agnus Dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Audientes autem Principes maiores & minores cum vniuerſis populis hæc, quæ Domino cooperante facta fuerant: in aſſumptione beatæ Mariæ, ſicut ſingulis annis ſolet fieri, apud Anirium conuenerunt. Tunc Epiſcopi illius ciuitatis cum clero & populo & vniuerſa multitudine ad diem feſtum congregata, illum Durandum pauperem & humilem carpentariũ in medio populi in edito ponentes, aure intentiſſima audierunt, qui mandatũ Domini de pace inter eos reformanda audaciſſime referens & ſcedulam cum imagine beatæ virginis Mariæ pro ſigno omnibus oſtendens, eleuantes vocẽ cum fletu admirantes Dei pietatẽ & miſericordiam, tactis ſacroſanctis Euãgeliis, mente promptiſſima, ſe obſeruaturos pacẽ omnibus modis quibus poſſent firmiſſime iurantes Domino promiſerunt. Et in ſignum ſeruandæ pacis, ſigillum beatæ virginis prædictum, in ſtagno impreſſum & pectori ſuperpoſitum cum caputiis lineis albis, ad modum ſcapulare monachorum alborum factis, in ſignum fœderis initi ſemper ſecum portauerunt. Et quod mirabilius eſt, omnes huiuſmodi caputium cum ſigno portantes in tantum ſecuri erant, quod ſi aliquis fratrem alterius aliquo caſu interfeciſſet, & frater ſuperſtes fratricidam cum ſigno iam dicto accurrentem vidiſſet, ſtatim morte fratris obliuioni data in oſculo pacis cum fletu & lachrymis illum recipiebat, & in propriam domum adducens victui neceſſaria miniſtrabat. Nonne in hoc loco prophetia Iſaiæ quodammodo iterum poteſt dici fuiſſe impleta; Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit, vitulus & leo, ouis & leo, ouis & vrſus paſcentur ſimul, & puer paruulus minabit eos. Sane per beſtias illas, quæ rapina & carne viuunt, impios homines, ſcilicet homicidas & raptores intelligimus: per reliquas vero pecudes, manſuetos & ſimplices. Et de illis Prophetia dixit, quod Chriſtus eos ſimul habitare, ac pacem habere præciperet. Et quare hoc? Quia repleta eſt terra ſcientia Domini. Hæc pacis reconciliatio per virum Dei facta, per totam Gotthiam firmiſſime per aliquod tempus fuit obſeruata.

Geſta quarti anni regni Philippi Auguſti Francorum regis.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo quarto, regni Philippi Auguſti anno quinto, ætatis ipſius anno viceſimo, orta eſt diſſenſio, quæ in nouis rebus accidere ſolet, inter Chriſtianiſſimum Philippum Francorum regem, & Philippum Flandrenſium Comitem, pro quadam terra, quæ vſitato vocabulo Viromandia dicitur: aſſerebat enim rex totam Viromandiam cum caſtellis, vicis, & villis titulo ſucceſſorio ad reges Francorum iure hæreditario pertinere: & hoc totum per clericos & laicos, videlicet Archiepiſcopos, Epiſcopos, Comites, Vicecomites alioſq; Principes ſe probaturum allegabat. Comes autem Flandriæ econtrario reſpondebat, terram prædictam viuente Chriſtianiſſimo beatæ memoriæ rege Ludouico diu tenuiſſe, & per multa tẽpora ſine omni inquietudine in pace poſſediſſe, & quandiu viueret ſe nunquam dimiſſurum firmiſſime proponebat. Videbatur enim Comiti, quod de facili animũ regis, quia puer erat, multis promiſſionibus & blandis allocutionibus a tali incœpto poſſet reuocare. Manus equidem Principum tunc, vt dicebatur, cum eo erat: ſed vt dici ſolet in prouerbio, Ventũ conceperunt, & telas araneæ texuerunt. Tandem de conſilio Principum & Baronum Philippus Auguſtus apud Karnopolim caſtrum pulcherrimum, quod vulgo Compennium dicitur, omnes Principes terræ ſuæ conuocauit: & communicato cum eis conſilio, infinitæ multitudinis collegit exercitum; verſus ciuitatem quæ Ambianis vocatur. Comes vero Flandriæ aduentum regis audiens, exaltatum eſt cor eius, & collecto aduerſus regẽ exercitu, cõtra ipſum regem dominum ſuum mouit arma, & iurauit in brachio fortitudinis ſuæ, quod defenderet ſe de omnibus,

. Igitur anno quinto regni Philippi Auguſti, & ætatis ipſius anno vigeſimo, egreſſus eſt rex cum exercitu ad omnem terram illam, & operuerunt faciem terræ ſicut locuſtæ. Videns autem Comes Flandriæ exercitum regis magnum & fortem valde, conterritus eſt ſpiritus eius, & liquefactum cor populi ſui, fugæ præſidium quærentes. Tunc Comes habito conſilio cum ſuis, per internuntios principem militiæ regis Theobaldum Comitem Bleſenſium Franciæ Seneſcallum vocauit & Guillelmum Remenſem Archiepiſcopum ipſius regis auunculos: quibus ſicut regis fidelibus cura rerum gerendarum eo tempore commiſſa fuerat. Iſtis mediantibus Comes Flandriæ in hunc modum regem allocutus eſt; Deſignat [*deſinat*] indignatio tua Domine circa nos, veni nobis pacificus, & vtere ſeruitio noſtro ſicut placuerit tibi. Terram quam quæris, ſcilicet Viromandiam cum omnibus caſtellis & villis ad eam pertinentibus libere & ſine omni procraſtinatione tibi, Domine mi rex, in integrum reſtituo: tamen ſi veſtræ regiæ maieſtati placet, caſtrum ſancti Quintini & caſtrum quod Perona vocatur, dono regio quandiu vixero mihi dimitti poſtulo: & poſt deceſſum meum ad vos, vel ad heredes veſtros ſucceſſores videlicet regni Francorum ſine aliqua contradictione deuoluantur.

Quod audiens Philippus Chriſtianiſſimus Francorum rex, conuocauit omnes Archiepiſcopos, Epiſcopos, Abbates, Comites, & omnes Barones, qui ad domandam illius & ſuperbiam frangendam vnanimiter conuenerant; & habito conſilio cum illis, omnes quaſi vno ore reſpondentes, hoc quod Comes Flandriæ regi offerebat faciendũ eſſe laudauerunt. His peractis Comes Flandriæ introductus eſt, qui coram omnibus Principibus & vniuerſa multitudine ibidem collecta, terram prædictam, ſcilicet Viromandiam, quam iniuſte longo tempore poſſederat iuſte regi Philippo reſtituit, & ſtatim coram omnibus terra reddita in poſſeſſionem miſit. Præterea iuramentum regi præſtitit, quod omnia damna quæ Babelonio Comiti Haencenſi & aliis amicis regis intulerat, ſecundum voluntatem regis & mandatum cuncta in integrum & ſine mora reſtitueret. Et ſic pax inter regem & Comitem, quaſi per miraculum eſt reformata; quia ſine humani ſanguinis effuſione eſt finem conſecuta. Quod videntes vniuerſi populi nimio gaudio repleti, laudantes benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe.

Inter cetera admiratione plena, quę Dominus pro ſeruo ſuo Philippo rege in terris hominibus oſtendere dignatus eſt, iſtud maiori admiratione dignũ, ſcribere dignum duximus. Retulerunt nobis quidam boni viri Ambianenſes canonici, quod dum Chriſtianiſſimus rex cum exercitu ſuo moram faceret, iuxta caſtrũ quod Bouas vocatur, trahentes equi gigas paſſim per campos tam homines, quam equi totius exercitus, conculcauerunt meſſes, & maximam partem cum falculis pro pabulo colligentes, equis ad comedendum dederunt: ita quod pene non remanſit aliquid virens ſuper terram: erat enim tempus quando meſſis eſt in ſpica & flores producit, videlicet circa feſtũm S. Iohãnis Baptiſtæ. Sed reformata pace quidã canonici Ambianenſes, qui fructus præbendarum ſuarum in loco vbi exercitus regis fuerat, colligere conſueuerant; videntes meſſem equorũ pedibus confractã, & vſq; ad deletionem conculcatã, dolentes de amiſſione fructuum, cœperunt cõqueri Decano ſuo & Capitulo, humiliter petentes & de iure hoc debere fieri aſſerentes, quod anno illo de omnibus aliis præbẽdis, fructus præbendarũ ſuarum amiſſos, illis cauſa fraternitatis de cõmuni reſtituere dignarentur. Tandem Decanus cum Capitulo habito conſilio, rogauit eos, vt patienter ſuſtinerent vſq; ad collectionem meſſium & granorum excuſſionem, & diligenter colligi facerent reſiduum meſſis conculcatæ ab exercitu regis Francorum, & ſi quid illis de conſueta fructuum perceptione deficeret, Capitulum illis plene reſtitueret. Mira res, & nimis ſtupenda; ſuccedente itaq; tempore, miraculoſe Domino operante ita factum eſt, quod contra omnium opinionem, meſſis quæ ab exercitu regis fuerat conculcata, ita plene & abundanter eo anno reſtituta, quod poſt granorum excuſſionem & areæ ventilationem, inuenerunt centuplum æſtimatum, non tantum de ſpicis conculcatis, ſed & de his, quæ cum falculis ſectæ fuerant, & equis totius exercitus ad comedendum datæ. In loco autem vbi exercitus Comitis Flandriæ collectus fuerat, ita omnia virentia ſunt

deſiccata

deſiccata, quod & herba ſuper terram eo anno ibi non eſt reperta. Hæc & alia, quæ Dominus pro ſeruo ſuo Philippo rege Chriſtianiſſimo nonne digna ſunt ſcribi in libro Geſtorum ipſius? Videntes autem Canonici Ambianenſes tantum miraculum cum vniuerſo populo, timuerunt Regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in illo, quæ inſtruit eum & docet ad faciendum quicquid vult, eo adiuuante qui omnium princeps eſt & principium.

Eodem anno ſeptimo decimo Kalendas Februarii 4. Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus, cum Priore hoſpitali tranſmarino, & magiſtro magno templi ad Philippum Auguſtum Chriſtianiſſimum Francorum regem miſſi Pariſios venerunt. Intrauerant enim eo tempore Sarraceni cum magno exercitu terras Chriſtianorum tranſmarinas, & multos ex ipſis interfecerant, plures etiam captiuos ſecum duxerant; vadum Iacob, videlicet quandam fortiſſimam munitionem Chriſtianorum ceperant, vbi multos ex fratribus Hoſpitalis & Templi militibus miſerabiliter occiderant, alioſque captiuos ſecum traxerant. Hac de cauſa omnes Chriſtiani tranſmarini timentes, ne ſumpta audacia Sarraceni ſanctam ciuitatem Hieruſalem caperent, & templum cum ſepulchro Dominico polluendo prophanarent, miſerunt Patriarcham cum duobus magiſtris prædictis in Franciam, portantes claues ciuitatis Hieruſalem, & Sancti Sepulchri Domini ad Chriſtianiſſimum regem Francorum Philippum, rogantes & humiliter deprecantes, quatenus intuitu Dei & amore Chriſtianæ religionis, terræ Hieroſolymitanæ oppido deſolatæ ſuccurſum præſtare dignaretur; qui per multa maris pericula, & frequentes incurſus Pyratarum, & longo tractu terrarum magiſtro militię templi interim in fata collapſo, duo ſuperſtites domino ducente Pariſios venerunt: vbi cum ſolenni proceſſione a venerabili Mauritio Epiſcopo Pariſienſi & Clero, & vniuerſo totius ciuitatis populo Patriarcha receptus eſt quaſi Angelus Domini. Sequenti die in Eccleſia beatæ Mariæ miſſam celebrauit, & ſermonem ad populum fecit.

Quo audito Philippus Auguſtus Francorum rex, omnibus aliis negotiis omiſſis, nuntiis citiſſime occurrit, & in oſculo pacis honorifice recepit, diligentiſſime præpoſitis terræ ſuæ, ſiue diſpenſatoribus præcipiens, quod vbicunque per terram irent, de reditibus regis ſufficientes expenſas illis miniſtrarent. Et cognita cauſa quare venerant, paterna pietate commotus, generale concilium omnium Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Principum terræ ſuæ Pariſiis conuocari præcepit. Celebrato autem cum illis communi conſilio; Archiepiſcopis, Epiſcopis, & omnibus Eccleſiarum prælatis regia auctoritate mandauit, quod ipſi per frequentes prædicationes & admonitiones populos ſibi ſubditos admonerent, quatenus pro fide Chriſtianorum defendenda, contra inimicos crucis Chriſti pugnaturi Hieroſolymam peterent. Ipſe enim Philippus rex tunc regni Francorum gubernacula ſolus ſtrenue regebat: nondum enim ex Elizabeth venerabili regina vxore ſua ſobolem deſideratam acceperat. Et ideo de conſilio Principum ſtrenuos milites cum magna multitudine peditum armatorum de propriis reditibus ſumptus ſufficientes, prout fama referente didicimus, miniſtrans, deuote Hieruſalem tranſmiſit.

Interea Dux Burgundiæ Hugo collecto exercitu in extremis terræ ſuæ finibus, caſtrum quoddam, quod dicitur Vergi potentiſſime obſederat, & quatuor munitiones in circuitu firmauerat: dicebat enim caſtrum illud ad iuriſdictionem ſuam pertinere, & quaſi ſub iuramento firmabat, quod nulla pactione interueniente ab obſidione recederet, quouſque caſtrum illud in ſuam poteſtatem & dominium transferret. Videns autem Guido dominus caſtri firmum propoſitum Ducis, & quod caſtrum ſuum Dux omnino auferre moliebatur, miſit nuntios ſuos ad Philippum Auguſtum ſtrenuiſſimum Francorum regem, voluntatem ſuam per literas illi ſignificãs, quatenus cito veniret, & caſtrũ ſcilicet Vergi regi & ſucceſſoribus ſuis habendum perpetuo traderet, Rex autem ſemper Auguſtus viſis literis & auditis, collecto exercitu, ſuppetias illi venire feſtinauit, vt liberaret inopem de manu fortiorum eius, obſeſſum & incluſum a diripientibus eum: qui quaſi ex improuiſo ſuperueniens obſidionem diſſoluit, & illas munitiones, quas Dux ædificari

fecerat, funditus euertit: & recepto caſtro poſitis ibi cuſtodibus, ad dominiũ ſuum in perpetuum tranſtulit, & regno Francorum adiecit. Et paulo poſt Guido Vergiaco regi hominium fecit, & ſub atteſtatione iuriſiurandi & ſucceſſoribus ſuis perpetuam fidelitatem firmauit. Quo facto ſtatim rex caſtrum Vergiaci cum omnibus ad ipſum pertinentibus integerrime domino Guidoni & hæredibus ſuis reſtituit, tamen ſibi & ſuis ſucceſſoribus retento dominio.

Incidentia. Eodem anno fuit eclipſis ſolis particularis prima die Maii hora nona, ſole exiſtente in tauro.

Poſt hæc breui temporis elapſo curriculo ab Epiſcopis & Abbatibus & aliis viris religioſis totius Burgundię, miſſi ſunt nuntii ad Chriſtianiſſimũ Francorum regem Philippum Auguſtum de iã dicto Hugone Duce Burgundiæ in multis conquerentes, & a rege iuſtitiam exigentes. Antiquitus enim piiſſimi reges Francorum zelo Chriſtianæ fidei inflãmati, vt Carolus & eius ſucceſſores, expulſis Sarracenis Chriſtianæ fidei inimicis, & cum multo ſudore & labore in pace regnantes, Eccleſias ſeu monaſteria plurima in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ Dei genitricis & virginis Mariæ, & omnium Sanctorum propriis manibus fundauerunt; eiſdem Eccleſiis de propriis reditibus ſuis pro dote, ſufficientes reditus aſſignantes, vnde clerici ibidem perpetuo Deo ſeruientes, honeſte victui neceſſaria percipere potuiſſent. Quidam autem ex ipſis in Eccleſiis quas fundauerant, ſibi ſepulturas viuentes elegerunt, omnimode immunitati eas donantes; vt Clodoueus qui primus omnium regum Francorum fidem Chriſtianorum ſuſcepit cum venerabili regina Clotildi vxore ſua in Eccleſia beati Petri Pariſiis, quæ modo mutato nomine Sanctæ Genouefæ Eccleſia dicitur, quam ipſe fundauerat, ſepultus eſt. Childebertus in Eccleſia, quæ quondam fundata fuerat in honore Sancti Vincentii Martyris, quæ nunc Abbatia Sancti Germani de pratis vocatur, ſepultus eſt. Clotarius primus in Eccleſia ſancti Medardi Sueſſionis: ſed iſte Clotarius non fuit pater Dagoberti. Dagobertus in Eccleſia beatiſſimi Dionyſii, quã ipſe fundauit, ad dexterã partem maioris altaris eſt tumulatus. Ludouicus piæ recordationis pater Philippi Auguſti regis noſtri in Eccleſia ſanctæ Mariæ de Barbeel ſepultus eſt, quam ipſe fundauit.

De libertate Eccleſiarum a regibus conceſſa.

IGITVR reges Francorum prædictas Eccleſias in ſua libertate ſemper cuſtodire cupientes, quibuſcunq; Principibus terras cuſtodiendas tradidiſſent, tamen Eccleſias ſub poteſtate ſua & protectione retinere decreuerunt: ne Principes, quibus terra cuſtodienda a regibus delegabatur, Eccleſias vel clericos ibidem Domino ſeruientes, aliquibus angariis, talliis, vel aliis exactionibus grauare præſumerent. Veruntamen quia Dux Burgundiæ Eccleſias terræ ſibi commiſſæ huiuſmodi exactionibus frequentibus contra regias immunitates grauiter oppreſſerat: ideo Philippus rex audita religioſorum virorum cõqueſtione, ipſum Ducem bis vel ter coram omnibus amicis ſuis benigniſſime commouit, quod intuitu Dei & per fidem, quam regno Francorum debebat, ablata prædictis Eccleſiis reſtitueret, & de cetero talia non præſumeret: & ſi pecuniam illam Eccleſiis reſtituere nollet, grauiter in ipſum vindicaret.

Videns autem Dux Burgundiæ Chriſtianiſſimi regis voluntatem, & in omnibus factis & dictis ſuis firmam in Domino conſtantiam, turbatus a curia recedens, in Burgundiam rediit: præceperat enim illi regia maieſtas, quod ſummam triginta millia librarum Pariſienſium quam violenter Eccleſiis abſtulerat, & de violentia illata regi ſatisfaceret. Quod cum Dux fruſtratorias dilationes petẽdo facere nollet Philippus ſemper Auguſtus Francorum rex contra ipſum mouit arma, & collecto exercitu, Burgundiam miles Chriſti pugnaturus intrauit, & pro defenſione Eccleſiarum & Cleri libertate: conculcabatur enim tunc vt populus, ſic ſacerdos caſtrum, quod Caſtellonem vocant obſedit: & euolutis quindecim diebus vel tribus hebdomadibus, erectis in circuitu machinis, caſtrũ rex viriliter impugnari fecit. In quo conflictu tam de interioribus, quam de exterioribus nonnulli ceciderunt: alii vulnerati, beneficio medicinæ priſtinæ ſanitati ſunt reſtituti. Tandem rex potitus

victoria,

victoria, prædictum caſtrum ſcilicet Caſtellonem cepit, & poſitis cuſtodibus ſuis muniri fecit.

Dux Burgundiæ videns quod Chriſtianiſſimo regi reſiſtere non poſſet, ſumpto ſalubri conſilio veniens procidit ad pedes regis, impetrans ab eo veniam, promittens quod ſecundum iudicium Curiæ regis omnibus eccleſiis & clericis ibidem Deo famulantibus, pleniſſime ſatisfaceret. Sed Philippus Auguſtus ſatis acute proſpiciens multam malitiam hominum eſſe in terra, & quod tunc cogitatio illius intenta eſſet ad malum omni tempore, voluit ſibi & Eccleſiis præcauere in futurum. Audierat enim rex a multis qui cum patre bonæ memoriæ Ludouico diutinam cõuerſationem habuerant, quod iſte Dux Burgundię perſæpe ipſum regẽ offendebat, & frequenter citatus ad Curiam veniebat regi ſecuritatem faciens, quod omnibus modis quibus poſſet regalibus pręceptis obediret, & de cetero ſe ab huiuſmodi obtemperaret: ſed ex quo in Burgundiam reuertebatur, iterum piiſſimum Ludouicum offendere non formidabat. Ex his & aliis huiuſmodi Philippus rex ſufficienter præinſtructus, a Duce Burgundiæ cautionem ſufficientem, videlicet tria caſtra optima nomine vadii recepit: tali tamen pactione, quod tam diu illa habeat & poſſideat quouſq; prædictam pecuniæ ſummam ſcilicet xxx. millia librarum Eccleſiis integre reſtituat. Sed poſtea breui temporis elapſo ſpatio, habito rex cum amicis ſuis ſaniori conſilio, illa tria caſtra Duci reſtituit. Et inſuper quia prædictam pecuniæ ſummam Eccleſiis de proprio reddere non poterat, . . quod ſpectabat ad dominium Vergiaci dono regio Duci conceſſit. Et ſic pace reformata Philippus rex ſemper Auguſtus cum ſuis Dominum laudans & magnificans in palatium ſuum Pariſiis reuerſus eſt cum gloria.

Factum eſt autem poſt aliquot dies, quod Philippus rex Pariſiis aliquantulum moram faciens, dum ſollicitus pro negotiis regni agendis in aulam regiam deambularet, veniens ad palatii feneſtras, vnde fluuium Sequanæ pro recreatione animi quandoque inſpicere conſueuerat, rhedæ equis trahentibus per ciuitatem tranſeuntes, fœtores intolerabiles lutum reuoluendo procreauerunt; quos rex in aula deambulans ferre non ſuſtinens, [*arduum*] opus, ſed valde neceſſarium excogitauit, quod omnes prædeceſſores ſui ex nimia grauitate & operis impenſa aggredi non præſumpſerant. Conuocatis autem burgenſibus cum præpoſito ipſius ciuitatis, regia auctoritate præcepit, quod omnes vici & viæ totius ciuitatis Pariſii duris & fortibus lapidibus ſternerentur. Ad hoc enim Chriſtianiſſimus rex conabatur, quod nomen antiquum auferret ciuitati: lutea enim a luti fœtore prius dicta fuerat: ſed gentiles quondam huiuſmodi nomen propter fœtorem abhorrentes a Paridi Alexandro filio Priami regis Troiæ Pariſius vocauerunt. Legimus enim in geſtis Francorum, quod primus omnium regum Frãcorum, qui apud illos more regio regnauit, fuit Pharamundus filius Marcomiri filii Priami regis Auſtriæ. Iſte Priamus rex Auſtriæ non fuit ille magnus Priamus rex Troiæ, ſed ab Hectore filio ſuo per Francionem filium Hectoris deſcendit, ſicut ſubiecta docet figura. Et quoniam multi ſolent dubitare de origine regni Francorum, quomodo & qualiter reges Francorum ab ipſis Troianis deſcendiſſe dicantur: ideo ſollicitus prout potuimus colligere ex hiſtoria Gregorii Turonenſis, & ex chronicis Euſebii & chronicis Hidacii, & ex aliorum multorum ſcriptis, in hac noſtra hiſtoria ſatis lucide determinauimus.

Poſt euerſionem Troiæ multitudo magna inde fugiens, ac deinde in duos populos ſe diuidens, alia Francionem quondam Priami regis Troiæ nepotem, videlicet Hectoris filium ſuper ſe regem leuauerit, alia Turchum nomine filium Troili Priami ſecuta ſit. Atq; ex eo, vt quidam tradunt, duos populos ſumpto nomine Francos & Turchos vſq; hodie vocari. Inde digreſſi iuxta Thraciam ſuper ripas Danubii fluuii cõſederunt: ſed poſt paululum temporis, Turchus cum ſuis a Francione conſanguineo ſuo recedens, in Scythia inferiore ſe tranſtulit & ibi regnauit; a quo deſcenderunt Oſtrogi, Ypogoti, Vandali, & Normanni. Francio autem circa Danubium fluuium cum ſuis remanſit, & ædificans ibi ciuitatem, Sicambriam vocauit. Regnauit autem ibi ipſe, & qui ab eo deſcenderunt annis M. D. V I I. vſque ad

tempora Valentiniani Imperatoris, qui imperauit anno ab incarnatione Domini CCC. LXXVI. a quo fuerunt inde expulſi, pro eo quod tributa Romanis iuxta morem ceterarum gentium ſoluere recuſarent. Egreſſi inde Marcomiro & Souuone & Genebaudo ducibus, venerunt & habitauerunt circa ripam Rheni, in confinio Germaniæ & Alemaniæ, quæ terra Auſtria vocatur: quos cum multis poſtmodum idē Valentinianus prœliis attētaſſet, nec vincere potuiſſet, proprio eos nomine Francos, quaſi ferancos, id eſt, feroces appellauit: ab illo enim tēpore in tantum virtus Francorum excreuit, vt tandem totam Germaniam & Galliam vſq; ad iuga Pyrenei & vltra ſubiugarēt. Sed poſtea, Souuone & Genebaudo ducibus in Auſtria remanentibus, Marcomirus filius Priami regis Auſtriæ, qui a Francione nepote Priami regis Troiæ per multas ſucceſſorum generationes, quas hîc longum eſſet enumerare, deſcenderat, in Galliam venit cum ſuis. Euaſerunt autem & alii de excidio Troiano; vt Helenus vates filius Priami, qui cum mille & ducentis viris in regno Pandraſi regis Græcorum ſe tranſtulit: ſed poſtea Brutus cum ſuis in Galliam tranſduxit. Antenor vero circa Thirreni æquoris littora, cum duobus millibus virorum & quingentis mare diſpoſuit. Æneas cum tribus millibus virorū & CCCC. per mare nauigans cum ſummo labore traiectus eſt in Italiam. Iſti & multi alii de conſanguinitate Priami, poſt excidium Troiæ diſſeminati ſunt per diuerſas regiones: Æneas cum filio Aſcanio ſuo nauigio Italiam venit, vbi Aſcanius Lauiniam filiam Latini regis in vxorem duxit, de qua filium nomine Filinum ſuſcepit; hic furtiue Veneri indulgens de nepte matris ſui Brutum ſuſcepit, qui poſt adiuncta ſibi progenie Heleni filii Priami & Corinneo, qui ab Antenone deſcenderat, Albion inſulam applicuit, quam de nomine ſuo Britanniam nominauit. Et videns inſulæ amœnitatem, ciuitatem Londoniarum ad ſimilitudinem Troiæ fundauit, & Trinouantum vocauit, id eſt, nouam Troiam. Ab iſto deſcendiſſe dicuntur omnes reges Angliæ, quæ ab ipſo Bruto primo dicta fuit Britannia.

Et nota quod reges fuerunt in Auſtria vſque ad Childericum filium Clodouei filii Dagoberti: ſed tunc deficientibus regibus, duces dominari cœperunt, vt Pipinus, Carolus, Martellus & ceteri.

Marcomirus Priami regis Auſtriç filius Galliā cum ſuis adiit, vbi reperit homines ſimpliciter viuentes, qui de excidio Troiano deſcēderant, & apud Sicambriā circa fluuium Tanaym iuxta Meotidas paludes cū Francione venerant, habitaueruntq; illic annis multis, creueruntq; in gentem magnam: ſed reuolutis ducentis triginta quinq; annis, viginti & tria millia ex Troianis à Sicambria receſſerunt, habētes ducem nomine Ibor, quærentes vbicunq; commodum ſi reperire potuiſſent. Et tamen ſitum facientes per Alemanniam, Germaniam & Auſtriam, venerunt in Galliam; & ibi remanentes ſedem ſuam apud Lutetiam conſtituerunt, octingenteſimo nonageſimo quinto anno ante incarnationem Domini, & a Paride Alexandro filio Priami ſibi nomen imponentes, Pariſios ſe vocauerunt, ſatis ſimplicē vitam ibidem longo tēpore ducentes. Fuerunt autem ibi ex quo a Sicambria receſſerunt annis M. CC. LXX. vſq; ad tempora Valentiniani iam dicti Imperatoris. In diebus illis non erat rex in Gallia, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur faciebat. Subditi tamen Romanis erant, & ſecundum morem ipſorum ad tegendum populum, conſules ſingulis annis ex ſemetipſis creabant.

Eo tempore Marcomirus cum ſuis Gallias intrauit: & audientes Pariſii quod de Troianis deſcenderat, ab ipſis honorifice receptus eſt, quos quia ad exercitium armorū docuit, & ciuitates propter frequentes incurſus latronū muniri fecit, ab ipſis defenſor totius Galliæ conſtitutus eſt. Hic Pharamundum filium ſuū militem ſtrenuum primū regem Francorum diademate inſigniuit, qui ob honorem Paridis filii Priami regis Troiæ, a quo ipſi populi denominati fuerant, & vt magis ipſis placeret, ciuitatem Pariſiorum, quæ tunc Lutetia vocabatur, de nomine Paridis Pariſius vocari voluit. Affectabant enim omnes Troiani, qui de excidio Troiæ deſcenderant, quod nomē eorū per vniuerſum orbem longe lateq; diffunderetur. Pharamundus genuit Clodium: Clodius genuit Meroueum, a quo rege vtili, reges Francorū Merouingi ſunt appellati: Meroueus genuit Childericum: Childericus genuit Clodo-

ueum pri-

uicum primum regem Chriſtianum, a quo nomina regum Francorum ab ipſo deſcendentium, propter ordinem hiſtoriæ memoriter tenendum hic poſuimus.

Clodoueus genuit Clotarium: Clotarius genuit Childericum: Qui Clotariũ: Qui Dagobertum primum; hic Eccleſiã hieromartyris Dionyſij fundauit, & multa donaria eidem Eccleſiæ contulit. Dagobertus genuit Clodoueum: Qui Clotarium, Childericum, & Theodericum. Iſti tres fuerunt fratres filij Clodouei, filij Dagoberti primi & ſanctæ Batildis. Childericus genuit Dagobertum: Qui Theodericum: Qui Clotarium. Deinde regnauit Ausbertus: Qui genuit Arnoldum: Qui S. Arnulfum poſtea Metenſem Epiſcopũ: Qui Anchiſeu vel Anſegiſilũ, vel Anſedmum: Qui Pipinum maiorẽ domus: Qui Carolũ Martellum: Qui Pipinum regem: Qui Carolũ Magnum Imperatorẽ: Qui Ludouicum Pium Imperatorẽ: Qui Carolum Caluum Imperatorem. Hic attulit ad Eccleſiã ter beati Dionyſij clauum & ſpineam coronam, & brachium S. ſenis Simeonis, & criſtam auream cum gemmis precioſiſſimis & preciabilem & crucem auream cum lapidibus precioſis pondere octoginta marcarum, & multa alia cariſſima dona iam dictæ Eccleſiæ cõtulit, quæ longũ eſſet hic ponere. Carolus Caluus genuit Ludouicũ regem: Qui Carolum ſimplicẽ. Tempore iſtius Dani de ſcicia [*Scotia*] per Oceanũ vecti ceperunt Rotomagum, habentẽ ducem nomine Rollonem, qui multa Eccleſiis Dei intulit mala. Iſte totã ſibi Neuſtriam ſubiugauit, & à nomine gentis ſuę Normanniã vocauit. Normanni vero lingua barbara homines Septentrionales dicti ſunt, eo quod ab illa mundi parte venerint. Nort enim Septentrio; Mann homo dicitur. Carolus vero ſimplex inito cũ eis fœdere, filiam ſuam Rolloni vxorẽ dedit, & Normanniã cum ipſa conceſſit. Qui ſcilicet Rollo an. ab incarnatione Domini DCCCCXII. baptizatus Rortus nomẽ accepit; atq; exinde gens Normannorũ Chriſto credens fidei Chriſtianæ ſubiecta eſt. Deinde multis reuolutis annis Guillermus, qui dictus eſt nothus dux Normanniæ Angliam conquiſiuit. Et tunc defecerunt Reges qui à Bruto deſcenderant. Poſtea Humfridus ſeptimus ab eo Apuliam ſubiugauit. Deinde Robertus Guiſcardus filius eius addidit & Calabriam; Boamundus Siciliam adiecit. Carolus Simplex genuit Ludouicum: Qui Lotharium: Qui Ludouicum huius regalis proſapiæ vltimũ. Ludouico quoq; defuncto Francorum Proceres regem ſuper ſe ſtatuerunt Hugonem ducem Burgundiæ, qui fuit filius Hugonis magni ducis cognomento Chapet. Qui genuit Robertum: Qui Hugonem & fratrẽ eius Odonem. Iſte Henricus rex auditus rumoribus quod in Alemania in ciuitate Ratiſpona in abbatia S. Hermantianni martyris inuentum fuit quoddam corpus, quod dicebant eſſe Dionyſij Areopagitæ; miſit nuncios ſuos ad Henricum Imperatorem cum literis ſuis, vt diem eleuationis illius corporis protelaret, quouſque per certos nuncios vtrum corpus hieromartyris Dionyſij Areopagitæ Athenarũ Archiepiſcopi diſcipuli Apoſtoli Pauli, in Francia in Eccleſia qua ui Dagobertus fundauerat eſſet vel non, pleniſſime certificarentur. Quo audito Imperator miſit magnos viros & ſapientes in Franciam, vt plene rei veritatem agnoſcerent. Viſis nuncius Imperatoriis Henricus Rex conuocauit Archiepiſcopos, Epiſcopos & Barones totius regni, & cum Odone chariſſimo fratre ſuo ad Eccleſiam beatiſſimi martyris Dionyſij miſit. Facta autem oratione, allata ſunt tria vaſa argentea, Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij coram omni populo diligentiſſime ſigillata. Et aperto vaſe beati martyris Dionyſij, totum corpus ipſius cum capite inuentum eſt, exceptis duobus oſſibus de collo, quæ ſunt in Eccleſia Vergiacenſi, & os quoddam de brachio, quod Stephanus Papa tertius ſecum ad Romanam portauit Eccleſiam, & poſuit in Eccleſia quæ hodie Schola Græcorum vocatur. Hoc videntes vniuerſi populi cum lachrymis & ſuſpiriis puras manus leuantes ad Dominum, Deo & beatæ Mariæ virgini & ſanctis Martyribus ſe cõmendantes, cum gaudio receſſerunt. Tunc nuncij qui miſſi fuerant, ad Imperatorem ciuiſſime reuertentes, ſuper his quę viderant & audierant Imperatorem pleniſſime certificauerunt. Hoc fuit factum tempore Leonis Papæ IX. anno Domini M. L. Poſt Henricum Regem regnauit Philippus; Qui genuit Ludouicum Groſſum; Qui Philippum à porco interfectum: Cui ſucceſſit frater eius Ludouicus Pius Rex; Qui genuit Philippum Auguſtum.

Veruntamen quia diſtinximus breuiter generationem Regum, ſupponamus tempus, quo in Franciam Chriſtiani Reges regnare cœperunt, probantes hoc ſecũdum chronicas Ydatij & Gregorij Turonenſis, per annos Dominicę incarnationis. Sciendum quod ſanctus Martinus Turonenſis Epiſcopus ex hoc mundo migrauit ad Dominum anno vndecimo Arcadij Imperatoris, qui eſt CCCCVII. annis ab incarnatione Domini vſq; ad tranſitum Clodouei fluxerunt anni D. XVIII. A tranſitu vero Clodouei vſque ad ſeptimum annum regni Philippi Auguſti fluxerunt D. CLXVII. Reſtat ergo quod ſeptimus anni Philippi Auguſti ſit annus Dominicæ incarnationis M. C. LXXXVI.

Item alia probatio de eodem.

Tempore Aiot iudicis Iſraël quarti ædificata fuit Troia & ſtetit CLXXXV. annis. Tertiodecimo anno Abdon iudicis Iſrael, qui duodecimus fuit à Ioſue capta eſt Troia. Et à captiuitate Troiæ vſque ad natiuitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti fluxerunt anni mille centum ſeptuaginta ſex. Et ab incarnatione Domini vſque ad tranſitum ſancti Martini fluxerunt anni CCCC. XLV. Et à tranſitu ſancti Martini vſque ad tranſitum Clodouei fluxerunt anni centum duodecim. Et à captiuitate Troiæ vſque ad initium regni Clodouei fluxerunt anni M. D. CLX. Et nota quod Marcomirus cœpit in Gallia regnare anno Domini CCC. LXXVI. Ergo ab eo tempore fluxerunt anni Dominicæ incarnationis octingenti & decem vſque ad ſextum annum regni Philippi Auguſti Francorum Regis. Hęc ſine aliorum pręiudicio huic hiſtoriæ noſtræ inſerenda cenſuimus; quia ab hac antiqua radice omnes Reges Francorum credimus deſcendiſſe.

Geſta ſexti anni regni Philippi Francorum Regis.

ANNO Dominicæ incarnationis milleſimo centeſimo octogeſimo quinto regni Philippi Auguſti anno ſexto, ætatis ipſius anno vigeſimo primo, media exiſtente quadrageſima factus eſt terræ motus in Gothia in ciuitate quæ Vcericum dicitur. Et in ſequenti menſe Aprilis, Nonus [*Nonis*] eiuſdem menſis fuit eclipſis lunæ particularis in vigilia Dominicæ paſſionis. Et in ſequenti Paſcha Girardus præpoſitus de Pixiaco vndecim millia marcas argẽti de proprio ſuo in theſauris regis accreuit, & ſic à curia receſſit. Loco cuius Galterus Camerarius eſt ſubſtitutus.

Eo igitur tempore Guillermus natione Vapicenſis Eccleſiam beati Dionyſij tepide regebat. Quod Chriſtianiſſimus rex grauiter ferens, alium rectorem illi Eccleſiæ prouidere ſatagebat. Quadam autem die dum pro negotiis regni agendis rex per villam beati Dionyſij tranſitum faceret, in abbatiam beati Dionyſij, ſicut in propriam cameram ſuam deſcendit. Audiens enim prædictus Abbas regis aduentum nimio timore percuſſus. (petebat enim tunc rex ab eo mille marcas argenti) conuocatis omnibus fratribus in capitulum ſexto Idus Maij ſabbato poſt nonã ſeipſum deponens, abbatiam dimiſit. Quo facto, monachis cum Hugone venerabili Priore ibidem reſidentibus, quidam de fratribus à communi capitulo delegati, nuntiauerunt Domino regi quæ facta fuerant, liberam ab eo petentes electionem. Rex vero de conſueta benignitate ſine mora liberam licentiam eligendi eis conceſſit, rogans illos & benigniſſime deprecans, quatenus intuitu Dei & honore ipſius regis ſine diſſenſione & diſcordia vtilem perſonam & honeſtam & bonis moribus approbatam in tam celebri Eccleſia, quæ corona regni Francorum eſt, & Regum ſeu Imperatorum ſepultura eligant. Reuerſis autem in capitulo fratribus regis mandata reportantibus, ſtatim Domino procurante ita factum eſt, quod vnanimiter ab omnibus fratribus Hugo venerabilis Prior eiuſdem Eccleſiæ, in Abbatem eſt electus. Et ſtatim à Chriſtianiſſimo rege in ipſo capitulo, aſtante clero & populo, electio illius eſt confirmata. Tali tamen conditione regiaque prohibitione adiecta, quod nulla nouitate ſeu promotione ſua, alicui de parentela regis clerico ſeu laico, vel alicui alij de curia ſua munus aliquod nec daret, nec promitteret.

Porro venerabilis Hugo Eccleſiæ beati Dionyſij electus, conſiderans promotionem ſuam à ſolo Deo factam eſſe, & non ab homine, dignitatem antiquam Eccleſiæ beatiſſimi Dionyſij integerrime ſeruare cupiens, ad benedictionem ſuam in

ipſa Eccleſia celebrandam venerabiles duos Epiſcopos, Meldenſem ſcilicet & Sylvanectenſem benigniſſime conuocauit. Iſti duo de antiqua Eccleſiæ Romanæ inſtitutione tenentur Eccleſiæ beati Dionyſij in conſecratione altariorum ſeu in ordinatione monachorum viciſſim ſubuenire, & præcipue Epiſcopus Meldenſis. Celebrata eſt autem benedictio iſta à prædictis Epiſcopis beati Dionyſij, aſtantibus ſeptem Abbatibus cum maxima multitudine cleri & populi decimoquinto Kalendas Iunij die Dominico.

Sed dum hæc in Francia gerebantur, miſſi ſunt nuncij à Bele rege Hungariæ, Pannoniæ, Cromaciæ, Anatiæ, Dalmatiæ, Ran ad Philippum Auguſtum Chriſtianiſſimum regẽ Francorum. Audierat enim rex Hungariæ Henricum minorem regem Angliæ filium Henrici, ſub quo glorioſus martyr Thomas Cantuariorum Epiſcopus paſſus eſt, Domino vocante, de medio fuiſſe ſublatum. Vxorem eius nomine Margaritam videlicet ſororem regis Franciæ Philippi, tum pro antiqua dignitate regum Francorũ, tum pro ſapia [*proſapientia*] & religione ipſius reginæ, quã fama multorũ referẽte didicerat, ſibi in matrimoniũ coniungi affectuoſiſſime cupiebat. Interea nũcij regis Hungariæ Pariſios venientes, petitionẽ ſuam humiliter regi Philippo propoſuerunt. Quorũ petitiones benigne ſuſcipiens, cõuocauit Archiepiſcopos, Epiſcopos & Principes regni maiores, quorũ conſilio & ſapiẽtia in negotiis ſuis pertractandis, frequentius vti cõſueuerat. Et habito cum illis conſilio Margaritã dilectiſſimã ſororem ſuam quondam Angliæ reginã, cum Epiſcopis & Abbatibus terræ ſuæ nuntiis tradens Bele regi Hungariæ in legitimam vxorem conceſſit, nec non ipſis nuntiis dona regalia ſufficienter largitus eſt. Et accepta à rege licentia, nuntij cum regina gaudentes in Hungariam redierunt.

Factum eſt eodem tempore quo ſupra quod Gaufridus illuſtris Comes Britãniæ, filius Henrici regis Angliæ Pariſios veniens incidit in lectum ægritudinis. Quod audiens rex Philippus, qui nimis tenere eum diligebat, conuocauit omnes medicos qui eo tempore Pariſius morabantur, præcipiens illis, quod curam & diligentiam quantamcunq; poſſent, circa ipſum Comitem adhiberent. Sed poſtea paucis euolutis diebus, medicis incaſſum laborantibus, quartodecimo Kalendas Septembris viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Ciues autem Pariſienſes & milites cuſtodierunt corpus eius cum honore & reuerentia in Eccleſia beatæ Mariæ vſque ad aduentum regis; interim Canonicis & clericis ipſius Eccleſiæ deuotiſſime exequias debiti funeris celebrantibus. Sequenti die Rex cum Comite Thibaldo Franciæ Seneſcallo Pariſios veniens, corpus illius conditum aromatibus, & in ſarcophago plumbeo repoſitum in eadem Eccleſia ante maius altare fecit ſepeliri à reuerendiſſimo Mauritio Pariſienſi Epiſcopo, conuocatis Abbatibus & viris religioſis & clericis totius ciuitatis.

Peracto autem ſolenniter officio ſepulturæ, Chriſtianiſſimus rex Philippus cum Comite Thibaldo & Comite Henrico & matre ipſius Comitiſſa Campaniæ, & regina quondam Angliæ Margarita iam dicti regis ſorore (nondũ enim ab Hungaris fuerat traducta) in palatium reuerſus eſt. Grauiter enim Rex caſum tanti Principis ferebat; & vt conſolarentur, Regem Principes iam dicti & quamplures alij cum ſecum fuerant. Recepta vero amicorum conſolatione, nouiſſima ſua ſæpius reducens ad memoriam, ad opera pietatis & miſericordiæ, ſecundum conſuetam patris ſui benignitatem animum reflectens, quatuor ſacerdotes in Eccleſia beatæ Mariæ prædicta, in qua Comes ſepultus fuerat, pro ſeipſo & pro anima piiſſimi patris ſui Ludouici, & pro anima dilecti ſui Comitis Britanniæ perpetuo inſtituit. De proprijs redditibus ſuis ſufficientes reditus duobus aſſignans ſacerdotibus, tertio Comitiſſa Campaniæ, quarto Capitulum beatæ Mariæ reditus aſſignandos promiſit.

Incidentia. Anno Dominicæ incarnationis milleſimo, centeſimo, octogeſimo ſeptimo incepto, regni Philippi anno ſexto, octauo Kalendas Aprilis, nocte ſequenti hora vndecima fuit eclipſis lunæ pene vniuerſalis, luna exiſtente in vndecimo gradu libræ, ſole vero in vndecimo gradu arietis, capite draconis in quarto gradu arietis. Pars vero lunæ obſcurata fuit aliquantulum rubei coloris & deformis. Et durauit eclipſis illa per duas horas.

De multis bonis operibus Chriſtianiſſimi regis Philippi Auguſti, hic quædam ſatis digna memoriæ ſcribere dignum duximus. Quadam autem die dum Philippus rex Pariſiis morã faceret, perlatum eſt ad aures eius verbũ de cœmiterio, quod in Campellis eſt iuxta Eccleſiam S. Innocentij reparando. Cœmiterium enim illud antiquitus fuerat platea grandis omnibus tranſeuntibus peruia, & vendendis mercibus expoſita, vbi ciues Pariſienſes mortuos ſuos ſepelire conſueuerant. Sed quia corpora defunctorum minus honeſte poterant ibi ſepeliri propter concurſus pluuiarum & luti fœtentis nimiam abundantiam: ideo Philippus rex Chriſtianiſſimus bonis operibus ſemper intentus, conſiderans hoc opus eſſe honeſtum & valde neceſſarium, præcepit vt totum cœmiterium circumquaque muro lapideo clauderetur, & portæ ſufficientes ipſi muro aptarentur, quæ in nocte propter inſidias superuenientium ſemper clauderentur. Conſiderauit equidem celebri conſideratione & pia, quod cœmiterium in quo tot millia virorum ſepulta iacebant à poſteris ſuis Deum timentibus mundiſſime cuſtodirent.

Cum in Curiis Regum ſeu aliorum Principum frequens turba hiſtrionum conuenire ſoleat, vt ab eis aurum, argentum, equos ſeu veſtes quas perſæpe mutare conſueuerunt Principes ab eis extorqueant, verba ioculatoria variis adulationibus proferre nituntur: & vt magis placeant quicquid de ipſis Principibus probabiliter fingi poteſt, videlicet omnes delicias & lepores & riſu dignas vrbanitates & ceteras ineptias trucinantibus buccis in medium eructare non erubeſcunt. Vidimus quondam quoſdam Principes qui veſtes diu excogitatas & variis florum picturationibus artificioſiſſime elaboratas, pro quibus forſan viginti vel triginta marchas argenti conſumpſerant, vix reuolutis ſeptem diebus, hiſtrionibus, miniſtris ſcilicet diaboli ad primam vocem dediſſe. Proh pudor. Certe de pretio illarum veſtium viginti vel triginta pauperes per totum annum victui neceſſaria percipere potuiſſent. Sed Chriſtianiſſimus Rex Philippus Auguſtus videns omnia iſta eſſe vana & ſaluti animæ contraria, inſtinctu Spiritus ſancti reducens ad memoriam quod à ſanctis & religioſis viris quandoque didicerat; quod hiſtrionibus dare, dæmonibus eſt immolare; mente promptiſſima Domino Deo promiſit, quod omnes veſtes ſuas quandiu viueret intuitu Dei pauperibus erogaret: quoniam eleemoſyna ab omni peccato liberat, & magnam fiduciam præſtat coram Deo omnibus facientibus. Et nudus fui, dicit Dominus, & cooperuiſtis me. Melius eſt enim nudum Chriſtum veſtire, quã adulatoribus veſtes dando peccatum incurrere. Si iſta quotidie Principes conſiderarent, non tot peccatores per mundum diſcurrerent. Videant ergo minores Principes Regem miſericordem & pium, & opera ipſius contemplantes, diſcant ab eo pietatem & miſericordiam: quoniam pro certo ſciant quod iudicium fiet ſine miſericordia qui non fecit miſericordiam.

De ventis falſa Aſtrologorum prophetia.

EODEM anno Aſtrologi Orientales, Iudæi videlicet & Sarraceni, & etiã Chriſtiani miſerunt literas per vniuerſas mundi partes: prædicentes & ſine dubio aſſerentes in Septembri futuram validorum ventorum tempeſtatem, & terræ motũ, & mortalitatem hominum, & ſeditiones, & diſcordias, regnorũ mutationes, & multa alia comminantes, in hunc modum. Sed poſtea ſubſequens rerum euentus aliter quam diuinando prædixerant, ſatis manifeſte probauit. Tenor literarum illarum talis erat:

Nouit Deus & oſtendit ratio numeri, quod anno Domini milleſimo, centeſimo, octogeſimo ſexto, Arabũ vero anno quingenteſimo, ſexageſimo ſecundo, Planetę tam ſuperiores quã inferiores conuenient in libra menſe Septembri. Pręcedet autem eodem anno coniunctionẽ illam eclipſis ſolis particularis igneique coloris, in prima videlicet hora viginti primi dies menſis Aprilis: quam quidem præcedet eclipſis lunæ totalis eiuſdem menſis Aprilis die quinta, prima videlicet hora noctis, quæ præcedet horam Mercurij. Anno igitur prædicto Planetis in libra concurrentibus in ſigno ſcilicet aërio & ventoſo cum cauda draconis ibidem exiſtente, terræ motus accidet mirabilis, in regionibus pręcipue in quibus fieri conſueuit, deſtruet-

que

que loca terræ motibus aſſueta, & ærumnis perditionis obnoxia. Nam à partibus Occidentis orietur ventus vehemens & validus denigrans aërem & fœtore corrumpens venenoſo. Inde mortalitas & infirmitas plures occupabunt; & audient fragores & voces in aëre, corda hominum terrificantes audientium. Et eleuabit ventus arenam & puluerem à ſuperficie terræ, operietque ciuitates in planicie ſitas & in arenoſis maxime regionibus in quinto ſcilicet climate. Deſtruetur quoque penitus Metha, Balſara, Baldach, & Babylonia, nec aliqua relinquetur quin terra operiatur, & deſtruentur arenis & puluere, vt vere fiant inhabitabiles regiones Ægypti & Æthiopiæ. Et ab Occidente pertinget hæc calamitas, vſque in partes Orientis. In partibus vero Occidentalibus orietur diſcordia, fientque ſeditiones in populo. Et erit vnus ex eis qui infinitos congregabit exercitus, facietque bellum ſecus ripas aquarum, in quo tanta ſtrages efficietur, quod impetus effuſi ſanguinis vndis excreſcentibus adæquabitur. Pro certo autem ſciatur, quod futura coniunctio mutationes regnorum, excellentiam Francorum, dubietatem & ignorantiam inter Iudæos, Sarracenæ gentis deſtructionem, & Chriſti legis pietatem maiorem, & exaltationem, & eorum qui poſtmodum naſcentur prolixiorem vitam ſignificat, ſi Deus voluerit.

Item alia litera de eodem.

SAPIENTES Ægypti prædixerunt ſigna quæ futura ſunt tempore conuentionis omnium Planetarum & caudæ draconis cum eis in ſigno Moranam, menſe Elul viceſima nona die eiuſdem menſis ſecundum Hebręos, anno ab initio Domini IIII. C. D. X L V I. die Dominica nocte ſequenti circa mediam noctē, incipient ſigna ſequentia, & durabunt vſq; ad quartum diē ſequentem, in meridie. Orietur enim de mari magno ventus validiſſimus concutiens corda hominum, & eleuabit arenam & puluerem à ſuperficie terræ, in tantum quod operiet arbores & turres; & hoc ideo quia coniunctio iſta Planetarum erit in libra, in ſigno ſcilicet aerio & ventoſo. Et ſecundum quod ipſi ſapientes iudicant, coniunctio iſta ſignificat ventum fortiſſimū confringentem montes & rupes, & fragores & tonitrua, & voces in aere audientur, terrorem in cordibus hominum incutientes, & operientur omnes ciuitates arenis & puluere in quinto ſcilicet climate. Nam ventus iſte incipiet ab angulo Occidentis, & pertinget vſque in angulum Orientis, occupans omnes ciuitates Ægypti & Æthiopiæ ſcilicet Mecham, Balſara, & Habel, & Sennaar, & terras Arabum, & omnem terram Helum, Roma[illegible], Carmen & Segeſtam, & Calla, & Noro, & Aſatan, & Chebil, & Tanabtaſten, & Barach; quia omnes iſtæ ciuitates ſiue regiones continentur ſub ſigno libræ & etiam terræ Romanorum. Et poſt tantam concuſſionem ventorum ſubſequentur quinque miracula. Primo ſurget ab Oriente quidam homo ſapientiſſimus in ſapientia forinſeca, id eſt, in ſapientia quæ eſt ſupra hominem, & ambulabit in iuſtitiis, & docebit legem veritatis, & ad rectos mores reuocabit plurimos de tenebris ignorantiæ, & de incredulitate ad viam veritatis, & docebit peccatores ſemitas iuſtitiæ, & non extolletur ex eo quod inter Prophetas connumerabitur. Secundo, exiit homo quidam de Helam, & congregabit multos & fortes exercitus, & ſtragem faciet magnam in gentibus, & non diu viuet. Tertio, ſurget quidam alius homo, dicens ſe eſſe Prophetam, tenens librum in manu ſua, & dicens ſe eſſe miſſum à Deo & per Prophetas ſuos: & per prædicationem multos de gentibus errare faciet, & ſeducet plurimos, & quod gentibus prophetauerit, ſuper ſemetipſum conuertetur: & ille idem diu non viuet. Quarto, videbitur in cœlo cometes, ſtella ſcilicet crinita ſiue caudata. Et hæc apparitio ſegregabit conſummationes & tumultus & prœlia dura, & retentiones pluuiarum, & ſiccitates terrarum, & pugnas fortes, & effuſiones ſanguinis in terra Orientis, & per tranſuerſum Hebili fluminis pertinget vſque ad fines Occidentis: & in tantū opprimentur ſeu perſecutiones patientur iuſti & viri religioſi, quod diſturbabuntur domus orationis. Quinto erit eclipſis ſolis ignei coloris tāta, quod totum corpus illius obſcurabitur, & tanta erit obſcuritas ſuper terram tempore eclipſis quanta fieri ſolet circa mediam noctem, quando luna non lucet tempore pluuioſo.

Et hæc de huiuſmodi literis ad præſens ſufficiant quæ dicta ſunt. Nunc ad geſta ſexti anni regni Philippi Auguſti redeamus.

Porro eodem anno quo ſupra, orta eſt diſſenſio inter Chriſtianiſſimum regem Philippum, & regem Angliæ Henricum. Petebat enim rex Philippus prima fronte à Ricardo filio ſuo Comite Pictauenſi, hominium pro toto comitatu Pictauenſi: & hoc Ricardus à patre inſtructus de die in diem facere diſſimulabat. Secundo idem rex Philippus petebat à rege Angliæ caſtrum quod dicitur Giſortium & alia caſtra adiacentia, quæ tradita fuerant à patre ſuo rege Ludouico pro dote Margaritæ ſuæ ſorori, quando eam illuſtri Henrico regi filio maioris Henrici in matrimonio copulauit. Tali tamen conditione dos iſta conceſſa fuit regi Henrico, quod ſi prolem ex ea ſuſciperet, quandiu viueret, poſſideret; & poſt mortem eius ad ipſam prolem deuolueretur. Si vero ſobolem ex prędicta Margarita non ſuſciperet, mortuo Henrico rege ad regem Franciæ ſine aliqua contradictione, dos iam dicta reuerteretur. Super his autem quæſtionibus frequenter rex Angliæ citatus fuerat à rege Philippo, ſed ſemper fictas proponendo dilationes, ſtare iudicio regis Curiæ in dies protelabat. Videns autem Chriſtianiſſimus rex Philippus aſtutias & calliditates Anglici regis, & ſatis acute proſpiciens moram ſibi & ſuis in futurum eſſe damnoſam, terram regis Angliæ cum multitudine armatorum intrare decreuit.

Factum eſt autem in anno VII. regni Philippi, & ætatis ipſius anno XXII. ipſe eſt annus Dominicæ incarnationis milleſimus, centeſimus, octogeſimus ſeptimus, Philippus rex infinitum collegit exercitum in pago Bituricenſi, & in manu valida Aquitaniæ fines ingreſſus eſt, & depopulauit terram illam, & cepit caſtrum quod dicitur Eiſoldunum & Crazzacum, & alias quamplures munitiones & terras circumpoſitas vaſtauit, vſque ad caſtellum Radulfi. Quo audito rex Angliæ Henricus & Ricardus Comes Pictauenſis, magnum collegerunt exercitum, & ad caſtellum Radulfi contra regem dominum ſuum adducere præſumpſerunt. Volebant enim ſi poſſent, ipſum regem Philippum ab obſidione caſtelli Radulfi & exercitum eius omnem violenter fugare. Sed videntes Francorum conſtantiam & magnanimitatem, caſtra metati ſunt contra eos. Indignatus autem rex Philippus, & omnes viri bellatores, acies pugnatorum contra eos ordinari fecit. Timentes autem illi magnanimitatem regis Philippi & Francorum ſolitam audaciam, miſerunt viros induſtrios & religioſos cum legatis Romanæ Eccleſiæ, qui eo tempore pro pace reformanda à latere ſummi Pontificis ad partes Franciæ miſſi fuerant, ad regem Philippum: Qui ex parte regis Angliæ & Ricardi filij ſui præſtita cautione firmauerunt, quod ipſi de tota querela ſecundum iudicium Curiæ regis Franciæ in omnibus plene ſatisfacerent. Quo peracto datis induciis vnuſquiſque ad propria remeauit.

De imagine beatæ virginis quam percuſſit Cotarellus.

DVM autem circa idem caſtrum Radulfi rex in obſidione moram faceret, accidit quiddam ſatis dignum relatu. Quadam die Ricardus Comes Pictauenſis multitudinem Cotarellorum ad caſtellum Radulfi pro ſuccurſu tranſmiſerat. Cum autem ibi moram facerent, congregati ante Eccleſiam beatæ virginis Mariæ in platea quadam ad aleam cum teſſaris ludere cœperunt. Inter quos vnus de filiis iniquitatis plenus dæmone, quia denarios quos male adquiſierat male perdebat, prorupit in verba blaſphemiæ in beatam virginem & Deum. Deinde ira furibundus, eleuatis ſurſum oculis, vidit in porticu Eccleſiæ imaginem beatiſſimæ virginis Mariæ puerū Ieſum in manibus tenentem, vt ſolet in Eccleſiis fieri, pro excitanda memoria ſeu deuotione laicorum in lapide ſculptam: Quam oculis fulgurantibus toruiſque reſpiciens & verba blaſphemiæ in ipſam dominam noſtram & Deum auſu temerario congeminans, proh dolor, ille infelicior Iuda, lapidem coram omnibus in ipſam iecit imaginem, & brachium imaginis pueri Ieſu viliſſime fregit & in terram deiecit. De qua fractura, vt à multis qui in obſidione fuerant audiuimus, ſanguis abundanter fluxit in terram, & multi de illo colligentes à variis morbis curari meruerunt. Brachium autem illius imaginis ita ſanguinolentum, Ioannes qui dictus eſt ſine terra filius regis Angliæ iunior, qui miſſus à patre forte ibi venerat, pro reliquiis cum

honore

honore & reuerentia ſecum portauit. Infelix autem Cotarellns qni imaginem beatæ virginis tam ignominioſe percuſſerat, eadē die à dæmone, quo prius agitabatur, arreptus, miſerrime vitam finiuit. Alij autem Cotarelli videntes quæ facta fuerant, timore perculſi, landantes Dominum, qni nullum ſcelus impunitum relinquit, & beatiſſimam virginem Mariam Dei genitricem immenſis landibus extollētes à caſtello Radulfi receſſerunt. Monachi autem illius loci, vidētes miracula quæ Domino operāte ibi de die in diem fiebant, imaginem iam dictam infra ipſam Eccleſiam cum hymnis & landibus tranſtulerunt. Vbi ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatæ virginis Mariæ multa fiunt miracula vſque in hodiernum diem.

De nuntiis Hieroſolymitanis ad Regem miſſis.

INTERIM autem dum hæc agerentur, ſuperuenerunt nuncij de tranſmarinis partibus ad regem Philippum: qui cum gemitu & ſuſpiriis nuntiauerunt ei quod peccatis Chriſtianorū exigentibus, Saladinus rex Syriꝗ & Ægypti terras Chriſtianorū tranſm arinas inuaſerat, & multa millia Chriſtianorū miſerabiliter trucidauerat, & multis de fratribus templi & hoſpitalis, cū epiſcopis ipſius terræ & Baronibus crudeliter gladio peremerat, & cū paucis reuolutis diebus creſcente iniquitate ſanctā ciuitatē Hieruſalem, & omnē terrā promiſſionis ſibi ſubiugauerat prꝗter Tyrū, Tripolim & Antiochiam, & quædam caſtra fortiſſima, quæ nunquam habere potuit.

De natiuitate Ludouici filij Philippi Auguſti.

ANNO Dominicæ incarnationis M.CLXXXVII. quarta die Septemb. hora tertia, fuit eclipſis ſolis particularis, in XVIII. gradu virginis, & durauit per duas horas. Sequenti die, videlicet quinta die Septemb. natus fuit Ludouicus filius Philippi Auguſti incliti Francorum regis, feria ſecunda, hora vndecima diei vſualis. In cuius natiuitate ciuitas Pariſij, in qua natus eſt, tanto gaudio fuit repleta, quod per ſeptem dies ſingulis noctibus cum faculis cereis accēſis populus totius ciuitatis laudes debitas ſoluentes creatori ſuo, ducēdo choreas canere non ceſſauit. Eadē hora qua natus eſt, curſores miſſi ſunt per vniuerſas prouincias, gaudia tanti regis exteris nuntiantes. Qui nimio exhilarati gaudio, laudantes benedixerunt Deum, qui talem ac tantum hæredem regno Francorum ſuſcitare dignatus eſt.

De frequenti tranſitu ſummorum Pontificum.

EODEM anno in feſto ſancti Lucæ, menſe Octobri Vrbanus Papa quartus migrauit ad Dominum, qui ſedit anno & dimidio. Cui ſucceſſit Gregorius octauus, qui ſedit menſe & dimidio. Cui eodem anno ſucceſſit Clemens tertius natione Romanus. Et nota quod tam frequens mutatio ſummorum Pontificum nulla ratione fieri potuit niſi ex culpa ipſorum, & inobedientia ſubditorum per gratiam Dei redire nolentium de Babylone, id eſt, de confuſione peccatorum nemo ſuis viribus aut ſcientia reuertitur, niſi exeundi gratia deſuper ei largiatur. Seneſcit enim ipſe mundus, ſeneſcit & omnis regiminis vſus, & declinat in ſenium, & tanquam iterato relabitur in puerum vt effluat in omne volūtatis ſuæ profluuium. Et nota quod ab eodem anno Domini, quando crux Dominica in tranſmarinis partibus ab eodem Saladino capta fuit, infantes qui ab eo tempore nati ſunt non habent niſi viginti duos dentes, aut tantum viginti, cum antea triginta, aut triginta duos habere conſueuerant.

Quod intuitu Dei Philippus Rex & Henricus Rex Angliæ cruces aſſumpſerunt.

SVPERVENIENTE autem ſancti Hilarij feſtiuitate, quæ tertiadecima die Iannarij celebratur, factum eſt colloquium inter regem Franciæ Philippum & Henricum regem Angliæ, inter Triam & Giſortium. Vbi præter omnium hominū opinionem, Domino miraculoſe operante, factum eſt, quod per inſpirationem Spiritus ſancti cœlitus miſſi, illi duo reges in eodem loco, pro liberatione ſancti ſepulchri Domini & ſanctæ ciuitatis Hieruſalem, ſignum ſanctæ crucis aſſumpſerunt,

& multi Archiepiſcopi, Epiſcopi & Comites, Duces & Barones cum eis: ſcilicet Galterus Rotomagēſis Archiepiſcopus; Balduinus Cantuarienſis Archiepiſcopus; Epiſcopus Beluacenſis; Epiſcopus Carnotenſis: Dux Burgundiæ; Comes Pictauiæ; Philippus Comes Flandriæ; Tibaldus Comes Bleſenſis: Rotroutus Comes Perticenſis; Guillermus de Barris Comes de Rupeforti; Henricus Comes Campaniæ: Robertus Comes Drocarum; Comes Clarimontis; Comes Sueſſionenſis; Comes Barenſis: Bernardus de S. Galerico; Iacobus de Auennis; Comes Niuernenſis, G. de Merloto, Droco de Merloto, & plures alij zelo Dei accenſi, quorum nomina longũ eſſet hic ponere. Et in eodem loco in monumentum huius facti, iſti duo reges deuote erexerunt crucem ligneam fundantes ibi Eccleſiam, & inter ſe fœdus perpetuo percurientes, & vocantes ipſum locum Sanctum agrum, eo quod ibi ſactis crucibus ſunt inſigniti.

Geſta octaui anni regni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini milleſimo, centeſimo, octogeſimo octauo, menſe Martio media quadrageſima Pariſiis celebratum eſt generale Concilium à Philippo rege conuocatis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & totius regni Baronibus; in quo innumerabilis militum multitudo ſeu peditum, ſacratiſſima cruce inſigniti ſunt. Et propter hanc inſtantem neceſſitatem (oppido enim iter Hieroſolymitanum rex affectabat) cum aſſenſu cleri & populi, quaſdam decimas ab omnibus eſſe accipiendas eo tantum anno decreuit, quæ dictæ ſanctæ decimæ Saladini quas in præſenti libro poſuimus.

Inſtitutio Decimarum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Conſtitutum eſt à Domino Philippo Francorum rege, conſilio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Baronum terræ ſuæ, quod Epiſcopi & Prælati & clerici conuentualium Eccleſiarum, & milites qui ſignum crucis aſſumpſerunt de debitis ſuis reddendis, quæ debebantur tam Iudæis quam Chriſtianis, antequã crucem rex aſſumpſiſſet, reſpectum habebunt à proximo feſto omniũ Sanctorum poſt diem motionis Domini regis in duos annos: ita videlicet, quod primo feſto omnium Sanctorũ creditores habebunt tertium debiti, & ſequenti feſto omnium Sanctorum alium tertium debiti, & tertio feſto omniũ Sanctorum, vltimum tertiũ debiti. Vſura autem currit ſuper aliquem à die qua ipſe crucem aſſumpſit de debitis prius cõtractis. Si miles ✠ habens qui ſit legitimus hæres, filius vel gener militis ✠ nõ habentis, vel alicuius viduæ, & ſit de manu paſtu patris, vel matris ſuæ, pater eius vel mater reſpectum de debito ſuo habebit iuxta factã ordinationem. Si autem filius eorũ vel gener ✠ habens hæres legitimus extra familiatus fuerit, vel & ſi miles non fuerit & ✠ nõ habeat, pro eo reſpectu non habebit. Debitores autem qui terras & reditus habebunt, infra quindenã proximi feſti S. Ioannis Baptiſtæ creditoribus ſuis terra & reditus, ex quibus creditores ſua recipient debita, ad præfatos terminos iuxta formam prædictam aſſignabunt per dominos, in quorum dominio fuerint terræ debentium. Domini vero aſſignamenta illa contradicere non poterunt, niſi ipſi creditori de pecunia ſua pacem fecerint, qui terras ſeu reditus non habuerint, vnde facere poſſint ſufficiens aſſignamentum debiti ſui, faciant creditoribus per fideiuſſores, vel per vadia, creantum ſuum ſoluendi debita ad prædictos terminos. Et niſi infra quindenam proximi feſti ſancti Ioannis Baptiſtæ, per aſſignamentum terræ vel per fideiuſſores, vel per vadia, ſi terram non habuerint, creantum fecerit, ſicut diſpoſitum eſt, non habebunt reſpectum qui aliis conceſſus eſt. Si quis clericorum vel militum ✠ habentium, debet clerico vel militi ✠ habenti, reſpectum habebit de debito illo vſque ad proximum feſtum omnium Sanctorum, præſtita quidem bona ſecuritate de pace inde tunc facienda.

Si quis illorum qui ✠ aſſumpſerunt octo diebus ante purificationẽ beatę Mariæ, vel deinceps aurũ vel argentum, vel bladũ, vel aliud mobile vadium alicui aſſignauerit, creditor ſuper hoc dare reſpectum non cõpelletur. Si quis emit ab aliquo ✠ non

✠ non habente fructus terræ vnius anni certo pretio ſtabile eſt. Si quis miles vel clericus terram ſuam vel reditus alicui Burgenſi ✠ etiam habenti vel clerico vel militi ✠ non habenti inuadiauerit, vel ad annos aſſignauit; debitor hoc anno fructus terræ vel reditus percipiet, & creditor poſt impletionem annorum, per quos vadium vel aſſignamentum tenere debebat per vnum annum pro recompenſatione illius anni illud tenebit: Ita tamen quod creditor medietatem bladi habebit hoc anno pro cultura, ſi vel terras vel vineas inuadiatas excoluit. Omnia mercata quæ facta fuerunt ab octo diebus ante Purificationem beatæ virginis, vel quæ deinceps fient, rata erunt. De omnibus debitis vnde datur reſpectus oportebit vt debitor det æque bonam fideiuſſionem, vel meliorem quam antea dediſſet. Et ſi de fideiuſſione orietur diſcordia, ad conſilium Domini ſub quo erit creditor, partietur æque bona vel melior fideiuſſio quam prius. Et ſi fideiuſſio per Dominum non emendaretur, ad conſilium Principis terræ oportebit emendari. Si quis Dominorum vel Principum, in quorum iuriſdictionibus dicti creditores vel debitores ſiunt, quod ordinatum eſt de reſpectu debitorum dando, vel aſſignamentis faciendis tenere nolint, vel teneri non fecerit, & à Metropolitano vel Epiſcopo ſuo commonitus, id infra quadraginta dies non emendauerit, ab eodem excommunicationis ſententiæ ſupponi poterit. Veruntamen quandiu Dominus vel Princeps monſtrare voluerit in præſentia Metropolitani, vel Epiſcopi ſui, ſe ſuper hoc creditori vel etiam debitori non deeſſe, & paratum quod inde ordinatum eſt tenere, Metropolitanus vel Epiſcopus non poterit eum excommunicare. Nullus ✠ habentium ſiue clericus ſiue miles, ſiue alius quilibet alicui reſpondebit ſuper hoc vnde tenens erat ea die qua crucem aſſumpſit, donec ab itinere ſuſcepto redierit: niſi ſuper eo tantum, vnde in cauſam tractus erat antequam aſſumpſiſſet.

His imprimis conſtitutum eſt de Decimis, quod omnes illi qui ✠ non habentes quicunq; ſint, decimam ad minus dabunt hoc anno de omnibus mobilibus ſuis, & de omnibus reditibus, exceptis illis qui ſunt Ciſtertienſis ordinis, & ordinis Carthuſienſis, & ordinis Fontis Ebraudi, & exceptis leproſis, quantum ad ſuum pertinet proprium. In nullas communias mittet aliquis manum, niſi ille dominus, cuius ipſa communia fuerit. Quale tamen ius in aliqua communiarum habebat prius aliquis tale habebit. Qui alicuius terræ magnam iuſtitiam habet, eidem terræ decimam habebit. Et ſciendum quod qui decimas ſunt daturi de toto mobili ſuo & reditibus decimas dabunt, non exceptis inde prius debitis ſuis: imo poſt donationem decimæ, de reſiduo poterunt ſua debita ſoluere. Vniuerſi laici tam milites quam alij præſtito iuramento ſub anathemate. Clerici excommunicatione aſtricti ſuas dabunt decimas. Miles crucem non habens, Domino ſuo habenti ei, cuius erit homo ligius, dabit de ſuo proprio mobili decimam, & de feudo quem ab ipſo tenebit. Si autem ab eo nullum tenebit feudum, de ſuo proprio mobili decimam domino ſuo ligio dabit. Singulis vero à quibus tenebit, decimam de ſuis feudis dabit. Et ſi nullum dominum ligium habebit, ei in cuius feudo manſerit leuans & cubans dabit decimam de ſuo proprio mobili. Si quis terram ſuam decimans, res alterius quam illius quam debet decimare, inuenerit in terra ſua, & ille cuius res fuerint, illas eſſe ſuas legitime monſtrare poterit, decimans non poterit eas retinere. Miles ✠ habens qui ſit hæres legitimus, filius, vel gener militis crucem non habentis, vel alicuius viduæ, habebit decimam patris vel matris ſuæ. In res Archiepiſcoporum ſeu Epiſcoporum, ſeu Capitulorum, ſeu Eccleſiarum quæ ab eis mouent in capite, non mittet aliquis manum: niſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula & Eccleſiæ, quę ab eis mouent. Si Epiſcopi colligent inde decimas, & eas dabunt, quibus dare debuerint. Quicunque ✠ habens, qui dare talliam vel decimam debeat, & eas dare noluerit, ab illo capiatur, cui ſuam debet talliam vel decimam, vt inde ſuam faciat voluntatem. Qui eum ceperit, propter hoc non poterit excommunicari. Qui deuote & legitime & ſine coactione decimam ſuam dederit, à Deo remunerationem accipiet.

& multi Archiepiſcopi, Epiſcopi & Comites, Duces & Barones cum eis: ſcilicet Galterus Rotomagẽſis Archiepiſcopus; Balduinus Cantuarienſis Archiepiſcopus: Epiſcopus Beluacenſis; Epiſcopus Carnotenſis: Dux Burgundiæ; Comes Pictauiæ; Philippus Comes Flandriæ; Tibaldus Comes Bleſenſis: Rotrourus Comes Perticenſis; Guillermus de Barris Comes de Rupeforti; Henricus Comes Campaniæ: Robertus Comes Drocarum; Comes Clarimontis; Comes Sueſſionenſis; Comes Barenſis: Bernardus de S. Galerico; Iacobus de Auennis; Comes Niuernenſis, G. de Merloto, Droco de Merloro, & plures alij zelo Dei accenſi, quorum nomina longũ eſſet hic ponere. Et in eodem loco in monumentum huius facti, iſti duo reges deuote erexerunt crucem ligneam fundantes ibi Eccleſiam, & inter ſe fœdus perpetuo percutientes, & vocantes ipſum locum Sanctum agrum, eo quod ibi ſacris crucibus ſunt inſigniti.

Geſta octaui anni regni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini milleſimo, centeſimo, octogeſimo octauo, menſe Martio media quadrageſima Pariſiis celebratum eſt generale Concilium à Philippo rege conuocatis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & totius regni Baronibus; in quo innumerabilis militum multitudo ſeu peditum, ſacratiſſima cruce inſigniti ſunt. Et propter hanc inſtantem neceſſitatem (oppido enim iter Hieroſolymitanum rex affectabat) cum aſſenſu cleri & populi, quaſdam decimas ab omnibus eſſe accipiendas eo tantum anno decreuit, quæ dictæ ſanctæ decimæ Saladini quas in præſenti libro poſuimus.

Inſtitutio Decimarum.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Conſtitutum eſt à Domino Philippo Francorum rege, conſilio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Baronum terræ ſuæ, quod Epiſcopi & Prælati & clerici conuentualium Eccleſiarum, & milites qui ſignum crucis aſſumpſerunt de debitis ſuis reddendis, quæ debebantur tam Iudæis quam Chriſtianis, antequã crucem rex aſſumpſiſſet, reſpectum habebunt à proximo feſto omniũ Sanctorum poſt diem motionis Domini regis in duos annos: ita videlicet, quod primo feſto omnium Sanctorũ creditores habebunt tertium debiti, & ſequenti feſto omnium Sanctorum alium tertium debiti, & tertio feſto omniũ Sanctorum, vltimum tertiũ debiti. Vſura autem currit ſuper aliquem à die qua ipſe crucem aſſumpſit de debitis prius cõtractis. Si miles ✠ habens qui ſit legitimus hæres, filius vel gener militis ✠ nõ habentis, vel alicuius viduæ, & ſit de manu paſtu patris, vel matris ſuæ, pater eius vel mater reſpectum de debito ſuo habebit iuxta factã ordinationem. Si autem filius eorũ vel gener ✠ habens hæres legitimus extra familiatus fuerit, vel & ſi miles non fuerit & ✠ nõ habeat, pro eo reſpectu non habebit. Debitores autem qui terras & reditus habebunt, infra quindenã proximi feſti S. Ioannis Baptiſtæ creditoribus ſuis terra & reditus, ex quibus creditores ſua recipient debita, ad præfatos terminos iuxta formam prædictam aſſignabunt per dominos, in quorum dominio fuerint terræ debentium. Domini vero aſſignamenta illa contradicere non poterunt, niſi ipſi creditori de pecunia ſua pacem fecerint, qui terras ſeu reditus non habuerint, vnde facere poſſint ſufficiens aſſignamentum debiti ſui, faciant creditoribus per fideiuſſores, vel per vadia, creantum ſuum ſoluendi debita ad prædictos terminos. Et niſi infra quindenam proximi feſti ſancti Ioannis Baptiſtæ, per aſſignamentum terræ vel per fideiuſſores, vel per vadia, ſi terram non habuerint, creantum fecerit, ſicut diſpoſitum eſt, non habebunt reſpectum qui aliis conceſſus eſt. Si quis clericorum vel militum ✠ habentium, debet clerico vel militi ✠ habenti, reſpectum habebit de debito illo vſque ad proximum feſtum omnium Sanctorum, præſtita quidem bona ſecuritate de pace inde tunc facienda.

Si quis illorum qui ✠ aſſumpſerunt octo diebus ante purificationẽ beatę Mariæ, vel deinceps aurũ vel argentum, vel bladũ, vel aliud mobile vadium alicui aſſignauerit, creditor ſuper hoc dare reſpectum non cõpelletur. Si quis emit ab aliquo

✠ non

✠ non habente fructus terræ vnius anni certo pretio ſtabile eſt. Si quis miles vel clericus terram ſuam vel reditus alicui Burgenſi ✠ etiam habenti vel clerico vel militi ✠ non habenti inuadiauerit, vel ad annos aſſignauit; debitor hoc anno fructus terræ vel reditus percipiet, & creditor poſt impletionem annorum, per quos vadium vel aſſignamentum tenere debebat per vnum annum pro recompenſatione illius anni illud tenebit: Ita tamen quod creditor medietatem bladi habebit hoc anno pro cultura, ſi vel terras vel vineas inuadiatas excoluit. Omnia mercata quæ facta fuerunt ab octo diebus ante Purificationem beatæ virginis, vel quæ deinceps fient, rata erunt. De omnibus debitis vnde datur reſpectus oportebit vt debitor det æque bonam fideiuſſionem, vel meliorem quam antea dediſſet. Et ſi de fideiuſſione orietur diſcordia, ad conſilium Domini ſub quo erit creditor, partietur æque bona vel melior fideiuſſio quam prius. Et ſi fideiuſſio per Dominum non emendaretur, ad conſilium Principis terræ oportebit emendari. Si quis Dominorum vel Principum, in quorum iuriſdictionibus dicti creditores vel debitores ſunt, quod ordinatum eſt de reſpectu debitorum dando, vel aſſignamentis faciendis tenere nolint, vel teneri non fecerit, & à Metropolitano vel Epiſcopo ſuo commonitus, id infra quadraginta dies non emendauerit, ab eodem excommunicationis ſententiæ ſupponi poterit. Veruntamen quandiu Dominus vel Princeps monſtrare voluerit in præſentia Metropolitani, vel Epiſcopi ſui, ſe ſuper hoc creditori vel etiam debitori non deeſſe, & paratum quod inde ordinatum eſt tenere, Metropolitanus vel Epiſcopus non poterit eum excommunicare. Nullus ✠ habentium ſiue clericus ſiue miles, ſiue alius quilibet alicui reſpondebit ſuper hoc vnde tenens erat ea die qua crucem aſſumpſit, donec ab itinere ſuſcepto redierit: niſi ſuper eo tantum, vnde in cauſam tractus erat antequam aſſumpſiſſet.

His imprimis conſtitutum eſt de Decimis, quod omnes illi qui ✠ non habentes quicunq; ſint, decimam ad minus dabunt hoc anno de omnibus mobilibus ſuis, & de omnibus reditibus, exceptis illis qui ſunt Ciſtertienſis ordinis, & ordinis Carthuſienſis, & ordinis Fontis Ebraro., & exceptis leproſis, quantum ad ſuum pertinet proprium. In nullas communias mittet aliquis manum, niſi ille dominus, cuius ipſa communia fuerit. Quale tamen ius in aliqua communiarum habebat prius aliquis tale habebit. Qui alicuius terræ magnam iuſtitiam habet, eidem terræ decimam habebit. Et ſciendum quod qui decimas ſunt daturi de toto mobili ſuo & reditibus decimas dabunt, non exceptis inde prius debitis ſuis: imo poſt donationem decimæ, de reſiduo poterunt ſua debita ſoluere. Vniuerſi laici tam milites quam alij præſtito iuramento ſub anathemate. Clerici excommunicatione aſtricti ſuas dabunt decimas. Miles crucem non habens, Domino ſuo habenti ei, cuius erit homo ligius, dabit de ſuo proprio mobili decimam, & de feudo quem ab ipſo tenebit. Si autem ab eo nullum tenebit feudum, de ſuo proprio mobili decimam domino ſuo ligio dabit. Singulis vero à quibus tenebit, decimam de ſuis feudis dabit. Et ſi nullum dominum ligium habebit, ei in cuius feudo manſerit leuans & cubans dabit decimam de ſuo proprio mobili. Si quis terram ſuam decimans, res alterius quam illius quam debet decimare, inuenerit in terra ſua, & ille cuius res fuerint, illas eſſe ſuas legitime monſtrare poterit, decimans non poterit eas retinere. Miles ✠ habens qui ſit hæres legitimus, filius, vel gener militis crucem non habentis, vel alicuius viduæ, habebit decimam patris vel matris ſuæ. In res Archiepiſcoporum ſeu Epiſcoporum, ſeu Capitulorum, ſeu Eccleſiarum quæ ab eis mouent in capite, non mittet aliquis manum: niſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, Capitula & Eccleſiæ, quæ ab eis mouent. Si Epiſcopi colligent inde decimas, & eas dabunt, quibus dare debuerint. Quicunque ✠ habens, qui dare talliam vel decimam debeat, & eas dare noluerit, ab illo capiatur, cui ſuam debet talliam vel decimam, vt inde ſuam faciat voluntatem. Qui eum ceperit, propter hoc non poterit excommunicari. Qui deuote & legitime & ſine coactione decimam ſuam dederit, à Deo remunerationem accipiet.

De irruptione fœderis à Ricardo Comite facta.

EVOLVTIS autem duobus vel tribus menſibus, ex quo hæc facta ſunt: videlicet inter Pentecoſten & feſtum S. Ioannis, Ricardus Comes Pictauẽſis collẽcto exercitu intrauit terram Comitis Tholoſæ, quam tenet à Rege Francorum, & cepit Moiſacũ & alia caſtella ad Comitẽ Tholoſæ pertinentia. Quo audito Comes Tholoſæ Raymundus, miſit nuntios ſuos ad Chriſtianiſſimum Regem Philippũ; ſignificans ei omnia mala quæ contra ius & fœdus quæ præceſſerant à Comite Pictauenſi ei illata fuerant. Frangebat enim Comes Ricardus pactionẽ quæ facta fuerat, & per iuſiurandum confirmata anno præcedenti inter Caluum montẽ & Giſortium inter Philippũ Regem Francorum & Henricũ Regem Angliæ & ipſum Ricardũ, quæ talis erat, quod terra eorũ in eo ſtatu remaneret, in quo erat, quando crucẽ aſſumpſerunt: quouſq; peracto ſeruitio Domini vltra mare in terra ſancta vnuſquiſq; ad propria cum gaudio remearet. Audiens autem Philippus Rex ſemper Auguſtus irruptionem fœderis, quod duo iam dicti Reges inter ſe percuſſerant, felle commotus collecta multitudine armatorum, ſubito terras eorum intrauit, & nobile caſtellum Radulfi cepit, & quartum obſedit, quod vocatur Leproſium. Vbi dum Rex in obſidione breuem faceret morulam, accidit quiddam ſatis dignum memoria.

De incremento cuiuſdam torrentis miraculoſe facto.

TORRENS quidam ante caſtrum prædictum erat, in quo, inundãtibus pluuijs, aqua ſufficiẽter ſolebat inueniri, ſed ex nimio feruore æſtatis exſiccatus fuerat. Cum autẽ Rex & totus exercitus eius penuria aquarũ & ſiti nimia multum affligeretur, æſtas enim erat, ſubito de profundis viſceribus terræ, aqua torrentis miraculoſe tantum excreuit & ſine pluuia, quod attigit vſq; ad cingulas equorum, & refocillatus eſt totus exercitus, & eorum animalia. Quod videntes populi & gaudio tanti miraculi nimis exhilarati, laudauerunt Deum, qui omnia quæ voluit fecit in mari & in omnibus abyſſis. Et tamdiu aqua durauit, quandiu ipſe Rex in obſidione fuit. Et reuolutis paucis diebus, cepit caſtrum, ſcilicet Leuroſium, & Ludouico conſanguineo ſuo filio Comitis Thibaldi dono dedit. Eo autem recedente, reuerſæ ſunt aquæ ad priorem locum, nec poſtea apparuerunt.

De Monte Tricardi funditus euerſo.

EGRESSI inde venerunt & Montem Tricardum obſederunt. Vbi Rex aliquãtam in obſidione faciens morã, erectis in circuitu machinis cum ſummo labore cepit, & totũ vicum incendio flagrauit, & turrim fortiſſimam, in qua L. milites armati erãt, funditus euertit. Deinde Paluellum & Monteſorium & Caſtellerũ cepit, & Rupem Guillebaldi & Cullencum, & Montem Luzzonis, & quicquid iuris Rex Angliæ in tota Bithinia habebat, Philippus Rex ſibi ſubiugauit. Quo viſo Rex Angliæ nimis iratus reduxit exercitum ſuum per marchiam Normanniæ verſus Giſortium. Quo audito inſequutus eſt eum Rex Franciæ Philippus: & in ipſo tranſitu cepit Vindocinum, & perſequutus eſt Regem vſque ad caſtrum quod dicitur Trou, de quo turpiter Regẽ Angliæ cum filio ſuo Ricardo eiecit, & totum vicum incẽdio cõbuſſit. Tranſiens vero Rex Angliæ per Marchiam prædictã caſtrum Drocarum incendit, & in tranſitu ſuo multas villas campeſtres vſque ad Giſortium deſtruxit. Tandem ſuperueniente hyeme datis induciis vterque à bello quieuit.

Quod Ricardus Comes Pictauenſis fecit Regi hominium.

INTERIM dum hæc agebantur Ricardus Comes Pictauenſis petiit à patre ſuo vxorem, quæ ei de iure debebatur, videlicet ſororem Philippi Regis Francorum: quæ tradita ei fuerat à bonæ memoriæ Rege Ludouico ad cuſtodiendum: & cum ipſa petiit & regnum. Ita enim fuerat in pactis, quod quicunq; de filiis Regis Angliæ eam haberet in vxorem, poſt mortem ipſius Regis haberet & regnum. Hoc de iure dicebat ſibi cõpetere Ricardus, quia poſt Henricum fratrem ſuum primogenitus. Quo audito Rex Angliæ, nimis ſollicitus, nulla ratione facere decreuit. Qua de cauſa Ricardus Comes Pictauenſis turbatus, à patre ſuo manifeſte receſſit, & ad

Chriſtia-

Chriſtianiſſimum Francorum regem ſe tranſtulit,&coram patre ſuo hominium regi Philippo fecit,& fœdus ſub iuramento firmauit.

Incidentia. Eodem anno milleſimo centeſimo octogeſimo octauo, ſecunda die Februarij feria quinta fuit eclipſis lunæ vniuerſalis hora noctis quarta,& durauit per tres horas. Item quarto Idus Februarij me exiſtente apud Argentolium in plenilunio paulo ante auroram nocte ſereniſſima, viſa fuit luna, per quam deſignatur Eccleſia in momento vſque ad terras deſcendere, & facta morula quaſi reſumptis viribus, iterum paulatim aſcendere vſque ad locum vnde deſcenderat, à quibuſdam fratribus religioſis R. de Giſortio eiuſdem Eccleſiæ Priore, & I. Carnotenſi, Eccleſiæ beati Dionyſij capicerio, & ab aliis multis fratribus, qui nobis eadem retulerunt.

Eodem anno verſus de Philippo Rege quaſi prophetice dicti à quodam verſificatore:

Paruulus iſte leo luſtrabit luſtra parentis,
Seruiet vſque Deo,renouabit gaudia gentis.
Seruat ei Brutus catulorum quatuor enſes,
Anſer erit mutus cum Romulus audiet enſes.
Gaudebit Babylon pingueſcens chriſmate ciues,
Gaudebitque Silo Gallorum munere diues.
Conteret iſte leo totius climata mundi,
Et gaudebit eo quod viderit arma recondi.
Hic leo,coruus,ouis renouabit mœnia Iebus,
Augebitque nouis ieiunia quinque diebus.

Geſta noni anni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini milleſimo, centeſimo, octogeſimo nono, menſe Maio, Philippus Rex ſemper Auguſtus,duxit exercitum apud Nogentum, & tunc cepit firmitatem Bernardi, cum aliis quatuor caſtellis fortiſſimis, & cum manu valida vrbē fortiſſimā Cenomanis cepit, de qua ſatis turpiter Henricum regem Anglicū DCC. militibus armatis fugauit, & cum electis bellatoribus perſecutus eſt vſq; ad caſtrum quod dicitur Chinonium. Et Cenomannis reuerſus, turrim fortiſſimam & bene munitam adductis minariis,quos ſemper ſecum ducebat de ſub terra murum ſuffōdientes,cum multo labore cepit. Deinde paucis reuolutis diebus, verſus ciuitatem Turonis duxit exercitum. Vbi ſuper ripam Ligerim fixis tētoriis, ſolus rex fluuium circunſpiciens tentando aquas cum lancea,quod à ſeculis non eſt auditum, vadum inuenit: & poſitis à dextris & à ſiniſtris in flumine ſignis,vt totus exercitus inter illa duo ſigna poſt eum tranſuaderet, primus Ligerim ante omnes alios tranſiuit. Videns autem totus exercitus diminutionem aquarum, quæ miraculoſe in momento facta fuerat,ſtatim euulſis paxillis & tentoriis collectis,omnes à minimo vſque ad maximum per vadum ſequuti ſunt regem. Omnibus cum tota ſupellectili ſua & armamentis in ſimul collectis,reuerſæ ſunt aquæ fluminis in priorem ſtatum. Quod ciues Turonenſes videntes timuerunt regem. Et hoc factum accidit in vigilia ſancti Ioannis Baptiſtæ. Veruntamen dum rex circunquaque immunita ciuitatis conſideraret: Ribaldi ipſius,qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere conſueuerant,eo vidente in ipſam ciuitatem impetum fecerunt, & per muros cum ſcalis aſcendētes ex improuiſo ceperunt. Quo audito rex & totus exercitus ciuitatem integram recepit: poſitis ibi cuſtodibus, & ibidem per aliquot dies Deo gratias ſoluentes ſolemnizauerunt.

De obitu Henrici Regis Angliæ.

REVOLVTIS autem diebus duodecim videlicet in octauis Apoſtolorum Petri & Pauli,obiit Henricus rex Angliç apud Chinonium ſatis in omnibus proſpere agens vſque ad tempora Philippi Francorum regis, quem Dominus pro fræno in ore eius poſuit pro vindicādo ſanguine beati Thomæ martyris Cantuarienſis; vt per talem vexationem daret ei intellectum, & ad ſinū matris Eccleſiæ reduceret.

Sepultus eſt autem apud Fontem Ebrardi, in quadam Abbatia moniallum. Cui ſucceſſit Ricardus filius eius, Comes Pictauenſium. Ad cuius primum ingreſſum eodẽ anno apud Giſortium totum caſtrum incendio flagrauit, & in egreſſu ipſius caſtelli ſequenti die pons ligneus ſub pedibus eius fractus eſt, omnibus ſocus ſuis libere tranſeuntibus, ita quod ipſe Ricardus cum equo ſuo in foſſato cecidit. Paucis autem effluxis diebus, pax quæ interloquuta fuerat inter regem Philippum & regem Angliæ Henricum, eo ſublato de medio, inter regem Ricardum & regem Philippum eſt perfecta & conſummata. Et tunc Philippus rex pro bono pacis reddidit Ricardo regi Angliæ ciuitatem Turonis & Cenomannis, & etiam caſtellum Radulfi cum toto feudo ſuo. Qua de cauſa Ricardus rex Philippo Francorum regi totum feudum quod pertinet ad Crazzacum, & omnia feuda quę pertinent ad Eiſoldunũ, & totum feudum quod habebat in Alumam, ſibi & ſucceſſoribus ſuis perpetuo quitauit.

De obitu Reginæ vxoris Philippi Francorum Regis.

EODEM anno milleſimo centeſimo octogeſimo nono, regni Philippi decimo, Idus [*Idibus*] Martij, obiit Eliſabeth regina vxor Philippi Francorũ regis, quę ſepulta eſt in Eccleſia beatiſſimæ virginis Mariæ Pariſiis. Pro cuius memoria venerabilis Mauritius Pariſiorum Epiſcopus in eadẽ Eccleſia altare erexit, & Chriſtianiſſimus rex ſemper Auguſtus intuitu pietatis pro remedio animæ illius & omniũ prædeceſſorum ſuorum duos ſacerdotes perpetuo ibidem inſtituit, vnicuiq; x v. libras Pariſienſes ſingulis annis pro victualibus perpetuo aſſignans.

Quod Philippus Rex in Eccleſia beati Dionyſij baculum & ſportam peregrinationis accepit.

ANNO Domini milleſimo centeſimo nonageſimo, in feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ, Philippus rex ad Eccleſiam beatiſſimi martyris Dionyſij cum maximo comitatu venit, cauſa licentiam accipiendi. Conſueuerant enim antiquitus reges Francorum, quod quandocunq; contra hoſtes arma mouebant, vexillum deſuper altare beati Dionyſij pro tutela ſeu cuſtodia ſecum portabãt & in prima acie pugnatorum ponebant. Quod videntes aduerſarij & cognoſcentes territi, multotiens terga dederunt. Ideo Chriſtianiſſimus rex ante corpora ſanctorum martyrum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij humiliter ſuper pauimentum marmoreum in oratione proſtratus Deo & beatæ virgini Mariæ, & ſanctis martyribus, & omnibus Sanctis ſe commendauit. Tandem cum lachrymis ab oratione ſurgens ſportam & baculum peregrinationis de manu Guillelmi Remenſis Archiepiſcopi auunculi ſui Apoſtolicæ ſedis legati deuotiſſime ibidem accepit. Deinde deſuper corpora Sanctorũ duo ſtandalia decenter inſignita pro memoria ſanctorum martyrum & tutela, contra inimicos crucis Chriſti pugnaturus propriis manibus accepit. Demum orationibus fratrum ſe commendans, accepta benedictione claui & ſpineæ coronæ & ſancti Simeonis brachij, receſſit, & feria quarta poſt octauas S. Iohannis Baptiſtæ cum rege Angliæ Ricardo apud Vizeliacum venit. Vbi accepta licentia ab omnibus Baronibus ſuis, Adelæ chariſſimæ matri ſuæ, & Guillelmo Remenſi Archiepiſcopo auunculo ſuo, pro tutela & cuſtodia totum regnum Francorũ cum filio ſuo dilectiſſimo Ludouico commendauit. Et paucis euolutis diebus Ianuam venit, vbi naues & ea quæ erant victui neceſſaria cum armamentis diligentiſſime parari fecit. Ricardus autem rex Angliæ apud Maſſiliam cum omnibus ſuis mare intrauit. Et ſic iam dicti catholici reges pro ſancta Chriſtianitate defendenda, & propter amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti ventis & mari ſe committentes, cum multis & magnis periculis apud Meſſanam venerunt. Sed antequam rex Philippus de regno Francorum exiret, Pariſiis conuocatis amicis & familiaribus teſtamentum condidit, & regni totius ordinationem fecit in hunc modum:

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Philippus Dei gratia Francorum rex: Officium regium eſt ſubiectorum commodis modis omnibus prouidere, & ſuæ vtilitati priuatæ publicam anteferre. Quoniam igitur ſummo deſiderio votũ peregrinationis noſtræ ad ſanctę terræ ſubuentionẽ totis viribus amplectimur: idcirco

Idcirco conſilio Altiſſimi ordinare decreuimus, qualiter in abſentia noſtra regni negotia quæ agenda erunt, tractari debeant, & vitæ noſtræ, ſi quid in via humanitus accideret, extrema diſponi. In primis igitur præcipimus, vt bailliui noſtri per ſingulos præpoſitos in poteſtatibus noſtris ponant quatuor homines prudentes, legitimos & boni teſtimonii, ſine quorum vel duorum ex eis ad minus conſilio negotia villæ non tractentur, excepto quod Pariſiis ſex homines probos & legitimos conſtituimus, quorum nomina ſunt hæc C. A. E. R. G. H. Et in terris noſtris, quæ propriis nominibus diſtinctæ ſunt, bailliuos noſtros poſuimus, qui in bailliuis ſuis ſingulis menſibus ponent vnum diem, qui dicitur Aſſiſia, in quo omnes illi qui clamorem facient recipient ius ſuum per eos, & iuſtitiam ſine dilatione, & nos noſtra iura & noſtram iuſtitiam & forefacta, quæ proprie noſtra ſunt, ibi ſcribentur. Præterea volumus & præcipimus, vt chariſſima mater noſtra A. regina ſtatuat cum chariſſimo auunculo noſtro & fideli Guillelmo Remenſi Archiepiſcopo ſingulis quatuor menſibus vnum diem Pariſiis, in quo audiant clamores hominum regni noſtri, & ibi eos finiant ad honorem Dei & vtilitatem regni. Præcipimus inſuper, vt eo die ſint ante ipſos de ſingulis villis noſtris & Bailliui noſtri, qui aſſiſias tenebunt, vt coram eis recitent negotia terræ noſtræ. Si autem aliquis de Bailliuis noſtris deliquerit, præter quam in murtro, raptu, vel homicidio, vel proditione, & hoc conſtabit Archiepiſcopo & Reginæ, & aliis qui aderunt, vt audiant forefacta Bailliuorum noſtrorum, præcipimus eis, vt nobis ſingulis annis & hoc ter in anno literis ſuis nobis duobus prædictis ſignificent, quis Bailliuus deliquerit & quid fecerit, & quid acceperit, & a quo pecuniam vel munus vel ſeruitium, propter quod homines noſtri ius ſuum amitterent, vel nos noſtrum. Similiter de præpoſitis noſtris, ſignificent nobis Bailliui noſtri. Bailliuos autem noſtros non poterunt amouere Regina & Archiepiſcopus a Bailliuis ſuis, niſi pro murtro, vel raptu, vel homicidio, vel proditione: vel Bailliui præpoſitos, niſi pro aliquo iſtorum. Nos autem in conſilio Dei talem faciemus de eo vindictam, poſtquam prædicti viri nobis rei veritatem nuntiauerint, per quam alii non immerito poterunt deterreri. Similiter Regina & Archiepiſcopus de ſtatu regni noſtri & negotiis ter in anno ſignificent. Si forte contigerit ſedem Epiſcopalem, vel aliquam Abbatiam Regalem vacare, volumus vt canonici Eccleſiæ, vel monachi monaſterii vacantis veniant ad Reginam & Archiepiſcopum, ſicut ante nos venirent, & liberam electionem ab eis petant; & nos volumus quod ſine contradictione eis concedant. Nos vero tam Canonicos, quam Monachos monemus, vt talem paſtorem eligant, qui Deo placeat vtilius ſit regno. Regina autem & Archiepiſcopus tam diu Regalia in manu ſua teneant, donec electus conſecutus ſit, vel benedictus, & tunc Regalia ſine contradictione ei reddantur. Præterea præcipimus, quod ſi præbenda vel beneficium aliquod Eccleſiaſticum vacauerit, quando Regalia in manu noſtra venient, ſecundum quod melius & honeſtius poterunt Regina & Archiepiſcopus viris honeſtis & litteratis conſilio fratris Bernardi conferant: ſaluis tamen donationibus noſtris, quas per literas noſtras patentes quibuſdam fecimus. Prohibemus etiam vniuerſis prælatis Eccleſiarum & hominibus noſtris, ne talliam vel toltam donent quandiu in ſeruitio Dei erimus. Si vero Dominus Deus de nobis ſuam faceret voluntatem, & nos mori contingeret, prohibemus diſtrictiſſime omnibus hominibus terræ noſtræ, tam clericis, quam laicis, ne talliam vel toltam donent, donec filius noſter, quem Deus ſeruitio ſuo ſanum & incolumem conſeruare dignetur, veniat ad ætatem in qua gratia ſancti Spiritus poſſit regere regnum. Si autem aliquis filio noſtro vellet mouere guerram, & redditus ſui quos habet, non ſufficerent, tunc omnes homines noſtri adiuuent eum de corporibus ſuis & aueris, & Eccleſiæ tale fiant ei auxilium, quale ſolitæ ſunt facere nobis. Præpoſitis inſuper noſtris & Bailliuis prohibemus, ne aliquem hominem capiant, neque auerum ſuum, quandiu bonos fideiuſſores dare voluerit de iuſtitia proſequenda in curia noſtra, niſi pro homicidio vel murtro, vel raptu, vel proditione. Præterea præcipimus, quod omnes redditus noſtri &

ſetuitia, & obuentiones afferantur Pariſiis per tria tempora. Primo ad feſtum ſancti Remigii. Secundo ad purificationem beatæ virginis. Tertio ad aſcenſionem, & tradatur burgenſibus noſtris prædictis & pro mareſcallo. Si contingeret aliquem ex eis mori, G. de Garlandia alium in loco eius ſubſtitueret. In receptionibus aueri noſtri Adam clericus noſter præſens erit, & eas ſcribet, & ſinguli habeant ſingulas clanes de ſingulis archis, in quibus reponetur auerum noſtrum in templo, & templum vnam. De iſto auero tamen nobis mittetur, quantum literis noſtris mandabimus. Si in via quam facimus nos mori contingeret, præcipimus quod regina & Archiepiſcopus & Epiſcopus Pariſienſis & Abbates ſancti Victoris, & de Sardenio & fratres, theſaurum noſtrum in duas partes diuidant: vnam medietatem pro arbitrio ſuo diſtribuant ad Eccleſias reparandas, quæ per guerras noſtras deſtructæ ſunt; ita quod ſeruitium Dei poſſit in eis fieri. De eadem medietate donabunt illis, qui per tallias noſtras aporiati ſunt; & de eadem dabunt reſiduum illis quibus voluerint, & quos magis egere crediderint: ob remedium animæ noſtræ & genitoris noſtri regis Lndouici, & anteceſſorum noſtrotum. De altera medietate præcipimus cuſtodibus aueri noſtri & omnibus hominibus Pariſienſibus, quod eam cuſtodiant ad opus filii noſtri donec ad ætatem veniat, in qua conſilio Dei & ſenſu ſuo poſſit regere regnum. Si autem tam nos quam filium noſtrum mori contingeret, præcipimus, quod auerum noſtrum per manum VII. prædictorum, pro anima noſtra, & filii noſtri pro arbitrio ſuo diſtribuatur. Quam cito & [*vt*] certum eſſet de morte noſtra volumus, quod auerum noſtrum vbicunque foret ad domum Epiſcopi Pariſienſis portaretur, & ibi cuſtodiretur, & poſtea de eodem fiet quod diſpoſuimns. Præcipimus etiam Reginæ & Archiepiſcopo, vt omnes honores, qui dum vacant, pertinent ad donationem noſtram, quod honeſte poterunt retinere, ſicut Abbatiæ noſtræ & Decanatus, & aliæ quædam dignitates in manu ſua teneant, donec a ſeruitio Dei redierimus: & quos retinere non poterunt, donent ſecundum Deum, & aſſignent conſilio fratris G. & hoc faciant ad honorem Dei & vtilitatem regni. Si autem in via moriemur, volumus vt honores & dignitates Eccleſiarum donent illis, quos magis dignos viderint. Quod vt firmum & ſtabile permaneat, præſentem paginam ſigilli noſtri auctoritate & regii nominis charactere inferius annotato præcipimus confirmari. Actum Pariſiis anno verbi incarnati milleſimo centeſimo nonageſimo, regni noſtri anno vndecimo: aſtantibus in palatio noſtro, quorum nomina ſubpoſita ſunt ſigna S. Comitis Tibaldi dapiferi noſtri, S. Guidonis buticularii, S. Anthei camerarii, S. Radulfi cōſtabularii. Data vacante cancellaria.

P. R. S. P. Præcepit etiam ciuibus Pariſienſibus, qnod ciuitas Pariſii, quam rex multum diligebat, muro optimo in Tornellis decenter aptatis & portis diligentiſſime clauderetur. Quod breui temporis elapſo ſpatio completum vidimus. Et hoc idem in aliis ciuitatibus & caſtellis fieri mandauit per totum regnum. Nunc ad ea quæ apnd Meſſanam inter iam dictos reges geſta ſunt, & qualiter in tranſmarinis partibus ſe habuerunt, reditum faciamus.

Quando rex Philippus apud Meſſanam venit menſe Auguſto, honorifice receptus eſt in palatio regis Tancredi, & de victualibus ſuis abundanter ei donauit, & infinitam auri ſummam ei dediſſet, ſi vnam de filiabus ſuis ei aut filio ſuo Ludouico deſponſaſſet: ſed rex Philippus propter amicitiam, quam erga Henricum Imperatorem habebat, vtrilibet deſpōſationi ſuperſedit. Poſtmodum contentio quædam, qnam rex Angliæ pro dotalitio ſororis ſuæ cum rege Tancredo habebat, interuentu & labore regis Philippi hoc modo terminata eſt. Rex Angliæ habuit a rege Tancredo quadraginta millia vncias auri: de quibus rex Philippus habuit tertiam partem, cum medietatem habere deberet, ſed pro bono pacis tertia fuit contentus. Iurauerunt & ex parte regis Angliæ quidam viri nobiles vnam de filiabus regis Tancredi Arturo futuro Duci Britanniæ. Rex vero Francorum Philippus apud Meſſanam natale Domini tunc celebrauit, & militibus terræ ſuæ pauperibus, qui res ſuas orta tempeſtate in mari perdiderant, multa dona dedit & magna: Duci Burgnndiæ mille marcas; Comiti Niuernenſi ſexcentas; Guillelmo de Barris quadringen-

dringentas marcas; Guillelmo de Merloto quadringentas vncias auri; Epiſcopo Carnotenſi trecentas: M. de monte Morẽuaco trecẽtas: Drogoni ducentas, & multis aliis ducentas, quorum nomina longum eſſet hic ponere. Quæcunq; eo tempore venalia ibi inueniebantur, cariſſima erant; ſextarius frumẽti valebat viginti quatuor ſolidis Andegauenſium, hordei octodecim ſolidis, vini x v. ſolidis, gallina duodecim denariis. Hac de cauſa Philippus rex miſit ad regem & reginam Hungariæ, vt ſibi ſubuenirent in victualibus. Poſtmodum miſit ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, pro ſuccurſu terræ ſanctæ faciendo, & ſi rex Deo volente per terram Imperatoris rediret, quod ei Imperator præſtaret ſecurum tranſitum, & rex præſtaret ei bonam ſecuritatem de pacifico ingreſſu & egreſſu.

Reuolutis autem paucis diebus rex Francorum regem Angliæ compellauit, vt ad paſſagium mediũ Marcii paratus inueniretur, mare cum eo tranſiturus. Ille vero reſpondit, quod tranſire non poterat donec in Auguſto. Iterum autem rex Francorum mandauit, & quaſi hominem ſuum commonuit, vt ſicut ei iurauerat, mare cum eo tranſiret: & ſi vellet filiam regis Nauarræ, quam mater regis Angliæ illuc adduxerat Accii deſponſaret. Si vero tranſire nollet ſororem ſuam duceret in vxorem, ſicut de iuramento tenebatur. Rex autem Angliæ penitus negauit hoc vel illud facere. Tunc vero rex Francorum illos, qui ſuper hoc iuramento ei tenebantur, facere hoc quod iurauerant compellauit. G. autem de Ranchonio & Vicecomes de Caſtelloduno pro omnibus reſpondentes, conceſſerunt quod iurauerant ſe facturos, & cum eo quandocunq; voluerit ſe ituros. Vnde rex Angliæ vehementer iratus, eos exhæredare iurauit: quod poſtea ſubſequens rerum euentus probauit; & ex tunc cœperunt oriri diſcordiæ, & inuidiæ, & inimicitiæ inter duos reges. Rex autem Francorum Philippus cum ſummo deſiderio volens iter perficere quod incœperat, Martio menſe mare intrauit, & reuolutis paucis diebus proſperis ventis, cum omnibus rebus ſuis, vigilia Paſchæ Acon applicuit, & cum ſummo gaudio ab vniuerſo exercitu, qui in obſidione Accii longo tempore ſederat, cum hymnis & laudibus & effuſione lachrymarum multa, receptus eſt quaſi Angelus Domini; & ſtatim ita prope muros ipſius ciuitatis domum fecit fieri, quod inimici Chriſti & quarellos cum baliſtis, & ſagittas cum arcubus vſque ad domum illam emitterent & ſæpe vltra. Poſtmodum vero erectis petrariis ſuis & mangonellis, & aliis ingeniis tantum fregerat de muris ciuitatis ante aduentum regis Angliæ, quod non deerat ad ciuitatem capiendam niſi aſſaltus. Nolebat enim Francorum rex ciuitatem aſſilire, abſente rege Angliæ. Sed quam cito rex venit, loquutus eſt ei rex Francorum, quia omnium erat vna voluntas, de aſſaltu faciendo: rex vero Angliæ in corde & ore loquens bene conſulit vt aſſaltus fieret, & mitteret omnes quos habere poſſet. Sequẽti die mane rex Philippus cum ſuis voluit aſſalire: ſed rex Angliæ ſuos non permiſit abire, & Piſanos cum quibus iuratus erat prohibuit aſſalire, & ſic defecit aſſaltus. Poſtmodum vero conſilio vtriuſque partis, electi ſunt dictatores ex vtraque parte, viri ſapientes & probi: quorum arbitrio & conſilio vniuerſus exercitus regeretur. In quibus promiſerunt duo reges & per fidem quam Deo debebant, & peregrinationem ſuam iurauerunt, & quicquid dictatores dicerent, facerent. Poſtea dixerunt arbitri, quod rex Angliæ ad aſſaltum mitteret ſuos & cuſtodes mitteret ad barras, & faceret manganellos ſuos leuari, & alia ingenia, quia rex Francorum hæc omnia faciebat. Quod quia renuit, rex Philippus ſuos a iuramento abſoluit, quod fecerat de exercitu regendo. Rex Angliæ & ſui dum venirent per mare, tranſitum facientes per inſulam Cypri, ipſam cum Imperatore ſuo & filiam Imperatoris ceperunt, & omnes theſauros ſuos aſportauerunt. Tandem vero inſula de ſuis bene munita, committens carbaſa ventis, habuit obuiam nauem Saladini miro modo munitam, quæ veniebat in ſuccurſum ciuitati: in qua erant infinitæ phialæ vitri plenæ igne Græco, & baliſtæ ducentæ & quinquaginta, & arcuum & armorũ maxima abundãtia, & fortiſſimi erant in ea bellatores, qui omnes a rege Angliç & a ſuis interfecti fuerunt, & nauis confracta periit. Aliam autem nauẽ eiuſdem Saladini apud Tyrum noſtri ceperunt, quia ventum habere nõ poterat, in qua erat copia armorũ & homines pauci, q ſimiliter veniebãt ad ſuccurſum ciuitatis Accii,

Eodem anno Fredericus Romanorum & Theutonicorum Imperator Chriſtianiſſimus cum filio ſuo Duce Bohemiæ, & vniuerſo exercitu ſuo, veniens in tranſmarinis partibus inter Niceam Bithiniæ ciuitatem & Antiochiam, non minimã Chriſtianis relinquens mœſtitiam, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, filio ſuo Duci Bohemiæ vniuerſum exercitum ſuum relinquens; qui cum paucis de terra virorum euaſit, & eum illis apud Accium venit, vbi breuiter lege naturali finiuit vitam. Friderico Imperatori ſucceſſit filius eius Henricus, ſtrenuus in agendis, & acer in hoſtes, omnibus ad eum accedentibus largus & munificus.

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo primo, quintodecimo Kalendis Maii obiit Clemens Papa, qui ſedit duobus annis & quinq; menſibus: cui ſucceſſit Celeſtinus natione Romanus.

Eodem anno, menſe Auguſto, Iunio, & Iulio, tanta aëris intemperies ex nimietate pluuiarum facta eſt: quod ſegetes in campis, priuſquam colligi poſſent, in ſpicis & folliculis ſuis germinauerunt.

Eodem anno, XXII. die Iunii, vigilia ſancti Iohannis Baptiſtæ exiſtentibus regibus in obſidione Accii, fuit ecclipſis ſolis in ſeptimo gradu cancri, luna exiſtente in ſexto gradu eiuſdem ſigni, & cauda draconis in duodecimo, & durauit per quatuor horas. Sequenti menſe, decimo Kalendas Auguſti, Ludouicus filius regis cœpit ægrotare morbo grauiſſimo, qui a phyſicis dyſenteria vocatur: omnibus de vita deſperantibus, factum eſt de communi conſilio, quod ſacer conuentus beati Dionyſii ieiuniis & orationibus deuote præmiſſis, portans ſecum clauum & ſpineã coronam Domini, & brachium ſancti ſenis Simeonis cum proceſſione Cleri & populi nudis pedibus incedentes & preces cum lachrymis Domino fundentes ad Eccleſiam ſancti Lazari iuxta Pariſium venerunt: vbi facta oratione & populi ſubſequentis oblatione, vniuerſi conuentus religioſorũ Pariſienſes, & venerabilis Mauritius Pariſienſis Epiſcopus cum canonicis ſuis & clericis, & infinita ſcholarium & populi concurrente multitudine corpora ſanctorum & reliquias ſecum portantes nudis plantis flentes & lachrymantes eis obuiam venerunt; & coniungentes ſe illis, cantantes cum fletu multo & ſuſpiriis, ad palatium regis vbi puer ægrotabat venerunt, & facto ibi ſermone ad populum, & cum multa lachrymarum effuſione, oratione populi fuſa, pro eo ad Dominum, ad tactum claui & ſpineæ coronæ, & brachium ſancti Simeonis per totum ventrem pueri in modum crucis, eodem die ab imminenti periculo eſt liberatus, & pater ſuus Philippus rex in tranſmarinis partibus exiſtens, eodem die & eadem hora a conſimili morbo curatus. Deinde puer Ludouicus oſculatis reliquiis & benedictione accepta, omnes proceſſiones ad Eccleſiam beatæ Mariæ venerunt: vbi laudes cum oblationibus Domino ſolutes, proceſſio beatæ Mariæ cum aliis multis proceſſionibus, conuentum beati Dionyſii cum hymnis & laudibus & multa Domino gratiarum actione, vſque ad exitum villæ perduxerunt: & ibi ſeſe mutuo cum reliquiis benedicentes, vnuſquiſque ad propria remeauit: canonici vero beatæ Mariæ cum populo reuertebantur gaudentes; quia tempore ſuo reliquiæ beati Dionyſii prædictæ Pariſios fuerãt deportatæ. Non enim legitur in aliqua Scriptura, quod vſque ad tempus illud, pro aliquo imminenti periculo extra villam beati Dionyſii portarentur. Nec eſt ſilentio prætereundum, quod eadem die per orationes Cleri & populi ſerenitas aëris & temperies reſtituta eſt vniuerſis terris. Pluerat enim Dominus, peccatis hominum exigentibus, multo tempore ſuper terram.

Eodem anno Epiſcopus Leodicenſis a facie Henrici Imperatoris fugiens, Remis aliquantulum fecit moram, a Guillelmo Remenſi reuerendo Archiepiſcopo honorifice receptus, & in propria domo paratis ſufficienter neceſſariis collocatus: ſed reuolutis paucis diebus, inſtigante diabolo, miſſi ſunt ab Imperatore quidam milites, imo condicti ſathanæ ſatellites ad prædictum Leodicenſem Epiſcopum. Epiſcopus autem ſicut vir manſuetus & pius, eos honorifice recepit, & in menſa ſua quaſi amicos & domeſticos collocauit: dicebãt enim ſeſe ab Imperatore iniuſte exheredatos, callide & doloſe in corde & ore loquẽtes. Conceperunt enim dolorem & in proximo perpetrati ſunt iniquitatem: nam effluxis aliquot diebus cauſa ſpatiandi

tiandi educentes Epiſcopum extra ciuitatem, euaginatis gladiis Chriſtum Domini viliſſime interfecerunt, quia canonice electus & conſecratus fuerat cõtra voluntatẽ Imperatoris, & fugã arripientes curſu rapidiſſimo ad Imperatorem reuerſi ſunt.

Eodem anno Comes Tibaldus pius & miſericors regis Francorum Seneſcallus, Comes Clarimontis, Comes Perticenſis, Dux Burgũdiæ, & Philippus Comes Flandriæ in obſidione Accii Domino vocante, viam vniuerſæ carnis ingreſſæ ſunt. Terra vero Comitis Flandriæ, quæ alium non habebat hæredem, ad Balduinum nepotem ſuum filium Comitis Henoenſis eſt deuoluta, qui poſtea factus eſt Imperator Conſtantinopolis.

Eodem anno octauo Kalendas Septembris conſilio Domini G. Remenſis Archiepiſcopi, & Adelæ reginæ, & omnium Epiſcoporum, corpora beatiſſimorum martyrum Dionyſii, Ruſtici, & Eleutherii, cum puriſſimis vaſis argenteis, in quibus diligentiſſime ſigillata continebantur, ſunt extracta, & ſuper altare poſita, adiunctis ibi aliis corporibus Sanctorum in eadem Eccleſia quieſcentium, vt ibi omnes fideles ad tam ſanctum ſpectaculum conuenientes, cum gemitu & ſuſpiriis pro ſancta terra liberanda, & pro rege Francorum & vniuerſo comitatu ſuo, puras manus cum Moyſe leuantes ad Dominum preces funderent, quia non in armorũ potentia, ſed in Chriſti virtute & miſeratione Chriſtiani cõfidunt: nec in ſe, ſed in Deo virtutem faciunt, ſuperantes populos infideles, & ad nihilũ redigentes inimicos crucis Chriſti. Sequenti vero feſto beati Dionyſii, aperto vaſe argenteo, in quo corpus ſacratiſſimi martyris Dionyſii continebatur, aſſiſtentibus venerabilibus Epiſcopis Sylua-nectẽſi & Meldenſi & Ala Francorum regina & multis abbatibus & viris religioſis, totum corpus ipſius cum capite, vt prædiximus eſt inuentum, & vniuerſis Dei fidelibus, qui de longinquis partibus orandi cauſa conuenerant, deuotiſſime demonſtratum. Et ad remouendum errorem Pariſienſium, retento capite hieromartyris Dionyſii, & in vaſe argenteo decenter collocato, corpora Sanctorũ cũ vaſis ſuis ſub altare in cripta marmorea, vnde extracta fuerãt, ſunt deuotiſſime repoſita: caput vero pro excitanda deuotione fidelium, per totum [*annum*] omnibus peregrinis eſt oſtenſum, & in ſequenti feſto beati Dionyſii cum corpore in vaſe ſuo repoſitum.

Cum hæc autẽ in Francia gerebãtur, Philippus rex Franciæ coadiuuantibus Dei fidelibus Achon impugnauit, cõfractis muris ipſius ciuitatis, cum petrariis & manganellis ſuis, quod inimicos crucis Chriſti, ſcilicet cuſtodes Saladini, qui ibi erant, videlicet Limathoſiũ & Carachoſium ſatrapas ipſius, cum ingẽti armatorum copia, ſub certa pactione ad deditionẽ coegit. Promiſerunt enim legis iuramento aſtricti, tantum corporibus ſuis ſaluis dimiſſis, veram crucem Domini, quam Saladinus habebat, & omnes captiuos Chriſtianos, quos in tota terra ſua inuenire poſſent, regi Francorum & regi Angliæ antequam ab ipſis regibus dimitterentur, in integrum reſtituere. In quo conflictu Albericus vir magnanimus regis Francorũ mareſcallus, in armis ſtrenuus, infra portã ipſius ciuitatis interceptus, a paganis occiſus eſt. Turris autem, quæ Maledicta dicebatur, quæ longo tempore noſtris multa mala intulerat, a minatis regis fuerat ſuffoſſa, & lignis ibi poſitis appodiata: ita quod ad ipſius ruinam non reſtabat, niſi quod ignis ſupponeretur. Videntes vero pagani quod regibus & principibus & aliis Chriſtianis reſiſtere non poſſent, habito cum regibus & principibus colloquio ſaluis corporibus, & pactione iã dicta appoſita, ciuitatem Achon cum vniuerſis armis, & munitionibus, & copia ſufficienti victualium, menſe Iulio regibus noſtris & principibus reddiderunt. Intrãtes populi Chriſtiani ciuitatem, flentes præ gaudio & lachrymantes, & manus vtraſq; ad cœlum leuantes, clara voce dicebãt: Benedictus ſit Dominus Deus noſter, qui reſpexit labores & ſudores noſtros, & inimicos crucis ſanctæ, de ſua virtute & virtutibus præſumẽtes ſub pedibus noſtris humiliauit. Victualia vero quæ ibi inuenta ſunt, Chriſtiani inter ſe diuiſerunt, pluribus maiorem, paucioribus minorem partẽ tradentes. Reges autẽ omnes captiuos in ſortẽ acceperũt, ęqua lance inter ſe diuidẽtes. Sed rex Francorũ partem ſuã Duci Burgundiæ, cũ multa ſumma auri & argenti & infinita copia victualiũ delegauit, cõmiſſis eidẽ omnib. exercitibus ſuis: grauabatur enim rex tũc morbo grauiſſimo; & ex alia parte regẽ Angliæ valde ſuſpectũ habebat: q̃a rege celato frequẽ-

tes nuntios ad Saladinum mittebat, & mutua dona ab eo accipiebat. Qua de cauſa habito cum Principibus ſuis familiari conſilio, ordinato ſuo exercitu, acceptaq; a ſuis licentia, cum fletu & lachrymis ventis & mari ſe committens, cum tribus tamen [*tantum*] galeis, quas Rufus de Volta Ianuenſis ei parauerat, ad partes Apuliæ Deo volente tranſuectus eſt: vbi recuperata quantulacunque ſanitate, ſatis debilis, cum paucis iter arripuit: & tranſitum faciens per Romanam ciuitatem, viſitatis Apoſtolorum liminibus, & accepta benedictione a Romano Pontifice Celeſtino, in Franciam rediit circa natiuitatem Domini.

Rex vero Angliæ in tranſmarinis partibus remanens, captiuos quos habebat, ſcilicet Limathoſium & Carachoſium, & alios quos alii Principes habebant, ad id quod promiſerant compellauit, vt crucem Dominicam, quam Saladinus habebat, & omnes captiuos Chriſtianos, ſicut de proximo iuramento legis ſuæ tenebantur, ſine dilatione ſanctæ Chriſtianitati reſtituerent. Quod quia facere iurauerant, ad effectum perducere non potuerunt, rex Angliæ vehementer iratus, captiuos paganos extra ciuitatem educens, quinque millia & eo amplius decollari fecit, retentis maioribus & ditioribus, a quibus innumeram pecuniæ ſummam pro redemptione accepit. Inſulam vero Cypri, quam ipſe in tranſitu ſuo ceperat, Templariis pro viginti quinque millibus marcharum argenti vendidit. Poſtmodum vero ab ipſis ablatam Guidoni quondam Hieroſolymitano regi perpetuo habendam ſecundo vendidit. Ciuitatem Aſchalonem multo auri pretio, paganis petentibus funditus euertit. Ducis Auſtriæ vexillum, circa Acbon, cuidam Principi abſtulit, & in cloacam profundam, in opprobrium Ducis & dedecus viliſſime confractum deiecit. Sed quia hiſtoriam regis Angliæ ſeu geſta ipſius ſcribere non propoſuimus, ad ea quæ de rege noſtro Philippo intendimus, ſtylum vertamus.

Reuerſo igitur in Franciam Philippo Francorum rege Natale Domini apud fontem Eblaudi celebrauit: & reuolutis paucis diebus ad Eccleſiã beatiſſimi Martyris Dionyſii, cauſa orationis quantocius properauit: vbi ſacer conuentus cum Hugone Abbate ſuo, facta proceſſione, cum hymnis & laudibus in Eccleſiam inducunt. Finita oratione proſtratus ante corpora Sanctorum Deo & beatis Martyribus gratias referens, quia de tot & tantis periculis eum liberauerat, in pignus amoris & charitatis pallium ſericum optimum ſuper altare humiliter poſuit. Ettenolutis aliquot menſibus eiuſdem anni, decimoquinto Kalendas Aprilis, Philippus rex exiſtens apud ſanctum Germanum de Laia, audita cuiuſdam Chriſtiani morte ignominioſa a Iudæis perpetrata, fidei & religioni Chriſtianæ compatiens, ſubito neſcientibus ſuis familiaribus quo pergebat, iter arripuit, & greſſu velociſſimo ad caſtrum, quod Braiam vocant, velociter venit, poſitis in portis ipſius caſtri cuſtodibus: & comprehenſis Iudæis, octoginta & eo amplius fecit comburi. Comitiſſa ipſius caſtri magnis Iudæorum muneribus corrupta, tradiderat eis quendam Chriſtianum, cui falſo imponebant furtum & homicidium; quem Iudæi antiquo odio commoti, manibus a tergo ligatis, ſpinis coronatum, per totam villam fuſtigantes duxerunt, & poſtea patibulo ſuſpenderunt: cum ipſi tempore Dominicæ paſſionis dicerent: Nobis non licet interficere quenquam.

Eodem anno pridie Idus Maii in Pertico apud Nogentum, viſæ ſunt acies militum de aëre in terram deſcendentium, & ibi facta inter ſe mirabili pugna, ſubito euanuerunt; quod videntes incolæ illius terræ, nimio terrore perculſi, tundentes pectora ſua reuertebantur.

Anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo ſecundo, viceſima die menſis Nouemb. fuit eclipſis lunæ particularis, poſt mediã noctẽ, in ſexto gradu geminorum, & durauit per duas horas. Maio vero ſequenti, ſexto Idus ipſius menſis, tempore Rogationum, apud Pontiſaram, ſacerdos quidam Anglicus natione, Guillelmus nomine, ſanctitate vitæ & moribus pollens migrauit ad Dominum. Ad cuius ſepulchrum, tempore mortis ipſius, Domino operante, multa ſancta miracula, cæci illuminati, claudi curati, alii vero a variis morbis priſtinæ ſoſpitati plene reſtituti. Fama autem tanti viri per orbem diffuſa, de diuerſis partibus cauſa peregrinationis ad locum ſepulturæ ipſius multos venire fecit.

Eodem

Eodem anno creſcente inter Chriſtianos iniquitate, allatæ ſunt Philippo regi apud Pontiſaram literæ de transmarinis partibus, quod ad ſuggeſtionem & mandatum regis Richardi Angliæ mittebâtur Arſacidæ ad Philippum regem interficiendum. Interfecerunt enim eo tempore Machiſium regis conſanguineum, in tranſmarinis partibus, virum in armis ſtrenuum, qui viribus ſuis & potentia, terram Sanctam, antequam reges iſti illuc venirent, mira ſtrenuitate regebat. Rex vero Philippus auditis literis, ira inflammatus, ſtatim ab eodem caſtro receſſit, & plurimum ſollicitus multis diebus permâſit. Et quia animus ipſius regis ꝓ huiuſmodi rumoribus multū turbabatur, & ſollicitudo magis ac magis creſcebat in dies, habito cum familiaribus conſilio, miſit nūtios ſuos ad vetulū Arſacidarum regem, vt per ipſum rei veritatē diligentius & plenius cognoſceret. Interim tamē inſtituit rex ad maiorē cautelā cuſtodes corporis ſui, clauas æreas ſemper in manib. portātes, & per totam noctē alternatim circa ipſum vigilantes. Reuerſis nūtiis ad regē per literas vetuli rumores falſos eſſe cognouit, & per relationē nuntiorū ſuorū ab ipſis diligētius inquiſita veritate & cognita, animus eius abiecto falſo rumore a falſa ſuſpicione quieuit.

Rex vero Angliæ ad terram ſuam redire diſponens, Comiti Henrico nepoti ſuo excellentiſſimo iuueni totam terram tranſmarinam quam Chriſtiani eo tēpore tenebant dimiſit, & exercitum ſuū eidem tradidit. Et mare ingreſſus orta tempeſtate accidit, vt ventus rapta naui in qua ipſe erat, duceret eam verſus partes Hiſtriæ, ad locum qui eſt inter Aquileiam & Venetias. Vbi idem rex Dei permiſſione paſſus naufragium, cum paucis euaſit. Quidā autem Comes Mamardus de Gorre, & populus regionis illius, audito quod in terra erat, & conſiderato diligentius, qualem nominatus rex in terra promiſſionis ſeditionem in perditionis ſuæ cumulum exercuerat: inſecuti ſunt eum intendentes ipſum captiuare, contra morem omniū peregrinorum per quaſcunque terras Chriſtianorum ſecure tranſeuntium. Ipſo autem rege in fugam verſo, ceperunt de ſuis octo milites. Poſtmodum rex fecit tranſitum ad Burgum qui eſt in Archiepiſcopatu Saleburgenſi, qui vocatur Friſacum, vbi Fredericus de ſancta Sobbe, rege cum tribus tamē [*tantum*] verſus Auſtriam nocte properante, ſex milites de ſuis cepit. Limpoldus autem Dux Auſtriæ Imperatoris conſanguineus, obſeruata ſtrata, & poſitis vbiq; cuſtodibus, ſæpe dictum regem iuxta Viennam in villa viciniori in domo deſpecta inuentum captiuauit, & omnibus bonis ſuis exſpoliauit. Sequenti vero menſe Decemb. Henrico Imperatori tradidit, a quo iniuſte fere per annum & dimidium carcere detentus, & multis expenſis & variis exactionibus grauatus, tandem datis ducentis millibus marcarum argenti pro redemptione Imperatori, per mare traiectus eſt in Angliam: timebat enim ne iterum a rege Francorum caperetur, quem valde offenſum habebat, ſi per terram ſuam tranſitum faceret.

Videns autem Henricus bonæ indolis iuuenis Comes Campaniæ, vir illuſtris vtriuſq; ex parte ſororis nepos terram tranſmarinam pro reditu duorum regum nimis deſolatam, intuitu Dei & paterna pietate commotus, precibuſq; multorum in ſeruitio Dei remanentium deuictus, maluit ibi cum ſuis remanere, & cum multo labore & ſudore & ſumma rerum inopia, onus Ieſu Chriſti portare, & animam ſuam ſi locus ſe obtulerit, pro ipſo ponere, quam ad terram ſuam ſine viſitatione Dominici Sepulchri cum rubore redire. Hoc autem videntes milites ſacri templi, & hoſpitalis Hieroſolymitani, & alii peregrini quamplures, qui illuc pro liberanda terra ſancta conuenerant, conſiderantes ipſius Comitis magnanimitatē, & firmam in Domino conſtantiā, ipſum in regem ciuitatis Dei ſummi vnanimiter elegerunt, & filiā regis Hieroſolymitani in vxorem dederunt, laudātes & Deū benedicentes, q̄ de ſanguine regum Francorū ſaluatorem & liberatorē Sanctæ terræ ſuſcitauerat.

Anno Domini milleſimo cētesimo nonageſimo tertio, pridie Idus Aprilis, Philippus rex collecto exercitu cepit Giſortium, & breui temporis elapſo ſpatio totum Vulcaſſinum Normannicum, quod rex Angliæ iniuſte poſſidebat, in ſuam redegit poteſtatem. Subacto Giſortio, & tota marchia Normanniæ in ſuam p teſtatem reducta, Philippus rex reſtituit beato Dionyſio nouum caſtellum, quod rex Angliæ Henricus iniuſte ꝑ violentiā longo tēpore detinuerat, deinde Richardus filius eius.

Eo tempore Saladinus rex Syriæ & Ægypti apud Damaſcum obiit: cui ſucceſſerunt duo filii eius; vnus nomine Afadinus ſuper Syriam: alius vero nomine Meralitius ſuper Ægyptum.

Eodem anno, in feſto beati Dionyſii quidam puerulus ſubito mortuus, a parentibus ſuis ad Eccleſiam beatiſſimi martyris Dionyſii deuotiſſime deportatus eſt: quem ſuper altare ante corpora Sanctorum ponentes, & cum lachrymis & ſuſpiriis Sancte Dionyſi adiuua nos clamãtes, meritis Sanctorum martyrum & interceſſionibus a Domino coram vniuerſo populo reſuſcitatus eſt.

Iiſdem temporibus Philippus rex miſit Stephanum Nouiomenſem Epiſcopum virum venerabilem ad Kanutium regem Danorum, rogãs eum & deprecans quod vnam de ſororibus ſuis quam ipſe legitimam haberet, vxorem ei mittere dignaretur. Quo audito rex Danorum Kanutius gratanter accepit, & Ingeburgem ſororem ſuam pulcherrimam, puellam ſanctam, & bonis moribus ornatam, nuntiis regis Francorum tradidit, & muneribus ſuis honorauit: & accepta licentia ventis & mari ſe committentes apud Attrebatum venerunt: vbi rex Francorum Philippus cum Epiſcopis & regni proceribus cum maximo accurrens gaudio, Ingeburgem diu deſideratam in legitimam duxit vxorem, & in reginam Francorum coronari fecit. Sed mirum eadem die inſtigante diabolo, ipſe rex quibuſdam, vt dicitur, maleficiis per ſortiarias impeditus, vxorem tam lõgo tempore cupitam, exoſam habere cœpit: & paucis reuolutis diebus, linea conſanguinitatis per Karolum Comitem Flandrenſium ab Epiſcopis & Baronibus computata, per cenſuram eccleſiaſticam huiuſmodi matrimonium eſt ſeparatum, Regina tamen Ingeburgis ad Danos redire nolens, in partibus Galliarum in locis religioſis manere decreuit, malens continentiam coniugalem cum orationibus toto tempore vitæ ſuæ ſeruare, quam alteri iuncta, prima matrimoniis fœdera maculare: ſed quia huiuſmodi matrimonium iniuſte dicebatur fuiſſe diſſolutum, Romanus Pontifex Celeſtinus ad conqueſtionem Danorum, miſit legatos ſuos in Franciam, Meliorem ſcilicet presbyterum Cardinalem, & Cenſium ſubdiaconum; qui Pariſios venientes, conuocauerũt Concilium omnium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum, necnon abbatum totius regni, in quo tractauerunt de reformando matrimonio inter Philippum regem & vxorem eius Ingeburgem: ſed quia facti ſunt canes muti non valentes latrare, timentes pelli ſuæ, nihil ad perfectum deduxerunt.

Eodem anno, quarto Idus Nouembris fuit eclipſis Lunæ vniuerſalis, prima hora noctis, & durauit per duas horas.

Eodem anno, quidam Arreptitius in Eccleſia beatiſſimi martyris Dionyſii miraculoſe curatus eſt.

Superueniente vero menſe Februario, Philippus rex collecto exercitu, iterum intrauit Normanniam, & ciuitatem Ebroicum cepit, & nouum burgum, & vallem Ruolii, & multas munitiones alias fortiſſimas ſibi ſubiecit, & quã plures deſtruxit, & multos milites cepit, & Rotomagum obſedit: ſed conſiderata loci munitione, & damno ſuorum videns quod nihil ibi proficeret, nimio furore ſuccenſus, combuſtis petrariis & manganellis ſuis, & aliis ingeniis receſſit. Tandem ſacro tempore quadrageſimæ ſuperueniente a bello quieuit: & tunc Ioannes frater regis Angliæ, qui ſine terra cognominatur, regi Francorum Philippo confœderatus eſt in dolo, quod rei exitus manifeſtius poſtea declarauit.

Anno Domini M. C. X C I I I I. Michael decanus Pariſiẽſis electus eſt in Patriarchã Hieroſolymitanũ: ſed Domino aliter ordinãte, reuolutis quindecim diebus, iterũ a Clero Senonenſi electus eſt in Archiepiſcopũ aſſenſu regis Philippi & totius populi eiuſdem ciuitatis octauo Kalendas Maii ſequentis in Archiepiſcopum conſecratus. Qualis & quantus in regendis ſcholis Pariſiis, & in largiẽdis eleemoſynis, & aliis plurib. bonis ante Archiepiſcopatũ floruerit, nõ eſt noſtræ facultatis euoluere.

Eodem anno, puerulus trium annorum de Curte noua, forte in aquis extinctus, per preces & merita beatiſſimi martyris Dionyſii reſuſcitatus eſt.

Reuolutis autem tribus menſibus, ſexto Idus Maii Philippus rex iterum collecto exercitu Normanniam intrauit, & Vernoliũ obſedit, & reuolutis tribus hebdo-

madibus

madibus parte murorum deſtructa, ſuperuenit nuntius dicens, quod ciuitas Ebroica, quam ipſe rex munitam tenebat, a Normannis capta fuerat, & milites regis ibidem capti, & plures quam turpiter decapitati. Quo audito turbatus rex, nimioque furore ſuccenſus, ab obſidio receſſit, & fugatis Normannis ipſam funditus euertit: necnon & ipſas Eccleſias Dei in ſpiritu vehementi contriuit. Videns autem exercitus, qui in obſidio remanſerat regis abſentiam, & inimicorum inſtantiam, ſubito collectis papilionibus & tentoriis, relictis ibidem in maxima parte victualibus receſſerunt, & ſequuti ſunt regem. Obſeſſi autem exeuntes de victualibus Francorum & ſpoliis ex feſtinantia dimiſſis, ditati ſunt.

Eodem anno ſeptimodecimo Kalendas Iulii Guillelmus Comes Leceſtriæ; vir fortis & magnanimus a rege Philippo captus eſt, & Stampis in carcere poſitus. Interim rex Angliæ cum exercitu ſuo Lochas cepit, & canonicos Sancti Martini Turonenſis eiecit, & res eorum violenter abſtulit, & multa mala in partibus illis Eccleſiis Dei intulit.

Eodem anno in pago Beluacenſi inter Clarum mõtem & Compennium, tantæ pluuiæ cum tonitruis & fulminibus & tempeſtatibus factæ ſunt, quãtas nulla hominũ antiquitas memorat: lapides enim ad quantitatẽ ouorum quadranguli vel trianguli, mixtim cũ pluuia de cœlo cadentes, arbores fructiferas, vineas & ſegetes penitus deſtruxerunt. Villæ etiam in pleriſque locis deſtructæ ſunt a fulminibus & combuſtæ. Corui & quamplures cum huiuſmodi tempeſtate viſi ſunt in aere, de loco ad locum volantes, & cum roſtris ſuis viuos carbones portantes, & domos incendentes. Vtriuſque ſexus homines ictu fulminum interierunt, quod ingens miraculum cernentibus præbuit, & multa alia horrenda ea die mõſtrata ſunt. Prodigioſa equidem res multum terrere debet, & homines a vitiis coercere. Eadem die in epiſcopatu Laudunenſi caſtrum ſcilicet Caluum montem a fulminibus deſtructum audiuimus. Eodem anno Eccleſia beatæ Mariæ Carnotenſis incendio conflagrauit. Eodem anno quidam homo Miſionenſis per preces beati Dionyſii de carcere liberatus eſt apud Rotomagum.

Rex autem Francorum Philippus audito quod rex Angliæ clericos de Eccleſia ſancti Martini Turonenſis eiecerat, & rebus exſpoliauerat, verſa vice cepit omnes Eccleſias, quæ erant in terra ſua pertinentes ad epiſcopatus vel ad abbatias, quæ erant ſub poteſtate regis Angliæ, & inſtinctu quorundam priuatorum hominũ monachos vel clericos ibidem Deo famulantes eiecit, & reditus eorum ad vſus proprios tranſtulit, nec non proprias Eccleſias in regno ſuo exiſtentes, grauibus exactionibus vehementer oppreſſit, & inſolitis; theſauros etiam multos in diuerſis locis congeſſit, expenſa modica contentus dicens, quod prædeceſſores ſui Francorum reges pauperes exiſtentes, tempore neceſſitatis ſtipendiariis militibus nihil miniſtrantes, ingruentibus bellis regni diminutionem paſſi fuerant nõ modicam. Principalis tamen intentio ipſius regis erat in theſaurorum congregatione, Sanctæ terræ Hieroſolymitanæ a paganis liberatio, & Chriſtianorum reſtitutio, & regni Francorum ab inimicis ſtrenua defenſio. Licet quidam minus diſcreti regis ignorantes propoſitum & voluntatem, ambitionem & nimiã ei auaritiam obiicerent. Sed quia tempus colligendi, & tempus ſpargendi quod collectum eſt, a ſapientibus didicerat, nacta opportunitate multum collegit, vt tempore neceſſitatis pluribus plurimum ſpargeret. Quod in munitionibus ciuitatum, & murorum reparationibus, & caſtellorum ædificationibus innumeris maniſeſtiſſime declaratur.

Poſtmodum rex Philippus tranſitum cum exercitu faciens per terram Comitis Ludouici, rex Angliæ ex improuiſo de nemoribus egreſſus, militum caterua armatorum ſtipatus non modica, ſaginarios regis Philippi cum denariis, & argento multo, & varia ſupellectile potenter abduxit. Sed dum hæc agebantur in terra Comitis Bleſenſis Ludouici, Iohannes ſine terra & Comes de Arundello cum exercitu ſuo & ciuibus Rothomagenſibus obſederunt vallem Ruolii, quam rex Philippus munitam tenebat. Sed reuolutis VI. diebus Philippus rex cum paucis baliſtariis nocte ſuperueniens, illuceſcente aurora diei caſtra eorum irrupit. Normanni vero feſtinatam arripientes fugam, in nemoribus ſe receperunt, relictis petrariis

ſuis & manganellis, & aliis belli apparamentis, cum ſufficienti victuallum copia. Nõnulli de Normannis fugientes, in bello interfecti ſunt, & plures capti & redẽpti.

Eodem Anno Henricus Imperator totam Apuliam, & Calabriam, & Siciliam, quæ iure hæreditario ex parte vxoris enm contingebant, ſuo ſubiugauit imperio.

Eodem anno Raimundus Tholoſæ obiit: cui ſucceſſit filius eius Raimundus regis Francorum conſanguineus ex Conſtantia ſorore Ludouici regis. Aeris inſolita commotio turbines, tempeſtates, grandines, vineas & meſſes deſtruxerunt: vnde in ſequenti anno fames valida ſecuta eſt.

Anno Domini M. C. X C V. menſe Iulio redditæ ſunt treugæ a rege Angliæ & guerra denuo incœpta. Et tunc Philippus rex, vallem Ruolii, quam munitam tenebat, funditus euertit. Et paucis reuolutis diebus ſcilicet x I I I. Kalen. Septembr. ſororem ſuam A. quam rex Angliæ Richardus remiſerat Comiti de Pontino in vxorem dedit.

Eo tempore rex Moabitarum Hemirmomelim, id eſt rex credentium cum innumerabili Moabitarum multitudine armatorũ Hiſpanias intrauit, & terras Chriſtianorum vaſtauit: cui Hildefonſus rex Caſtellæ cum multitudine armatorum occurrit, & pugna commiſſa victus ab eis cum paucis Chriſtianis euaſit: in quo bello pluſquam 50. millia Chriſtianorum cæſa fuiſſe dicuntur. Hoc infortunium Chriſtianis accidit, quia rex Hildefonſus milites ſuos grauiter opprimebat, & ruſticos potenter ſublimabat. Hac de canſa militibus aporiatis, equos & arma non habentibus, ruſtici vſum armorum non habentes, terga dederunt, in fugam celerem conuerſi, Moabitis a tergo inſiſtentibus, & miſerabili cæde cædentibus.

Dum hæc autem in Hiſpania gerebantnr, Ricardus rex Angliæ collecto vndecunq; exercitu caſtrum quod Archas vocant, quod rex Francorũ munitum tenebat, obſedit. Sed paucis diebus effluxis, rex Francorum cum D C. electis militibus Francigenis ſuperueniens, omnes Normannos fugauit, & villam quæ Deppa vocatur, deſtruxit, & homines abduxit, & naues eorum combuſſit. Reuertente vero rege Philippo cum ſuis & tranſitum iuxta nemora faciente, quæ vulgus foreſtas vocat, rex Angliæ ex improuiſo de foreſtis illis cum ſuis egreſſus, quoſdam extremi agminis interfecit. Merchaderius tunc Dux Cotarellorum exiſtens cum ſuis in pago Bituricenſi, ſuburbium Eiſoldum deſtruxit, & ipſam munitionem cepit, & de ſuis ad opus regis Angliæ muniuit: & poſt paullulum datis induciis vterque rex a bello quieuit.

Eo anno tanta intemperies aeris facta eſt innndantibus pluuiis, quod ſegetes antequam temporibus ſuis colligi poſſent, in ipſis ſpicis & folliculis germinauerunt. Vnde cum ex præcedentis anni aeris inſolita commotione, tum ex ſubſeqnentis immoderata imbrium effuſione, tanta temporis auaritia ſecuta eſt, quod ſextarius frumenti Pariſiis pro XVI. ſolidis vendebatur, hordei pro X. ſolidis, mixturæ pro XIII. ſolidis aut XIIII. ſextarius ſalis pro 40. ſolidis. Hac igitur de cauſa rex Philippus motus pietate, largiores eleemoſynas de ſuo pauperibus erogandas præcepit, & Epiſcopos & Abbates & vniuerſum populum ad idem faciendum per literas ſuas affectuoſe commonuit. Cõuentus vero beati Dionyſii omne argentum, quod præ manibus habere potuit, pauperibus erogauit.

Eodem anno, & ſacerdos quidam Fulco nomine in Galliis prædicare cœpit: per cuius prædicationem & frequentem populis admonitionem, multi ab vſuris ſunt reuocati, pauperibus Chriſtianis vſuras reſtituentes. Sequenti menſe Nouembri, termino tranſacto, redditæ ſunt treugæ, & guerra inter duos reges iterum incœpta. Philippus vero rex collegit exercitum in pago Bituricenſi iuxta Eiſoldunum, rege Angliæ cum exercitu ſuo exiſtente ex oppoſita parte. Dum autem vterque exercitus ad pugnandum promptius armis accingeretur, contra omnium ibi exiſtentium opinionem, Domino miracnloſe operante, qui mutat quando vult conſilia regum, & cogitationes populorum diſſipat, factum eſt, quod rex Angliæ armis depoſitis, cum paucis de ſuis ad regem Francorum quantocius peruenit: vbi pro Ducatu Normanniæ & Comitatu Pictauenſinm & Andegauenſium hominium regi Philippo coram omnibus fecit; & deinceps de pace ſeruanda

vterque

vterque rex in eodem loco iuramentum præſtitit; & de reliquo in octabas Epiphaniæ inter vallem Ruolii & caſtrum Gaallonii,ab ipſis regibus de pace conſummanda & confirmanda colloquium fuit inſtitutum. Et ſic vtriuſque exercitus ad propria cum gaudio remeauit. Rex vero Philippus non immemor patroni & defenſoris beati Dionyſii, quam citius potuit ad Eccleſiam beatiſſimi martyris properauit: vbi pro gratiarum actione Deo & beatis martyribus pallium ſericum pretioſum in pignus charitatis humiliter ſuper altare obtulit.

Superueniente vero menſe Ianuario, x v. die eiuſdem menſis, conuocatis vtrinque Archiepiſcopis, Epiſcopis,& Baronibus in loco iam dicto, pax inter duos reges firmiſſime reformata eſt, & iuramentis & obſidibus ab vtraque præſtitis confirmata: ſicut in authentico vtriuſque continetur inſtrumento.

Anno Domini M. C. X C V I. menſe Martio, ſubita & nimia aquarum & fluminum inundatio facta eſt, quod pluribus in locis villas deſtruxit, & homines in eiſdem habitantes extinxit,& pontes fluuii Sequanæ confregit. Videntes autem Clerus & populus Domini comminantia prodigia in cœlo ſurſum, & ſigna in terra deorſum, timentes denuo cathacliſmum plebs fidelis Deo deuota cum gemitibus & lachrymoſis ſuſpiriis & iugi ieiuniorum & precum inſtantia clamauerunt ad Dominum proceſſiones nudis pedibus facientes, vt correctis parceret,& ab eis iracundiæ ſuæ flagella clementer auerteret, & ipſos per pœnitentiam & congruam ſatiſfactionem miſericorditer exaudire dignaretur. Proceſſiones autem iſtas Philippus rex quaſi vnus e populo cum lachrymis & ſuſpiriis humiliter ſequebatur. Sacer vero conuentus beati Dionyſii portans ſanctum clauum Domini, & ſpineam coronam, & ſancti ſenis Symeonis brachium cum lachrymis & ſuſpiriis clamantes ad Dominum benedicebant aquis in modum crucis dicens; Per hæc ſigna ſuæ ſanctæ paſſionis reducat Dominus aquas iſtas ad locum ſuum, & paucis reuolutis diebus Domino placato reuerſæ ſunt aquæ ad alueum ſuum.

Eodem anno, menſe Maio, Iohannes Prior Eccleſiæ beati Dionyſii factus eſt Abbas Corbeiæ.

Eodem anno, menſe Iunio, Balduinus Comes Flandriæ fecit hominium regi Philippo apud Compennium, aſtantibus Guillelmo Remenſi Archiepiſcopo, & M. Campaniæ Comitiſſa,& multis aliis.

Eodem anno,& eodem menſe, Philippus rex duxit vxorem nomine Mariam filiam Ducis Morauiæ & Bohemiæ Marchioniſque Hyſtriæ.

Poſt hæc breui temporis elapſo ſpatio, Richardus rex Angliæ poſtpoſitis iuramentis & pactionibus iam dictis, Philippum regem Francorum bello aggreſſus eſt; qui in agro Bituricenſi caſtrum Virſonis in dolo cepit & funditus euertit: iurauerat enim domino Virſonis quod non ei noceret. Qua de cauſa rex collecto exercitu, caſtrum quod dicitur Auba-mala potenter obſedit. Dum autem rex Philippus ibi moram faceret, rex Angliæ in dolo & ſub proditione, caſtellum quod Noreucort vocant, data pecunia militibus ipſum cuſtodientibus recepit: & poſitis ibi militibus & baliſtariis cum ſufficienti copia victualium & armorum, contra regem cum ſuis Normannis & Cotarellis reuerſus eſt. Rex autem Francorum erectis in circuitu caſtri prædicti perrariis ſuis & manganellis per v i i. hebdomadas & eo amplius viriliter impugnauit. Viri autem interiores ſtrenui defenſores, verſa vice Francos potenter repellebant,& ſtragem aliquando de ipſis non modicam faciebant. Quadam die rex Angliæ cum ſuis impetum faciens in hoſtes, ſuperuenientibus Francis terga dedit: fugiente vero rege Angliæ, captus eſt Guido de Toarte, vir in armis ſtrenuus,& acer in hoſtes, cum quibuſdam aliis militibus. Reuerſi vero Franci ad obſidium, prædictum caſtrum die ac nocte acrius cœperunt impugnare. Tandem fracta turre cum perrariis & manganellis, & muris confractis, viri bellatores interiores dederunt regi Philippo ſummam argenti taxata pactione, quod ſaluis corporibus ſuis & aueris,& equis,& armis cum pace recederent. Quod factum quidam de Francis, ignorantes regis propoſitum & voluntatem properam eſſe dicebant. Ipſis egreſſis & vſque ad ſuos cum rebus ſuis ſecure conductis Philippus rex prænominatum caſtrum ſolo tenus deſtruxit. Tandem Giſortium veniens, reuolutis paucis

diebus Norencort obſedit, & erectis in circuitu machinis die ac nocte viriliter impugnans, ſatis breui mora tranſacta, ſæpe nominatum caſtellum mirabili pugna cum quindecim militibus & octodecim baliſtariis & multis aliis ibidem captis & ſufficienti victualium copia cepit, & Comiti Roberto cuſtodiendum tradidit.

Eodem anno, I I I. Idus Septembris Mauritius venerandæ memoriæ Pariſiorum Epiſcopus, pater pauperum & orphanorum fœliciter migrauit ad Dominum. Hic inter innumera bona quæ fecit, quatuor abbatias fundauit, & propriis ſumptibus deuotiſſime dotauit; videlicet Heriuallem, Hermerias, Hederam, Gif, & alia quamplura, quæ longum eſſet hic ponere. In fine tandem quicquid in re mancipi habuit, pauperibus erogauit. Et quia reſurrectionem corporum, de qua multos paritos tempore ſuo hæſitantes audierat, firmiſſime credebat, cupiens illos ab incredulitate ſua & moriens reuocare, rotulum ſcribi mandauit, huiuſmodi ſcripturam continentem; Credo quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum, & in carne mea videbo ſaluatorem meum: quem viſurus ſum ego ipſe, & non alius, & oculi mei conſpecturi ſunt. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Hunc rotulum in extremis agens ſuper ſuum pectus extenſum a fidelibus ſuis & familiaribus poni præcepit, vt omnes viri literati ad eius ſepulturam in die obitus ſui conuenientes, & hanc ſanctam ſcripturam legẽtes, ii firmiſſime communem omnium corporum reſurrectionem crederent, & deinceps nullatenus dubitarent. Huic ſucceſſit Odo natione Soliacenſis, frater Henrici Bituricenſis Archiepiſcopi, longe a prædeceſſore moribus & vita diſſimilis.

Anno Domini M. C. XCVII. Balduinus Comes Flandrenſis a fidelitate regis Francorum manifeſte recedens, regi Angliæ Richardo confœderatus eſt, & regem Francorum & terram ipſius grauiter perſecutus eſt. Similiter & Rainaldus filius Comitis Domini Martini, regi Angliæ confœderatus eſt; cui & maximo amore & familiaritate Comitiſſam Boloniæ cum ſuo Comitatu in vxorem dederat rex Francorum. Sed inſtigante diabolo, ſpreto hominio, ruptis pactionibus & iuramentis, dominum ſuum regem Francorum bello aggreſſus eſt, & adiũctis ſibi Cotarellis, & aliis regni Francorum inimicis, terras vaſtauit, & prædas duxit, & multa mala regno Francorum intulit.

Eodem anno, nona Kalend. Nouembr. feria VI. obiit Hugo Fulgualdi abbas beati Dionyſii, hora diei tertia: cui ſucceſſit Hugo Mediolanenſis prior ſanctæ Mariæ de Argentolio.

Eodem anno Henricus Romanorum Imperator obiit, qui eo tempore per tyrannidem ſuam Siciliã ſibi ſubiuganerat, & multos viros magnos & nobiles ibidem peremerat, & contra religionem Chriſtianam Archiepiſcopos & Epiſcopos trucidauerat: contra Eccleſiã Romanam, ſicut & prædeceſſores ſui, ſemper tyrannidem exercuerat. Qua de cauſa Innocentius Papa I I I. in promotione Philippi fratris ſui aduerſarius fuit, & omnes fautores eius excommunicauit, & Othoni filio Ducis Saxoniæ viriliter adhæſit, & Aquiſgrani in regem Germaniæ coronari fecit.

Temporibus iſtis Henricus Comes Trecenſis, qui in terra tranſmarina poſt reditum duorum regum rex Hieroſolymitanus cõſtitutus fuerat, apud Achon obiit: cui in Comitatu Trecenſi ſucceſſit Theobaldus frater eius.

Eodem anno VI. Idus Ianuarii Celeſtinus Papa I I I. migrauit ad Dominum: cui ſucceſſit natione Romanus Innocentius I I I. qui prius Lotharius vocabatur.

Eodem anno, obiit Maria illuſtris Trecenſis Comitiſſa ſoror Philippi regis Francorũ, ex parte patris; & ſoror Richardi regis Anglorum ex parte matris, mẽſe Martio, mater duorum prædictorum videlicet Henrici regis Hieroſolymitani & Theobaldi Comitis Trecenſis.

Eodem anno, ſcilicet a principio prędicationis Fulconis ſacerdotis anno tertio, dominus Ieſus Chriſtus multa miracula per prædictum ſacerdotem operari cœpit, cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis loquelam, claudis greſſum, per orationem & manus ipſius ſacerdotii impoſitionem reſtituit, & alia multa quæ longum eſſet hic ponere, quæ prætermittimus, propter hominum nimiam incredulitatem.

Anno Domini M. CXCVIII. ſæpedictus Fulco alium ſibi ſacerdotem nomi-

ne Pe-

ne Petrum de Roſſiaco de eodem Epiſcopatu Pariſienſi, ad officium prædicationis aſſociauit; virum ſcilicet literatum, & vt nobis videbatur, ſpiritu Dei plenum, qui ſingulis diebus prædicationi inſiſtens diuinæ, multos à peccato vſurarũ retraxit, & à furore libidinis infinitos reuocauit. Mulieres etiã in proſtibulis manẽtes, & omnib. tranſeũtibus ſine delectu pſonæ, pro vili pretio & ſine rubore ſe exponentes, ad cõtinentiam coniugalem procreauit [*prouocauit*.] Aliæ vero coniugium reſpuentes, & ſoli Deo deuote ſeruire cupientes, ſumpto regulari habitu in noua Abbatia ſancti Antonij Pariſiis, quæ cauſa illarum eo tempore fundata fuit, collocatæ ſunt. Aliæ vero diuerſis peregrinationibus & laboribus nudis pedibus incedentes, ſe expoſuerunt. Sed qui ſcire deſiderat qua intentione quiſque prædicauerit, finem attendat: quia finis intentionis hominum manifeſtiſſime declarat. Affectus tuus operi tuo finem imponit. Præter hos duos Herloinus monachus beati Dionyſij Pariſienſis, vir in ſacris literis eruditus, vicis 1 marinam Britanniam prædicauit: per cuius miniſterium & prædicationis officium Brittonum innumera multitudo cruces de manu eius aſſumpſerunt, & ſubito aliis peregrinis mari tranſito apud Achon ductore monacho iam dicto peruenerunt: ſed ibi in multis partibus diuiſi rectorem non habentes, nihil ad perfectum duxerunt,

Hoc anno infinitæ nouitates apparuerunt. Apud Roſeum in Bria, in ſacrificio altaris vinum viſibiliter mutatum eſt in ſanguinem, & panis in carnem, In Vermendeſio miles quidam qui mortuus fuerat, reuixit, & multa futura multis poſtmodum prædixit, & poſtea ſine cibo & potu longo tempore vixit. In Gallia circa feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, in nocte, ros de cœlo cadẽs mellitus ſpicas ſegetum infecit, ita quod multi ſpicas in ore ponẽtes, ſaporem mellis manifeſtiſſime pręcipiebant. Orta tẽpeſtate fulmen Pariſiis quendam hominẽ interfecit, & grando ſubita quibuſdã in locis ſegetes lęſit & vineas. Et paucis reuolutis diebus menſe Iulio iterũ facta eſt tẽpeſtas valida, ita quod à Tremblaco vſq; ad Kalam monaſterium, & circa loca adiacentia, ſegetes, vineas & nemora penitus deſtruxit. Lapides enim viſi ſunt de cœlo cadere ad quantitatẽ nucum maiorum, & in quibuſdã locis ad quantitatem ouorũ, &, in [*id*] fama referente, maiores. Rumor popularis Antichriſtũ in Babylonia natũ eſſe dicebat, & finẽ mundi imminere. His tribus pręcedentibus annis, ægra ſeges victũ hominibus negauit, ex nimia pluuiarũ inundatione, & ad tẽporis auaritiã Franciam ſubduxit. Et eodẽ anno menſe Iulio Philippus rex contra omniũ hominũ opinionẽ ipſiuſq; regis edictũ Iudęos Pariſios reduxit, & Eccleſias Dei grauiter perſecutus. Qua de cauſa ſequẽti menſe Septemb. vigilia ſcilicet S. Michaëlis, pœna ſecuta eſt. Rex enim Anglię ex improuiſo rege Francorũ imparato, cũ M. D. militibus armatis, & cotarellis multis, & infinita peditũ armatorum multitudine, Vulcaſſinũ circa Giſortium vaſtauit, & munitionem quandã, quam Corcellas vocãt, deſtruxit, & plures villas campeſtres igne combuſſit, & prædas earum abduxit. Rex vero Philippus nimia inflammatus ira, cum quingentis militibus tantum, ad caſtrum Giſortium tranſire cupiebat: ſed hoſtibus impedientibus, facilis ei tranſitus non patebat. Quo viſo magnanimitatem animi audacia ſuperans, per medias acies hoſtium furibundus irruptionem faciens, & cum paucis militibus contra hoſtes viriliter pugnans, per Dei miſericordiam ſanus euaſit, & vſque Giſortium peruenit, multis de militibus ſuis captis, aliiſque fugatis. In illa vero confectura capti fuerunt viri nominati, Alanus de Ruciaco; Mathias de Marli; Guillelmus de Merloto iuuenis; Philippus de Nantolio & alij plures, quorũ nomina ex nimia animi turbatione ſcribere noluimus. Et ſic rex Angliæ hac vice cum triumpho receſſit, & prædas diuiſit. Rex vero Francorum nimis ſollicitus circa ea quæ facta fuerant, non reducens ad memoriam Dei offenſam, exercitum collegit, & Normanniam ingreſſus, eam vaſtauit vſque ad nouũ Burgum, & vſque ad Pulchrum mõtem Rogerij, & magnas prędas duxit: & ſtatim exercitũ dimiſit, ita qđ vnuſquiſq; ad propria remeauit, quod minus caute actũ populi iudicauerunt. Quo audito rex Anglię paucis diebus ſecutis, cum ſuis Cotarellis, quibus præerat Marchaderius de pago Beluacenſi & de Vulcaſſino magnas prædas duxit. Epiſcopum vero ipſius ciuitatis virũ in armis ſtrenuũ, & Guillermũ de Merloto, vt prędas ab eo excuterent acriter inſequẽtes poſitis

inſidiis cepit,&longo tempore carceri mancipauit. Comes autem Flandriç eo tempote ſanctum Hotmarum cepit.

Philippus Dux Sueuiæ frater Imperatoris Henrici, maximam partem imperij obtinuit: Contra quem Otto Ducis Saxoniæ filius habens coadiutorem regem Angliæ Ricardum auunculum ſuum, Comitemque Flandrenſem, & Archiepiſcopum Colonienſem, Aquiſgrani in regem Germaniæ coronauerunt. Rex autem Francorum Philippus iam dicto Philippo regi Alemanniæ Ducique Sueuiæ confœderatus eſt, ſperans per eum Comitem Flandriæ ſibi ſubiicere, & regi Angliæ facilius poſſe reſiſtere. Dum hæc agerentur Innocentius Papa III. miſit in Franciam legatum Petrum Capuenſem, ſanctæ Mariæ in via Iani diaconum Cardinalem, ad reformandam pacem inter Philippum regem Francorum,& regem Angliæ Ricardum. Veniens autem in Franciam vir venerandus circa natiuitatem Domini, pacē quæ nimis deformata videbatur, reformare non potuit: ſed fide duorum regum interpoſita, quinquennes treugas ad ipſis accepit, quas nunquam per obſides dolis regis Angliæ interuenientibus, confirmate non potuit.

Geſta XIX. anni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini M. C. XCIX. ſexto Idus Aprilis, Ricardus rex Angliæ iuxta Lemouicam ciuitatem grauiter vulneratus occubuit. Obſederat enim caſtrum quoddam quod Calidum lucium de capreolo Lemouicenſes vocant hebdomada paſſionis Dominicæ, occaſione cuiuſdam theſauri, à quodam milite ibidem inuenti, quod ex nimia ambitione à Vicecomite Lemouicenſi inſtantiſſime ſibi reddi petebat. Miles enim qui theſaurum inuenerat, ad ipſum Vicecomitem confugerat. Dum vero rex in obſidione caſtri moram faceret, & per ſingulos dies ipſum caſtrū viriliter impugnaret, baliſtarius quidam ex improuiſo quarello tranſmiſſo, regi Angliæ lethale vulnus intulit, & paucis reuolutis diebus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Sepultus vero quieſcit apud Fontem Ebrardi, in quadam Abbatia monialium, iuxta patrem ſuum. Theſaurus enim prædictus, vt ferebatur, fuerat Imperator quidam de auro puriſſimo cum vxore & filiis & filiabus ad menſam auream reſidentibus, qui poſteris, quo tempore fuerant, certam dabant memoriam. Succeſſit vero regi Ricardo frater eius Iohannes, qui ſine terra dicebatur, coronatus apud Cantuariam ſequenti aſcenſione Domini.

Eo tempore rex Francorum ſtatu rerum ſibi in melius mutato ciuitatem Ebroicum cepit cum circumpoſitis munitionibus, ſcilicet Arliatum & Aqulniacum, & ſuis muniuit hominibus, & totam Normanniam vſq; Cenomannis vaſtauit. Arturius vero adhuc puer Comes Britannici littoris nepos regis Angliæ, cum manu valida fines Andegauenſium ingreſſus, comitatum Andegauenſium cepit, & apud Cenomannis regi Francorum occurrens, hominium fecit, & omnimodam fidelitatem cum matre ſua ſub iuramento firmauit. Dum hæc & alia ibidem agerentur Philippus Comes Namurij, fratre Comitis Flandrenſis captus eſt à Roberto de Beleſio, & ab Euſtachio de noua villa cum duodecim militibus menſe Maio, iuxta caſtrum quod Lentium vocant, & regi Philippo traditus, cum Petro de Doaio clerico, qui multa mala regi machinatus fuerat. Electus vero Cameracenſis captus fuerat ab Hugone Damelencort: pro quo Petrus iam dictus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ legatus, totam Franciam ſub interdicto poſuit. Sed reuolutis tribus menſibus, habito rex ſaniori conſilio Eccleſiæ ſanctæ Petrum prædictum liberum reddidit. Alienordis quondam Angliæ regina apud Turonis Philippo regi fecit hominium pro comitatu Pictauenſium, qui iure hæreditario eum contingebat. Et tunc rex adduxit Arturium ſecum Pariſios v. Kalend. Auguſti. Tertia vero die ſequenti, videlicet III. Kalend. Auguſt. Eccleſiam beati Dionyſij humiliter cauſa peregrinationis adiit, vbi in pignus charitatis & deuotionis pallium ſericum Deo & beatis Martyribus humiliter ſuper altare obtulit. Menſe autem Octobri treugæ ſub iuramento firmatæ ſunt inter duos reges, vſque ad ſequens feſtum ſancti Iohannis. Similiter inter Comitem Flandriæ Balduinum & regem Francorum Philippum.

Eodem anno Henrico Bituricenſis Archiepiſcopus obiit: cui ſucceſſit Guillermus

lermus Abbas Karoli loci. Sequenti vero videlicet menſe Nouembri, Michaël Senonenſis Archiepiſcopus, vir Theologus & Deo placens, migrauit ad Dominum. Cui ſucceſſit Petrus de Corbolio, quondam Innocentij Papæ diſcipulus: per cuius manum & auctoritatem primo Cameracenſem Epiſcopatum, ſecundo Senonenſem meruit obtinere.

Eodem anno menſe Decemb. in feſto S. Nicolai conuocatum eſt Concilium apud Diuionem à Petro prædicto Cardinali, omniū Epiſcoporum, Abbatū & Priorum totius regni. Sed quia cōtra regem Franciæ regnum ipſius ſub interdicto ponere moliebatur, à nuntiis regis ad Romanā ſedem eſt appellatum. Tamen ipſe Cardinalis appellationi non deferens, in eodem loco aſtantibus Epiſcopis vniuerſis, ſententiā protulit, ſed vſq; ad x x. dies poſt Natiuitatem Domini nō eſſe publicandam præcepit. Tranſactis vero x x. diebus à Natiuitate, tota terra regis Francorum interdicto ſubiacuit. Quo audito rex vehementer iratus, quia Epiſcopi ſui interdicto faciendo conſenſerant, ipſos Epiſcopos à propriis ſedibus perturbauit, & canonicos ipſorum ſeu clericos omnibus rebus ſuis expoliatos de terra ſua eiici præcepit, & bona eorum confiſcauit. Presbyteros etiam qui parrochiis manebant, omnes eiecit, & bona eorum diripuit. Ad cumulum vero totius mali, Ingeburgem vxorem ſuam legitimam, reginam ſanctam, omnibus bonis moribus & virtutibus ornatam, omniumque ſuorum ſolatio deſtitutam, apud Stampas in caſtro ſuo recluſit. Aliud etiam addidit, quod totam Franciam turbauit. Milites qui olim ſua libertate gaudere conſueuerant, & homines ipſorum tertiauit, id eſt, tertiam partem omnium bonorum ſuorum eis violenter abſtulit. A Burgenſibus ſuis intolerabiles tallias & exactiones inauditas extorſit.

Geſta XX. anni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini M. C C. menſe Maio in Aſcenſione Domini pax reformata eſt inter regem Francorum Philippum & Iohannem Angliæ regem, inter Vernonem & inſulam Andeliaci. Qualiter aut quomodo inter eos ſit illa pax confirmata, vel terra inter eoſdē fuerit diuiſa, aut authenticis inſtrumentis ab ipſis cōfectis & ſigillatis plenius cōtinetur. Porro ſequenti feria ſecunda, Ludouicus regis Francorū vnigenitus duxit vxorē in eodem loco, Blanchiam filiā Hildefonſi regis Caſtellæ, neptem Iohannis regis Angliæ. Et pro illo matrimonio Iohannes rex Angliæ quitauit omnes munitiones, & ciuitates, & caſtella, & totam terram quam rex Francorū ceperat, Ludouico prædicto & hæredibus ſuis in perpetuū. Et poſt deceſſum ſuum totam terram ciſmarinam, ſi ſine hærede legitimo ipſum mori contingeret, omni contradictione poſtpoſita, eidem Ludouico conceſſit.

Anno Domini M. C C I. in Natiuitate beatæ virginis, Octauianus Oſtienſis & Velletrenſis Epiſcopus venit in Franciā legatus: Per cuius admonitionē Dominus rex Ingeburgem vxorem ſuam in qualemcunq; gratiam recepit, & ſuperinductum ad tēpus à ſe ſeparauit. Tunc vero cōuocatum eſt Concilium Sueſſionis ab Octauiano & Iohanne de S. Paulo presbytero Cardinali Apoſtolicæ ſedis legatis. Cui interfuit Philippus rex cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & totius regni Principibus, menſe Aprili tractatum fuit per x v. dies de matrimonio Ingeburgenſis reginæ confirmando vel ſeparando. Poſt varias & multas diſputationes Iuriſperitorum, rex longa mora tædio affectus, relictis ibi Cardinalibus & Epiſcopis, cum Ingeburge vxore ſua ſummo mane ipſis inſalutatis receſſit: mandans illis per nuncios ſuos, quod vxorem ſuam ſecum ducebat ſicut ſuam, nec ſeparari tunc ab ea volebat. Quo audito, ſolutum eſt Concilium, ſtupefactis Cardinalibus & Epiſcopis qui ad diuortium faciendum conuenerant. Et tunc Iohannes de S. Paulo cum nimia erubeſcentia penitus receſſit. Octauianus autem in Francia remanſit. Et ſic Philippus rex hac vice manus Romanorum euaſit.

Eodem anno IX. Kal. Iun. obiit Theobaldus Comes Trecenſis ætate x x v. an. Et quia hæredem maſculum nō habebat, rex Francorum terrā ipſius recepit ſub tutela & cuſtodia cum vxore & filia vnica quam habebat. Sed poſtea natus ei filius poſthumus. Vxor enim eius prægnans remanſerat.

Eodem anno pridie Kalend. Iunij, Iobannes rex Angliæ venit in Franciam, à rege Philippo honorifice receptus, & in Eccleſia beati Dionyſij cum hymnis & laudibus & proceſſione ſolemni glorioſiſſime collocatus. Poſtea rex Francorum duxit eum Pariſios cum mirabili reuerentia & honore à ciuibus receptum, & in palatio regis cum omnibus rebus ſuis deuotiſſime procuratum. Vina Domini regis omnibus modis fuerunt ei expoſita, & ad bibendum ſibi & ſuis liberaliter conceſſa. Præterea munera pretioſa aurum, argentum, veſteſque varias, dextrarios Hiſpanicos, palafridos, & alia cariſſima dona Philippus rex Iobanni regi Angliæ liberaliter dedit; & ita cum bona pace & dilectione accepta à rege licentia, valedicto, receſſit.

Eodem anno, antequam Octauianus legatus Romam rediret, Maria ſuperinducta, Domino vocante, viam vniuerſæ carnis ingreſſa eſt: de qua rex Francorum ſuſceperat filium nomine Philippum, & filiam nomine Iobannam. Quinque enim annis contra legem & Dei decretum eam habuit & tenuit. Poſt mortem vero ipſius Mariæ ad petitionem regis Francorū, Innocentius Papa tertius infantes prædictos legitimos hæredes eſſe mandauit, & poſtmodum literis ſuis confirmauit. Quod factum eo tempore pluribus diſplicuit.

Eodem anno Philippus rex collecto exercitu apud Sueſſionum venit. Propoſuerat enim vaſtare terram Comitis de Redeſt, & terram Rogeri de Roſeio, qui per tyrannidem ſuam Eccleſias Dei & res earum rapientes, ad mandatum Domini regis, nec per literas, nec per nuntium ad eos deſtinatum, redire volebant. Sed audito regis aduentu, feſtinanter ei occurrerunt. Et datis ſecuritatibus cum iuramentis & obſidibus, quod ablata Eccleſiis pro voluntate regis in integrum reſtituerent, & Domino regi pro offenſa ſatisfacerent: reuerſus eſt rex apud Vernonem, vbi inter Vernonem & inſulam Andeliaci habuit cum rege Angliæ colloquium in hunc modum:

Rex Francorum Iobannem regem Angliæ ſubmonuit ſicut hominem ſuum ligium, quod pro Comitatu Pictauenſi & Andegauenſi, & pro ducatu Aquitaniæ x v. diebus ab Paſcha inſtanti reuolutis Pariſios veniret, ſuper bis quæ rex Francorum aduerſus eum proponeret, ſufficienter reſponſurus. Sed quoniam rex Angliæ ad diem præfixum nec in propria perſona venit, nec reſponſalem ſufficientem mittere voluit, habito rex Francorum cum Principibus & Baronibus ſuis concilio, collecto exercitu Normanniam ingreſſus munitiunculam quandam, quam Botauant vocabant, funditus euertit, deinde Arguellum cepit, & Mortamer, & tandem Gornacum, & totam terram quam Hugo de Gornaco tenebat, potenter ſibi ſubiecit. Et in eodem loco Arturium militem fecit, tradens ei Britanniæ comitatum, qui iure hæreditario eum contingebat, adiiciens comitatum Pictauenſium & Andegauenſium, quos iure armorū ſibi adquireret, & in auxilium c c. ei milites tradidit, cum maxima pecuniæ ſumma. Qua de cauſa rex Arturium perpetuo in hominem ligium accepit, & accepta à rege licentia, menſe Iulio receſſit. Et paucis reuolutis diebus, quia terram regis Angliæ nimis audacter cum paucis intrauerit, rex Angliæ cum infinita multitudine armatorum ex inſperato ſuperueniens Arturium cum ſuis confecit, ipſumq; cum Hugone Bruno & Gaufrido de Laudimiano, & quampluribus aliis militibus cepit. Rex vero Philippus auditis huiuſmodi rumoribus, caſtrum Archarum, quod obſeſſum tenebat, dimiſit, & cum exercitu ſuo Turonis veniens, ipſam ciuitatem cepit & igne combuſſit. Iterum ſuperueniens rex Angliæ cum ſuis, poſt regis Francorum receſſum, eandem ciuitatem cum toto caſtro penitus deſtruxit. Effluxis deinde aliquot diebus, rex Angliæ Vicecomitem Lemouicarum cepit, & ſecum abduxit. Veruntamen Hugo Brunus Vicecomes Toarcenſis, Gaufridus de Laudimiano, & Vicecomes Lemouicenſis homines erant ligij regis Angliæ. Sed quia vxorem ſuam Hugoni Bruno in dolo abſtulerat, filiam ſcilicet Comitis Engoliſmenſis & multa alia mala eidem Pictauenſibus intulerat, à fidelitate eius receſſerant, & regi Francorum ſub iuramento, nec non datis obſidibus confœderati fuerant. Superueniente vero byeme, vterque ſine pace & treuga marchiis munitis, à bello ceſſauit.

In hoc

In hoc loco dignum duximus inſerendum facta memorabilia quæ Barones Francorum, videlicet Balduinus Comes Flandriæ, Ludouicus Comes Bleſenſis, Stephanus Perticenſis, Marchiſius de Monte ferrato, & alij quamplures magni viri & ſtrenui bellatores, qui mortuo inclytæ recordationis rege Angliæ Ricardo, pro liberatione ſanctæ terræ cruces aſſumpſerant, apud Conſtãtinopolim egerunt, aſcito ſibi Duce Venetiarum ſub iuramento cum ſuis Venetianis & Stolio. Vt autẽ rei geſtæ ſeries vobis plenius intimetur, præſenti ſcripto plenius referre curauimus. Tẽporibus noſtris Emmanuel Imperator ſanctiſſimus & omnimoda magnificentia clarus apud Conſtantinopolim imperabat, habens filiũ nomine Alexium: Cui data fuit Agnes in vxorem, filia Ludouici regis Francorũ Chriſtianiſſimi. Quem Alexiũ poſt mortẽ Imperatoris Emmanuelis Androinus patruus ſuus regnandi cupiditate allectus in mari proiectũ extinxit. Agnes vxor ſua in ſancta viduitate ſua remanſit. Androinus vero adepto per tyrannidem imperio, ſeptẽ annis vel paulo minus Imperauit. Tandem Conzerac ex inſperato ſuperueniens ipſum Androinũ in cõplitis viarũ apud Conſtantinopolim ad ſtipitem ligatũ, quaſi ſignum ad ſagittam propter immenſa ſui flagitia fecit ſagittari. Et poſt Conzerac imperauit, habens A. fratrem in armis ſtrenuum, ſed iniquum, cui totam poteſtatem imperij tanquam fratri chariſſimo tradiderat, præter coronam & imperij dignitatẽm. Tandem inſtigante diabolo ambitionis imperandi inuidia permotus, & potẽtioribus imperij per multa & magna donalia ſibi aſcitis, Conzerac Imperatorẽ fratrem ac dominũ ſuum crudeliter excæcauit, & nomen Imperatoris ſibi vſurpare præſumpſit. Excæcati filium excæcari præcepit. Sed per Dei miſericordiam de ſqualore carceris liberatus, elapſus à Græciæ finibus ad ſororem ſuam & Philippum regem Germaniæ ſorotium ſuum in Alemanniam proficiſcens, cuidam de Francis in Italiam veniens, decentiſſimus adoleſcens occurrit. Tandem cum Venetias Franci veniſſent, cõpetentes nuncios prædictus puer deſtinauit, qui patris cauſam & filij lachrymabiliter ꝓponentes multis precibus ſuggerebant, quod ſi patri & filio imperiũ reſtituerent, liberarẽt eos debitis xxx. trium milliũ marchatum argenti, quibus Venetianis tenebantur, nec nõ & pecuniã quam pro naulo dederant: & ipſe puer cum virtute imperij ſui ad liberationem ſanctæ terræ cum illis veniret, & de fiſco ſuo exercitui victualia ſufficienter miniſtraret. Eccleſiã quoq; Conſtantinopolitanam Eccleſiæ Romanæ & Domino Papæ tanquam membrũ capiti ſubderet & vniret. Vocato ergo puero & ab eodem iuramẽto recepto, quod miſſa nuntiorum ſuorum inuiolabiliter obſeruaret, ſtatim viri ſtrenui & fideles cõmittentes ſe ventis & mari cum prædicto puero per medios fluctus maris ſeueriſſime nauigantes apud Conſtantinopolim applicuerunt. Græci autem qui erant de foris Francorum audaciam intuentes & firmam in Domino conſtantiam conſiderantes, ſine congreſſu aliquo fugientes, ſeſe inter vrbis mœnia receperunt. Cum autem per ſeptem dies terra marique vrbem diſtricte & fortiter obſediſſent, & frequenti & vario interueniente conflictu Franci victoriam obtinerent, tandem die octauo Imperator, qui diu latuerat, interius foras egrediens, cum ſexaginta millibus equitum, & infinita peditum armatorum ad dimicandum contra Francos acies ordinauit. Franci autem reſpectu Græcorum pauciſſimi, cum lætitia tamen præſtolabantur congreſſum, quia ſecuriſſime de victoria confidebant. Quorum accendens conſtantiam & audaciam ille proditor & tyrannus, ſtatim cum ſuis fugiens intra muros illico ſe recepit, quod pugnaret in craſtino multis comminationibus aſſeuerans. Sed nocte ſequenti cum vxore & liberis clam aufugit, ſequenti die Franci ciuitatem viriliter impugnauerunt, & per muros cum ſcalis aſcendentes vera laude digniſſimi, infra muros inter Græcos audaciſſime ſe præcipitauerunt, & de Græcis ſtragem non minimam fecerunt. Audiens autem Dux Venetiarum, quod Francos concluſerat Græcorum multitudo & morti exitio dabat illos, ſtatim cum ſuis Veneticis viriliter & potenter cum ſuo ſtolio ad ſuccurrendum Francis venit ad pugnam paratiſſimus. Inter quos ipſe Dux licet ſenex & debilis corpore, fortis tamen & feruens animo intrepide primus galeatus Francis pugnantibus ſe ſe adiunxit. Quod videntes Franci, reſumptis viribus & renouatis ad pugnam acerrime recaleſcentes, fugato imperio proditore

& tyranno cum ſuis fermentariis hæreticis & paruulos noſtros rebaptizantibus, ciuitas Conſtantinopolitana à Francis & Veneticis ſtrenue capitur, pater adoleſcentis è carcere liberatur, ſtatim in palatio dominatur: puer autem potenter introducitur, & tam à clero quam populo dignis ſibi & debitis laudibus exolutis, tam in Eccleſia maiori quã in palatio imperiali diademate pretioſiſſimo ſolẽniter coronatur. Adepto puer imperio filius Conzerac excæcati Frãcos ſine mora à debitis Venetiorum liberat, pretiũ vero nauiũ integerrime ſoluit: exercitui Francorum de fiſco imperiali liberaliter victualia miniſtrauit. Dux Venetiarũ cum ſuis Venetianis iurauerunt Francis ſe exhibituros nauigiũ & ſtoliũ ſeruaturos, promittẽtes ſi Francis Deus benefecerit, quod & ipſi indubitanter ſperabant, nunquam ab ipſis receſſuros, niſi ad plenum confuſis & ſubiugatis hoſtibus Ieſu Chriſti: ad quam ipſi promiſſionem imperiali munificentia ſunt inducti, quibus centum millia marcarum argenti exſoluit pro obſequiis Francis hactenus exhibitis, & poſtmodum exhibendis. Mortuo puero Imperatore in bello, Franci de conſilio Ducis Venetiæ aliorumque Principum cum aſſenſu cleri & populi, Balduinus Comes Flandrenſis in Imperatorem electus eſt, & poſtmodum coronatus. Eccleſia quoque Orientalis tunc ab iſto Imperatore, annuentibus Principibus ſuis & concedentibus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & domino Papæ tanquam membrum capiti ſuo, ſubdita eſt & vnita. Hæc in literis eorum ſcripta vidimus & legimus: maiora & meliora, Deo volente, in terra ſancta in poſterum ab ipſis ſperantes, quomodo vnus perſequetur mille, & duo fugabunt decem millia.

Geſta XXII. anni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini M. CCII. infra XV. dies poſt Paſcha rex Francorum collecto exercitu Aquitaniam intrauit, & adiunctis ſibi in auxilium Pictauenſibus & Britonibus, multas munitiones cepit. Et tunc Philippo regi Comes de Alancione confœderatus eſt, & totam terram ſuam regi tradidit cuſtodiendam. Reuerſus vero in Normanniam cum exercitu ſuo Conchas cepit, & inſulam Andelici, & vallẽ Ruolij. Sed dum hæc in Francia agebantur, Innocentius Papa III. miſit Abbatem de Caſamarij ad regem Francorum & regem Angliæ pro pace inter eos reformanda. Qui de mandato domini Papæ, adiuncto ſibi Abbate Trium fontium, mandatum apoſtolicum vtrique regi propoſuerunt, præcipientes quod conuocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, totiuſque regni Principibus ſalua vtriuſque regis iuſtitia, pacem facerent, & abbatias monachorum ſeu monialium, & alias Eccleſias propter guerras eorum deſtructas ad priſtinum reformarent ſtatum. Audito apud Medontam huiuſmodi mandato in octauis Aſſumptionis beatæ virginis Mariæ à Domino rege appellatione interpoſita conuenientibus Epiſcopis, Abbatibus & Baronibus ad examen ſummi Pontificis, huiuſmodi cauſam reuocauerunt. Vltima die eiuſdem mẽſis rex Franciæ collecto exercitu obſedit Radipontem. Reuolutis vero quindecim diebus erectis in circuitu turribus ligneis ambulatoriis aliiſq; tormentis quamplurimis viriliter impugnauit & cepit. In quo caſtro cepit XX. milites ſtrenuos defenſores, & C. ſeruientes, & XXX. baliſtarios. Reſumptis autem viribus & exercitu reparato, ſequenti menſe Septembri obſedit Guallardum. Erat autem caſtrum fortiſſimum in rupe excelſa à rege Ricardo ſuper fluuium Sequanæ ædificatum iuxta inſulam Andeliaci, in qua obſidione rex Francorum cum exercitu ſuo per quinque menſes & eo amplius moram fecit. Nolebat enim caſtrum impugnare, tum propter hominum ſuorum interfectionem, tum propter murorum & ipſius turris deſtructionem: per famem enim & penuriam victualium interiores ad deditionem cogere volebat. Sed quia fugam ipſorum ſuſpicabatur, circa ipſum caſtrum foſſata fieri cœpit optima, ita quod infra foſſatum illum totus exercitus fixit tentoria, & decẽ turres ligneas in circuitu erexit. Tandem ſuperueniente cathedra ſancti Petri, rex Francorum erectis patrariis & mangonellis, & turre ambulatoria, ſueque lignea acerrime caſtrum impugnari cepit. Interiores vero econtra ſe defendebant, & Francos acriter repellebant. Effluxis autem XV. diebus pridie Nonas Martij ruptis muris & cõfractis, cum maxima pugna prædictum caſtrum Franci ceperunt. Vbi capti

fuerunt

fuerunt XXXVI. milites viri illuſtres & ſtrenui defenſores. Quatuor vero milites in ipſa obſidione mortui fuerant.

Anno Domini M. CCIII. Philippus rex Francorum collecto exercitu Normanniam intrauit, VI. Nonas Maij & Faleſiam caſtrum ſcilicet fortiſſimum & Dominofrontem, & vicum opulẽtiſſimum quem vulgus Cadumium vocat, cepit cum omni terra circumpoſita, vſque ad montem S. Michaelis in periculo maris ſuo ſubiecit dominatui. Poſtea Normanni à rege veniam petentes, tradiderunt ei ciuitates quas ipſi cuſtodiebant; videlicet Conſtancias, Baiocas, Luxouium, Abriocas, cum caſtellis & ſuburbiis. Nam Vagium & Ebroicum iam ceperat. Nihil enim de tota Normannia remanebat, præter Rothomagum ciuitatem opulentiſſimam viris nobilibus refertam, caput ſcilicet Normanniæ totius. Vernolium & Archas oppida muniſſima & ſitu loci fortiſſima, ſtrenuis bellatoribus munita. Reuerſus autẽ rex à Cadumio prius ciuitatibus & caſtellis munitis obſedit Rothomagum. Videntes autem Normanni quod defendere ſe non poterant, nec à rege Angliæ ſuccurſum præſtolabantur, tamen habito ſaniori conſilio ad cautelam & fidelitatem regi Angliæ conſeruandam inducias impugnandi ciuitatẽ Vernolium & Archas, caſtra ſcilicet quæ cum Rothomagenſibus fuerant cõiurata XXX dierum à rege Francorum humiliter petierunt; videlicet vſq; ad ſequens feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, vt interim nuncios ſuos ad regem Angliæ mittere poſſent, rogantes quod ſuccurſum eis in tam arcto poſitis dignaretur pręſtare: Sin autem ſe & ſua, ciuitatem [*ſuam ciuitatem*,] & caſtra prædicta victorioſiſſimo Philippo Francorum regi datis obſidibus LX. filiis Burgenſium Rothomagenſium ex condicto tradere tenebantur. Superueniente vero S. Iohannis feſtiuitate, nullum à rege Angliæ ſuccurſum accipientes, Rothomagum ciuitatem opulentiſſimam totius Normanniæ caput & principatum, cum duobus caſtellis prædictis regi Francorum, ſicut promiſerant, ſine contradictione tradiderunt. Hanc autem ciuitatem cum tota Normãnia per CCCXVI. annos prædeceſſores ſui, ſcilicet reges Francorum non habuerant, à tempore Caroli ſimplicis, cui Rollo Danus cum ſuis paganis ſuperueniens, iure armorum abſtulerat,

Sequenti vero tempore in feſto S. Laurentij, Philippus rex collecto exercitu Aquitaniam ingreſſus, ciuitatem Pictauis cum omni terra circũpoſita, caſtellis ſcilicet, vicis & villis recepit, & Barones illius terræ ei fidelitatem fecerunt, ſicut Domino ſuo ligio facere conſueuerant. Rupellam vero & Chinonium & Lochas tunc ſuperueniente hyeme dimiſit, & circa Lochas & Chinonium poſita obſidione in Franciam reuerſus eſt.

Superueniente vero Paſchali ſolemnitate anno Domini M. CCIIII. Philippus rex vocauit Comites, Duces, & magiſtratus virtutis Francorum, & conuocauit multa millia peditum pugnatorum, & equites ſagittarios dinumerauit, & omnem expeditionem militum præire fecit cum his quæ exercitibus victui ſufficerent copioſe. Et profectus venit apud Lochas cum quadrigis & equitibus & ſagittariis & innumerabili tormentorum apparatu: & erectis in circuitu machinis, viriliter caſtrũ impugnauit & cepit. In quo viros pugnatores, milites & ſeruientes circiter centum & viginti, cepit; caſtrum vero Drogoni de Merloto dedit præſtita fidelitate, & caſtro munito, deinde totum exercitum apud Chinonium direxit, & fixit ibi tentoria cum maximo apparatu tormentorum. Paucis elapſis diebus caſtrum potẽter impugnauit & cepit. Milites autẽ baliſtarios & pedites non paucos fortiſſimos defenſores in eodem præſidio captos apud Compendium carceri mancipauit. Prædictum vero caſtrum fortius reædificari fecit, & poſitis ibi cuſtodibus Philippus rex Auguſtus reuerſus eſt in Franciam, circa feſtum S. Iohannis Baptiſtæ.

Anno Domini M. CCV. Philippus rex Francorum in pignus charitatis & dilectionis Eccleſiæ beati Dionyſij Areopagitæ contulit pretioſiſſimas reliquias; quas Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus de ſancta capella Imperatorum, quam os leonis vocant, cum timore & reuerentia pręmiſſis ieiuniis & orationibus acceperat, ſcilicet de ſancta cruce, in qua Saluator mundi pependit, ad quantitatem vnius pedis in longum, in groſſum quantum aliquis claudere manu poteſt iuncto pollici indice: de capillis Domini noſtri Ieſu Chriſti pueri: de ſpinea corona Domini

& tyranno cum ſuis fermentariis hæreticis & paruulos noſtros rebaptizantibus, ciuitas Conſtantinopolitana à Francis & Veneticis ſtrenue capitur, pater adoleſcentis è carcere liberatur, ſtatim in palatio dominatur: puer autem potenter introducitur, & tam à clero quam populo dignis ſibi & debitis laudibus exolutis, tam in Eccleſia maiori quā in palatio imperiali diademate pretioſiſſimo ſolēniter coronatur. Adepto puer imperio filius Conzerac excæcati Frācos ſine mora à debitis Venetiorum liberat, pretiū vero nauiū integerrime ſoluit: exercitui Francorum de fiſco imperiali liberaliter victualia miniſtrauit. Dux Venetiarū cum ſuis Venetianis iurauerunt Francis ſe exhibituros nauigiū & ſtoliū ſeruaturos, promittētes ſi Francis Deus benefecerit, quod & ipſi indubitanter ſperabant, nunquam ab ipſis receſſuros, niſi ad plenum confuſis & ſubiugatis hoſtibus Ieſu Chriſti: ad quam ipſi promiſſionem imperiali munificentia ſunt inducti, quibus centum millia marcarum argenti exſoluit pro obſequiis Francis hactenus exhibitis, & poſtmodum exhibendis. Mortuo puero Imperatore in bello, Franci de conſilio Ducis Venetiæ aliorumque Principum cum aſſenſu cleri & populi, Balduinus Comes Flandrenſis in Imperatorem electus eſt, & poſtmodum coronatus. Eccleſia quoque Orientalis tunc ab iſto Imperatore, annuentibus Principibus ſuis & concedentibus, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ & domino Papæ tanquam membrum capiti ſuo, ſubdita eſt & vnita. Hæc in literis eorum ſcripta vidimus & legimus: maiora & meliora, Deo volente, in terra ſancta in poſterum ab ipſis ſperantes, quomodo vnus perſequetur mille, & duo fugabunt decem millia.

Geſta XXII. anni Philippi Francorum Regis.

ANNO Domini M. CCII. infra XV. dies poſt Paſcha rex Francorum collecto exercitu Aquitaniam intrauit, & adiunctis ſibi in auxilium Pictauenſibus & Britonibus, multas munitiones cepit. Et tunc Philippo regi Comes de Alancione confœderatus eſt, & totam terram ſuam regi tradidit cuſtodiendam. Reuerſus vero in Normanniam cum exercitu ſuo Conchas cepit, & inſulam Andelici, & vallē Ruolij. Sed dum hæc in Francia agebantur, Innocentius Papa III. miſit Abbatem de Caſamarij ad regem Francorum & regem Angliæ pro pace inter eos reformanda. Qui de mandato domini Papæ, adiuncto ſibi Abbate Trium fontium, mandatum apoſtolicum vtrique regi propoſuerunt, præcipientes quod conuocatis Archiepiſcopis, Epiſcopis, totiuſque regni Principibus ſalua vtriuſque regis iuſtitia, pacem facerent, & abbatias monachorum ſeu monialium, & alias Eccleſias propter guerras eorum deſtructas ad priſtinum reformarent ſtatum. Audito apud Medontam huiuſmodi mandato in octauis Aſſumptionis beatæ virginis Mariæ à Domino rege appellatione interpoſita conuenientibus Epiſcopis, Abbatibus & Baronibus ad examen ſummi Pontificis, huiuſmodi cauſam reuocauerunt. Vltima die eiuſdem mēſis rex Franciæ collecto exercitu obſedit Radipontem. Reuolutis vero quindecim diebus erectis in circuitu turribus ligneis ambulatoriis aliiſq; tormentis quampluribus viriliter impugnauit & cepit. In quo caſtro cepit XX. milites ſtrenuos defenſores, & C. ſeruientes, & XXX. baliſtarios. Reſumptis autem viribus & exercitu reparato, ſequenti menſe Septembri obſedit Guallardum. Erat autem caſtrum fortiſſimum in rupe excelſa à rege Ricardo ſuper fluuium Sequanæ ædificatum iuxta inſulam Andeliaci, in qua obſidione rex Francorum cum exercitu ſuo per quinque menſes & eo amplius moram fecit. Nolebat enim caſtrum impugnare, tum propter hominum ſuorum interfectionem, tum propter murorum & ipſius turris deſtructionem: per famem enim & penuriam victualium interiores ad deditionem cogere volebat. Sed quia fugam ipſorum ſuſpicabatur, circa ipſum caſtrum foſſata fieri cœpit optima, ita quod infra foſſatum illum totus exercitus fixit tentoria, & decē turres ligneas in circuitu erexit. Tandem ſuperueniente cathedra ſancti Petri, rex Francorum erectis patrariis & mangonellis, & turre ambulatoria, ſueque lignea acerrime caſtrum impugnari cepit. Interiores vero econtra ſe defendebant, & Francos acriter repellebant. Effluxis autem XV. diebus pridie Nonas Martij ruptis muris & cōfractis, cum maxima pugna prædictum caſtrum Franci ceperunt. Vbi capti

fuerunt XXXVI. milites viri illuſtres & ſtrenui defenſores. Quatuor vero milites in ipſa obſidione mortui fuerant.

Anno Domini M. CCIII. Philippus rex Francorum collecto exercitu Normanniam intranit, VI. Nonas Maij & Faleſiam caſtrum ſcilicet fortiſſimum & Domino frontem, & vicum opulētiſſimum quem vulgus Cadumium vocat, cepit cum omni terra circumpoſita, vſque ad montem S. Michaelis in periculo maris ſuo ſubiecit dominatui. Poſtea Normanni à rege veniam petentes, tradiderunt ei ciuitates quas ipſi cuſtodiebant; videlicet Conſtancias, Baiocas, Luxouium, Abrincas, cum caſtellis & ſuburbiis. Nam Vagium & Ebroicum iam ceperat. Nihil enim de tota Normannia remanebat, præter Rothomagum ciuitatem opulentiſſimam viris nobilibus refertam, caput ſcilicet Normanniæ totius. Vernolium & Archas oppida munitiſſima & ſitu loci fortiſſima, ſtrenuis bellatoribus munita. Reuerſus autē rex à Cadumio prius ciuitatibus & caſtellis munitis obſedit Rothomagum. Videntes autem Normanni quod defendere ſe non poterant, nec à rege Angliæ ſuccurſum præſtolabantur, tamen habito ſaniori conſilio ad cautelam & fidelitatem regi Angliæ conſeruandam inducias impugnandi ciuitatē Vernolium & Archas, caſtra ſcilicet quæ cum Rothomagenſibus fuerant cōiurata XXX dierum à rege Francorum humiliter petierunt: videlicet vſq; ad ſequens feſtum S. Iohannis Baptiſtæ, vt interim nuncios ſuos ad regem Angliæ mittere poſſent, rogantes quod ſuccurſum eis in tam arcto poſitis dignaretur pręſtare: Sin autem ſe & ſua, ciuitatem [*ſuam ciuitatem*,] & caſtra prædicta victorioſiſſimo Philippo Francorum regi datis obſidibus LX. filiis Burgenſium Rothomagenſium ex condicto tradere tenebantur. Superueniente vero S. Iohannis feſtiuitate, nullum à rege Angliæ ſuccurſum accipientes, Rothomagum ciuitatem opulentiſſimam totius Normanniæ caput & principatum, cum duobus caſtellis prædictis regi Francorum, ſicut promiſerant, ſine contradictione tradiderunt. Hanc autem ciuitatem cum tota Normānia per CCCXVI. annos prædeceſſores ſui, ſcilicet reges Francorum non habuerant, à tempore Caroli ſimplicis, cui Rollo Danus cum ſuis paganis ſuperueniens, iure armorum abſtulerat.

Sequenti vero tempore in feſto S. Laurentij, Philippus rex collecto exercitu Aquitaniam ingreſſus, ciuitatem Pictauis cum omni terra circūpoſita, caſtellis ſcilicet, vicis & villis recepit, & Barones illius terræ ei fidelitatem fecerunt, ſicut Domino ſuo ligio facere conſueuerant. Rupellam vero & Chinonium & Lochas tunc ſuperueniente hyeme dimiſit, & circa Lochas & Chinonium poſita obſidione in Franciam reuerſus eſt.

Superueniente vero Paſchali ſolemnitate anno Domini M. CCIIII. Philippus rex vocauit Comites, Duces, & magiſtratus virtutis Francorum, & conuocauit multa millia peditum pugnatorum, & equites ſagittarios dinumerauit, & omnem expeditionem militum præire fecit cum his quæ exercitibus victui ſufficerent copioſe. Et profectus venit apud Lochas cum quadrigis & equitibus & ſagittariis & innumerabili tormentorum apparatu: & erectis in circuitu machinis, viriliter caſtrū impugnauit & cepit. In quo viros pugnatores, milites & ſeruientes circiter centum & viginti, cepit: caſtrum vero Drogoni de Merloto dedit præſtita fidelitate, & caſtro munito, deinde totum exercitum apud Chinonium direxit, & fixit ibi tentoria cum maximo apparatu tormentorum. Paucis elapſis diebus caſtrum potēter impugnauit & cepit. Milites autē baliſtarios & pedites non paucos fortiſſimos defenſores in eodem præſidio captos apud Compendium carceri mancipauit. Prædictum vero caſtrum fortius reædificari fecit, & poſitis ibi cuſtodibus Philippus rex Auguſtus reuerſus eſt in Franciam, circa feſtum S. Iohannis Baptiſtæ.

Anno Domini M. CCV. Philippus rex Francorum in pignus charitatis & dilectionis Eccleſiæ beati Dionyſij Areopagitæ contulit pretioſiſſimas reliquias; quas Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus de ſancta capella Imperatorum, quam os leonis vocant, cum timore & reuerentia pręmiſſis ieiuniis & orationibus acceperat, ſcilicet de ſancta cruce, in qua Saluator mundi pependit, ad quantitatem vnius pedis in longum, in groſſum quantum aliquis claudere manu poteſt iuncto pollici indice: de capillis Domini noſtri Ieſu Chriſti pueri: de ſpinea corona Domini

ſpinam vnam, coſtam vnam S. Philippi Apoſtoli, cum vno dente ipſius. De pãno lineo albo, in quo inuolutus fuit Saluator in præſepio. De purpureo indumẽto ipſius. crux in vaſe aureo cum gemmis precioſis ornamento poſita eſt ad quantitatem eius facto. Aliæ reliquiæ prædictæ poſitæ habentur in alio vaſe aureo. Omnes reliquias prædictas Chriſtianiſſimus rex Francorum Henrico Abbati beati Dionyſij propria manu in Pariſiis tradidit VII. Id. Iunij: quas prędictus Abbas cum gaudio lachrymarum pleno accipiens, regali munificẽtia exhilaratus pſalmos cum orationibus pſallendo, vſq; in dictum venit. Vbi proceſſio monachorum beati Dionyſij, albis & capis ſericis induti, nudis pedibus cum vniuerſo clero & populo obuiam occurrit. Et data in eodem loco cum reliquiis benedictione cum hymnis & laudibus, pulſantibus cãpanis vniuerſis in Eccleſia ter beati Dionyſij ſuper corpora ſanctorũ Martyrũ in vaſis maioribus auro puro & lapidibus pretioſis tectis cum capite ipſius pretioſiſſimi martyris Dionyſij & ſcapula S. Iohannis Baptiſtæ habentur reconditæ. Per omnia benedictus Deus, qui mihi ſeruo ſuo licet indigno & fragili peccatori fere in ſenio iam exiſtenti, diuina pietas videre conceſſit.

Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexto, pridie Calendas Martij, fuit eclipſis ſolis particularis hora ſexta diei, in XVI. gradu piſcium. Sequenti vero menſe Iunio pridie Nonas eiuſdem obiit Ala regina mater ſæpe nominati Francorum regis apud Pariſium, poſtea vero ſepulta apud Pontiniacum in Burgundia, iuxta patrem ſuum Theobaldum Comitem Trecenſem & Bleſenſem, qui prædictam Abbatiam fundauerat, vt relatu multorum didicimus.

Eodem anno menſe Iunio iterum Philippus rex collecto exercitu Pictauiã intrauit, audito quod Iohãnes rex Angliæ apud Rupellam cum exercitu valido applicuerat. Quo tempore Ludouicus regis Philippi vnigenitus Aurelianis aliquantulũ temporis ægrotauit, ſed per Dei miſericordiam cito conualuit. Rex vero Philippus exercitũ ſuum apud Chinonium duxit, & ciuitatem Pictauis muniuit. Laudunũ & Mirabellũ, & alia quæ ibi habebat, poſitis ſufficienter militibus & ſeruientibus, Pariſios rediit. Iohannes vero rex Angliæ ciuitatem Andegauis cepit & totam deſtruxit. Vicecomes Toarcenſis à fidelitate regis Francorum recedens, regi Anglię confœderatus eſt. Quo audito rex Francorum cum exercitu valido in Pictauiam reuerſus eſt. Et ordinatis aciebus quaſi ad pugnandum, rege Angliæ apud Toarcum exiſtente, terram illius dicti vicecomitis deſtruxit. Tandem à feſto omnium Sanctorum vſq; ad duos annos datis treugis Philippus rex in Franciam, Iohannes vero reuerſus eſt in Angliam.

Eodem an. menſe Decemb. peccatis hominum exigentibus tanta aquarum & fluminum inundatio facta eſt, quanta ab hominibus illius temporis nunquã viſa vel audita à prædeceſſoribus fuerat Pariſiis. Tres arcus parui pontis fregit, & quamplures domos ibidem euertit, & infinita damna multis in locis intulit. Qua de cauſa conuentus beati Dionyſij cum Abbate ſuo Henrico & vniuerſo clero & populo proceſſionem nudis pedibus faciens cum clauo & ſpinea corona Domini & ſacratiſſimo ligno crucis Dominicæ, aquis benedixit. Peracta vero benedictione cum multiplici lachrymarum effuſione, ſtatim aquæ cœperunt diminui. Per omnia benedictus Deus, qui ſaluat ſperantes in ſe.

Anno Domini M. CC VII. Philippus rex collecto exercitu Aquitaniam introiuit, & terram vicecomitis Toarcenſis vaſtauit, Partenacũ cepit, & alias quamplures circumpoſitas munitiones euertit, & quaſdam munitas ſub cuſtodia mareſcalli ſui & Guillermi de rupibus reliquit, rex vero Pariſios reuerſus eſt.

Sequenti anno, videlicet M. CC VIII. Odo Pariſiis Epiſcopus obiit III. Id. Iul. Cui ſucceſſit Petrus theſaurarius Turonẽſis. Eo anno mareſcallus prędictus & Guillermus de rupibus collectis fere trecentis militibus vicecomitẽ Toarcenſem & Sauaricũ de Maloleone qui cũ manu valida terras regis intrauerant, & magnas prædas ducebant, ex improuiſo ſuperuenientes cõfecerunt. In qua cõfectura capti ſunt XL. milites Pictauẽſes & eo amplius, videlicet Hugo de Toarcio frater vicecomitis: Haimericus de Liſianno filius vicecomitis, Portaclea & quamplures alij ſtrenui bellatores, quorũ nomina ſcribere noluimus. Hos omnes Domino regi Francorũ Pariſios ſub

ſios ſub diligenti cuſtodia captos miſerunt. Demum datis treugis à bello quieuerunt.

Eodem anno quidam Comes Palatinus, qui eorum lingua Landanga vocabatur, id eſt, Comes Palatij, Philippum Romanum Imperatorem interfecit. Quo mortuo Otho filius Ducis Saxoniæ per induſtriam & authoritatem Innocentij Papæ imperium obtinere nitebatur.

Eodem anno Innocentius Papa III. miſit legatum in Franciam Gual. tituli Sanctæ Mariæ in porticu diaconum Cardinalem, iuriſperitum, bonis moribus ornatum, omnium Eccleſiarum viſitatorem diligentiſſimum, Eccleſiæ beati Dionyſij beneuolum & deuotum. His temporibus Innocētius Papa ſcripſit regi Francorum Philippo, & omnibus Principibus regni ſui, mandans & pręcipiens, quod cū magno exercitu terram Tholoſanam & Albigenſem & Cadurcium & partes Narbonenſium & Biterrenſium, & alias multas adiacentes, ſicut viri catholici & fideles Ieſu Chriſti inuaderent, & omnes hæreticos qui terras illas occupauerant, delerent. Et ſi in via vel bellando contra illos morte intercipiuntur, idem Papa ex parte Dei & auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſua, ab omnibus peccatis natiuitatis ſuæ contractis, de quibus confeſſi fuerint, & pœnitentiam non egerint, abſoluit.

Regnante Francorum rege Philippo magnanimo Ludouici Pij filio, anno eiuſdem regni XXVIII. ab incarnatione Domini M.CCIX. acceſſit ad Philippum regem Francorum Incbellus de Mediana vir nobilis & fidelis deferens ei querimoniam de eo quod quidam firmauerunt in caſtrum quoddam in quadam rupe excelſa, cui nomen erat Duarplie, quod ſonat ex Britannico in Latinum, mollis plica ſiue ſuper plicam, eo quod ſit ſuper ſinum maris, vel quia ibi molliter plicatur refluxus maris, in Septentrionali latere Britanniæ minoris, quæ Armorica dicitur ab antiquo ſupra mare, vnde patebat facilis tranſitus in maiorem Britanniam, quæ nunc Anglia nuncupatur. Munierant enim caſtrum illud armis, hominibus & victualibus, & machinis bellicis, & recipiebant in eo Anglicos inimicos regni & damnificabant circumadiacentem prouinciam. Ad eiuſdem ergo Zuchelli inſtantiam rex Philippus congregauit exercitum apud Medontam caſtrum, & miſſo cum Comite ſancti Pauli & prædicto Zuchello exercitu, expugnauit viriliter caſtrum & vi cepit, & muniuit ſuis fidelibus & tradidit dicto Zuchello.

Cum omnes Barones & Epiſcopi vocati ad hunc exercitum conueniſſent apud Medontam, & miſiſſent ad mandatum regis homines ſuos prout debebant in expeditionem illam . . . Aurelianen. & . . . Altiſiodor. Epiſcopi cum militibus ſuis ad propria ſunt reuerſi, dicentes ſe non teneri ire vel mittere in exercitum, niſi quando rex ipſe perſonaliter proficiſcitur. Et cum nullo ad hoc priuilegio ſe tueri poſſent, generali conſuetudine contra eos faciente, petiit rex vt hoc emendarent. Ipſis autem emendare nolentibus, rex eorum legalia confiſcauit, ſcilicet ea tamen [*tantum*] temporalia quæ ab eo feodaliter tenebant, decimas & alia ſpiritualia eis in pace dimittens. Ipſe enim rex Chriſtianiſſimus ſemper timebat offendere Eccleſiam Dei & eius miniſtros. Ipſis ergo terram & homines regis interdicentibus, & ad Romanam curiam mittentibus, & in propriis perſonis accedentibus, domino Papa Innocentio tertio, conſuetudines & iura regni nolente infringere, aut in aliquo reuocare, emenda tandem facta & regi ſoluta poſt duos annos recuperauerunt omnia, quæ à rege fuerant confiſcata.

In diebus illis ſtudium literarum florebat Pariſiis, nec legimus tantam aliquando fuiſſe ſcholarium frequentiam Athenis vel Ægypti, vel in quahbet parte mundi, quanta locum prædictum ſtudendi gratia incolebat. Quod non ſolum fiebat propter loci illius admirabilem amœnitatem & bonorum omnium ſuperabundantem affluentiam; ſed etiam propter libertatem, & ſpecialem prærogatiuam defenſionis, quam Philippus rex & pater eius ante ipſum ipſis ſcholaribus impendebant. Cum itaque in eadem nobiliſſima ciuitate non modo de triuio & quadriuio, verum & de quæſtionibus iuris Canonici & Ciuilis, & de ea facultate quæ de ſanandis corporibus, & ſanitatibus conſeruandis ſcripta eſt plena & perfecta in-

ueniretur doctrina. Fetuentiori tamen deſiderio ſacram paginam & quæſtiones Theologicas docebantur. Fuit igitur in eadem ſacra facultate ſtudens quidam clericus Almaricus nomine, de territorio Carnotenſi, villa quæ Bena dicitur oriundus, qui cum in arte logica peritus eſſet, & ſcholas de arte illa, & de aliis artibus liberalibus diu rexiſſet, tranſtulit ſe ad ſacram paginam excolendam: ſemper tamen ſuum per ſe modum docendi & diſcendi habuit, & opinionem priuatam & iudicium quaſi ſectum & ab aliis ſeparatum. Vnde & in ipſa Theologia auſus eſt conſtanter aſſeuerare, quod quilibet Chriſtianus teneatur credere ſe eſſe membrum Chriſti, nec aliquem poſſe ſaluari qui hoc non crederet, non minus quam ſi nõ crederet Chriſtum eſſe natum & paſſum, vel alios fidei articulos; inter quos articulos ipſe hoc ipſum audacter audebat dicere annumerandũ eſſe. Cum igitur in hoc ei ab omnibus catholicis vniuerſaliter contradiceretur, de neceſſitate acceſſit ad ſummũ Pontificem; qui audita eius propoſitione & vniuerſitatis ſcholarium contradictione, ſententiauit contra ipſum. Rediit ergo Pariſios & compellitur ab Vniuerſitate confiteri ore, quod in contrariũ prædictæ opinioni ſuę ſentiret, ore dico, quia corde nunquam diſſenſit. Tædio ergo & indignatione affectus, vt dicitur, ægrotauit, & lecto incumbens deceſſit in breui, & ſepultus eſt iuxta monaſteriũ S. Martini de Campis. Poſt mortem eius ſurrexerunt quidam venenoſa eius doctrina infecti, qui eo ſubtilius plus quam oportet ſapere ſapientes ad exſufflandum Chriſtum, & ad euacuandum noui Teſtamenti ſacramenta, nouos & inauditos errores & inuentiones diabolicas confixerunt. Inter alios eorum errores impudenter aſtruere nitebantur, quod poteſtas patris durauit quandiu viguit lex Moſaica. Et quia ſcriptum eſt: Nouis ſuperuenientibus abiicientur vetera, poſtquam Chriſtus venit, aboleuerunt omnia Teſtamenti veteris ſacramenta, & viguit noua lex vſque ad illud tempus. In hoc ergo tempore dicebant Teſtamenti noui ſacramenta finem habere & tempus ſancti Spiritus incepiſſe, quo dicebat confeſſionem, baptiſmum, euchariſtiam & alia ſine quibus ſalus haberi nõ poteſt, locum de cetero non habere, ſed vnũquemq; tantum per gratiam Spiritus ſancti interius ſine actu aliquo exteriori inſpiratam ſaluari poſſe charitatis virtutem ſic ampliabant, vt id quod alias peccatum eſſet, ſi in virtute fieret charitatis, dicerent iam non eſſe peccatum. Vnde & ſtupra & adulteria & alias corporis voluptates in charitatis nomine committebant. Mulieribus cum quibus peccabant, & ſimplicibus quos decipiebant impunitatem peccati promittentes, Dominum tantummodo bonum & non iuſtum prædicantes. Fama huiuſmodi peruenit occulte ad viros venerabiles Petrum Pariſienſem Epiſcopũ & fratrem Garinum regis Philippi conſiliariũ, qui miſſo clam magiſtro Rad. de Nemurcio clerico, diligenter inquiri fecerunt huius ſectæ viros. Idem Rad. articuloſus & aſtutus & vere catholicus ſic miſſus, imitabili modo fingebat ſe eſſe de ſecta eorum cum ad ſingulos veniebat; & illi reuelabant ei ſecreta ſua tanquã ſuæ ſectæ participi vt putabant. Et ita huius ſectę plures ſacerdotes, clerici & laici ac mulieres diutius latẽtes prout Domino placuit, tandem detecti, & capti, & Pariſios adducti, & in Concilio ibidẽ congregato conuicti & condemnati, & ab ordinibus in quibus erant, degradati, traditi fuerũt curiæ Philippi regis, qui tanquã rex Chriſtianiſſimus & catholicus vocatis apparitoribus fecit omnes cremari, & cremati ſunt Pariſiis extra portã in loco qui nuncupatur Campellus. Mulieribus autẽ & aliis ſimplicibus qui per maiores corrupti fuerant & decepti, pepercerunt. Prædictũ autem hæreſiarchã Amalricũ, quia plane cõſtitit ſectam illam ab eo originem habuiſſe, licet in pace Eccleſiæ, vt putabatur, ſepultus fuiſſet, ab vniuerſo Concilio etiam poſt mortem excommunicatus fuit & condemnatus, & à cœmiterio ſacro eiectus, & oſſa ac cinis eius per ſterquilinia ſunt diſperſa. Benedictus Deus per omnia.

In diebus illis legebantur Pariſiis libelli quidam ab Ariſtotele, vt dicebantur, cõpoſiti, qui docebant metaphyſicam delati nouo à Conſtantinopoli, & à Gręco in latinum tranſlati, qui quoniam non ſolum prędictæ hæreſi ſententiis ſubtilibus occaſionem præbebant, imo & aliis nondum inuentis præbere poterãt, iuſſi ſunt omnes comburi, & ſub pœna excommunicationis cautum eſt in eodem Concilio, ne quis eos de cetero ſcribere, legere præſumeret, vel quocunque modo habere.

Poſt

Poſthæc Comes Guido Aluerniæ multis multas iniurias irrogabat, multęq; de eius intolerantia ad aures Philippi regis magnanimi querimoniæ, qui correptus à rege per literas & per nuncios increpatus, non deſtitit à ſæuis actibus, immo in Dei Eccleſiam manum iniiciens, quoddam regale monaſterium violenter deſtruxit & Epiſcopum Claromontenſem cepit. Quod cum audiſſet rex qui hanc ſibi virtutem quaſi innata conſuetudine ſpecialiter approprians, vt Eccleſiarum iniurias nunquam dimitteret impunitas congregato exercitu.

Anno ab incarnatione Domini M.CCX. Innocentius Papa III. contra volūtatem Philippi regis Francorum, & contradicentibus pro maxima parte Romanis, imo & multis de magnatibus imperij non aſſentientibus coronauit Romę Imperatorem Othonem filium Ducis Saxoniæ; cuius pater, ſcilicet Dux Saxoniæ de crimine læſæ maieſtatis conuictus à Frederico Imperatore & vniuerſo Baronum imperij iudicio damnatus, & à ducatu in perpetuum fuerat eiectus. Exegit tamen Papa ab eo in ipſa coronatione iuſiurandum de patrimonio & iure beati Petri indemniter ei & Eccleſiæ Romanæ in pace dimittendo, & cōtra quoslibet defendendo. Recepto itaq; iureiurando, & inſtrumentis publicis ſuper hoc confectis, & imperiali charactere confirmatis, eodem die quo coronam ſuſcepit contra iuramentum temere veniens, ſignificauit Papæ ſe non poſſe ei dimittere caſtra quæ ab anteceſſoribus ſuis aliquibus temporibus fuerant poſſeſſa. Propter hoc, & propter quaſdam expenſas quas Romani ab Imperatore ex debito petebant, & propter quaſdam iniurias quas Romanis Theutonici irrogabant, orta fuit inter eos diſcordia, & confligerunt Romani cum eis & multi de Theutonicis occiſi ſunt, & plurimum damnificati, adeo vt cum de damnis ſibi reſarciendis ageret, poſtea Imperator cum Romanis diceret ſe in illo bello mille centum equos amiſiſſe, præter homines occiſos & alia damna. Rediens inde Imperator ſicut dudum in animo conceperat, occupauit caſtra & munitiones quæ erant iuris beati Petri aqua pendens, Radicoſonum, Sanctum Quircum, Montem Flaſconis, & fere totam Romaniam. Et inde tranſiens in Apuliam, oppugnauit terram Frederici filij Henrici Imperatoris, & cepit ciuitates multas & caſtella in regno Apuliæ, quod totum eſt de patrimonio & feudo beati Petri. Miſſis itaque nuntiis & legationibus cum nullo modo vellet Imperator ea quæ occupauerat, reſignare, imo & Romipetas faciebat à ſuis viſpilionibus, quos in caſtris poſuerat, ſpoliari. Dominus Papa communicato fratrum conſilio, excommunicationis in ipſum ſententiam promulgauit. Et cum nec reſipiſcere voluiſſet, immo magis ac magis res Eccleſiæ occuparet, & iter Romipetarum impediret, cum creſcente contumacia creſcere debeat & pœna, abſoluit Papa omnes ſubditos eius ab ipſius fidelitate, ſub interminatione anathematis inhibens, ne quis eum haberet vel nominaret eum Imperatorem. Et ita receſſerunt ab eo Landegranius Thuringiæ, & Mogūtinus Archiepiſcopus, & Treuerenſis Archiepiſcopus, Dux Auſtriæ, & Rex Boëmiæ, & multi alij tam ſeculares quam Eccleſiaſticæ perſonæ.

Anno igitur ab incarnatione Domini M.CCXI. iidem Barones Alemanniæ mediante conſilio Philippi regis Franciæ, elegerunt Fredericum filium Henrici Imperatoris, rogantes Papam, vt electionem eius confirmaret. Qui licet hoc bene vellet, tamen diſſimulauit, quia Romana Eccleſia ſemper grauitatem obſeruare, & noua non niſi cum difficultate & maturitate concedere cōſueuit, & quia progeniem illam non amabat. Idem itaque Fredericus de conſilio regis Francorum vocatus à Baronibus nauigio venit Romam, & honorifice receptus eſt à ſummo Pontifice & à Romanis. Inde diſcedens per mare venit Ianuam, & ibidem cum maximo gaudio & honore receptus adiuuante Bonifacio marchione Montis ferrati & ciuibus Papienſibus, & Cremonenſibus, & fere omnibus ciuitatibus Lombardiæ, & præcipue Eſtenen. Martione tranſiuit per Comas, tranſiuit Alpes, & intrauit Alemanniam & venit Conſtanciā. Digna res memoria, quod omnis qui intendit Eccleſiam Dei deprimere, in breui deiicitur. Eodem die venturus erat Otho in eandem ciuitatem, & iam præmiſerat famulos ſuos & coquos qui iam cibos parauerant, nec diſtabant à ciuitate per tres leugas, quando Fredericus cum

L X. militibus intrauit, quem Otho cum c c. militibus eius aduentum ſciens ſequebatur. Sed Frederico recepto clauſa eſt Othoni ianua, & ipſe cũ ſuis viliter eſt repulſus. Et dicunt, quod ſi Fredericus moram feciſſet per tres horas, nunquam intraſſet Alemanniam. Otho itaq; à Conſtanciis cum vituperio ſic expulſus, acceſſit Briſac, à quo & quia Theutonici ciues illius oppidi contumelus & inturiis afficiebant, & eorũ filias & vxores conſtuprabant, non minori dedecore quam à Conſtanciis eſt propulſus. Fredericus autem tam ab ipſis, quam ab aliis Imperij Baronibus cum gaudio & honorificentia eſt receptus.

Eodem anno celebratum eſt colloquium inter eundem Fredericum & Philippum magnanimum regem Francorum apud Vallem coloris, Metenſi Epiſcopo mediante. Cui tamen nõ interfuit ipſe rex, ſed Ludouicus filius eius primogenitus, cum magnatibus regni & percuſſerunt fœdus inter ſe, & renouauerunt amicitias perpetuas, ſicut fuerant inter eorum prædeceſſores.

Anno eodem Philippus rex magnanimus totum in circuitu circumſepſit à parte auſtrali vſque ad Sequanam fluuium ex vtraque parte maximam terræ amplitudinem infra murorum ambitum concludens, & poſſeſſiones agrorum & vinearum, compellens in terras illas & vineas ad ædificandum in eis nouas domos habitatoribus locarent, vel ipſimet nouas ibidem domos conſtituerent, vt tota ciuitas vſque ad muros plena domibus videretur. Sed & alias ciuitates, oppida & municipia regni muris & turribus inexpugnabilibus muniuit. Mira & laudanda iuſtitia Principis, licet de iure ſcripto poſſet propter publicum regni commodum in alieno fundo muros erigere & foſſata, ipſe tamen iuri præferens æquitatem, damna ſua quæ per hoc homines incurrebant, de fiſco proprio compenſabat.

Eodem anno rex quidam Sarracenus qui dicebatur Mummilinus, quod lingua eorum ſonat regum rex, collecto exercitu infinito Paganorum, aggreſſus fines Hiſpaniæ, & locutus eſt in magna ſuperbia contra Chriſtianos, & obtulit eis bellum: qui pugnauerunt cum eo in fide & nomine Ieſu Chriſti, & vicerunt eum, & fere omnes qui cum eo erant, occiderunt. Ipſe autem victus & confuſus & fere ſolus ad propria eſt reuerſus. Huic bello interfuerunt multi boni & fortes viri de regno Franciæ, & rex Arragoniæ, miles probiſſimus, qui in ſignum victoriæ lanceam & vexillum ipſius Mummilini Romam miſit, quæ adhuc in Eccleſia beati Petri in loco eminenti poſita, fauorem & miſericordiam Chriſti, qua ſuos licet paucos, reſpectu hoſtium, in prædicto bello victores fecit, in perpetuum repræſentans.

Anno ab incarnatione Domini milleſimo, ducenteſimo, duodecimo, regnante vt . . . Chriſtianiſſimo rege Francorum Philippo magnanimo, filio ſanctiſſimi regis Ludouici Pij; Reginaldus de Domino Martino Comes Boloniæ diruit quandam fortericiam nouam, quam Philippus Beluacenſis Epiſcopus cognatus regis erexerat in pago Beluacenſi pro eo quod videbatur poſſe damna facere Comitiſſæ Clarimontis, quæ erat cognata eiuſdem Comitis. Propter quod idem Epiſcopus diruit quandam aliam munitiunculam fundatam de nouo à dicto Comite in foreſte de Halmes. Vnde orta eſt diſcordia inter ipſum Comitem ex vna parte & prædictum Epiſcopum & nepotes ſuos filios Roberti Comitis ex altera. Et cum idem Comes Boloniæ ſuſpectus eſſet regi, non propter hanc guerram tantum, ſed quia caſtrum quoddã inexpugnabile, quod Moretonium vocatur in confinio minoris Britanniæ & Neuſtriæ ſitum muniuerat victualibus & hominibus armatis: & quia nuncios ſuos in regni & Regis præiudicium ad Othonem Imperatorem, & ad Regem Angliæ Iohannem mittere dicebatur, petiit rex ab eo, vt ei traderet munitiones, quas cum ei contra ius & conſuetudinem patriæ denegaſſet, rex congregato exercitu acceſſit ad prædictum caſtrum, quod tam naturali ſitu quam artificiali opere inexpugnabile videbatur, & ipſum præter ſpem infra triduum expugnauit, & quarto die per vim cepit. Et caſtro ſuis fidelibus munito direxit inde acies in partes Boloniæ. Comes vero videns Regis fortitudinem, cui reſiſtere non poterat, totum Comitatum Boloniæ, & omnia caſtella

dimiſit Ludouico Philippi regis primogenito, de quo id totum feodaliter tenebat. Rex autem eum occupaſſet totum Moretonii Comitatum,& Comitatum domini Martini, Comitatum Albematue, inſulam bonam, Donifrontem, & omnia eis appendentia, quæ omnia idem Comes tam dono, quam regis patientia poſſidebat. Et ſic Comes a toto regno recedens, acceſſit ad Comitem Barri cognatum ſuum, & manſit apud eum. In eodem Comite multa erant laudabilia, & plura laudi contraria; Eccleſias Dei deprimebat, vnde & fere ſemper excommunicatus erat. Pauperes, orphanos, viduas depauperabat; vicinos ſuos nobiles perſequebatur odio, & eorum municipia, impetrata regis licentia, qui eum multum ſolebat diligere, deſtruebat: & licet vxorem haberet nobiliſſimam, cuius gratia Comitatum Boloniæ obtinebat, & cuius filia nupta erat domino Philippi regis filio, ſpretis eius amplexibus cum aliis mulieribus ſcortabatur, & concubinas publice circumducebat. Cum igitur excommunicatus eſſet, tranſtulit ſe ad excommunicatos, & confœderatus eſt Othoni Imperatori & Iohanni regi Anglorum, quorum vterq; ab ore ſummi Pontificis excommunicatus erat: Otho pro eo quod patrimonium beati Petri occupabat; Iohannes eo quod Stephanum ſanctæ opinionis virum Cantuarienſem Archipræſulem a ſummo Pontifice conſecratum, ad ſuam cathedram accedere non ſinebat, imo omnes Epiſcopos a regno ſuo eiecerat, & omnes res Eccleſiarum & clericorum & monachorum nigrorum & etiam alborum beneficia fiſco applicuerat, & in vſus proprios conuerterat iam per ſeptennium. Idem autem ſanctus Archipræſul & alii Epiſcopi a Philippo rege liberaliter recepti in regno Franciæ exulabant.

Ante tamen quam Comes confœderatus eſſet dictis regibus miſſis nuntiis inſtanter petebat reſtitutionem terræ ſuæ & caſtrorum. Rex autem offerebat ei reſtitutionē, ſi vellet ſtare iudicio regalis aulæ & baronum regni. At ipſe abſolute petens reſtitutionem, iudicium repellebat. Et quia rex non niſi cum conditione volebat eum reſtituere; tranſtulit ſe, vt diximus, primo ad Othonem, & poſt per Flandriam ad Iohannem regem & fœdus cum vtroque percuſſit.

Eodem anno, conuocauit Philippus rex Concilium in ciuitate Sueſſionenſi in craſtino Dominicæ Palmarum, cui interfuerunt omnes proceres regni, & dux Brabantiæ, cui ibidem rex Philippus deſponſauit Mariam filiam ſuam iuuenculam relictam Philippi Comitis Nemurtii, quam idem dux ſtatim prius octabas inſtantis Paſchæ ſolemniter duxit in vxorem. Ibidem igitur tractatum fuit de transfretando in Angliam; & placuit ſermo iſte baronibus vniuerſis, & ſpoponderunt auxilium, & quod etiam perſonaliter transfretarent cum ipſo. Solus autem Comes Flandriæ Ferrandus ſuum regi negauit auxilium, niſi prius ei redderet duo caſtella, videlicet ſanctum Audomatum & Ariam, quæ Ludouicus regis primogenitus tenebat: rex vero obtulit ei excambium ad æſtimationem iuſtam eorundem caſtrorum. Ferrandus autem hac acceptilatione non recepta receſſit, quia iam, vt poſt apparuit, confœderatus erat regi Iohanni, Comite Boloniæ mediante.

Anno itaque ab incarnatione Domini M. CCXIII. nauigio ad eundem in Angliam iam peracto, Philippus rex magnanimus recepit in gratiam Yſamburgem vxorem ſuam, filiam regis Danorum, a qua iam per annos XVI. & amplius diſſenſerat. Et facta eſt lætitia magna in populo: quia in ipſo rege nihil aliud culpa dignum inueniebatur, niſi hoc ſolum, quod dictæ vxori ſuæ carnis debitum ſubtrahebat, licet ei omnia neceſſaria alia honorifice miniſtraret. Vnde & ipſa in ipſius gratiam recepta, merito gauiſi ſunt vniuerſi, qui prius illam in ea diſſenſione tantæ virtuti contrariam eſſe dolebant.

Eodem anno factum eſt bellum in Liguria, in territorio Cremonenſi: cum enim anno præcedenti ſecundo Papienſes ciues producerent Fredericum Romanorum electum vſque Cremonam, Mediolanitæ poſitis inſidiis pugnauerunt cum eis iuxta Laudam ciuitatem nouam fundatam 53. annis elapſis a Frederico Imperatore magno, auo iſtius Frederici: ſed non ſunt auſi aggredi eos, dum eſſet præſens cū eis ipſe Fredericus. Vnde & ipſo apud Cremonā relicto, cum iā redirent Papiam, prodierūt de latibulis Mediolanitæ, & adorti ſunt eos ex improuiſo. Vnde tam ipſi

Papiani, quam Cremonenſes conceperunt rancorem & odium immortalem contra Mediolanitas; ſed vindictam diſtulerunt, quouſque opportunitas ſe offerret. Mediolanitæ vero, qui immortali odio ſemper perſecuti ſunt totum genus Frederici magni, qui eos de bello conficiens olim Papianis auxiliantibus, omnes eorum turres explanauerat, non expectauerunt vltionem ſibi inferri; immo exercitu magno congregato aggreſſi ſunt fines Cremonenſium: ſed & Cremonenſes eductis copiis multo minoribus, iureiurando interpoſito firmauerunt, vt ſi congreſſus fieret, nullus eorum vacaret prædæ ſiue homini capiendo, ſed agmine conſerto & indiſſoluto hoſtium cuneos penetrarent. Cum autem eſſet dies ſanctus Pentecoſtes, ſupplicauerunt Cremonenſes, vt propter diem ſanctum differretur pugna vſque in craſtinum ſaltem. Quod cum negaretur eis a Mediolanenſibus, qui ſemper dies ſanctos odio conſueuerunt habere & hæreticos cõfouere, & maxime quia timebant, ne vires eorum illo interuallo, licet breuiſſimo augerẽtur, congreſſi ſunt ei Papiani ſicut propoſuerant, & breuiter triumpharunt de eis.

Item Mediolanitæ non multo tempore poſt viribus recollectis intrauerunt fines Papianorum, & obſederunt caſtrum quoddam in territorio Papianorum. Papiani autem eductis copiis aggreſſi ſunt eos. Et licet iidem Mediolani ad retardandum impetum eorum, ignem domibus & caſtris impoſuiſſent, ipſi tamen per medios ignes cum furore tranſeuntes, pugnauerunt cum eis, & eos ab obſidione penitus fugauerunt, multos ex eis interficientes & multos capientes, papiliones & omnia vtenſilia quæ erant in caſtris demum poſt victoriam rapientes: & ſic bis eodem anno victi ſunt Mediolanitæ, Domino vindicante in eis variarum hæreſium crimen, & fauorem illicitum, quem ipſi contra Dei voluntatem Othoni depoſito impendebant.

Eodem anno venit rex Philippus magnanimus cum immenſo exercitu Boloniam; & ibi per dies aliquot naues ſuas & homines de diuerſis partibus venientes expectans tranſiuit vſque Grauaringas villam opulentam in finibus Flandriæ ſuper mare Anglicum ſitam, ad quam tota claſſis eius ſecuta eſt eum. Ibi ex condicto debebat Comes Ferrandus venire ad regem, & ei ſatisfacere de omnibus iniuriis, qui in hoc ſicut in aliis fidem non ſeruans, per diem integrum expectatus nec venit, nec in aliquo ſatisfecit: licet ad eius petitionem dies ille ad ſatisfaciendum de omnibus retroactis ei a rege aſſignatus fuiſſet. Communicato itaque baronibus conſilio, qui de Francia, de Aquitania, & de omni prouincia regni conuenerant, rex Philippus magnanimus dimiſſo propoſito eundi in Angliam, cum vniuerſo exercitu ſuo diuertit in Flandriam, & cepit Caſellum, Ypram, & totam terram vſq; Brugias. Claſſis autem ſua quam Grauaringis dimiſerat, ſecuta eſt eum per mare vſque in portum famoſiſſimum qui dicitur Dam, diſtantem a Brugiis duobus milliaribus tantum. Facta ergo voluntate ſua de Brugiis, profectus eſt ad oppidum opulentiſſimum, cui nomen eſt Gandauum, dimiſſis ibi paucis militibus & ſatellitibus, ad cuſtodiam nauium. Propoſitum enim eius erat Gandauo acquiſito in Angliam tranſfretare.

Dum autem eſſet rex in obſidione Gandaui, venerunt de Anglia Reginaldus Comes Boloniæ, & Guillermus Comes Saleberienſis, qui cognominatus eſt Longa ſpada, Hugo de Boues, & multi alii; quibus occurrit Ferrandus Comes cum Ingangomis & Bloetinis & Flandrenſibus, vtpore qui bene prænouerant eorum aduentum: & ita ſubito in nauibus curſoriis irruentes, occupauerunt naues noſtras, quæ diſperſæ erant per littora; quia portus licet eſſet miræ amplitudinis eas capere non poterant, cum eſſent numero mille ſeptingentæ, & abduxerunt omnes naues extra portum inuentas, & in craſtino obſederunt portum & villam: nos autem prout potuimus, muniuimus portum, naues & villam. Quo audito rex dimiſſa obſidione Gandaui, reuerſus eſt cum exercitu ad obſeſſos, & ſoluit obſidionem, & fugauit eos vſque ad naues ſuas, multis occiſis & ſubmerſis vſque fere duo millia, & multos probos & ſtrenuos captos abduxit, & cum victoria Dam reuertens, tota regione in circuitu incendio commendata, reſiduas naues fecit victualibus & aliis rebus euacuari, & igne immiſſo vniuerſas naues illas & villam totam in cinerem redegit. Et

iterum profectus eſt Gandauum: receptis obſidibus de Gandauo, Ypra, Brugis, Inſula & Duaco, in Franciam eſt reuerſus; & retinens in manu ſua Inſulam, Duacum & Caſellum, obſides ſuos ei abſolutos remiſit. Gandaui vero, Ypræ, & Brug. obſides per triginta millibus marcarũ argenti in pace reddidit: Inſulam vero propter malitiam inhabitantium in ea funditus euertit, Caſellum ſemi dirutum dereliquit, Duacum in manu ſua retinens.

Cauſa quæ Philippum regem magnanimum mouerat ad hoc, vt vellet in Angliam transfretare, fuit, vt Epiſcopos, qui diu a ſedibus ſuis eiecti in regno ſuo exulabant, ſuis Eccleſiis reſtitueret, vt diuinum ſeruitium quod iam per ſeptennium in tota Anglia ceſſauerat, faceret renouari, & vt ipſum regem Iohannem, qui nepotem ſuum Arturum occiderat, qui & plurimos paruulos obſides ſuſpenderat, & flagitia innumerabilia perpetrauerat, vel pœnæ condignę ſubiiceret, vel a regno prorſus expellens, ſecundum agnominis ſui interpretationem omnino efficeret ſine terra. Vt & ipſe Iohannes rex hæc omnia metuens, dum prædicta agerentur, compoſuit cum clero, miſſis nuntiis ad ſummum Pontificem, qui Pandulfum ſubdiaconum ſuum in Angliam mittens, pacem inter regem & clerum vt potuit reformauit. Quæ quidem compoſitio quantum ad reſtitutionem poſſeſſionum Eccleſiæ & cleri valuit: ſed quantum ad ablatorum refactionem nullatenus eſt ſeruata, licet ipſe iuramento ſe aſtrinxerit ad vtrumque.

Eiuſdem anni, ſcilicet ab incarnatione Domini M. CCXIII. quadrageſima ſequenti, Iohannes rex Angliæ, qui cognominatus eſt ſine terra transfretauit de Anglia in Aquitaniam, & applicuit Rupellæ in Pictauia cum magno exercitu, & non multo poſt recõciliatus eſt Comiti Augi, Comiti Marchiæ, Gaufrido de Liſignan, & aliis proceribus Aquitanicis, qui prius fauebant regi Franciæ Philippo magnanimo, & percuſſit fœdus cum eis: quorum fretus auxilio tranſiuit per territorium Pictauenſe, & venit in Andegauiam, & occupauit quædam municipia, ſcilicet caſtrum quod vocatur Bellum forte, Vldonem Audeneſium, & alia quædam, & ciuitatem Andegauorum florentiſſimam.

Quadam etiam die, miſſis curſoribus cum immenſa multitudine militum collegerunt prædam trans Ligerim iuxta Namnetum ciuitatem; ad quos repellendos ponte tranſito militauit incaute cum paucis militibus Robertus primogenitus Roberti Comitis Drocarum cognati Philippi regis magnanimi, & captus eſt ab eis, & cum eo alii XIIII. milites Francigenæ.

In diebus illis, Petrus filius prædicti Comitis Drocarum duxerat in vxorem filiam Guidonis de Toartio ſororem vterinam Arturi ex parte matris ſuæ Duciſſæ Britanniæ: & ita cum eadem acceperat a Philippo rege magnanimo in totum Ducatum Britanniæ minoris; qui vocato exercitu militum Britanniæ præſtabat auxilium Ludouico primogenito regis Philippi magnanimi, qui cum militibus a patre ſuo in partes illas miſſus morabatur Kinone, confinia illa ab impetu Iohannis regis & Pictauenſium protegens & defenſans.

Elienordis autem ſoror eiuſdem Arturi primogenita filia Gaufridi quondam eiuſdem Armoricæ Ducis fratris, Iohannis regis, de quo nunc agimus, primogeniti tenebatur capta ab ipſo Iohanne & incarcerata in Anglia, qui verens per eam amittere regni iura, eam matrimonium contrahere cum aliquo non ſinebat. Et ſic annis XVIII. elapſis, poſtquam eam ceperat ſub arcta cuſtodia conſeruabat.

Eodem anno, Gaufridus Syluanectenſis Epiſcopus ſentiens ſe tam ætate, quam corpulentia ponderoſa inſufficientem oneri quod iam per XX. annos portauerat, impetrata a ſummo Pontifice, ſicut in iure cautũ eſt, licentia, renuntiauit Epiſcopatui & tranſtulit ſe ad monachos Karoli loci Ciſtercienſis ordinis: cui ſucceſſit frater Garinus, qui cũ frater profeſſus Hoſpitalis Hieroſolymitani, regis Philippi magnanimi ſpecialiter conſiliarius effectus in aula regia propter prudentiã & incõparabilẽ conſilii virtutẽ, & alias animi dotes multiformes ita laudabiliter ſe habebat, quod quaſi ſecũdus a rege, negotia regni inculpate tractabat, & Eccleſiarum neceſſitudines tanquã vir literatus ad plenũ nihilominus omni ſtudio procurabat, libertates & priuilegia earũ modis omnibus, quaſi ſub chlamyde cõſeruatas indẽnes. Sicut olim

legimus de beato Fabiano: qui cum eſſet clarus in palatio, militem Chriſti ſub abſconſo chlamydis tegebat, vt Chriſtianis opportunius ſubueniret, & eorum animos confortaret, ne deficerent in tormentis.

Eodem tempore Gaufridus vir ſanctiſſimus Meldenſis Epiſcopus, Epiſcopatui ſimiliter renuntians, in monaſterio ſancti Victoris Pariſiis, diuinæ contemplationi ſeſe arctius mãcipauit; qui inter alia ſanctitatis opera, quibus viriliter inſiſtebat, abſtinentiam admirabilem & cunctis inauditam ſeculis obſeruabat: omni anno in quadrageſima & in aduentu Domini ter tantum in ſeptimana cibum, potum vero nunquam ſumere, conſueuit; in aliis vero temporibus, comedebat & bibebat, ſed raro, & talia, quæ ſua amaritudine & inſipiditate vix aliquis hominum dignaretur guſtare. Cui ſucceſſit VVillelmus cantor Pariſienſis: & ita fuerunt tres fratres vterini ſimul Epiſcopi & ſibi contemporanei Stephanus Nouiomenſis, Petrus Pariſienſis, & Guillermus Meldenſis, filii Galteri quondam Franciæ Camerarii, fratres Galteri iunioris viri ſatis virtute laudabilis & in palatio regis præclari.

Eodem anno, videlicet ab incarnatione Domini M.CCXIII. in præcedente Septembri commiſſum fuit mirabile prœlium in terra Albigenſium. Quinquennio enim iam elapſo, cum viri venerabiles P. Senohenſis, R. Rothomagenſis, Rob. Baiocenſis, Iord. Lexouienſis, Raginaldus Carnotenſis, & alii infiniti Epiſcopi & perſonæ aliæ Eccleſiaſticæ; Odo Dux Burgundiæ, Herueus Comes Niuernenſis, & multi alii barones, milites, & populi infiniti de regno Francorum diuino zelo ſuccenſi, & peccatorum remiſſione a ſummo Pontifice eis affluentiſſime indulta prouocati, cruce in pectore ſignati in partes illas ad debellandam hæreſim, quam Apoſtolus in epiſtola ad Timotheum prædixerat in fine ſeculorum futurã, deteſtantem nuptias, & carnem comedi prohibentem, & alia fidei catholicæ contraria, quæ in eadem epiſtola plenius exprimuntur: quæ ibidem plenius quam maxime pullulabat accincti lumbos fortitudine deueniſſent, & ciuitatem opulentiſſimam Biterim cepiſſent & funditus euertiſſent x. millibus hominum & amplius in ea gladio trucidatis, & inde ad Carcaſſonem ciuitatem accedentes, in breui eam debellaſſent, emiſſis ab ea omnibus indigenis & vicinis, qui illuc propter loci munitionẽ de multis locis confugerant ex condicto nudis, ſola vita comite, pudendis tantum velatis, per quendam poſticum exeuntibus. Barones repatriare volentes, omni clero & vniuerſitate catholicorum aſſentiente, inuocata ſancti Spiritus gratia, electus fuit Symon Comes Mõtis fortis, vt præeſſet exercitui Chriſtianorũ, & vniuerſæ illi terræ; qui priuat cõmodum vtilitati publicæ anteponẽs, [*poſtpon.*] & bella Dei gratanter gerenda ſuſcipiens, debellauit ciuitates & caſtella, & omnes hæreticos & eorum fautores ſæua morte interire coegit, & multa bella geſſit, & multas victorias non ſine miraculo conſecutus eſt: ſed ad vltimum rex Arragonum, Comes ſancti Egidii, & Comes Furii, & alii infiniti obſederunt eum in caſtro quod Murellum vocatur. Ille autem cum non haberet niſi ducentos & 60. milites, & circiter quingentos ſatellites equites, & peregrinos pedites fere ſeptingentos inermes, miſſa audita, gratia ſancti Spiritus inuocata, exierunt de caſtro, & pugnauerunt cum eis, & ipſum regem Arragonum occiderunt, & de exercitu XVII. millia percuſſerunt, & diuina eos gratia protegente, de omni numero ſuo non perdiderunt die illo niſi octo tantum peregrinos, nec fuit a ſeculis auditum bellum, quod maiori miraculo aſcribi debeat, quam illud. Iſte Symon propter virtutem admirabilem in partibus illis Comes fortis vocabatur; qui cum eſſet in bellis ſtrenuiſſimus, omni tamen die miſſam & horas canonicas omnes audiebat, ſemper ſub armis, ſemper in periculo ſpreta pro Dei ſeruitio patria ſic ſe agebat militẽ in hac peregrinationis via, vt demum ſe videat ciuem in patria Eccleſiæ triumphantis.

Anno ab incarnatione Domini M.CCXIII. Iohannes rex ciuitatem Andegauis, quam occupauerat, muro ex vtraque parte vſque ad Medianam fluuium circumuallare cœpit: & cum in breui obtinuiſſet municipia ſupra dicta, arridente fortuna præſumens auxilio Aquitanorũ & Pictauenſium poſſe de facili reſiduum terræ recuperare, obſedit caſtrũ quod Rupes monachi nuncupatur. Caſtrum illud ædificatũ erat de nouo a Guillelmo de Rupibus ſeneſcallo Andegauiæ viro ſtrenuo,

& integræ

& integræ fidei, & in bellis probato, ob tuitionem itineris, quo itur ab Andegaua ciuitate Namnetum: quia ante quã rupes illa munita erat, tranſibant viſpilliones per Ligerim fluuium, de quodam caſtro inexpugnabili ex altera parte amnis Ligeris ſito, quod vocatur Rupes fortis. Et erat caſtrũ illud pagani, qui cognominatus eſt de Rupe forti militis probatiſſimi, ſed rapinis & ſpoliis vicinorum intẽti: & ſpoliabant omnes per ſtratam illam publicam iter agentes, & omnes agricolas infeſtabãt. Facta itaque obſidione, erectis petrariis & aliis machinis bellicis cœpit rex Iohannes caſtrum mirabiliter expugnare. Obſeſſi autem non minus ſtrenue ſe defendebant, inter quorum probitates illud quod ibidem contigit, reticere non poſſumus. Quidam de obſidione conſueuerant venire ad foſſas parma prætenta, quam quidam famulus ante ipſum portabat, non manuali quidem parma, ſed immenſa, quales in obſidionibus deferri ſolent. Sub ea igitur tuto latens & propius deambulans damnificabat obſeſſos, quia arcubaliſtarius erat, & aditus explorabat, & ſic quotidie faciebat. Quidã ergo arcubaliſtarius de caſtro indignatus, quadam die noua fraude admirabili & inter hoſtes non culpanda vſus eſt: iuxta idem dolus an virtus quis in hoſte requirat. Fecit itaque quendam funiculum ſubtilem & fortem tantæ longitudinis, quod poſſet attingere ad eum, quem prædiximus, alligauitque caput funiculi quadrello pennato, altero capite adhærente clauo cuidam iuxta illum. Emiſit ergo quadrellum de arcubaliſta; quadrellus emiſſus cum cordella ſtetit firmiter in parma. Ille autem qui de caſtro quadrellum emiſerat, traxit ad ſe funiculum, & cum parmam & famulum qui in parmam tenebat, qui prolapſus eſt in foſſatum cum parma, & ille arcubaliſtarius remanſit ſuper oram foſſati, & patuit ſine omni munimine ad omnes ictus quadrellorum, & ita interiit cũ famulo ſuo. Propter hoc iratus rex Iohannes erexit furcas in conſpectu obſeſſorũ, & minatus eſt eis ſub quodam iuramento, niſi ſe ad eius dederint voluntatem. Illi vero ſe dedere nullo modo voluerunt, ſed ſe viriliter defendentes ſuſtinuerunt obſidionem per tres ſeptimanas, & valde damnificauerunt exercitum regis, & de maioribus occiderunt ipſum capellanum regis dimicante [*dum incaute*] deambularet iuxta muros, & quendam magni nominis virum Lemouicẽſis pagi . . cognomine Le Boũ, & multos alios, & ipſum paganũ de Rupe forti, qui cum ſe ſentiret vulneratũ, reuerſus trãs Ligerim in domũ ſuam, fingens ſe vulneratum non eſſe, ſed infirmitate alia grauatum, infra paucos dies obiens, inuentus eſt in duobus locis ſui corporis lethaliter vulneratus.

In diebus illis Ludouicus primogenitus regis Philippi magnanimi patre ſuo per confinia Flãdriæ & Viromandiæ cum militibus diuerſa viciſſim municipia viſitante, & ab hoſtium incurſibus defenſante, congregauit exercitum apud caſtrum Kinonis, quod a Caio quondam dapifero Arturi regis, qui ipſum fundauerat, nomen accepit. Mouit ergo de Kinone cum exercitu ſuo vt prædictis ſuccurreret obſeſſis; & cum iam diſtaret a loco quantum exercitus vno die poteſt procedere Iohannes rex eius aduentum in craſtino futurum non ſuſtinens, omnibus petrariis, mangonellis, papilionibus & aliis belli vtenſilibus dimiſſis, & prædæ expoſitis, per vada Ligeris nauigio, & modis quibus potuit fugiens, parte ſuorum non modica ſubmerſa, & dum fugeret interfecta, equitauit die illa XVIII. milliaria; nec poſtea auſus eſt accedere ad locum quo audiret ipſum Ludouicum eſſe, vel venturum eſſe. Ludouicus itaq; ipſum intelligens ſic fugiſſe, diuertit ad munitiones prædictas, quas Iohãnes rex occupauerat, & eas recuperauit in breui, & caſtellum de Bello forte funditus euertit, & intrauit in manu valida terram Vicecomitis Toartũ, & oppida opulentiſſima deuaſtauit, & caſtrum de Moncontor per vim captum ſolo adæquauit, & ciuitatem Andegauim, quam Iohannes rex ceperat, & muris circumſepierat recuperauit, & muros eius omnes deſtruxit.

Hanc victoriã Ludouici ſecuta eſt modico tempore interiecto victoria Philippi regis: ita quod infra vnius menſis ſpatiũ filius in Pictauia de rege Angliæ & Pictonibus ſine conflictu: pater in Flandria de Othone & Flandrenſibus bello quidem difficili, ſed victorioſo, protecti dextra ſummi regis glorioſo certamine triumpharunt.

Paucis poſtea elapſis diebus ægrotauit Henricus mareſcallus Franciæ, in partibus illis: vir per omnia laudabilis in militia, & timens Deum; qui poſt dies aliquot

defunctus in monaſterio de Torpanaio ſepultus eſt, licet ipſe extrema voluntate iuſſiſſet, quod in patriam deferretur, & in abbatia de Sacra cella Ciſtercienſis ordinis inter patres ſuos tumularetur. Et planxerunt vniuerſa multitudo Franciæ, qui eum omnes tenerrime diligebant: cui ſucceſſit Iohannes filius eius adhuc impubes; cuius vices commiſſæ fuerunt Galtero de Nemoſio ad tempus quo vſque ipſe ad adultam perueniret ætatem. Et hoc totum fuit de benignitate regis, quia hæreditaria ſucceſſio in talibus officiis locum non habet. In hoc autem antequã moreretur fœliciter ei euenit, quod ſenſibus ſuis adhuc vigẽtibus, paucis ante obitum ſuum diebus habuit nuntium, qui ei regis victoriam nuntiauit, cui ipſe præ gaudio equũ ſuum, quo in bellis vtebatur, dedit, cũ non haberet quid aliud ei daret omni facultate ſua ab ipſo tanquã de morte certo in vſus pauperũ diſtributa. Nũc ad prælibatam victoriã, prout poterimus, deſcribendã adiuuante Domino procedamus.

Anno ab incarnatione Domini M. CC XV. Iohanne rege in partibus Andegauicis, vt ſupra ſcriptum eſt, debacchante, Otho Imperator illectus ab ipſo Iohãne rege pecunia mediante, congregauit exercitum in comitatu Henoniæ in oppido cui eſt vocabulum Valenciene, in terra Ferrandi Comitis. Et fuerunt cum eo miſſi a Iohanne rege ad ſtipendia ſua Comes Boloniæ, & Comes Saleberiæ, & ipſe Ferrandus Dux de Lamburo, Dux Brabãtiæ, cuius filiam idem Otho duxerat in vxorem, & multi alii tam proceres, quam Comites de Alemannia, de Henonia, de Brabantia, & de Flandria. Eodem tempore Philippus rex licet filius eius haberet maiorem partem militiæ ſuæ in Pictauia, congregauit exercitum, & mouit in craſtino feſti beatæ Mariæ Magdalenæ, de caſtro quæ Perona vocatur, & intrauit in manu forti terram Ferrandi, & tranſiuit per eam, omnia a dextris & a ſiniſtris incendiis deuaſtando & regaliter deprædando. Et ſic venit vſque Tornacum ciuitatem, quam Flandrenſes anno præterito fraudulenter ceperant & multum damnificauerant: ſed idem rex eam recuperauerat, ſine mora miſſo exercitu cum fratre Garino & Comite ſancti Pauli. Otho vero cum exercitu ſuo venit ad caſtrum quod Moretania nuncupatur, diſtans a Tornaco per ſex milliaria, quod a prædicto regis exercitu, recuperata ciuitate Tornaco, vbi captum fuerat & euerſum. Sabbatho proximo poſt feſtum ſancti Iacobi Apoſtoli & Chriſtophori martyris propoſuit rex inuadere illos: ſed diſſuaſerunt barones; non enim patebat aditus ad illam, niſi arctus & difficilis. Inde propoſitum mutauerunt, ſcilicet vt inde redirent, & per aliam viam pleniorem Henoniæ fines inuaderent, & penitus deuaſtarent. Die ergo craſtina, ſcilicet VI. Kal. Auguſti mouit rex de Tornaco, vt iret ad caſtrum quod Inſula nuncupatur, vbi propoſuerat quieſcere cum ſuo exercitu nocte illa. Eodem mane mouit Otho cum ſuo exercitu de Moretãnia. Rex autem neſciebat, nec credere ſuſtinebat, quod ipſi venirent poſt ipſum. Vicecomes itaque Meleduni diuertit ab exercitu regis cum quibuſdam leuis armaturæ equitibus, & perrexit verſus partes illas vnde Otho veniebat: quem perſecutus eſt vir ſtrenniſſimus, prudentis & admirabilis conſilii, & ad ea quæ contingere poſſunt prouiſor diſertiſſimus G. Syluanectenſis electus, quem ſuperius fratrem G. nominaui: erat enim frater profeſſus Hoſpitalis Hieroſolymitani, tunc etiam electus ad cathedram Syluanectenſis Eccleſiæ, nihilominus habitum religionis ſemper portans in pectore ſicut prius. Profecti ſunt ergo ab exercitu regis pluſquam tria milliaria, quouſque venerunt in locum quendam eminentem, vnde potuerunt manifeſte videre acies properantes, & ad pugnam diſpoſitas. Vicecomite itaque ibidem aliquantulum demorante, electus properauit ad regem, & dixit ei quod hoſtes veniebant diſpoſiti, & ad bellum parati: & dixit quod viderat equos militum coopertos, & ſatellites pedites præcedentes, quod erat euidentiſſimum futuræ pugnæ ſignum. Rex itaque iuſſit acies ſtare, & conuocatis proceribus conſuluit illos quidnam eſſet agendum: qui non multũ ſuadebant pugnandũ eſſe, ſed potius procedendũ. Cum ergo hoſtes veniſſent ad quẽdam riuulum, quo non patebat facilis meatus, tranſierunt paulatim, & finxerunt, vt videbatur quibuſdã de noſtris, quod vellẽt proficiſci Tornacum. Exiit ergo ſermo iſte inter milites noſtros, quod ipſi hoſtes declinabãt Tornacum: electus autem in contrarium ſentiebat, aſſertiſſime proclamans vel pugnandum eſſe neceſſario, vel

confuſio-

confuſione & damno recedendũ. Prçualuit tamen clamor & aſſertio plurimorum. Proceſſimus itaq; ad pontem quendam Bouinum nomine, qui eſt inter locum qui Sanguineus dicitur, & villam quæ vocatur Ceſona. Et iam maior pars exercitus tráſierat pontem, & ipſe rex exarmauerat ſe: ſed nondum tranſierat pontem ſicut hoſtes putabant, quorum intentio erat, ſi rex pontem tranſiſſet, eos quos citra pontem inuenirent aut penitus interimere, aut de eis pro ſuæ voluntatis arbitrio triumphare. Dum itaq; rex armis aliquantulum & itinere fatigatus ibidem ſub vmbra cuiuſdam fraxini iuxta quandam Eccleſiam in honore beati Petri fundatã modice quieti vacaret: ecce nuntii miſſi ab illis qui ſtabant in poſtrema acie curſu nimio properantes, cũ clamore maximo hoſtes referunt aduentare, & poſtremis aciebus fere iã cõfligere. Vicecomitẽ & arcubaliſtarios, & leuis armaturæ equites & ſatellites eorũ incurſum cum maxima difficultate & periculo ſuſtentare, & vix poſſe eorum furorẽ & audaciam diutius retardare. Quo audito rex intrauit Eccleſiam, & breuiter orans, ad Dominum egreſſus iterũ arma induitur, & alacri vultu, nec minori lætitia quam ſi ad nuptias vocaretur, equum inſilit. Clamatur vbique per campos; arma, arma viri, clangunt tubæ, reuertuntur cohortes, quę iam pontem tranſierant, reuocatur vexillum beati Dionyſii, quod omnes præcedere in bella debebat. nec ſatis propere reuertitur, vnde nec expectatur. Immo rex curſu rapido reuertitur, & ponit ſe in prima fronte belli, vbi nullus inter ipſum & hoſtes eminebat. Hoſtes itaq; videntes regem retrogradum, & præter ſpem ſuam reuerſum, quaſi ſtupore, & vt arbitror, quodam horrore percuſſi diuerterunt ad dexteram partem itineris quo gradiebantur, & protenderunt ſe quaſi ad Occidentem, & occupauerunt eminentiorem partem campi, & ſteterunt a parte Septentrionali, ſolem qui die illo ſolito feruentius incaluerat ante oculos habentes. Rex etiam alas ſuas nihilominus extendit e regione contra illos, & ſtetit a parte Auſtrali cum exercitu ſuo, per ſpatia campi non parua linealiter protẽſo, ſolem habens in humeris. Et ita ſteterunt hinc inde vtræque acies æquali dimenſione protenſæ, modico campi non ſpatio a ſe inuicem diſtantes. In medio huius diſpoſitionis in prima fronte erat Philippus rex, lateratim adhærebant Willelmus Barrenſis flos militum, Barth. de Roia vir prouectæ ætatis & ſapiens, & Galterus iuuenis vir prudens & probus & maturi conſilii, Petrus Maleuicinus, Gerardus Scropha, Stephanus de longo campo; Willelmus de Mortuo mari, Iohannes de Roboreto; Willelmus de Garlanda, Henricus Comes Barri iuuenis ætate, animo ſenex, vir virtute, & forma venuſtus, qui patri ſuo regis conſobrino nuper defuncto ſucceſſerat in honore & onere Comitatus; & alii quamplures, quorum nomina longum enumerare eſſet, viri virtute ſpectabiles, & in armis ſemper exercitati, & ideo ad ipſius regis cuſtodiam in ipſo prœlio ſpecialiter deputati. Ab oppoſita parte ſtabat Otho in medio agminis confertiſſimi, qui ſibi pro vexillo erexerat aquilam deauratam ſuper draconem pendentem in pertica oblonga erecta in quadriga. Rex autem antequam congrederetur hac breui & humili oratione ſuos fuit milites allocutus; In Deo tota ſpes & fiducia noſtra eſt poſita: rex Otho & exercitus ſuus a domino Papa excommunicati ſunt, qui ſunt inimici & deſtructores rerum ſanctæ Eccleſiæ, & pecunia qua eis ſtipendia miniſtrantur, de lachrymis pauperum, & de rapina Eccleſiarum Dei & clericorum acquiſita eſt. Nos autem Chriſtiani ſumus, & communione & pace ſanctæ Eccleſiæ fruimur; & quamuis peccatores ſimus, tamen Eccleſiæ Dei conſentimus, & Cleri pro poſſe noſtro defendimus libertates. Vnde præſumere fiducialiter debemus de Dei miſericordia, qui nobis licet peccatoribus dabit de ſuis & de noſtris hoſtibus triumphare. His dictis petierunt milites a rege benedictionem; & ſtatim inſonuerunt tubæ, & fecerunt in ſuluum viriliter in hoſtes, & audaciſſime & ſtrenuiſſime conflixerunt. In ipſa hora ſtabant retro regem non procul ab ipſo capellanus qui ſcripſit hæc & quidam clericus, qui audito tubarum clangore cecinerunt pſalmum: Benedictus Deus meus qui docet, vſq; in finem. Et poſt; Exurgat Deus, vſq; in finem. Et Domine in virtute tua lætabitur rex, vſque in finem, prout potuerunt, propter irrumpentes lachrymas & ſingultus immixtos: & cum pura deuotione coram Deo reducebant ad memoriam honorem & libertatem, qua Dei

Eccleſia gauderet in poteſtate regis Philippi, & dedecus & opprobria quæ patitur, & paſſa eſt per Othonem, & per regem Iohannem, cuius muneribus omnes illi hoſtes prouocati contra regem in regno ſuo & contra dominum ſuum præſumebant pugnare. Primus tamen pugnæ congreſſus non fuit ibi, vbi rex erat: quia iam antequam ipſe congrederetur, confligebatur contra Ferrandum & contra ſuos in dextro cornu, a dextris videlicet regis, ipſo rege, vt arbitror, ignorante. Prima quidem frons pugnatorum protenſa erat, vt diximus, directe, & occupabat campi ſpatium mille quadraginta paſſuum. Erat enim ibi electus, non vt quidem pugnaret, ſed armatus exhortabatur & animabat ad honorem Dei & regni regis, & ad defenſionem ſalutis propriæ; videlicet Odonem nobiliſſimum Ducem Burgundiæ, Gaucherum Comitem ſancti Pauli, qui quibuſdam ſuſpectus erat, tanquam aliquando fauiſſet hoſtibus. Vnde & ipſe dixit electo, ſe die illo futurum bonum proditorem, Matthæum de Montmorenci militem probiſſimum, Comitem Belli montis, & multos alios ſtrenuos milites, & præterea milites Campaniæ c. l x x x. numero. Omnes iſti erant in vna acie electo ſic diſponente, qui quoſdam alios præcedentes retropoſuit, quos formidoloſos & cupidos nouerat, iſtos autem de quorum probitate & feruore certus erat, in vna & prima acie poſuit, & dixit illis; Campus amplus eſt, extendite vos per campum directe, ne hoſtes vos intercludant: non decet vt vnus miles ſcutũ ſibi de alio milite faciat: ſed ſic ſtetis, vt omnes quaſi vna frõte poſſitis pugnare. His dictis præmiſit idem electus de conſilio Comitis S. Pauli c. l. ſatellites in equis ad inchoandum bellum ea intentione, vt prædicti milites egregii inuenirent hoſtes aliquantulum motos & turbatos. Indignati ſunt Flandrenſes qui erant feruentiſſimi ad pugnam, quod non a militibus ſed a ſatellitibus primo inuadebantur, nec ſe mouerunt de loco quo ſtabant, ſed eos ibidem expectantes acriter receperunt, & equos eorum fere omnium interfecerunt, & eos multis vulneribus affecerunt, neminem eorum niſi duos tantum lethaliter vulnerauerunt: erant enim ſatellites illi probiſſimi de valle Sueſſionenſi, nec minus pugnabãt ſine equis, quam in equis. Galterus autem de Guiſtella & Buridanus qui cum eſſet admirãdæ virtutis, & quaſi imperterritus reducebat militibus memoriã ſuorum antiquorum, non aliter quam ſi turocinio luderet. Cum quoſdam de ipſis ſatellitibus in terram proſtrauiſſent, decliuauerunt ab eis & prodierunt in campo aperto volentes congredi militibus: quibus congreſſi ſunt quidam milites de acie Campanenſi, non minori virtute quam ipſi. Fractis itaque vtrorumque lanceis, & euaginatis gladiis ictus ingeminant: ſed ſuperueniente Petro de Reim & illis qui in eadem acie erant, Galterus de Guiſtella & Buridanus per vim capti ducti ſunt, quibus adhærebat quidam miles Euſtachius nomine de Maquilinis cum magna ſuperbia vociferans; Ad mortem Francorum, quem circundederũt Franci, ita quod vnus eorum complexatus eſt eum, & caput eius inter cubitum & pectus ſuum premens, galeam euellit de capite illius, alius cultellum intra mentum & loricam per guttur pectus vſque ad vitalia immittens, mortem quam Francis minabatur cum clamore, ſubire fecit cum horrore. Et ita eo mortuo, Galtero & Buridano captis, creuit Francorum audacia, & quaſi certi de victoria omni tempore abiecto, totis viribus vſi ſunt.

Satellites, vt diximus, ab electo præmiſſos ſecutus eſt non minori leuitate, quam ſi aquila volaret in columbas, Gaucherus Comes ſancti Pauli cum ſuis militibus electis ab ipſo optimis, & perforauit eos per medium eorum mira velocitate tranſiens, multos feriens, & a multis percuſſus, equos & homines indifferenter occidens & proſternens & nullum capiens, & ita reuerſus eſt per aliam partem hoſtium, multitudinem eorum quammaximam intercludens quaſi in ſinu quodã. Proſequitur illum non minori audacia Comes Belli montis, Matthæus de monte Morentii cũ ſuis, & ipſe Dux Burgũdiæ multis bonis militibus ſtipatus, & pugna Campanenſi facta eſt, vbi admirabilis pugna ex vtraque parte: Dux Burgundiæ qui erat valde carnoſus & phlegmaticæ complexionis proſternitur in terram, equo ſuo ab hoſtibus occiſo. Dẽſatur itaq; circa illum, cunei Burgundiorũ circumuallant illum, adducitur alius equus, de terra ſuorum manibus eleuatur, equo ſiſtitur, gladium vibrat in dextra, dicit ſe velle vlciſci lapſum ſuum, & inuadit hoſtes cum iracundia,

nec diſ-

nec diſcernit cui obuiet, ſed in omnibus ſibi obuiãtibus caſum ſuum vlciſcitur non aliter quam ſi equũ ipſius eorum quibus [*quinu*] occidiſſet. Ibidẽ pugnabat vicecomes Meleduni qui mirabiliter prœliabatur, babens in acie ſua probiſſimos milites, qui eodem modo quo & Comes ſancti Pauli innaſit hoſtes in alia parte, & perforauit eos & reuerſus eſt per aliam partem per medios hoſtes. Ibi percuſſus fuit in alia acie Michael de Harmes a quodam Flandrenſi lancea per ſcutum, loricam & femur, & conſutus fuit alneæ ſellæ & equo, & ita tam ipſe quam equus corruerunt in terram. Hugo de Malo auneir proſtratus in terram, & multi alii equis occiſis proſtrati, & viriliter reſurgentes, non minus acriter pugnabant ſuper pedes ſuos quam ſuper equos.

Comes ſancti Pauli ab illa cæde paullulũ digreſſus, vt qui ictibus innumeris tam ſibi quam a ſe illatis fatigatus erat, aliquãtulum repauſauit facie ſua ad hoſtes verſa, vidit vnum de militibus ſuis circumuallatũ ab hoſtibus, ad quem liberandum cum nullus ei pateret aditus, licet nondum ſpiritum reſumpſiſſet, vt per inſertiſſimũ cuneum hoſtium cum minori periculo tranſire poſſet, incuruauit ſe ſuper collum equi, ipſum collum vtroq; brachio amplectens & equum calcaribus vrgens, cuneum hoſtiũ irrupit, ibi ſe erigens gladio exerto omnes circumaſtantes hoſtes mirabiliter diſſipauit: & ſic audacia admirabili ſeu temeritate, cũ ingenti ſui periculo, ſuo milite a morte incolumi liberato, de manibus hoſtium euadens, in ſuorum agmine ſe recepit. Teſtati enim ſunt qui affuerunt, quod ipſe in tãto ibidem periculo fuit, quod duodecim lanceis vno eodemq; momẽto impellebatur, non tamen ipſum vel equũ proſternere, aut illum ab equo euellere potuerunt. Spiritu itaq; parũper reſumpto, iterum cum ſuis militibus, qui interim reſpirauerant, in medios hoſtes infertur.

Victoria itaque ibidem dubiis alis aliquandiu circumuolante, cum iam pugna feruentiſſima ſpatio trium horarum durauiſſet, tandẽ totum pondus belli verſum eſt in Ferrandum & in ſuos: nam & ipſe multis confoſſus vulneribus proſtratus in terram & captus ductus eſt, & plurimi de militibus eius cum eo. Ipſe quidem fere exanimis diuturnitate pugnandi Hugoni de Maroil & Iohanni fratri eius ſpecialiter ſe reddidit. Alii omnes qui in ea parte campi pugnabãt aut interfecti, aut capti, aut turpi fuga Francis inſequentibus ſunt ſaluati.

Interea adueniunt legiones Communiatum, quæ fere vſque ad hoſpitia proceſſerant & vexillum beati Dionyſii, & accurrunt quantocius ad aciem regis, vbi videbant ſignum regale, vexillum videlicet floribus lilii diſtinctum, quod ferebat die illo Galo de Montigniaco miles fortiſſimus, ſed non diues. Superuenientes Communiæ ſpecialiter Corbeii, Ambianenſes, Beluaci & Compendii, Attrabatæ, penetrauerunt cuneos militum, & poſuerunt ſe ante ipſum regem. Et illi qui erant in acie Othonis viri bellicoſi & audaciſſimi ipſos in continenti repulerunt vſque ad regem: & ipſis diſſipatis fere peruenerunt ad regem. Quo viſo milites prænominati qui erant in acie regis proceſſerunt, rege, cui timebant, aliquantulum poſt ſe relicto, & oppoſuerunt ſe Othoni & ſuis furore theutonico ſolum regem quærentibus. Eis itaque quærentibus & furorum Theutonicorum virtute admirabili impedientibus, pedites circumuallauerunt regem, ab equo vncinis & lanceis gracilibus in terram ab equo prouoluerunt: & niſi dextra ſuperna & incomparabili armatura protegeretur, eum penitus occidiſſent. Pauci autem milites qui cum eo remanſerant, & ſupradictus Galo, qui vexillo ſæpius inclinato auxilium vocabant, & ſpecialiter Petrus Triſtanides, qui ſponte ab equo deſcẽdens, ſe & pro regeictibus exponebant, eoſdem pedites proſternunt, diſſipant & occidunt. Sed & ipſe rex ſpe citius a terra ſurgens inopinata leuitate equum aſcendit. Pugnatur ergo ibi ab vtraq; parte virtute admirabili & cadunt multi. ibiq; ante oculos ipſius regis occiditur Stephanus de Longo campo, miles probus & fidei integræ, cultello recepto in capite per ocularium galeæ. Hoſtes enim quodam genere armorum vtebantur admirabili & hactenus inaudito. Habebant enim cultellos longos graciles, tria . . . quolibet acumine indifferenter ſecantes a cuſpide vſque ad manubrium, quibus vtebantur pro gladiis. Sed per Dei adiutorium præualuerunt gladii Francorum & virtus eorum indefeſſa. Repulerunt itaque totam aciem Othonis

& peruenerunt vſque ad eum, adeo vt Petrus Maleuicinus miles quidem plus armis quibus alios præcellebat quam ſeculari prudentia pollens, ipſum Othonem per frænum apprehenderet: ſed cum non poſſet ipſum a turba qua confertus erat extrahere, Girardus Scropha cultellum quem nudum in manu habebat, dedit in pectus eius: ſed ipſum propter armorum denſitatem, quibus milites noſtri temporis impenetrabiliter muniuntur, lædere non valens, ictum reiterat: ſed ictui ſecundo obuiauit caput equi quod erat arduum & erectum. Deſcendit ergo cultellus mira fortitudine impulſus in cerebrum equi per oculum receptus. Equus itaque lethaliter vulneratus ſe gyrauit, & flexit caput ſuum verſus illam partem qua venerat. Et ita Imperator oſtendit militibus noſtris dorſum, & a campo receſſit, aquila cum carro dimiſſa & prædæ expoſita. quo viſo rex ait ſuis; Hodie non videbitis amplius faciem ipſius. Cum igitur paullulum proceſſiſſet, labitur equus, & ſtatim adducitur alius equus recens, in quem cum aſcendiſſet, fugæ velociter ſe mandauit. Iam enim non poterat noſtrorum militum vlterius ſuſtinere virtutem: nam ipſe Barrenſis bis ipſum per collum tenuerat, ſed equi velocitate, & ſuorum militum denſitate, præreptus eſt ei, qui dum Imperator fugeret, mirabiliter prœliabantur, adeo vt ipſum Barrenſem, qui proceſſerat plusquam alii proſternerẽt in terrã. Galterus enim iunior & W. de Garlanda lanceis ſuis fractis & gladiis ſanguinolentis, & Bartholomæus de Roia cum eſſent, vt dictum eſt, prudẽtes viri & alii qui cum eis erant, non iudicabant bonum eſſe regem, qui pleno greſſu ſequebatur, procul a ſe dimittere: vnde non fuerant progreſſi quantum & ipſe Barrẽſis, qui cum pedes eſſet, equo occiſo, circumuallatus hoſtibus, ſe mira virtute, more ſuo, defendebat. Tamẽ quia vnus contra multitudinem obtinere non poteſt, captus aut interfectus fuiſſet, niſi ſuperueniſſet Thomas de ſancto Valerio, vir quidem ſtrenuus, potens in armis, cum equitatu ſuo, in quo erant 50. equites & duo millia peditum: & ita ipſum Barrenſem a manibus hoſtium liberauit, ſicut mihi ille qui interfuit, enarrauit. Reuiuiſcit ibidem prœlium. Prœliabantur enim dum Imperator fugeret Bernardus de hoſte malo miles fortiſſimus Com. Oth. de Tinquenebure, Comes Conradus de Tremoquia, & Girardus de Randerodes, cum aliis viris fortiſſimis, quos ſpecialiter elegerat Imperator propter eminentem militiæ virtutem, vt eſſent prope ſe in prœlio. Iſti pugnabant & ſternebant & vulnerabant noſtros, tamen præualuerunt noſtri. Nam ibidem capti ſunt duo præfati Comites cum ipſo Bernardo, & Girardo, carrus diſcerpitur, draco frangitur, aquila alis euulſis & confractis ad ipſum regem defertur.

Comes vero Boloniæ ab ipſo pugnæ initio nunquam pugnare ceſſauit, nec poterat ab aliquo ſuperari. Iſte Comes Boloniæ arte quadam mirabili vſus erat. Fecerat enim ſibi quaſi vallum quoddam de ſatellitibus armatis & confertiſſimis duplici ſerie in modum rotæ ad inſtar caſtri obſeſſi: vbi patebat quidam aditus quaſi porta qua recipiebatur, quotiens vel ſpiritum volebat reſumere, vel ab hoſtibus vrgebatur. Et ſic ſæpiſſime faciebat.

Iſte Comes & Ferrandus & Imperator ipſe, ſicut poſtea didicimus a captiuis, iurauerant quod ad aciem regis Philippi, aliis omnibus neglectis progrederentur, & quouſque ad ipſum peruenirent, non retorquerent habenas, & ipſum occiderent, ea videlicet intentione quia ſi rex, quod Deus auertat, occiſus fuiſſet, de reliquo exercitu facillime poſſe triumphare ſperabant. Et propter hoc quod [*quoq.*] iuſiurandum Otho & ſua acies non pugnauit, niſi cum rege & acie ſua. Ferrandus voluit & incepit venire ad ipſum, ſed non potuit, quia, vt dictum eſt, interclusa fuit via eius a Campanenſibus. Reginaldus Comes Boloniæ omnibus aliis omiſſis ad ipſum regem in ipſo pugnæ initio peruenit: ſed cum prope eſſet regem, dominum ſuum, vt arbitror, reueritus, ab ipſo declinauit, & congreſſus eſt cum Roberto Comite Drocarum, qui non procul a rege ſtabat in acie valde denſa. Sed & Petrus Comes Altiſiodori cognatus regis viriliter pugnabat pro rege; licet, proh dolor, Philippus filius eius cognatus vxoris Ferrandi ex patre matris ſtaret ab oppoſito contra regem. Adeo enim excæcati erant oculi aduerſariorum,

ſariorum, quod multi eorum licet haberent fratres priuignos in vitricos & cognatos ex parte noſtra, nihilominus tamen reuerentia dominii ſecularis ſpreta, timore Dei abiecto bello iniuſto eos quos reuereri & diligere ſaltem naturali iure tenebantur, laceſſere præſumebant.

Iſte Comes Boloniæ licet ita ſtrenue prœliaretur, multum diſſuaſerat pugnandum eſſe, ſciens audaciam & probitatem Francorum. Vnde Imperator & ſui pro proditore habebant; & niſi prœlio conſenſiſſet, ipſum vinculis mancipaſſent. Cum igitur pugna præ manibus haberetur, ipſe dicitur dixiſſe Hugoni de Boues: Ecce pugna quam tu ſuadebas, ego autem diſſuadebam. Tu fugies tanquam formidoloſus; ego autem ſub periculo mei capitis pugnabo, & remanebo captus vel interfectus. Et his dictis acceſſit ad locum pugnæ ſibi deſtinatum: & pugnauit, vt dictum eſt, diutius & fortius, quam aliquis qui eidem prœlio intereſſet.

Interea rareſcunt acies ex parte Othonis, ipſo iliter primos fugiente. Dux Louaniæ, Dux de Lambroc, Hugo de Boues, & alii per centenarios, per quinquagenarios & per diuerſi numeri turbas ſe iam mandauerant turpi fugæ: Comes tamen Boloniæ adhuc pugnans euelli non poterat a campo, adiutus tantum ſex militibus qui eum nolentes dimittere cum eo pugnabant, donec ſatelles quidam, Petrus ſcilicet de Turella, qui cum probiſſimus eſſet, & equus ſuus occiſus eſſet ab hoſtibus pedes pugnabat, acceſſit ad ipſum Comitem, & eleuata equi tectura, mucronem vſque ad capulum in ventrem equi eius immiſit. Quod cum quidam milites ipſius Comitis vidiſſet, fræno apprehenſo ipſum a conflictu retrahebat inuitum. Inſequuntur illos duo fratres ſtrenui milites Queno & Iohannes de Conduno, & ipſum militem proſternunt in terrã, & ſtatim ibidẽ labitur equus Comitis, & ipſe Comes ita iacuit ſupinus, femur dextrum habens ſub collo equi iam mortui. vnde vix extrahi potuit. Superuenerunt Hugo & Galterus de fontibus, & Iohannes de Roboreto, qui cum contenderent cui eorum aſcriberetur captio Comitis, ſuperuenit Iohannes de Nigella cum ſuis militibus, miles quidem procerus corpore & formæ venuſtiſſimæ, ſed virtus animi venuſtati corporis in eo minime reſpondebat. Vnde & in prœlio illo nondum cum aliquo conflixerat die tota: rixabatur tamen cum aliis qui ibi detinebant Comitem, volens ſibi ex eius detentione laudis aliquid mendicare; & præualuiſſet niſi ſuperueniſſet electus, quem cum cognouiſſet Comes, ſe illi reddidit, & rogauit, vt ſoli vitæ illius faceret miſereri. Garcio quidem fortis ſcilicet corpore & virtutis integræ Cómotus nomine, cum ſtaret ibi, ferro exerto, abſtulerat iam ipſi Comiti galeam & vulnus impreſſerat maximum in facie ipſius, & militibus, vt dictum eſt, inter ſe concertantibus voluit ab inferiori immittere cultellum: ſed cum ocreæ conſutæ eſſent pannis loricæ viam vulneris non potuit inuenire. Cogitur itaque Comes ſurgere de terra: ſed cum vidiſſet non procul inde Arnulphum de Anderiarda non militem probiſſimum cum aliquot equitibus ad eius auxilium properantem, finxit ſe non poſſe pedibus ſtare, & in terram ſponte prolapſus, adiutorium expectabat: ſed qui aſtabant ictus plurimos ingeminantes, velit nolit compellunt illum aſcendere in Runcinum: ſed & ipſe Arnulphus, & qui cum eo erant capiuntur.

Omnibus itaque fere equitibus aut fuga de campo ereptis aut captis, aut interfectis, cum iam Othonitæ vtraque belli latera denudaſſent, ſtabant adhuc in medio campi ſatellites pedites fortiſſimi, Brabantiones & alii, quos per aduerſa quaſi vallum ante ſe poſuerant nun ero ſeptingenti, quos cum vidiſſet ipſe rex magnanimus adhuc ſtare, miſit Thomam de ſancto Valerio virum nobilem virtute commendabilem & aliquantulum literatum contra illos; qui cum eſſet bene munitus, licet iam armis aliquantulum fatigatus pugnando habens ſecum de terrâ ſua ibidem fideles viros equites quinquaginta, & pedites duo millia, irruit cum magno furore in eos, & omnes penitus trucidauit. Mirabile dictu, cum ibidem Thomas poſt victoriam recenſeret numerum ſuorum, non inuenit de toto numero ſuo deeſſe niſi vnum ſolum, qui ſtatim inter occiſos quæſitus & inuentus, & in caſtra delatus, infra paucos dies vulneribus per medicos ſanatis, incolumis eſt effectus. Nec voluit rex quod ſui ſequerentur fugientes, niſi tantum per vnum milliare, propter

loca incognita & noctis vicinitatem, & ne caſu aliquo viri magni qui capti tenebantur euaderent, vel de cuſtodum manibus raperentur, qui timor illum maxime coartabat. Dato itaque ſigno, tubis clangentibus, reuocantur acies, & ad caſtra cum magno gaudio reuertuntur.

O mira Principis clementia & inaudita a ſeculo nouitas pietatis. Eodem veſpere cum adducti fuiſſent ante conſpectum regis proceres, qui capti fuerant, quinque videlicet Comites & xxv. alii qui tantæ erant nobilitatis, vt eorum quilibet vexilli gauderet inſignibus, præter alios quamplurimos inferioris dignitatis: licet omnes de regno ſuo, qui in mortem ipſius conſpirauerant, & pro eſſe [*poſſe*] ſuo ipſum occidere procurauerant, ſecundum leges & ſecundum terræ illius conſuetudinem tanquam rei læſæ maieſtatis capitibus eſſent plectendi. Ipſe tamen tanquam mitis & miſericors, vitam omnibus condonauit. Quanta enim feruebat in eo contra rebelles rigoris ſeueritas, tanto, imo duplo maior ſemper vigebat in eodem clementia in ſubiectos: cuius ſumma intentio ſemper erat parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Omnes tamen ergaſtulis mancipauit. Eis itaque incathenatis, & quadrigis impoſitis iter Pariſios direxit.

Cum autem eſſet Bapalmis intimatum eſt ei quod Comes Reginaldus Boloniæ nuntium poſt prœlium miſerat ad Othonem, ſuggerens ei vt Gandauum accederet, & vires recolligens auxilio Gandauorum & aliorum bellum renouaret. Quo audito, ſiue veridico auctore, ſiue non, rex admodum perturbatus aſcendit in turrim, vbi poſiti erant duo maiores Comites, Ferrandus videlicet & Reginaldus; & ira dictante improperauit ei, quod cum eſſet homo ſuus legitimus, fecerat eum nouum militem: cum eſſet pauper, fecerat eum diuitem: ipſe vero pro bonis mala retribuens, vna cum Comite Alberico presbytero ſuo ad Henricum quondam regem Angliæ in regis & regni pernitiem ſe tranſtulerat. poſtmodum reſipiſcens in magnam ipſius amicitiam eſt receptus, & præter Comitatum Domnomartini qui Alberico Comite patre eius in partibus Neuſtriæ in ſeruitio regis Angliæ defuncto ad eum fuerat iure hæreditario deuolutus, addiderat ei Comitatum Boloniæ: ipſe vero poſtmodum culpam culpæ adiiciens, ad regem Angliæ Richardum tranſiens, quandiu idem Richardus vixit, ei ſemper contra ipſum adhæſit: defuncto vero Richardo rege, ipſum iterum in ſuam recipiens amicitiam cum duobus Comitatibus prædictis, addiderat ei tres Comitatus Mitonii Albematne, & Warenarum. His omnibus beneficiis obliuioni traditis, ſiue cauſa commouit contra ipſum vniuerſam Angliam, Theutoniam, Flandriam, Henolliam, & Brabantiam: naues etiam eius apud Dam partim anno præterito cum aliis diripuerat; nuper cum reliquis eius mortem iurauerat, contra ipſum corporaliter pugnauerat: poſt pugnam, poſt vitam ei miſericorditer condonatam, miſſis nuntiis Othonem & alios, qui de bello euaſerant, ad bellum iterum procurauerat incitare. Hæc omnia, inquit, mihi feciſti, vitam tamen tibi non adimam, ſed donec hæc omnia lueris, ergaſtulum non euades. Et cum hęc dixiſſet, inde fecit eum Peronam adduci, & ibi in turrim munitiſſimam includi & cautiſſime cuſtodiri ligatum compedibus mira ſubtilitate perplexis & fere indiſſolubilibus coniunctis inuicem cathena tantę breuitatis, quod vix paſſum efficiat ſemiplenum. Eiuſdem cathenæ medio inſerta erat & alia cathena longitudinis x. pedum infixa apud alterum cuidam trunco mobili, quod duo homines vix mouere poterant, quotiens comes iturus erat ad ſecreta naturæ. Ferrandum vero Pariſios deuectum in turri noua extra muros incluſum arctæ cuſtodiæ mancipauit. Comes vero Salebeřiēſis ipſo die pugnæ traditus eſt a rege Comiti Roberto, ea intētione, vt rex Angliæ, cuius frater idē Saleberienſis erat, filium eiuſdem Comitis Roberti, quem captum tenebat ſicut ſupra commemorauimus, commutaret pro eo. Sed idem rex tanquam naturæ contrarius, carnem & ſanguinem ſuum ſemper odio habens, qui nepotem ſuum Arturum, cui, cum eſſet filius Gaufridi fratris eius primogeniti, iure primogenituræ debebatur regnū, manu propria occiderat, & Elienardim ſororem eiuſdē Arturi virginem neptem ſuam iam fere per annos viginti incarceratam tenebat, extraneū, quem tenebat, pro fratre ſuo naturali ſeu carnali voluit [*noluit*] commutare. Vere ipſe eſt Lynx typica

Merlini,

Merlini, de qua idem Merlinus de patre eius, quem Leoni comparauerat, loquens, Ex eo, inquit, procedet Lynx penetrans omnia quę ruinæ propriæ gẽtis imminebit. Per illam namque vtramque inſulam amittet Neuſtria & priſtina dignitate ſpoliabitur. Alij vero priſones in duobus caſtelletis in capitibus vtriuſque pontis ſitis Pariſius, & in aliis munitionibus per diuerſa regni loca carceribus mancipantur. O quam recta, quam iuſta, quam irreprehenſibilia ſunt iudicia tua Domine, qui diſſipas conſilia principum, & reprobas cogitationes populorum, qui malos toleras vt exerceas bonos, qui vindictam ad tempus differs, vt mali interim conuertantur, qui expectatos fruſtra ad pœnitentiam tandem digne permittis, citra tamen merita flagellari, qui quod mali ad exterminium bonorum temere diſponunt ſemper in contrarium, conuertis ad vindictam malorum, laudem vero bonorum. Ecce non ſolum iſti qui fuerunt in hoc bello confecti, conſpirauerant contra Regem, imo donis & promiſſis illecti Comes Herueus Niuernenſis, & omnes proceres trans Ligerim & Cenomaniæ, & Andegauiæ, & Neuſtriæ, excepto ſolo VVilhelmo de rupibus ſeneſcallo Andegauiæ, Iuchello de Mediana, † † vicecomite ſanctæ Suſannæ & aliis quam paucis, iam Regi Anglorum ſuum ſpoponderant fauorem, occulte tamen propter metum Regis ſua vota regentes, quouſq; certi eſſent, quis eſſet pugnæ exitus futurus. Iam quaſi de victoria præſumentes, regnum diuiſerant vniuerſum: Viromanniam cum Perona Reginaldo Comiti Pariſius Ferrando quaſi funiculo diſtributionis, & aliis alia oppida Othone diſtributore, temere partientes. Et ita Ferrandus & Reginaldus id quod pro bonore, vt putabant, perierant, pro ſuæ cõfuſionis ignominia habuerunt, Deo ſic iuſtiſſime ordinante. Hæc ſupradicta de eorum præſumptionibus & proditionibus à certis relatoribus & ipſorum conſiliorum participibus poſt victoriam ad aures Regis delata ſunt. Abſit enim vt de eis, licet hoſtibus, aliquid contra noſtram conſcientiam confingamus; ſed tantum id quod ſcimus & verum eſſe credimus referamus.

Sicut etiam famæ loquacitate cognouimus, ipſa vetula comitiſſa Flandrię Hiſpania genere, matertera ipſius Ferrandi, filia Regis Portigalenſis, vnde & regina comitiſſa appellabatur, præſtigiis & ſortilegiis euentus belli ſcire deſiderans, ab angelis qui huiuſmodi artibus præſunt, ſecundum morem Hiſpanorum tale meruerat habuiſſe reſponſum: Pugnabitur, & in ipſa pugna Rex proſternetur in terram, & equorum pedibus conculcabitur, & carebit ſepultura. Ferrandus poſt victoriam cum maxima pompa à Pariſianis recipictur. Hæc omnia recte intelligenti poſſunt interpretari in verum. Conſuetudo enim dæmonis eſt ſemper talibus, qui eum colunt amphibologice loqui eodem deſideria palliata veritate inuoluens, vt ſuos ſemper cultores decipiat, & vt ipſi de ſe bona ſemper credant dici, quæ Deus ad eorum confuſionem & aliorum honorem fieri diſponit. Vnde illud:

Cræſus perdet Alim tranſgreſſus maxima regna. Iuuenalis:
-----Ambiguo deceptus Apolline Cræſus.

Quis autem verbis explicare, quis corde cogitare, quis calamo, charta aut tabulis exarare poſſet gratulabundos plauſus, hymnos triumphales, innumera tripudiorum genera populorum, melliſluos clericorum cantus, dulciſonas in Eccleſiis claſſicorum pulſationes, ornatus Eccleſiarum intus & extra ſolemnes. vicos, domos, vias per vniuerſa oppida & ciuitates cortinis & pannis ſericis intextas floribus, herbis & viridibus arborum ramis vbique ſtratas. Omnes autem cuiuſque generis, ſexus, & ætatis homines ad tanti triumphi ſpectacula concurſantes, ruſticos & meſſores intermiſſis operibus, falcibus, raſtris, & tribulis in collo ſuſpenſis (erat enim meſſionis tempus) ad vias cateruatim ruentes, cernere cupientes Ferrandum in vinculis, quem modo formidabant in armis. nec verecundabantur illudere ei ruſtici, vetulæ, & pueri, nacta occaſione ab æquiuocatione nominis, quia nomen eius tam equo quam homini ęquiuocum erat. & caſu mirabili duo equi eius coloris, qui hoc nomen equis imponit, ipſum in lectica vehebant. Vnde & ei improperabãt, quod modò ipſe erat ferratus, quod recalcitrare non poterat, qui prius impinguatus dilatatus recalcitrauit & calcaneũ in dominũ ſuum eleuauit. Hæc omnia vbiq; fiebãt, quouſq; peruentũ eſt Pariſios. Pariſiani vero ciues, & vniuerſa ſcholariũ

multitudo incomparabiliter omnibus aliis, clerus & populus cum hymnis & canticis ipſi Regi obuiam procedentes, quanta eſſet in animo lætitia geſtis exterioribus declarabant. nec ſufficiebat eis de die taliter exultare, imo de nocte, imo ſeptem noctibus continuis, numeroſis luminibus, adeo vt nox ſicut dies illuminari videretur. Maxime ſcholares cum maximo quidem ſumptu conuiuia, choros, tripudia, cantus indefeſſe agere non ceſſabant.

Paucis poſtea elapſis diebus, Pictones tantæ fama victoriæ perterriti, miſſis legationibus Regi magnanimo reconciliari elaborabant. Sed Rex magnanimus eorum perfidia ſemel, imo multotiens iam comperta, ſciens eorum fauorem ſemper ſuo domino oneroſum & nunqnam fructuoſum fore, eorum petitioni minime acquieuit, & collecto exercitu in Pictauiam, vbi erat Rex Iohannes, proficiſcitur feſtinanter. Cum igitur perueniſſet Londunum, quod erat oppidum opulentum & bene munitum in finibus Pictauorum, venerunt ad eum legati à vicecomiti Toarcij viro prudente & potente, omnes fere Pictones etiam Aquitanicos potentia præcellente, pro pace vel ſaltem pro induciis ſupplicantes. Rex magnanimus malens more ſuo pace ſemper quam bello vincere, mediante Petro Duce minoris Britanniæ cognato Regis, cuius vxor neptis erat dicti vicecomitis, ipſum vicecomitem in amicitiam ſuam ſine difficultate recepit. Sed & ipſe Rex Anglorum cum diſtaret ab eo loco ſeptendecim milliaribus, nec haberet quo fugeret, nec expectare Partenaci vbi erat, nec in apertum vt pugnaret procedere auderet, miſſo Renulfo Comite Ceſtriæ cum magiſtro Roberto domini Papæ legato & aliis, cœpit de induciis tractare. Et licet Rex Philippus magnanimus, cum haberet in exercitu ſuo duo millia militum & amplius præter aliam aliorum multitudinem, poſſet & totam terram, & ipſum Regem Angliæ occupare in breui, quinquennos tamen ei & ſuis ſolita benignitate conceſſit. Induciis itaque ex vtraque parte firmatis, Rex magnanimus reuertitur Pariſiis, vbi inito cum vxore Ferrandi & Flandrenſibus colloquio, ſextodecimo Calendas Nouembris, contra ſpem & voluntatem fere omnium de conſueta manſuetudine ſua conceſſit, vt Godefrido filio Ducis Brabantiæ quinquenni in obſidem ſibi dato, & omnibus munitionibus Flandriæ & Henoldiæ eorundem ſumptibus omnino deſtructis tam ipſum Ferrandum quam alios proceres reddita pro vnoquoque legitima redemptione tanto delicto debita ad propria remitteret carcere liberatos. Comiti vero Herueo & aliis quos ſuſpectos habebat, licet eos de maieſtate læſa potuiſſet damnare, nullam aliam pœnam inflixit, niſi quod de fidelitate erga ipſum ſaltem in poſterum obſeruanda, ab eis iuſiurandum exegit.

Martio ſequenti facta fuit eclipſis lunæ generalis xvi. eiuſdem menſis incipiens à primo galli cantu, vſque poſt ſolis ortum diei ſequentis.

Eo tempore quo Philippus Rex Francorum, ſicut prædictum eſt, pugnabat contra Othonē Imperatorem & Flandrenſes in Flandria rebellabat Ludouicus primogenitus eius contra Ioannē Regem Angliæ in Andegauia & eū fugauit viriliter de obſidione quā fecerat ad Rupem monachi. Quia vero pater & filius de tam magnis aduerſariis eodem tempore triumphare meruerunt; in eiuſdem triumphi memoriam Rex Philippus ædificari fecit Abbatiam de ordine S. Victoris Pariſienſis, iuxta Syluanectum quæ appellatur Victoria.

Poſt hæc tempora Innocentius Papa celebrauit Romæ Concilium, vir clari ingenij, magnæ probitatis & ſapientiæ, cui nullus ſecundus tempore ſuo. Fecit enim mirabilia in vita ſua. Eo anno quo Concilium factum eſt, mortuus eſt idem Innocentius apud Peruſium.

Poſt hæc Ludouicus primogenitus Philippi Regis Franciæ perrexit in Angliam cum apparatu & exercitu valido contra Iohannem Regem Angliæ. Londonienſes ſtatim eum receperunt; multæ ciuitates ei ſe dederunt; Barones de terra illa fere omnes eidem homagium fecerunt. Rex Iohannes nimio terrore & timore perterritus aufugit, non multo poſt mortuus eſt. Barones Angliæ Henrico filio Iohannis Regis Angliæ ſtatim adhæſerunt, Ludouicum turpiter relinquentes, ſpreto moderamine iuramenti quod ei fecerant. Comperta ab eo prodi-

tione Anglorum Ludouicus rediit in Franciam. Præfatus Iohannes rex Anglorum terram ſuam iam poſuerat ſub protectione Eccleſiæ Romanæ, & Papæ Innocentio de toto regno ſuo homagium fecerat.

Per hæc tempora Symon co[n]es Montifortis factus eſt comes Tholoſanus, Innocentio Papa procurante, & rege Philippo concedente propter hæreticam prauitatem Albigenſium, & propter apoſtaſiam Raimundi comitis Tholoſani: & cum tota terra Albigenſium dicto Symoni reddita fuiſſet, Albigenſes & Tholoſani contra iuramentum & homagium venientes, Tholoſani contra ipſum ciuitatem muniuerunt, quam dictus Symon viriliter obſedit. Sed in ipſa obſidione lapide percuſſus, vitam in fide catholica finiuit.

Eo tempore quo Philippus rex Francorum magnanimus cœpit infirmari, cometes horribilis apparuit in Occidente, prætendens ſignum mortis eiuſdem, & debilitatem regni Francorum, pro cuius morte dolendum ſi funus haberet amicum.

Anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo tertio, pridie Idus Iulij obiit Philippus rex Francorum illuſtris apud caſtrum quod vocatur Medunta. Qui ſenſus & induſtria vir prudentiſſimus, virtute ſtrenuus, geſtis magnificus, fama præclarus, victorioſus in bellis, ac triumphis multis & magnis plurimum glorioſus, ius & potentiam regni Francorum mirabiliter dilatauit, & regalem fiſcum ampliauit in multis. Multos etiam præclaros principes terris, militibus, armis & opibus præpotentes, regno ſuo & ſibi grauiter aduerſantes debellauit viriliter & deuicit. Eccleſiarum quoque defenſor maximus & protector. Iſtam præcipue ſanctam Eccleſiam, ſancti videlicet Dionyſij ſpeciali fauoris gratia, & quaſi quodam amoris priuilegio fouit propenſius & protexit, & quam habebat erga ipſam dilectionis affectum, multotiens effectu operis comprobauit. Porro ipſe ab annis teneris zelator fidei Chriſtianæ vexillo crucis affixo humeris in ſua iuuenili ætate contra Sarracenos in manu valida tranſfretauit, vbi in obſidione Aconitanæ vrbis, vſque ad eius conſummatam debellationem plenamque recuperationem præclare & efficaciter laborauit. ac poſtmodum vergens in ſenium, proprio filio ſuo primogenito non pepercit, quin eum mitteret bis aduerſus hæreticos Albigenſes cum magnis ſumptibus & expenſis. Et alia tam in vita ſua quam in ſuo deceſſu multa largitus eſt ad eiuſdem negotij Albigenſis ſubſidium & iuuamen. Præterea dando pauperibus, & dona plurima charitatiue per loca varia diſpergendo eleemoſynarum fuit largiſſimus ſeminator. Sepultus autem eſt in Eccleſia beati Dionyſij digne & honorifice, ſicut tali & tanto principi competebat. Ad ipſius enim exequias, quod non ſine nutu & prouidentia Dei geſtum eſſe videtur, affuerunt duo Archiepiſcopi, videlicet Remenſis Guillelmus, Senonenſis Galterus & viginti Epiſcopi, videlicet de Romana Curia Coraldus Portuenſis Epiſcopus Cardinalis, & ſedis Apoſtolicæ in terram Albigenſium tunc legatus. de Anglia Pandulfus Noruicenſis Epiſcopus. de Remenſi prouincia; Cathalaunenſis Guillermus; Beluacenſis Milo; Nouiomenſis Girardus; Laudunenſis Anſellus; Sueſſionenſis Iacobus; Syluanectenſis Garinus; Attrebatenſis Pontius; Ambianenſis Gaufridus. de prouincia Senonenſi Carnotēſis Galterus; Altiſſiodorenſis Henricus; Pariſienſis VVillelmus; Aurelianenſis Philippus; Meldenſis Petrus; Niuernenſis Rogerus. De prouincia Rothomagenſi, Baiocenſis Robertus; Conſtantienſis Hugo; Abricenſis VVillelmus; Lexouienſis VVillelmus. De prouincia Narbonenſi, Fulco Tholoſanus. Qui prælati de mandato domini Papæ, imo de ipſa potius, vt credibile eſt, ordinatione diuina, pro negotio Albigenſi tunc temporis erant Pariſiis congregati. Miſſam autem exequialem celebrarunt ſimul Portuenſis Epiſcopus, & Remenſis Archiepiſcopus vna voce ad duo altaria propinqua: ceteris Epiſcopis cum clericis & monachis, quorum aderat innumera multitudo aſſiſtentibus & eis reſpondentibus, ſicut vni. Inter quos adfuit & Iohannes illuſtris Rex Hieroſolymitanus, qui in Franciam venerat, pro negotiis & neceſſitatibus ſanctæ terræ. Præſentibus ad hoc inclytis prædicti Regis Philippi filiis, Ludouico primogenito, & Philippo. Sæpedictus autem Rex Philippus tale

condidit teſtamentum. Legauit ad ſubſidium terræ ſanctæ trecenta millia librarum Pariſienſium, videlicet præfato Regi Iohanni centum millia. Militiæ Templi centum millia. Hoſpitali Hieroſolymitano centum millia. Datum eſt de ſuo Amarico Comiti Montifortis viginti millia librarum Pariſienſium, ad vxorem eius & ſuos de Albigenſi terra & manu hoſtium reducendos. Præterea dedit quinquaginta millia librarum Pariſienſium pauperibus eroganda. Magnam etiam ſummam pecuniæ dicitur inſuper erogaſſe.

LVDOVICO PRIMOGENITO PHILIPPI MAGNANIMI A DEO DATI FRANCORVM REGIS, GVILLERMVS BRITO, ARmoricus, Salutem.

AD laudes, Ludouice, tuas magnique Philippi
Quo genitore tibi, ſibi Principe Francia gaudet,
Pocula Caſtaliis mihi muſa liquoribus offert,
Inſtimulatque meum Phœbeo pectus œſtro,
Rurſus vt aggrediar prolixius edere thema;
Cui licet ingenium ſe noſtrum iudicet impar,
Non tamen inde animum ſtudui reuocare, ſed auſus
Excuſare meos tali præſumo colore.
Geſta ducis Macedûm celebri deſcribere verſu
Si licuit, Galtere, tibi, quæ ſola relatu
Multiuago docuit te vociferatio famæ:
Si ſua gentili mendacia cuique poetæ
Grandiſonante fuit licitum pompare boatu:
Si tibi, Petre Riga, vitium non eſſe putaui
Vbere de legis occultos ſuggere ſenſus,
Quos facis vt leuibus verbis elegia cantet,
Fortia facta virum numero breuiore coarctans
Quæ potius pede Mœonio referenda fuerunt,
Cur ego quæ noui, proprio quæ lumine vidi
Non auſim magni magnalia ſcribere regis?
Qui nec Alexandro minor eſt virtute, nec illo,
Vrbi Romuleæ totum qui ſubdidit orbem.
Quod probat Eccleſiæ fauor & defenſio cleri,
Qui viuens illo ſub principe, pacis amicæ
Libertate fruens ſubycit ſibi quoslibet hoſtes?
Bis ſenos Macedo, bis Iulius octo per annos
Promeruit celebres vix continuare triumphos:
Viuida Karolidæ virtus triginta duobus
Annis continuis habuit quos vinceret hoſtes,
Donec Theutonicos, Othonem vicit & Anglos
Flandrigenasque vno confecit Marte Bouinis.
Ergo qui tanto expectas ſuccedere regi
Vt primogenitus, vt herilis ſanguinis hæres,
Dignus qui digne digno decoreris honore,
Illius atque tuis aſſurgere laudibus, & te
Auctorem dominumque velis præſtare libello
Admiranda tui patris & tua facta canenti:
Qui ſibi præſcribit titulum nomenque Philippi,

Creſcat

Creſcat vt ex titulo maior reuerentia libro,
Audeat & tanto ſub nomine tutior ire
In medium, lædique minus liuore paueſcat.

Petro Karloto Philippi Regis Francorum filio S.

Tu quoque fautor ades, Karlote, ſimilliſma regis
Magnanimi proles, cui te natura creatrix
Vt regale genus ſignis probet indubitatis,
Corporis eſſe dedit ſimilem mentiſque vigore:
Cuius iam ſequeris veſtigia, cuius in æuo
Tam tenero mores iam nunc imitaris & actus.
Si modo te, fratreſque tuos, magnumque parentem
Vt potui, dignos celebraui carmine digno,
Si tibi totius animi virtute dicaui
Exhauſtum ſubito tenui de fonte libellum,
Impoſuique tuo Karlotida nomine nomen,
Vt tua lectoris laus perpetuetur in ore,
Et virtus etiam poſt mortem neſcia mortis
Famaque Karlorum viuat poſt fata ſuperſtes,
Quam ſoli faciunt vrnas euadere vates
Dum ſcriptis faciunt veterum meminiſſe minores:
Quorum fama perit pereunt vbi carmina vatum.
Hunc quoque propitio cæleſtis ſydere vultus
Vel ſemel illuſtra, gratumque impende fauorem,
Vt per te vigeat, vt te tutore, magiſtros
Errorum cynicos facie contemnat aperta.

LIBER PRIMVS.

CATHALOGVS MATERIÆ PRIMI LIBRI.

Regali primus inſignit honore Philippum;
Iudæos abiicit; blaſphemos lex noua punit;
Hæreticos iuges mittit breuis ignis ad ignes;
Campillos mundat & celſis mœnibus ornat;
Hoſtes Eccleſiæ reprimuntur, & impete primo
Vtraque victori cedit Caſtellio regi,
Et Coterellorum perimuntur millia ſeptem,
Iudæoſque omnes Brale cremat ignea fornax.
Clero Remenſi reſpondens ore diſerto
Rex res pro rebus, pro verbis verba rependit.

GVILLELMI PHILIPPIDOS PRIMI LIBRI PROPOSITIO.

PRælia magnanimi præclaraque geſta Philippi
Armipotente manu tenero quæ geſſit ab æuo
Carmine veridico ſummatim dicere conor
Pauca referre volens de pluribus, & quis ad vnguem
Omnia vel dictare queat, vel claudere metro,
Vel mandare biblis, memori vel corde tenere?
Non indigna foret iſtis vel muſa Maronis
Theologi, cineres Troiæ qui vexit ad aſtra:
Vel qui ſuppoſuit Thraciam victoribus Argis
Erroreſque vagi digne celebrauit Vlyſſis.
Non his ſufficeret fama Lucanus amator,

Aut qui tam ſapido Thebaida carmina ſcripſit
Vt queat ad plenum digno memorare relatu
Tot victos hoſtes, tot bella, tot obſidiones,
Tot bene geſta domi, tot militia probitates.
Non eſt qui puteum tam latum tamque profundum
Exhaurire queat, nedum qui non habet in quo
Hauriat aut reſtem, vel vaſa capacia tanti
Ponderis. in toto pars qualibet, eſt mihi totum.
Toti dico vale, vix audeo tangere partem.
Ergo age, Muſa, viri tam præcellentis honori
Inſudare libens ſtudeas, & ab illius anno
Incipe, quo primum ſceptro radiauit eburno
Rex nouus: iſte noui limes tibi carminis eſto,
Deinde quibus ſub eo meruit pollere triumphis
Francia, proſequere, quo milite colla ſubegit
Neuſtria Francigenis, Anglorum rege fugato,
Hiſtoriamque ſequens, procedas ordine recto,
Littora tuta legens ne demergare profundo:
Sic tamen vt primum memores, quæ gentis origo
Francigenæ fuerit, quis tanti nominis auctor,
Quæ regio in partes Francos emiſerit iſtas.
Seu etenim, quis ſit, de quolibet eſſe ſciendum,
An ea quam ſciri liceat quid fecerit ipſe.
Fac pelagus me ſcire, probes quo carbaſa laxo
Vt percurrantur leuiore ſequentia curſu.
Obſeruandus enim modus eſt in rebus & ordo.
Chriſte Dei ſplendor, virtus, ſapientia, verbum,
Qui patris æterni prodis æternus ab ore,
Qui vere es verbum, lumen de lumine vero,
Deque Deo vero verus Deus, vnus & idem
Atque coæternus patri cum flamine ſacro,
Te precor incipiens, aſſit tua gratia præſens,
Vt mihi ſubueniat, vt me per confraga ſylua
Ducat inoffenſo pede, ne caliget acumen
Mentis, quæ ſine te neſcit qua debeat ire.
Te ſine nil lucet, ſine te via nulla pateſcit.
Syderis Eoi tu lux, tu diſijce mentis
Nubila cœleſti radio, tu luce ſuperna
Da ſenſus lucere meos: tu ſcribere dextram,
Tu linguam dictare doce, tu me rege recto
Tramite, tu præſta promptas in carmina vires:
Tu via, tu ductor, tu nauis, tu Palinurus.
Tu mihi fac tutos ſaxoſa per æquora curſus.
Poſtquam iudicio Priameia regna latenti
Vindicis ira Dei Græcorum tradidit igni,
Qui per peccantes pœnam peccantibus addit:
Flagitiis hominum quoniam ſalubriter vtens
Quos ſcit adhuc longo dignos ſordere reatu,
Francio Priamida ſatus Hectore, patre ſepulto
Grande ſupercilium Græci victoris abhorrens
In cineres Aſia cum tota Troade verſa,
Quærere diſpoſuit patriam ſibi commodiorem
Quam ſibi fata darent acquirere ſorte vel armis.
Cui ſe lecta manus iuuenum coniunxit, vt eius
Exilij comites fierent, ſocijque laboris

Quem

Quem quia per nimiam probitatem illius & actus
Prouenıebat eis honor & victoria multa;
Præfecere ſibi poſito diademate regem,
Seque vocauerunt communi nomine Francos;
Vt dicti Franci, quibus eſſet Francio rector,
Nomine ſint imitatores rectoris & actu.
Qui cum rege ſuo ratibus vix nabile flumen
Danubij tranſnant, & non procul eius ab amne
Vrbs ab eis dicta eſt fundata Sicambria fundo,
In qua regnauit cum Francis Francio primus,
Et ſibi ſuppoſuit regnum totaliter illud.
Auſtria, Theutonico quod habens idiomate nomen.
Tempore poſſedit Francorum natio longo
Vndecies centum ter ſex & quatuor annis
Antea quam Chriſtum genuiſſet virgo beata,
Poſtque Deum natum ſex ſeptuaginta trecentis.
Vt ſe vitali viduauit Francio flatu
Creuit in immenſum ſtirps nobilis illa, fuitque
Viribus egregiis, numeroque ita multiplicata
Vt ſatis vna capax regio non eſſet eorum.

† Ibor fuit quidã Francus nobilis Princeps ſuper xxii. Francorum.

Diſcedunt igitur ab eis † Ibor & numeroſa
Copia Francorum, numero tria millia denis
Millibus adiuncta geminatis, excipe turbam
Fœminei ſexus, & qui gerere arma nequibant:
Finibus egreſsi patriis, per Gallica rura
Sedem quærebant, ponendis mœnibus aptam
Et ſe Pariſios dixerunt nomine Græco,
Quod ſonat expoſitum noſtris, Audacia, verbis:
Erroris cauſa vitandi, nomine ſolo
A quibus exierant Francis diſtare volentes.
At iam Sequanio ſurgebat littore cunctis
Vrbibus vrbs ſpecioſa magis, bona cuius ad vnguem
Commendare mihi ſenſus breuitate negatur,
Quod caput eſt regni, quæ grandia germina regum
Educat, & doctrix exiſtit totius orbis.
Cui quamuis vere toto præluceat orbi,
Nullus in orbe locus, quoniam tunc temporis illum
Reddebat palus & terræ pinguedo lutoſam
Aptum Pariſij poſuere Lutetia nomen.
In qua manſerunt degentes ſimplice vita
Temporibus iſtis, gentili more regentes,
Se populoſque ſuos, reddendo tributa quotannis
Debita Romanis, legeſque ſequendo paternas.
At Francos nunquam vis vlla Valentiniano
Poſt ſuperare fuit, licet illos ſæpius armis
Romano imperio tentaſſet ſubdere, quos cum
Cerneret inuictos & nullo marte domandos;
Hos vere dicam Francos, ait, immo Ferancos
Quos facit indomita virtus feritate feroces.
Tunc vero præerat Priamus rex omnibus illis,
Qui cum naturæ ſoluiſſet debita, regnum
Francorum tenuit ſuccedens filius eius
Marcomirus et, ſuperans probitate parentes.
Tandem ſcripſit eis hæc verba Valentinianus
Annis, France, tibi bis quinque remitto tributum,

Et mihi te ſocio ſub vinclo pacis amicum,
Si mihi militiam, donec ſuperetur Alanus,
Præſtiteris, qui ſe Romanis exhibet hoſtem,
Præſumisque ſuo iuga noſtra repellere collo:
Tantum præſtat eis animi conſueta rapinis
Armata plebis rabies, & copia gentis,
Et prærupta iugis ſpecies horrenda locorum
Montibus & ſcopulis nulli penetrabilis hoſti.
Hic Marcomirus gaudens, Francique Quirites
Accedunt dictis, & congrediuntur Alanis,
Strageque crudeli ſic debacchantur in illos,
Ex toto numero quia non remanſit eorum
Qui non à Franco ſit milite decapitatus,
Aut mortis diuerſa pati tormenta coactus,
Exceptis natura quibus pugnare negabat.
Quod factum cunctis viſum eſt mirabile, lauſque
Francorum toto diuulgabatur in orbe.
Annis ergo decem finitis, Roma tributum
A Francis repetit: empta ſibi ſanguine Franci
Libertate ſuo dicunt ſe corde feroci
Malle pati exilium patriaque excedere tota,
Quam Romæ ſubijci ſub dura lege tributi.
Et cum poſt mortem Romana Valentiniani
Debilitata foret Reſpublica, Francus ab illis
Finibus egreſſus valida ſibi mente ſubegit
Germanos cum Theutonicis, nec non Alemannos,
Tungros cum Belgis, Saxones cum Lotoringis,
Et quicunque iacent populi per Gallica rura,
Sequanium donec longe veniatur ad amnem.
Viuere nec poterat aliquis dux, aut comes, aut rex,
Qui non virtuti Francorum cederet vltro.
Pariſios igitur poſtquam cognouit eadem
Stirpe fuiſſe ſatos à qua deſcenderat ipſe,
*Firma * rate facit miles ſibi Francus amicos,*
* pace *Francorumque vocat fratres, & fœdere iugi*
Vnus ſit populus Franci cum Pariſianis.
Vrbs quoque Pariſius meruit tunc primo vocari,
Cui prius indiderat ſitus ipſe Lutetia nomen.
A qua Francigenæ progreſſi cum Pharamundo
Marcomirigena, quem iam genitor ſuus illis
In regem dederat, terrarum quicquid habetur
A pelago quod nos hodie diſtinguit ab Anglis,
Vſque ſub Hyſinnos fines portuſque remotos,
Qui Caroli meta populari voce vocantur,
Totum militia ſibi ſuppoſuere potenti.
Et ſic terra fuit Francorum nomine dicta
Francia, cuius erat antiquum Gallia nomen.
In qua regali Pharamundus primus honore,
Excluſis penitus Romanis, fulſit: eidem
Filius ipſius Clodius ſucceſſit; at ille
Regia decedens Meroneo ſceptra reliquit
Patris iure ſibi faciens ſuccedere natum.
Is Childericum genuit, regemque paterno,
Et ſucceſſorem moriens ſibi iure creauit.
Ille Clodouei regis pater extitit, inter

Francorum

Francorum reges qui primus credere Chriſto
Et ſacro meruit Baptiſmi fonte renaſci;
Quem cum Euangelico conuerſum dogmate, Sanctus
Remigius ſancto chriſmare pararet oliuo,
Ecce dolens inimicus homo qui ſemper honori

†Vas quo liquor ſacratus conſeruabatur.

Inuidet Eccleſiæ, † fregit fuditque liquorem
Vt, ſua cui natura modos dat mille nocendi,
Hoc faceret facto regem reſcindere votum,
Aut ſaltem differre aliquas Baptiſma per horas,
In tanto, ſi non in toto, offendere gaudens,
Vt meritum regis motu quocunque minoret:
Qui magis eſt animos quam corpora lædere pronus.
Quo viſo commota manus pagana ſuorum
Hoc virtute Deûm conclamant eſſe patratum,
Nec regem mutare vias debere priores,
Quas vſque hic tenuit eius generatio tota;
Quod nec velle Deum res tam manifeſta doceret,
Qui ſanctum eſt paſſus oleum cum vaſe perire,
Ne rex tactus eo, Chriſti ſe lege ligaret.
At ſacer Antiſtes erecto lumine ſurſum
Cum manibus meruit ſacra per ſupplicamina, ſacrum
Cœlitus emitti cum ſacro vaſe liquorem,
Ipſo rege palam cunctiſque videntibus ipſum,
E cœlo miſſus quem detulit angelus illi,
Quo rex ſacratus fuit idem primus, & omnes
Poſt ipſum reges Francorum ad ſceptra vocati,
Quando coronantur oleo ſacrantur eodem.
Sicque fit vt ſolum metuens amittere regem,
Dum fraudem ſtruit Eccleſiæ fallaciter hoſtis,
Se dignum effecit Francos qui perderet omnes.
Nam cum pagani miracula tanta viderent,
Se faciunt omnes renouari fonte perenni.
Quis vero cui rex regi ſucceſſerit ex tunc
Tempus ad hoc præſens ſerie tibi lector aperta
Scire dat hæc oculis ſubiecta fidelibus arbor,
In qua ſe primum Pharamundus ponit, eo quod
Francorum primus terra regnauit in iſta,
Et tamen affirmat communis opinio primum
Eſſe Clodoueum, quia regum credere primus
In Chriſtum meruit, gentili errore relicto,
Quo velut à trunco procedens linea monſtrat:
Quæ ſit deſcendens ſeries, quæ collateralis. * * * *

Annus millenus centenus ſeptuagenus
Nonus erat poſt virginei ſacra tempora partus
Tradere quando pius ſceptrum regale Philippo
Propoſuit genitor veneranda luce, beata,
Quam ſibi ſanctificat Aſſumptio ſancta, Maria.
Cumque eſſent regni primores, quoſque decorat
Pontificalis apex, ad gaudia tanta vocati,
Inſtaretque dies quo rex debebat inungi,
Ipſum cum famulis comitante ætate coæua
In Cuiſiam traxit venandi gratia ſyluam:
Hic aprum ſolo viſum ſibi forte ſecutus
Vt puer, vt prædæ laudiſque cupidine ductus
In nemus obſcurum, nullo comitante excurrit.

Cumque procul poſitus à venatoribus eſſet,
Nec iam venantum voces nec cornua poſſet
Latratuſve audire canum; quaſi fumus & vmbra
Protinus ex eius oculis euanuit ille
Deceptiuus aper, aprum ſi dicere fas eſt,
Qui tantam voluit nobis infligere plagam,
Tam ſubitoque ſuum Francis auferre Philippum,
Patri erat & regno qui ſolus & vnicus hæres.
At puer ad ſocios cum vellet ab inde reuerti,
Nec reperire viam potuit, nec tendere quorſum
Deberet, agnouit, nullo conſorte; diebus
Continuis errans media cum nocte, duobus
Solo ſe ſolius equi ſolamine ſolans,
Irrequieta ferens veſtigia, proh timor, ibat
Per ſalebras parteſque ruens, per deuia quaque
Quo ducebat eum huc illuc Acriſius error.
Triſtibus interea multum quæſitus amicis,
Veſpere ſub lucis, poſt tædia iuſta, ſecundæ
Vix tandem inuentus, aliquanto tempore, lecto
Decubuit, multa ex cauſa ægrotare coactus.
Horror enim & biduana fames compreſſerat illum
Continuuſque labor, cunctiſque inamabilis error.
Prætеriitque dies illi præfixa ſacrando.
Hæc tamen haud dubium tentatio contigit illi,
Vt Deus hoc caſu meliorem redderet illum,
Attentumque magis curare negotia regni.
Res etenim tanto quæ præſignitur honore,
Quam facit optari propria excellentia dignam,
Quanto differtur quanto pertingere ad illam
Conatu grauiore datum eſt, hoc gratior, hoc fit
Carior, hoc ſtudio maiore meretur amari.
" *Vilet enim qui ſe nullo conamine præſtat:*
" *Diligiturque magis res acquiſita labore.*
Hoc etiam facto noſter confunditur hoſtis,
Qui bona ſemper amat corrumpere ſemina, qui cum
Non auferre queat, ſaltem differre laborat
Commoda noſtra, bonis ſemper contrarius actis.
Nec nocet ille, niſi quantum permittitur illi
A Domino, qui nos probat exercetque per illum,
Vt tandem victo nos tentatore coronet,
Semper & in nobis virtus exercita creſcat.
Ergo neceſſe fuit aliud præfigere tempus,
Quo iam ſanatus rex ad diadema veniret.
Annis ante dies elapſis quatuor illos
Ipſius genitor peregrini more profectus
Orandi ſtudio deuota mente petiuit
Eccleſiam Thomæ, qua martyris oſſa quieſcunt,
Cuius virtutes totum redolere per orbem
Ille facit cuius pro nomine paſſus obiuit.
Rex pius ante ſacrum ſtans Martyris ante ſepulchrum
Cum lachrymis fundit has inter cetera voces:
Hoſpes ſancte tuum deuotio noſtra minori
Exilium ſolata fuit quam vellet honore:
Tu tamen Eccleſiæ pro libertate fugatus
Sanctificare meum te dignans exule, regnum
Septenos iuſte atque pie viuendo per annos

Corde

Corde recepiſti placito quod noſtra facultas
Diſpenſare tibi poterat patribuſque ſacratis
Quos tecum exilio fides damnauerat hoſtis.
Tu ficta poſt hac ad propria pace vocatus,
Quando relinquebat tua me præſentia triſtem
Tu mihi dixiſti, nec mens qua ſpiritus hoſpes
Sanctus erat, ſinet effectu ſua verba carere,
Tu mihi dixiſti: Compaſſio, Rex pie, qua me
Tanquam conciui, non exule ſemper et vſus,
Muneribus qua me aſſiduis ſolatus alebas,
Exilio qua mille dabas ſolatia noſtro,
Pectore fixa meo ſtat & omni tempore ſtabit,
Meque ſui memorem pietas tua ſemper habebit:
Cui per vota fide me taliter obligo pura,
Vt quaecunque voles, quaecunque popoſceris à me
Pro te pro ve tuis, nullam patiare repulſam,
Quando mihi à Domino fuerit collata poteſtas.
Sic promiſiſti, ſic te mihi ſponte ligaſti.
Nunc verbi memor eſto tui, nunc & locus & res
Exigit, vt facias quod te tuus orat amicus,
Immo vero ſeruus tibi ſubditus: ecce potens es,
Largitur Deus ecce tibi quicquid petis ipſum.
Ecce tuis redeunt meritis ad propria ſani
Omnes infirmi, tua qui ſuffragia poſcunt.
Tutelæ committo tuæ, pater alme, Philippum:
Hunc tu conſerues, huius tu facta ſecundes,
Huic prior eſſe velis cauſa protector in omni,
Hunc ſolum commendo tibi: tu patris amorem,
Tu tutoris agas in eum, pater optime, curam,
Quem mihi Sanctorum meritis precibuſque virorum
Atque tuis, iam decrepito ſenioque labanti
Hæredem diuina dedit clementia ſolum.
Quod tam ſancta patris ſint vota à martyre ſancto
Exaudita, ſequens factum reſque ipſa probauit.
Nam patris eius eum pietas meritumque beati
Martyris adiuuit, ſeque ipſe per omnia talem
Reddidit, vt donis dignus cœleſtibus eſſet.
Immo ſibi ſanctus proprij ſpecialiter illum
Sanguinis vltorem elegit, ſtatuitque per illum,
Perque ſuos olim natos, radicitus omnem
Patricidarum genus extirpare cruentum:
Idque viro cuidam ſancto diuinitus idem
Oſtendit martyr, & eidem dicere iuſſit,
Certior vt fieret Domino ſua bella placere.
Diſtuleritque vir ille, licet rem prodere viſam
Omnibus his pene extinctis, bellante Philippo
Res ſibimet facit ipſa fidem, factoque probatur
Martyrij vindicta ipſi commiſſa fuiſſe.
Iamque dies aderat cunctis optata Nouembris,
Quod caput eſt menſis, qua cunctis ſanctificata
Iamdudum Sanctis, nunc longe ſanctior extat,
In qua ſceptrifero fulſit redimitus honore
Magnanimus ſacro Rex delibutus oliuo,
Quo Deus angelicis manibus virtute parato
Diuina, noſtris conceſſit Regibus vti

Vt ſacrentur eo ſoli ſpecialiter illi,
Qui ſucceſsiue Francorum ſceptra capeſſunt.
Quo maior noſtri patet excellentia regni,
Dignior vt vere Rex noſter Rege ſit omni,
Quem ſacrare ſuis Remorum metropolites
Cum compræſulibus habet illo criſmate ſacro
Hoc ad opus ſolum quod cœlica fudit oliua.
Hoc & non alio perfudit membra liquore
Carolidæ noſtri, Guillelmus Præſul in vrbe
Remenſi, patrum ſeruato more ſuorum:
Impoſuitque ſacrum capiti diadema verendo,
Conniuente ſimul cleri populique fauore.
Tam ſpeciale decus Chriſti dignatio præſtat
Nobis Francorum qui congaudemus honori.
Sic regem noſtrum ſibi Rex cœleſtis amicat,
Sic ſuper exaltat terræ præ regibus illum,
Quem facit vt ſolum ſacra conſecret vnctio cœli,
Vnguine cum reliqui ſacrentur materiali.
Tunc pater eius erat annorum ſeptuaginta,
Ad Dominum qui mox anno migrauit eodem:
Ipſeque quindenum non dimidiauerat annum.
Tantum primæuo pubeſcens flore duobus
Menſibus adiectis ſeptem geminauerat annos.
Qui poſtquam ſolus habuit moderamina regni,
Iam liber propria ſe libertate gubernans
Protinus arbitrio domini ſe mancipat omni
Corporis atque animi virtute videlicet à quo
Ipſe datus fuerat ſpecialis gloria mundi.
Primaque facta ſuo cupiens ſacrare datori
Iudæos, quibus eſt odio Deus, Eccleſiæque
Lex, & ſacramenta, ſuo priuauit amore.
Deinde relaxauit illorum debita cunctis
Qui rem debebant illis, quamcunque, retenta
Parte ſibi quinta pro regni iure tuenda.
Nam tenui cenſu fuerat pater, & nihil illi
Vt quaſi legitimus hæres ſuccederet illi,
A patre collatum fuerat, niſi ſola poteſtas.
Quippe pij prælarga manus genitoris in vſus
Membrorum Chriſti fiſcum vacuauerat ære,
Et poterat totum ſibi tollere, ſi voluiſſet,
Nec præiudicium ſuper hoc feciſſet eiſdem,
Tanquam ſeruorum res & catalla ſuorum.
Nec mora de regni totius abegit eoſdem
Finibus, & nocua regnum putredine ſoluit,
Indulta miſeris tamen apto tempore, quo res
Sequeſuoſque parent ad iter, prout exigit vſus.
Tunc Synagogali cedente ſuperſtitione,
Eccleſias fecit ſacrari pro Synagogis
In quocunque loco Schola vel Synagoga fuiſſet,
Diuinum cultum per vicos amplificando:
Neve Dei pereat, egeant ſi forte miniſtri,
Seruitium, dotat largus loca dotibus illa.
Poſtea conſtituit & ſanxit lege nouella
Per totum regnum, ne blaſphemare quis eſſet
Cor cerebrumve Dei, vel membrum quodlibet auſus,

Sic, vt

Sic, vt qui legem fuerit tranſgreſſus eandem,
Quinque quater ſolidos teneatur ſoluere Chriſti
Pauperibus, vel flumineas iactatur in vndas.
Vt ſic detraheret homines a præuaricando
Et reuocaretur paulatim peſſimus ille,
Quo nimium prauo fœdatur Gallia, ritu,
Pro nihilo cauſaq; leui, quaſi dilacerando
Membra beata Ieſu, vel turpiter improperando
Illi pro noſtra probra quæ tulit ipſe ſalute.
Pulſis Iudæis ſanctoq; rigore fugatis
Dehinc perſcrutari citius facit hæreſiarchas
Simplicium falſo qui fallunt dogmate corda,
Incautas animas occulta fraude necantes:
Qui bona coniugij reprobant, qui carnibus vti
Eſſe nefas dicunt, aliaſque ſuperſtitiones
Inducunt, breuiter quas tangit epiſtola Pauli,
Omnes qui fidei ſaperent contraria noſtra.
Quos popelicanos vulgari nomine dicunt.
De tenebris latebriſque ſuis prodire coacti
Producebantur, ſeruatoq; ordine iuris
Conuincebantur, & mittebantur in ignem,
Ad tempus flammam paſſuri materialem,
Deinde gehennales paſſuri iugiter ignes.
Indulgere tamen Deus ipſa mortis in hora
His potuit, puro ſi pectore pœnituerunt,
In cruce qui pendens legitur dixiſſe latroni
In cruce pendenti, iugi donabere vita,
Et capies hodie paradiſi gaudia mecum.
Hoc illi meritum fides, contritio cordis,
Et quæ gratuitos præcedit gratia motus
Contulit extremo ſuplicanti in limine vitæ.
Sic omnes regni fines purgauit vbique
Omnibus hæreticis Iudæorumque nefanda
Perfidia, quorum ſordeſcit fœnore mundus.
Nec toto poterat in regno viuere quiſquam
Legibus Eccleſiæ qui contradiceret, aut qui
Catholicæ fidei non conſentiret in omni
Articulo firmus, aut ſacramenta negaret.
Pariſiis locus eſt Campellos nomine dicunt,
In quo communi tumulantur corpora iure
Quotquot defungi vita contingit in vrbe.
Hic cuiuis hominum ſuibuſque patere ſolebat
Spurcitiis, ſcopibus ſordens & ſtercore multo,
Et, quod peius erat, meretricabatur in illo:
Et ſic defunctis iniuria magna fiebat
Sacratoque loco, quibus eſt tribuendus vbique,
Præcipiente Deo, timor & reuerentia ſemper.
Huic rex diuini zelo ſuccenſus amoris
Indignans fieri polluendo probra ſacrato,
Corpora Sanctorum quo plura ſepulta quieſcunt,
Quadratos lapides circundedit, atque politos
Ædificant muros in circuitu ſatis amplos
Et ſatis excelſos, caſtris aut vrbibus aptos.
Et ſic ille ſacer locus eſt mundatus ab omni
Sorde, datuſque ſuus honor ex tunc debitus illi.

*Cum rex magnanimus eliminat omnibus horis
Francorum ſcelera ſcelerumq; potenter amicos,
Catholicamq; fidem nouus in regni nouitate
Hæreſibus pulſis ſtabilire per omnia gaudet,
Hebo Bituricus, & Guido comes Cabilonis,
Imbertuſq; ferox, qui caſtrum Belli-Focenſe
Sub ditione ſua caſtellaq; plura tenebat,
Eccleſiæ Chriſti, ſimul Eccleſiæq; miniſtris
Cœperunt inferre modis diſpendia multis
In patriis, vbi plus ſibi quiſq; licere putabat.
Rex ætate puer, animo maturus & armis
Illos ſpe breuius bello confecit, & omnes
Eccleſiæ pedibus ſubmittere colla coegit.
Tamq; manu forti prædonibus inſtitit illis,
Quod quicquid tulerant clero clerive colonis,
Præcedente prius emenda reſtituerunt.
Sic nouus ille ſua rex in nouitate ſuorum
Primitias operum, ſic primula prælia Chriſto
Eccleſiæque ſuæ deuota mente ſacrauit.
Sic noua militiæ gaudens inſignia nouit
Initiare Deo: ſic tyro nouus, crucifixi
Defenſare ſuis patrocinia maluit armis,
Quam tyrociniis ſe circumducere vanis
Pompoſumve ſequi famæ labentis honorem.
Sicq; merebatur vt adhuc venientibus annis
Promoueat Dominus lentis ſucceſſibus illum,
Tyroniſq; ſui per proſpera dirigat actus
Quod ſupereſt, ſignis inuiſere talibus illum
Dignatus facieq; illi ſe oſtendere nuda.
In caſtro ſyluis Aquilina quod vndique cingit,
Cui Sanctus nomen Leodegarius aptat,
Dum forte audiret miſſæ myſteria, vidit
Presbyteri in manibus quæ ſacra leuantur in hora,
Miri ſplendoris puerum, ſtudioq; frequenti
Angelicos ciues aſſiſtere comminus illi.
Quo viſo, in faciem lachrymis procumbit obortis,
Et Domino cordis totum ſe mactat in ara,
Qui ſua quando vult, cui vult ſecreta reuelat.
Sed nec de populo, qui circumſtabat idipſum
Promeruit quiſquam vidiſſe, nec ipſe ſacerdos.
Soli ſe regi detexit myſtica virtus,
Cui ſoli digne poterat res tanta patere,
Vt qui promptus erat clerum Eccleſiamq; tueri,
Promptior & ſigno longe deuotior iſto
Ad virtutis opus reliquo ſe accingat in æuo.
Cui de ſecretis fidei ſic indubitanter
Conſtitit, vt ſciret quanta virtute ſaluti
Conſulat humanæ ſua per myſteria Chriſtus
Cotidie patri, qui ſe veraciter ipſum
Sub panis ſpecie pro peccatoribus offert.
Quando a catholico tractantur ſacra miniſtro
Seruata Eccleſiæ forma quam tradidit ipſe.
Rex ſextumdecimum nondum compleuerat annum,
Eccleſiamq; Dei ſic tutabatur, vt omnes
Athletam Chriſti proteſtarentur eutem,*

Et de-

Et defenſorem fidei cleriq́. Sed ecce
Plures de regno proceres, comiteſq́, duceſq́,
Æui penſantes in eo momenta tenelli,
Non animi vires, nec quo teneretur amore
Vaſſallus domino, vel regi miles, eodem
Propoſito conſpirantes, communiter ipſum
Infeſtare parant belloq́, laceſſere regem.
Præcipueq́, comes Stephanus qui mœnia ſacri
Cæſaris & ditis pro magna parte tenebat
Prædia Bituriæ celebrem parientia bacchum,
Quamuis vaſſallus & regis auunculus eſſet,
Vtpote cuius erat ſoror Adela regia mater,
Indicit bellum dominoq́, ſuoq́, nepoti.
Sed qui mollis adhuc, tener, inconſultus, eorum
Mente putabatur, nec ſe defendere poſſe,
Quàm diſtans a re ſit opinio protinus illis
Concluſit liquido, regem ſe Marte probauit,
Corde ſenem, facto iuuenem, vi mentis adultum,
Speque ſua vacui merito ſenſere ſeucrum
Quem ſpreuere pium, & quem vincibilem reputabant,
Intellexerunt inuictum viribus eſſe.
Et quem cenſebant æui ſub lege teneri
Inuenere nihil annis debere vel æuo.
Non procul a fluuio Ligeri Caſtellio caſtrum
Fertilibus florebat agris, cui flumen amœnum,
Hinc latus exornat, reliquum vineta coronant
Turribus excelſis, muris foſſiſque ſuperbum
Nullius vt vires ſibi diceret eſſe timendas.
Tunc etiam Stephanus comes ipſum muniit armis,
Frumento, validiſque viris, & milite multo.
At rapido curſu rex feſtinauit, & illud
Gnauiter obſedit, cepitque vigore potenti
Spe citius, captumque ſolo proſtrauit, & iræ
Motibus indulgens radicitus incinerauit,
Vicinumque ſolum, miſſis curſoribus, omne
Prædis, agricolis, rebus ſpoliauit opimis.
Tunc vero Stephanus irrecuperabile damnum
Eſſe videns (intellectum vexatio quippe
Iam dederat) ſupplex veſtigia regis adorat
Armis depoſitis ſua reddens omnia ſecum
Ipſius arbitrio: quem rex, rancore ſepulto,
Gratanter recipit, & donat amore priori.
Cuius ad exemplum reliqui quicunque negarant
Obſequium regi, miſſo pro pace rogatu,
Mox ab eo recipi meruerunt corde benigno,
Semper enim primis a componentibus illis*
Infuit hic animus & naturalis amica
Sorte beans animum, dot dote beatior omni
Quod quanto ſtantem ruit irreuocatus in hoſtem,
Tanta mente pia ſtrato reuocatur ab hoſte,
Vt nunquam veniam ſuplicanti deneget hoſti.
Qualiter irato ſatis eſt proſtraſſe leoni
Corpora, pugna ſuum finem capit, hoſte iacente.
His ita compoſitis & firma pace ligatis,
Transmiſſo Ligeri, rebus fœliciter actis.

Rex redit in patriam, ſpatiumq; per vnius anni
Terra ſilet, nullos bellorum paſſa tumultus.
Vix bene finito Dux Odo Allobrogus anno
Opprimit Eccleſias pacemq; monaſteriorum
Indignus animo turbat cleriq; quietem:
Gente potens, diues opibus, ditiſſimus armis,
Belligeriſq; viris, quos Diuio nobile caſtrum,
Auguſtodunum. *Edua quos mittit vrbs antiquiſſima, plena*
Diuitiis, multiſq; tument legionibus olim,
Romulidiſque fide iunctiſſima, gente ſuperba
Aſſiduis bellis pluſquam vicina fatigans,
At modo nulla fere raris habitata colonis,
Nobilibus vicis, vbi gaza domuſque fuere
Pro gaza ſyluas monſtrat, pro gente miricas:
Quam rex Arturus Roma ſubduxit eandem
Poſtea Noruuegus euertens Rollo redegit
In nihilum prorſus, vix vt veſtigia reſtent.
Frugifero iucunda ſolo nihilominus illi
Bealna. *Cum multis ſuberat aliis vinoſa Bealna*
Indicens crebris vino fera bella rubenti.
† Semuris. *Chothia † ſemuris, Flauignia, Muxis, Auallo*
Terra ferax & tota fere Burgundia diues
Et fœlix ſi pace ſui fruerentur alumni,
Eius erat patrio ditioni ſubdita iure:
Sic tamen, vt regi ſuper his obnoxius eſſet:
Inſuper & caſtrum Caſtellio nomine, vicus
Nobilis, Allobrogum decus, & munitio regni,
Quem fluuius medium retinenti perluit vnda
Sequana, nobilium pater inſtratorque virorum,
Nulla quibus toto gens eſt acceptior orbe
Militia, ſenſu, doctrinis, Philoſophia,
Artibus ingenuis, ornatu, veſte, nitore.
Vnde timens regem Dux præmuniuerat illum
Omnibus ad bellum rebus quibus eſt opus, armis
Robuſtiſq; ſatellitibus, cum milite multo:
Sufficienſq; viris frumentum, prouidus heros
Congerit, & farſit caſtellum rebus abunde,
Ne quid deſit eis in toto tempore belli.
Hurdari turres & propugnacula, muros
Subtus fulciri facit, aptariq; feneſtris
Strictis & longis, vt ſtrenuus arte latenti
Immittat leti prænuntia tela ſatelles.
Vrget, & inſtanter nihilominus amplificari
Atq; profundari cingentes mœnia foſſas,
Nullus vt acceſſus pateat pugnantibus extra,
Vt parte ex omni ſit inexpugnabile caſtrum:
Rex igitur miſſis pacis monitiua benigne
Scripta Duci, ſuadetq; malis deſiſtere cœptis.
Dux fit ab admonitu peior, grauiuſq; proteruit,
Eccleſia damnis, nec ſe compeſcit ab ira
Quin magis & clerum grauet, & patrimonia Chriſti.
Rex ſacros iterans monitus nil proficit, imo
Fortius accendit dum vult reuocare furorem,
Materiamq; mali grauioris concipit in ſe
Rege malum prohibente furor, Sic fabula quondam

Ouidiana refert plus concepiſſe furoris
Penthea diſſuaſu procerum dum tollere ſeruit
Orgia de medio dum ſata minatur Aceſte.
In puero ſperni nec ſe pro rege teneri
Rex puer indignans, volat ocius agmine rapto,
Et Burgundinos feſtinat inire receſſus
Milite non multo comitatus. Nam grauis ira
Non permittebat ſatis expectare vocatos.
Et iam poſt tergum Campana Brianaq; rura
Liquerat & Trecas, nam Barri mœnia velox
Præterit, & Muxis infert ſe mœnibus hoſpes
Nobilis, expectans tribus agmina noctibus illic
Quinque ſequebantur illum properando maniplos.
Quem mora dum triduo Muxæa in valle teneret
Innotuit certis exploratoribus illi
Quam ſit munitum Caſtellio, qualiter armis
Quotq; quibuſq; viris Dux Odo repleuerit illud.
Sed nec forma loci tantis munita decenter
Præſidiis, nec præſtantiſſima corpora tanta
Militia, caſtrum qui tutabantur ab intus
Illius exterret animum, quin protinus ipſum
Obſideat, ſubito cui quondam ſanguine muros.
* *Tempore quo vel nox, vel lux, ſed vtrumq; videtur*
Quo piger oppreſſos aperiri ſomnus ocellos
Vix permittis adhuc, quando placidiſſimus implet
Rore papauereo venas, puer impiger illo
Tempore tricinctum caſtri, qui continet in ſe
Iugera multa ſoli, ſignis obcinxit & armis
Nec patet egreſſus, prodire volentibus extra
Qui non militibus foret obſitus atq; maniplis.
Interea Solis aurora præambula terras
Exuerat tenebris, & lux eſt reddita mundo,
Ciues è ſtratis ſurgentes deniq; cingi
Vndiq; ſe cernunt, aſcendunt mœnia, portas
Agmine confuſo feſtinant obdere, curtes
Et pluteos humeris comportant mœnibus altis
Si qua ruina patet farcire foramina certant.
Hic labor exercet formicas quando viator
Aut baculo paſtor illas percuſſit: at illa
Nunc huc nunc illuc diſcurrunt ordine nullo
Fragmina cellarum ſtudio reparare frequenti
Certantes, caueis ſimul ebullire videres.
Haud ſecus obſeſſi mixtim per mœnia, vicos
Et plateas currunt, mirantur qualiter omnes
Tam ſubito potuit rex circumcingere muros,
Vnde tot innumeris obtexere millibus agros,
Vnde tot armatos, tam paruo tempore, quiſquam
Accito potuit vno componere cœtu.
At rex, vt nullum ſibi tempus in obſidione
Perdere contingat, inſtat, noctuq; dieq;
Ipſemet imprimis animos pugnantibus addit.
Mangonellorum tormentis ſaxa rotantur
Ictibus aſſiduis, hurdicia fracta recedunt
Et disiuncta patent per propugnacula pinnæ
Cratibus intextis & parmis vndique iunctis

Iam pede non ſegni foſſarum ſumma tenentes
Crebra cateruatim iaculantur tela manipli,
Audeat vt nullus ſummos aſcendere muros,
Currere nec ſolito per propugnacula more,
Vt vel tela ferant, ſiue auxiliaria ſaxa
Quæ defenſores murorum mittere poſſint.
Aggere complentur foſſa, murosq; ſub ipſos
Scalis erectis, agili leuitate ſatelles
Quo rex ipſe loco ſe munit ſemper omni
More tirogrilli velox in mœnia repit.
Iam Male. vicinus mira leuitate Manaſſes
Guillermus Barrenſis *Iam Barrenſis eques feſtinus in agmine primo*
Scalas aſcendunt totis virtutibus vſi
Stantq; ſuper muros victis cedentibus, atq;
Agmine condenſo ſummam tendentibus arcem,
Vt ſaluare queant modico vel tempore vitam:
Omnibus expoſitis quas tam prapinguis habebat
Vicus opes, quas militibus rex donat habendas,
Atq; ſatellitibus virtutis præmia dignas,
Capta ſibi retinens fiſcali corpora iure.
Protinus arx ipſa breuiùs ſpe fracta reſedit
Incumbenſque ſolo patuit victore recepto,
In qua ſunt capti ciues, cum milite multo,
Innumeri, ſed & ipſe Ducis iuſtiſſimus hæres
Cum reliquis capitur, qui poſtea Dux fuit Odo.
Se Dux ergo videns non poſſe reſiſtere tantis
Viribus, & nato metuens quem vincla tenebant,
Proiicit ampullas, & mentis amara ſuperbæ
Cœpta retroponit, humilis iam denique factus
Iniuſtamq; fouens, ipſo ſe iudice, cauſam
Sero recognoſcit quantum deliquerit in ius
Inq; ſuum dominum, cui ſe peccaſſe fatetur:
Et genibus flexis ſeſe regalibus vltro
Submittit pedibus, ſuplicans vt quicquid eidem
Rex velit, infligat, ſtatuat de ſeq; ſuiſq;,
Quicquid ei placeat ſtatuendo, vindice pœna
Infligi debere reo quam iudicet ipſe.
Rex igitur, cuius pietas excedere vota
Nouerat, & merita ſuplicum cui corde benigno
* *Eſt proprium* miſereri & parcere ſemper*
Hoſtem conuerſum latis complectitur vlnis,
Ac in amicitiam recipit, ſolitumq; fauorem.
Reddit ei terras, vicos, & nobile caſtrum
Cuncta ſibi retinere licet de iure liceret,
Quæ iuſtis ſubducta Duci poſſederat armis.
Sed iuri præferre pius rex maluit æquum
Cum quibus & natum, quem vix ſperauit, inemptum
Reſtituit: ſed & ante tamen facit Eccleſiarum
Damna reſarciri quam quicquam reddat eidem
Quodq; fidelis ei ſit in omni tempore vitæ
A Duce ſufficiens ſit regi cautio, miſſis
Obſidibus, plegiis, iuramentoq; recepto.
Nec mora Bituricas exercitus ibat in oras
Coterelli *Vt Scotellorum vim ſauitiamq; retundat,*
A quibus Eccleſiis aut vaſis Eccleſiarum

Perſoniſve ſacris rebuſve lociſve ſacratis
Nullus præſtabatur honor, reuerentia nulla,
Nil iuueni virtus, puero nil debilis ætas
Nil effœta ſeni, nil nobilitas generoſo,
Nil toga ruricolæ, nil froccus religioſo,
Nil fragilis ſexus mulieri, nil ſacer ordo
Presbytero prodeſt quin decollentur ab ipſis
In quocunq; loco contingat eos reperiri,
Si modo præualeant illi vel fraude vel armis.
Sed tamen ante necem multos cruciatibus iidem
Torquebant variis, aut longa morte necabant
Vt nummos ab eis prius extorquere valerent.
Quos tamen excepit legio ſic regia, quod ſunt
Interfecta die ſimul vno millia ſeptem
Et quicunq; fuga necis euaſere periclum
Diſperſim tota regione fuere fugati,
Poſtmodo non auſi regi regnove nocere.
Terra Bienſis habet caſtellum nomine Braiam,
* Brienſis — *In qua Iudæos plures Comitiſſa Brenenſis,**
More ſuo nummos dantes ad fœnus, habebat.
Contigit vt fidei noſtræ confeſſor, agreſtis
Quidam, quamplures ſolidos deberet eiſdem:
Qui cum non eſſet ſoluendo, contulit illis
Arbitrio Comitiſſa ſuo punire ruſellum,
Præcipue quoniam Iudæis probra tuliſſet:
Chriſti membra ferox exponens hoſtibus eius
Fœminea leuitate, Dei priuata timore.
Taliter expoſitum nudant ſpiniſq; coronant,
Per vicos, per agros ſic ſpinea ſerta gerentem
Fuſtigant colaphis, feriunt, cæduntq; flagellis,
Deniq; tractatum male tollunt in cruce, cuius
Haſta latus, plantas claui palmaſque cruentant
Vt Domini pene ſimilis ſit paſſio ſerui.
Quo rex audito nimia turbatus ab ira
Et ſancto Chriſti Zelo pia corda comuſtus
In propria veniens perſona, præpete curſu,
Quotquot apud Braiam Iudæos repperit omnes
Igni ſuppoſito Domini pugil incinerauit
Nonaginta nouem, flamma ſic vindice, Chriſti
Nota hic quod ad confuſionem ſuam clerus Remenſis renuit opem regi Philippo. — *Dedecus vlciſcens ignominiaſq; ſuorum.*
Tempore cuiuſdam guerræ, rex prodigus æris,
Cum res exigeret numerare ſtipendia multis,
Clerum Remenſem petiit ſcriptoque rogauit,
Vt ſibi ſubſidium fieret, quo gratior ille
Ad tantos vellet ſumptus impendere gratis
Vt ſolet Eccleſia patronos ſæpe iuuare.
Qui pro rege ſuo regi ſuffragia ſummo
Fundere cum precibus aiunt ſe iure teneri
Non ſolidos dare, vel cenſum, ne poſtea forte
Eccleſiæ pariant ex conſuetudine damnum.
Poſtmodo cum bello fruerentur pace ſepulta
Rex proceresque ſui, res ardua protinus egit
Regiteſten Comes Codiciaci dominus. — *Clerum Remenſem verſa vice poſcere regem*
Reſtella Cocÿ, comites Dominuſq; Roſeti
Non attendentes Regiſve Deive timorem

Certatim Eccleſiæ patrimonia dilapidabant
Damnoſis populum clerumque premendo rapinis.
Gaudet, & hoc breue rex reſponſum dedit eiſdem:
Vos preces me ſola nuper iniuſtis, eadem
Lege relata nunc vice prælia veſtra iuuabo.
Dixerat, & ſcripto comites rogat Eccleſiarum
Vt ſpoliis cleroq; velint deſiſtere damnis.
Acrius hoc illi perſtant, grauioraq; damna
Clero non ceſſant inferre locisq; ſacratis:
Nec magnum reputant comites a rege rogari,
Qui minimo potuit illos compeſcere iuſſu.
Deniq; cognouit clerus (vexatio quippe
Rem docuit) quanto ſtudio quantoq; labore
Debeat Eccleſia ſibi quærere regis amorem,
Summopereq; eius ſibi procurare fauorem
Quo ſine defendi nequeunt patrimonia Chriſti,
Mox regi ſuplicant & ſe peccaſſe fatentur,
Atq; ſatisfaciunt plene ſuper hoc, quod ab illis
Nil tulit auxilij contra ſua bella petitis.
Protinus accingens ſe rex ad bella, cohortes
In comitum terris effundit, cogit & illos
Plurima damna pati, donec quacunq; tuliſſent
Eccleſiæ populis, vi compellente, coacti
Præcedente prius emenda, reſtituerunt.
Vno dehinc anno belli ſecura quieuit
Terra, nec in toto quis contradicere regi
Audebat regno, guerramve mouere propinquo.
Tam iucunda ſuo populum pax more beabat.
Sed iam continua, iam ſancta gaudia pacis
Ferre diu nequiit ſors inuida, rurſus ad arma
Nos Bellona vocat. maioribus vtere velis
Nauta, maius enim pelagus tibi reſtat arandum.

LIBER SECVNDVS.

CATALOGVS MATERIÆ SECVNDI LIBRI.

Subiugat Attrebati comitem Flandroſque ſecundus.
Victus lite comes, ciet arma, tuitque cremando
Per patriam: ſed Rex citus aduolat, & fugat illum.
Vobis vi fractis regi comes omnia reddit.
Gaufridi poſt fata Ducis regiſque minoris
Prima duos inter oritur diſcordia reges
Vrſellodunum capiunt, caſtrumque Radulphi
Oppugnant Franci. Sed iam pugnare caterus
Diſpoſiti, redeunt ad pacis fœdera reges.

HActenus acta leui cecinisti regia plectro
Quæ puber satis inito vix tempore geſſit,
Nunc memorare velis, Polymnia, Flandria quanto
Iam pubeſcentem motu irritauerit illum,
Qua virtute animi ſimul illi reſtiterit Rex,

Iuraq; reſtitui ſua feceris integra fiſco.
Nec taceas quibus hac cauſis, atq; Anglia poſt hanc
Magnanimi offenſam meruere incurrere regis.
Scis etenim, tibi nam dedit hoc obliuio nomen.
Octauus decimus regi virtutibus aucto
Annus agebatur, ſenſuq; vigebat & actu.
Flandrenſis comes interea vir magnus & acer
Conſilio, generis illuſtris & nominis alti,
Qui regem puerum ſacro de fonte leuarat,
Vnde ſuum nomen, ſicut mos exigit, illi
Indiderat, quo nunc exultat Francia victrix
Plurima quæ regis debebant eſſe, tenebat.
Nam Deſiderij mons, Roia, Nigella, Perona
Cumq; ſuburbanis, vrbs Ambia ſub ditione
Eius erant, & quod plus eſt, Viromannia tota:
Nullo iure, niſi quod rex ad tempus habenda
Hac eadem ſenior dederat Ludouicus eidem,
Et puer acta patris rex confirmauerat illi
De facili. Quid enim non impetraret ab illo
Cuius erat tutor, didaſcalus atque patrinus?
Rex ſuper hoc ſemel ac iterum conuenit eundem,
Vt ſibi reſtituat ea quæ ſpectare ſciuntur
Ad fiſcum proprie, nec regni iura minoret
Quæ debent magis augeri de iure per illum
Qui datus eſt doctor illi cuſtoſque fidelis.
Et ne deterius ob idem contingere poſſit,
Flectere tentabat viuis rationibus illum,
Vt quæ non ſua ſunt, ſine vi, ſine lite reſignet:
Pacificiſq; minas verbis regalibus addit.
Nam fore ſe nulli manifeſte clamat amicum
Quem re velle ſua fiſcum priuare videret.
At Comes hac contra dabat allegamina regi:
Hoc mihi donauit genitor tuus, hoc meminiſti
Te mihi regali iam confirmaſſe ſigillo.
His veris titulis mihi ius acquiritur in re
Quam repetis regni; nolis turbare quietem,
Ne fiant hoſtes tibi qui parere tenentur.
Non decet vt tanti ſit pactio friuola regis.
Non decet vt regis fiat reuocabile verbum.
Esto quod nullum mihi ius ſit rebus in iſtis,
Vt loquar abſq; mea præiudicio rationis,
Poſſideo tamen hac per teq; tuumq; parentem:
Iuſque mihi defendit in his poſſeſſio ſola.
Nam poſſeſſorem compelli dicere, quo rem
Poſſideat titulo, nimis inciuile videtur.
Nec tamen hac nobis erat allegaſſe neceſſe,
Cum res a dominis licite data ſit mihi veris.
Sic bona nempe fides, titulus ſic iuſtus ab omni
Excuſat culpa noſtri fundamina iuris.
Nec tibi ius neſcire licet, quo nemo ſibi rem
Iuſte collatam ſine culpa amittere debet.
Sic allegabat pro ſe Comes, ocius illi
Rex ita reſpondet; Paucis tibi ſic quoq; verbis
Moliar auxilio iuris concludere multa.
Quod meus ad tempus genitor tibi ceſſit habendum

Perpetuare nequit praſcriptio tam breuis, & quod
Hac tibi me tactas iam confirmaſſe, vigorem
Qua datur a puero poſſeſſio non habet vllum.
Hac mihi ſufficiunt, poſſum tamen addere pauca.
Quidam nuper erat qui, te cenſore paternum
Reſtitui ſibi iuſtitia mediante petebat:
Cui reus aiebat, tibi competit actio nulla
Erat in hoc caſu, quia quam tibi nunc petis a me
Res, conceſſa mihi fuit a te dum puer eſſet.
Nunc quia creuiſti, repetis qua ſponte dediſti,
Qua iam poſſedi te coram pluribus annis.
Abſit vt effectus tam friuola verba ſequatur.
* verbi *Te, Comes, oblitum * mundi reor eſſe, quod illi*
Dixeris, aut tua qua fuerit ſententia, quando
Dixiſti primum donum nil iuris habere.
Omnibus & primum hoc pariter dicentibus, & ſit
Ille ſua re, te cenſore, potitus abiuit.
Vis aliis aliud, aliud tibi dicere iuris?
Abſit: quam tuleris legem patiaris oportet.
Deſine plura loqui, quia ſi mihi pradia fiſci
Reddere diſtuleris vltra, quid iuſta petenti
Vis cum iure queat Domino conferre, videbis.
Verba ferens grauiter Comes iſta, repatriat, inde
Lecta manus iuuenum: nec oportet cogere quenquam,
Cum ſua quemque trahat in regis damna voluntas.
Feruet amor belli. communia Gandauiorum
Turritis domibus, gazis & gente ſuperba
Inſtructas armis acies bis millia dena
Et plures, propriis expenſis, donat eidem.
Auxilium bello ſequitur non impare faſtu
Ipra colorandis gens prudentiſſima lanis,
Execranda iuuans legionibus arma duabus:
Atrebatumq; potens vrbs antiquiſſima plena
Diuitiis, inhians lucris & fœnore gaudens
Auxilium Comiti tanto ſtudioſius addit
Quo caput & princeps Flandrenſis, & vnica regni
Sedes exiſtit, tenuit quam tempore in illo
Cominus Atrebates, quo Iulius intulit arma
Gallorum populis. nec Brugia defuit illi
In ſtrepitu tanto quin pluribus adiuuet illum
Millibus, in bellum fortiſſima corpora mittens.
Brugia qua caligis obnubat crura potentum:
Frugibus & pratis diues portuq; propinquo.
Dan quoq; villa nocens, Dan vere nomine, Dan re,
Dan olim noſtris damnoſa futura carinis,
Adiuuit noſtros bello pro viribus hoſtes.
Inſula poſt illos Nichous exerit arma
Hoſtica, non paucas armans in bella phalanges
Inſula villa placens, gens callida lucra ſequendo
Inſula, qua nitidis ſe mercatoribus ornans,
Regna coloratis illuminat extera pannis,
Vnde reportantur ſolidi, quibus illa ſuperbit.
Inſula magnanimo male fida futura Philippo
Proditione ſua: tamen in ſua damna ruerunt,
Dum pro Ferrando ſua mœnia verſa recepto,

Turritaſque domos viderunt incineratas,
Seque capi, perimiq; ſimul ſub milite Franco.
† Audomari. Nec minus & ſancti populus venerator † Homeri
In Comitis partes iuratus millia multa
Mittit ei iuuenes clara virtute coruſcos,
Cum quibus Hedinum, Grauelinga, Bapalma, Duacum
Diues, & armipotens, & claro ciue refertum.
Indignata capi numero dant agmina bellis.
Sed nec Tſangrinos cum Blegis, & Bloetinos
Rixa vetuſta tenet, inteſtinique furores
Se quibus infeſtant alternatimque laceſſunt,
Quin iurata ruant in prælia, Francigeniſque
Dum pugnant, veteres iuuat intermittere pugnas.
Quid moror hæc referens per ſingula? Flandria tota
Vltro belligeros in prælia trudit alumnos
Vtpote qui Francos odere latenter, & ipſos
Infenſos regi Comitis noua fecerat ira.
Flandria gens opibus variis & rebus abundans
Gens inteſtinis ſibimet damnoſa ruinis
Parca cibis, facilis expenſa, ſobria potu,
Veſte nitens, membris procera, venuſta decore
Splendida cæſarie, vultu rubra, candida carne,
Innumeris piſcoſa vadis, & flumine multo
Foſſatiſque vias ita præpedientibus, vt vix
Introitus pateat, venientibus hoſtibus extra
Tuta ſatis. ſi bella ſibi ciuilia deſint.
Frumento quam ditat ager, naualia merce,
Lacte pecus, butyris armentum, piſcibus æquor
Arida gleba foco ſiccis inciſa mareſcis.
Raris ſylua locis facit vmbram, vinea nuſquam
Indigenis potus, bebhidi miſcetur auena
Vt vice ſit vini multo confecta labore.
Rebus & ornatu diuerſa colore refulgent
Agmina, criſpantur vexilla mouentibus auris
Arma repercuſſo duplicant ſua lumina Phœbo.
Territat horriſonus aures hinnitus equorum,
Puluerulenta terunt pedibus ſola, puluere denſant
Aera, vix etiam preſſis retinentur habenis,
Quin equites rapiant curſu per inane rotato.
Ordine compoſito gradientibus vndique turmis,
Corde ſub anguſto vix iam ſua gaudia claudens
Sæuit atrox in bella Comes, victorq; videtur
Iam ſibi: præſumit tam multis millibus arma
In ſua iuratis, bellumque volentibus vltro
Ipſum vel facile regem iam vincere pugna,
Vel pro velle ſuo tali ſibi pace ligare,
Quod rebus nihil amittat de litigioſis.
Iamque leonino rictu bacchatus in hoſtem,
Ardet & abſenti iamiam confligere regi.
Impete mox vaſto Corbeiæ mœnibus agmen
Applicat, & primo fortuna dante fauorem
Impetui vallum, quod erat munitio prima,
Vi capit, & fractis muris incendia miſcet.
Omnia confundit, ira permittit habenas,
Diffugiant ciues & ſe ſecura receptant

In loca, conſilium prudens prudenter adepti.
" *Cedere nempe docet, currenti Naſo furori.*
Oppoſuit medium ſumme natura fluentum
Qui burgum vallo diſterminat exteriori.
Hic obſtat Comiti ne vires tranſferat vltra,
Tam bona ne pereat ſub eodem villa furore,
Cedat & indigne victoria tanta repente.
Tunc Comitis votum ſpes intercepta feſellit
Et fortuna pedem retro dedit, obice paruo.
Ciuis enim cautus pontes iam ruperat omnes
Damnis damna cauent, maiora minoribus, vt ſe
Caſtoreus propriis ementulat vnguibus ipſe,
Ne perdat totum, malens amittere partem,
Ignotę nobis natura munere doctus
Non inſtare ſibi pro ſe venabula, nec ſe
Corpore pro toto venantibus eſſe petendum,
Sed pro parte ſui cui ſcit medicamen ineſſe.
Continuo feſſi metantur caſtra ſub ipſo
Veſperi per ripas lateq́; patentibus aruis
Oblatiſque cibis & ſomno corpora curant.
Sic obſeſſa fuit multis Corbeia diebus
Magnanimoq́; fit hac res denique nota Philippo.
Dum parat ergo Comes acies transferre per amnem
* burgum.i.burcum *Vt magnum turmis cingentibus vndique * barcum*
Impiger obſideat, miſſus a rege manipl
Ac equitum cuneis, caſtrum munitur, & armis
Et rebus, quibus obſeſſis audacia creſcit.
Exultant ciues, Comitiſq́; furentibus extra
Agminibus, vires & bella frequentia miſcent.
Nil ita proficiens Comes, & non abſq́; pudore
Inde receſſurus, equites qui poſteriora
Agmina conſeruent, ne prodeat hoſtis & ipſis
Vulnere damnifico, tanquam fugientibus inſtet,
Caute diſponit, ac precedentibus ipſe
Addit ſe ſocium turmis cum milite multo,
In medio ponens fretos virtute minori
Cum plauſtris & equis, honoratis rebus & eſcis.
Tali quippe volunt diſtingui caſtra tenore.
Deuaſtant igitur a dextris atq́; ſiniſtris
Omnia, trans Iſaram pernicibus aduolat alis.
Non ceſſat populos populari, ducere pradas,
Incinerare domos, in vincula trudere captos,
Syluanectenſem donec peruenit ad vrbem.
Quanquam non potuit ſubito penetrare ſub ictu
Defenſam muris & gentibus. omne quod extra
Muros inuentum eſt, perimit, capit, extrahit, vrit,
Vt pars non maneat illaſa dioceſis vlla.
Domni Martini Comitem nil tale timentem
Cuius erat nomen Comes Albericus, ab ipſa
Dum prandet, menſa leuat, ac ita terret, vt arcto
Poſtico fugiens, vix ſe ſubduxerit illi.
Nobile caſtellum rebus ſpoliatur optimis
Totaque planities, quæ caſtro ſubiacet illi
Tam ſpecioſa bonis, tam diues, tam populoſa
Flandrorum libitu, ferro vaſtatur & igni.

Nil, ait,

Nil, ait, eſt factum niſi Flandro milite portas
Pariſius frango, niſi paruo ponte dracones,
* pono *Aut medio vici vexillum * poſſe chalauri.*
Diſſuadent proceres mentis concepta maligna,
Quippe timent regem qui iam properabat, & ipſis
Affectabat in his vires opponere planis
Ergo ne comiti damnoſa ſuperbia forte
Iſta fores, lituis clangentibus vndique cogunt
Agmina per patriam paſſim currentia totam,
Beſtiſiumque petunt, obiter nihilominus omnes
Prædando villas ſolitoque furore cremantes.
Dum noua Beſtiſios perterritat vndique muros
Obſidio, votoque comes ſuſperat inani,
Tempore tam paruo tam forte retundere caſtrum,
Syluanectenſi rex agmina fundit ab vrbe:
Ad quam cum multis curſu properaret anhelo,
* ſe *Nil cupiens niſi quod comes expectaret, & * ipſi*
Iudice fortuna, bellum committere vellet.
At comes infecta feſtinus ab obſidione
Pulueris indicio certus de rege propinquo
Per Quiſiam fugiens, comitante pudore, receſſit.
Iamque fatigatis fugiendo per inuia turmis
Tam ſaltem modica foret indulgere quieti
Vtilius, feſſoſque cibis refouere Quirites,
Choſiacas vltor temerarius obſidet arces.
Mox tamen inde fugit aduentum regis abhorrens,
Speque ſua vacuus Flandras ſeceſſit in oras.
Rex dolet ereptum comitem ſibi, frendit, & ira
* tectos *Occultare nequit * lectos ſub pectore motus.*
Nam rubor in vultu duplicatus prodit aperte
Quam grauis illuſtrem ſtrabit indignatio mentem.
Qualiter in Lybicis ſpumante leunculo rictu
Saltibus, vngue ferox, & dentibus aſper aduncis,
Fortis & horriſonos anno tam pene ſecundo,
Cui venatoris venabula forte per armos
Deſcendere leui ſtringentia vulnere corpus,
Colla rigens hirſuta iubis, deſæuit in hoſtem
Iam retrocedentem, nec eum tetigiſſe volentem,
Cum nihil ex facto referat niſi dedecus illo.
Nec mora, nec requies quin iam deglutiat ipſum,
Ni prudens hoſtis prætenta cuſpide ſcuto
Vnguibus obiecto, dum dat veſtigia retro,
In loca ſe retrahat non irrumpenda leoni.
Sic puer in comitem rex debacchatur, & ipſum
Subſequitur preſſa relegens veſtigia greſſu,
Quem quia ſublatum fato ſibi vidit iniquo,
Quem tutabatur totiens fuga tutior armis,
Propoſitum mutans fines ſubit Ambianenſes,
Vt comitis manibus tam claram liberet vrbem,
Quam munire comes contra præſum. pſerat ipſum.
Multa caſtra quibus vrbs circumcluditur ipſa,
Ne quis de facili vires perducat ad illam
Ni prius illa ſolo ſtudeat proſternere caſtra.
Inter quæ caſtrum Bobarum nomen habebat
Clarius, & titulis, & gente ſituque decorum,

Turribus & muris, foſſis, valloque ſuperbum,
Cui praeerat comitis iuratus in arma Radulphus
Hugonis genitor, qui regi poſtea bellum
Cum reliquis mouit, regni patriaque nefandus
Proditor, ut digna premeretur denique morte
Victus & à bello fugiens, quem miſit humandum
Neptuno rabie ventorum naufraga puppis.
Certus erat Bobas regem tranſire Radulphus:
Vnde tumens animis & ſpe ſublatus inani,
Caſtrum militibus multoque ſatellite tutum
Efficit, atque cibos ſuperaggerat intus & arma:
Auſus ab ingreſſu primos arcere manipſos,
Atque ipſi portas venienti claudere regi.
Rex vbi Bobarum ſibi mœnia nolle parere
Audiit, exultat, & ſe gaudere fatetur
Inueniſſe viam qua vires exerat, & rem
Praeconcepta diu virtus producat in actum.
,, *Quae niſi ſe factis exerceat, arida marcet,*
,, *Nec ſe prodit, vbi praeſentem non habet hoſtem:*
,, *Si vero fuerit exercita creſcit & auget*
,, *Fructus ipſa ſuos, quos donat amantibus ipſam.*
Curritur ad vallum, pedites cum milite, quorum
Corpora tuta latent ſcutis protecta ſiniſtris
A iactu lapidum & mortem praeeunte ſagitta
Aſsia dum dextris, biſacuta ſecuris & enſis
Fulgurat, & lorica latus praemunit vtrumque.
Ac velut in ſylua lignorum protinus ipſas
Excidere fores, vallum mox ocius omne
Deiecere ſolo, foſſas aque ſumma tenebant,
Quae ſola impediunt ne muri ſuffodiantur.
Interea pluuia vel grandinis inſtar ab intus
Infeſtant lapides & miſsile quodlibet illos
Quos inceſſanter hoſtes iaculantur ab alto.
Francigenis noſtris illis ignota diebus
Res erat omnino quid baliſtarius arcus,
Balista. *Quid baliſta foret, nec habebat in agmine toto*
Rex quenquam ſciret armis qui talibus vti.
Vnde magis promptus & ad arma paratior omnis
Miles habebatur, dum pugna ſit intus & extra.
Hic ſe defendit, hic enim oppugnare laborat.
Dedecus hic regis vleiſcitur, ille tueri
Contendit patriae famam, dominique ſuamque.
Sic neuter dubitat, hic ne vincatur, at ille
Vt vincat, pugna totas effundere vires.
Cratibus interea, pluteis & robore crudo
Murilegus ſtruitur, ſub quo ſecura lateret,
Dum ſtudet inſtanter foſſas implere, iuuentus.
Foſsis iam plenis parmas ad mœnia miles
Appodiat, ſub eiſque ſecare minarius inſtat
Celtibus & pixis imi fundamina muri:
Et ne forte cadens ſuper illos murus ab alto
Sternat & indigna concludat morte cauantes,
Fulcitur breuibus truncis lignisque rotundis
Pendula pars muri quae deſuper imminet illis.
Sic vltra medium tutus cauat vndique murum

Foſſor,

Foſſor, & vt vidit ſibi iam ſatis eſſe cauatum,
Ignibus appoſitis prudens in caſtra refugit.
Sæuit, &, abſumpto penitus fulcimine, murum
Vulcanus proſternit humi. cum puluere fumus
Eripiunt oculis ſolem: quo denique viſo
Obſeſſi fugiunt, ſed non indemniter omnes.
Nam iuuenum ferrata manus per fragmina muri
Per fumum flammamque ruunt multoſque trucidant,
Et multos capiunt, multos fuga ſaluat in arcem,
Quam duplici muro rupes facit ardua tutam.
Machina confeſtim vario fabricata paratu
Surgit, & innumeris irritat iactibus arcem.
Nunc Mangonellus, Turcorum more, minora
Saxa rotat, nunc vero minax petraria verſo
Vi iuuenum multa procliuiter axe rotatur
Retrogrado, tractis ad terram funibus acta
Damnificos funda fundit maiore molares
Incircumciſos, & magni ponderis, vt vix
Tollatur manibus bis quatuor vnus eorum:
Quali dextra Iouis iacit ira fulmen in hoſtes
Terrigenas, ſi quando volunt Diis bella mouere.
Et iam rima patet per muros plurima, iamque
Per loca plura tot ictibus arx illiſa fatiſcit.
Hoſte fatigato dum ſe defendit, & vltra
Non niſi rarus erat qui muris ſtaret in altis,
Omnibus ad cautas fugientibus vltro garitas.
Dum rex magnanimus arcem confundere ſummam
Taliter accelerat, dum vires viribus addit.
Ecce recollectis comes vndique viribus, Aſſum,
Clamat, & oppono tibi me pro ciue tuendo
Viuere permittas obſeſſos. viribus aude
Te conferre meis. quæ gloria vincere paucos?
Maior erit, multoque magis ſpecioſa tibi laus:
Tot finis in plano confligere comminus vno,
Ictu fortuna litem fac terminet enſis.
Cui fortuna dabit & virtus vincere, vincat.
Talia vociferans Bobis expellere regem
Poſſe putans, leuium verborum callidus aſtu
Non procul à regis caſtris ſua caſtra locare
Præſumit, verum rex indignatus apertis
Emicuit caſtris, correptis impiger armis
Quam comes obtulerat auidus committere pugnam.
Veſpere iam ſero, iam ſole ſub æquore merſo,
Illico Guillelmus volat Archiepiſcopus ille
Nobilis, egregia qui clarus origine, clarum
Nobilitate genus animis geminabat, eorum
Vnus, Apoſtolico quibus eſt à cardine nomen,
Reginæ frater & regis auunculus, is ſe
Obiicit ardenti, bellique calore furenti.
At reliqui proceres & præcipue Theobaldus
Præſulis eiuſdem frater, cui Belſia tota,
Cui Blaſenſe ſolum ſuberat Dunenſeque caſtrum,
Et ſpatioſa nimis regio caſtellaque plura:
Vrbs quoque Carnotum, quam ciuis tam numeroſus,
Tamque potens clerus, & tam prædiues opimant,
Eccleſiaque decus, cui ſcemate, mole, decore

Iudicio par nulla meo reperitur in orbe.
Quam, quaſi poſtpoſitis ſpecialiter omnibus, vnam
Virgo beata docet Chriſti ſe mater amare
Innumerabilibus ſignis gratoque fauore,
Carnoti dominam ſe dignam ſæpe vocare:
Cuius & interulam cuncti venerantur ibidem,
Qua veſtita fuit cum partum protulit agnum
Qui mundi peccata tulit, qui ſanguine mundo
Mundum mundauit à primi labe parentis:
Qui thronum mundum ſibi ſanctificauit eundem,
Sic vt virgo manens matris gauderet honore.
Hi duo præ cunctis, Zelo maiore, benignis
Corripiunt monitis & amico famine regem:
Inclite rex, bellum tempus non exigit iſtud.
Non debet rex tam validus confligere cuiquam
Tempore ſub noctis, prius eſt diſponere turmas
Militibus, dare præpoſitos, aliiſque manipli,
Vt quem quiſque locum teneat, quis quemque ſequatur
Abſque errore ſciat, caſtrenſis vt exigit ordo.
Rex bone, ne faxis, ita te ne ſpreueris, vt qui
Innumeris ſolus præferris millibus, optes
Ordine tam lapſo, caput obiectare periclis.
Cras potius pugnare decet ſub tempore lucis,
Quo quis ab hoſte ſuum diſcernere poſſit amicum:
Non de fortuna temere confidere vultu,
Sed virtutis opus certis præſumere ſignis.
Abſit, vt incipiat hoſti dare Francia cauſam
Lætitiæ, vel ſe dubiis committere fatis,
Quæ ſemper victrix fœlicibus extitit actis,
Colla ſuperborum calcans virtute potenti.
* motum *Talibus alloquiis * vix noſtri flectere regis*
Vix retinere queunt, & vix in caſtra reducunt.
Talis Alexander caſtigabatur ab omni
Milite, cum medios muro ſe vertit in hoſtes
Vnda fuit paucis vix ſuccurrentibus hoſti
Vi raptus iuſta profuſus membra cruore.
Poſtquam nota fuit tanta indignatio regis
Atrebata comiti, metuit ſibi, caſtraque velli
Imperat, vt totus exercitus exeat vltra
Amnis aquas. parent Flandri, tentoria vellunt,
Tranſque meant flumen, & ibi ſua caſtra locantes
A caſtris regis procul e regione ſteterunt.
Protinus eiuſdem noctis ſub tempore ſcriptis
Et prece ſollicitat Guillelmum cum Theobaldo,
Vt prudenter ad hoc ſtudeant inducere regem,
Quorum doctor erat & auunculus eius vterque,
Quod concedat ei treugas ſaltem octo diebus.
Quas ſimul obtinuit illis mediantibus, in ſe
Faſtu depoſito tandem comes ipſe reuerſus
Armis proiectis regem ſubmiſſus adorat,
Cunctaque reſtituit, quæ rex repetebat ab illo,
Vtque ſuo domino fuit ex tunc ſubditus illi.
Pace reformata redeunt ad propria læti,
Ille quod obtinuit fiſco ſua prædia reddi,
Is quia reſtitui meruit ſibi regis amorem

Amiſſumque

Amiſſumque diu placita cum pace fauorem.
* perdi *Nec damnum reputat, niſi quæ non ſunt ſua * perdit.*
Sic regio quam lata patet Viromanica tota
Ambianenſis humus pariter cum Santerienſis
Vbertate ſoli regi ceſſere Philippo.
Tempus erat quo iam falx pratis curua minatur,
Quo ſeges in culmen prodit, cum flore cadente
Spica parat tenerum de ſe producere granum:
Tunc damnoſa magis fit conculcatio meſſis.
Sed tamen in campis tenuit quibus obſidionem
Rex circa Bobas, rediuiua renaſcitur omnis
Conculcata ſeges, & multo fertiliore
Quam prius ornat agros ſpecie, granaria fructu.
Aſt vbi manſerunt Flandrorum agmina caſtris
Nulla ſeges viruit totoque refloruit anno.
Sic ſcit ab iniuſtis Dominus dinoſcere iuſtos:
Sic Deus à falſo nouit diſcernere verum,
Sic differre ſuos ab amicis re docet hoſtes,
Cultoreſque ſuos ſignis demonſtrat apertis.
Claßica per vicos reſonant, per caſtra, per vrbes
Regis in occurſum clerus cum plebe feruntur:
Quanta foret mentis iubilatio, voce canora
Et lætabundo plauſu veſtiſque nitore
Teſtantes, laudeſque Deo gratanter agentes,
Cuius tam facilem pietas immenſa triumphum
Contulerat regi, ſine vulnere militis vllo
Et ſine conflictu quo corpora clara virorum
Communi damno regni luctuque parentum,
Vt fieri ſolet in bello, potuere ſub ictu
Fortunæ dubio, damnoſo funere mergi,
Qui melius patria viuunt & gaudia regnò
Cognatiſque ſuis claris virtutibus addunt.
Nos alta ex altis referenda ad bella vocamur,
Themaque prolixum res geſta propinat & vrget,
Vt poſt bella ſtilus ſe Flandrica vertat ad Anglos.
Iam poſt bis denos effluxerat vnus & alter
Annus Carolidæ, quem iam regina parentem
Nobilis Eliſabeth Ludouici fecerat ortu.
Rex vero iuuenis Henricus clara propago
Anglorum regis, dum patri bella moueret
Germaniſque ſuis, ſub eodem tempore ſoluit
Debita naturæ, Margaritamque Philippi
Germanam regis viduam triſtemque reliquit.
* Belæ *Poſtque * bele fuit vxor & illi tradita regi*
Hungros, Dalmatios, Pannoniaſque regentis
Ex qua cum proles primo ſuſcepta marito
Nulla eſſet, bona quæ ſuus illi ceſſerat olim
Nubenti genitor, Giſortum & prædia multa
Rex ferus Anglorum violenter adeptus, eidem
Reginæ fratrique ſuo debere negabat
Reſtitui, dicens in re ſibi ius aliena.
Nec mora Gaufridus eiuſdem natus in ipſum
Patrem dira mouens reliquis cum fratribus arma,
Campellis moriens viduauit ſe duce fines
Armoricos Britonum. ſic in genus illud apertam

Incipiente Deo vindictam reddere morti
Martyris egregij Thomæ, quem dirus eorum
Occidit genitor conſtanti morte volentem
Canonicè regem, clerum Eccleſiamque ſtatutis.
Pictauuſque comes eiuſdem regia proles
Nomine Richardus, titulis vir clarus & actis,
Cui mox defuncto primogenitura parente
Regia ſceptra dedit, nullo mediante, Philippo
Eſſe tenebatur homo ligius atque fidelis,
Et tanquam domino iurando iure ligari,
Reddere ſeruitium quod ius feodale requirit.
Quod pater illius fieri prohibebat, & illum
Subdere ſe regi nulla ratione ſinebat.
Intumuit ſuper his virtus inuicta Philippi;
Indigneque ferens ſibi debita iura negari,
Cum minime deceat tam claræ ſtirpis alumnum
Iure ſuper proprio tot ſuſtinuiſſe repulſas,
Arma parat, verbiſque putat turpe amplius vti.
Regis ad edictum coeunt in bella Quirites
Cumque ſatellitibus equites, proceresque, duceſque,
Sponte ruunt, quos regis amor notiuaque virtus
Exacuant potius vitæ in diſcrimen ituros.
Non vis vlla trahit, aut iuſſio, tantus ineſſeat
Bellicus ardor eos ad honorem vincere regis.
Rex vbi collectas ex omni parte cohortes
Vnanimi bellum voto præſumere vidit,
Et deſiderio vehementi cingier armis,
Biturica curſu facili digreſſus ab vrbe,
Radulias penetrat fines, & nobile caſtrum
Vrſellodunt ſibi ſubdit in impete primo,
Cum patria tota tam diuite, tamque potenti
Vt ſibi ſufficiat, nec ſit mendica bonorum
Multa quibus regio ſe lamentatur egere.
Copia quam Cereris ditat, quam Bacchus inundat
Qui camportari deſiderat inde remotas
In partes, quantoque magis portatur, eo fit
Fortior, & temere potatus inebriat omnes
Qui dedignantur Thetidem ſociare Liæo.
Poſtea Crazaium caſtellaque plurima frangens
Villas & vicos populis opibuſque repletos
Depopulans, caſtrum peruenit ad vſque Radulphi.
Clauduntur portæ, iuuenes in mœnia ſcandunt,
Seque ferunt morti ſuccumbere malle, tuenda
Pro patria, quam ſe ſine bello dedere victos.
Rex è conuerſo pugnæ ſe accingit, & omnem
Conatum impendit, & vires viribus addit,
Poſsit vt extructo clauſos excludere clauſtro:
Vixque moras tollat quibus inſtrumenta parentur.
Turribus & muris nimis altas atque profundas
Foſsis interior burgus ſecurus ab omni
Hoſte videbatur, & inexpugnabilis eſſe,
Nempe potens armis & multo ciue ſuperbus
Præter eos quos rex Henricus miſerat illis
Auxilium, donec properantius offeret ipſe.
Rex tamen audet eos ex omni claudere parte,

Nec

Nec bellatorum numerus quibus interiorem
Summopere cura incumbit defendere burcum
Nec ſitus ipſe loci, nec turbo miſſilium qui
Grandinis in verna morem deſcendit ab alto,
Terret eum, nec rex quem feſtinare ſciebat
Quin expugnet eos inſtans noctuque dieque
Vinea conſtruitur, teſtudo texitur, vt ſub
Illis tuto latens muri queat ima ſubire
Foſſor, & erectis ipſum ſuccidere parmis.
* dicta *Grandia ſaxa graui petraria * ducta rotatu*
Emiteit crebris artes compulſibus actus.
Fronte ruit ſummas ferrata frangere portas
Cratibus & lignis rudibus belfragia ſurgunt
Turribus alta magis & mœnibus, vnde valerent
Agmina miſſilibus teliſque quibuſlibet acta,
Detexoſque hoſtes facili proſternere iactu.
Nec tamen interea ceſſat baliſta vel arcus,
Quadrellos hic multiplicat, pluit ille ſagittas,
Funda breues fundit lapides glandeſque rotundas.
Aptantur muris ſcala, leuibuſque ſatelles
Paſſibus aſcendit, ſed dum nimis acceleratur,
Multi labuntur, multiſque tenentibus vnca
Mœnia ſumma manu multa virtute reſiſtit,
Dum ſibi dum patria pugnans cauet hoſtis ab alto.
Nunc concus, nunc claua capit, nunc vero bipennis
Excerebrat; ſed nec biſacuta, ſudiſve, vel haſta,
Occia, vel gladius ducit; furit intus & extra
Irreuocata ruens extrema in fata iuuentus.
Talia dum dubio ſub mentis agone geruntur,
Ecce comes Richardus adeſt, genitorque ſuus, quot
Innumerabilibus ſtipabant agmina ſignis,
Nec procul à regis figunt tentoria caſtris,
Mox dictata breui ſcribunt hæc famina regi:
Integra vel nobis patrimonia noſtra relinques,
Cumque tuis Francis citus in tua iura recedes:
Vel, qua ſit virtus in bello noſtra, videbis,
Nil medium. pugnare quidem vel abire neceſſe eſt.
Ceſſent cenſores, ceſſet pequichinus & ignis
Terminet vna dies longa certamina litis,
Ius à non iuſto dirimat fortuna manuſque.
Hac oblata nimis placet optio, quæ regi cæptum
Intermittit opus. acies ad prælia certo
Ordine diſponit, vt ſubſit quaque tribuno
Scala ſuo, turmaque ſuus ſit cuique magiſter:
Ne quiſquam dubitare queat, quis obediat, aut quis
Imperet, aut cuius vexillum quiſque ſequatur;
Vel quot quiſque viros habeat ſua ſigna ſequentes.
Vnuſquiſque ſuas acies dux inſtruit, vt ſint
Ad bellum prompti, nilque illis deſit eorum
Quæ pugna expoſcit, cum pugna venerit hora.
Iam ſtabant acies modici diſcrimine campi
A ſe diſtantes, & mens erat omnibus vna
Conatu toto totas expendere vires,
Vincere vel vinci, nec erat vox vlla ſonuſve
Inter eos, expectabant dum buccina ſauum

Perſtreperet, ſignum clangens in fata ruendi.
Sed Deus in cuius manibus ſunt corda potentum
Semper in articulo poſitos qui reſpicit, vt qui
Cum magis iratus fuerit, memor eſt miſereri,
Noluit hac tantos inuoluere clade potentes,
Qua licet immeriti poterant occumbere multi.
Nam mox Richardus comes & pater eius ab illo
Tacti, qui mentes conuertere nouit & actus
In melius pro velle ſuo, procul arma minaſque
Eiiciunt, humilique gradu, ceruice repreſſa,
Accurrunt, manibus protenſis, poplite flexo,
Atque ſuum pacem dominum veniamque precantur
Omnes exceſſus mox emendare parati.
Annuit, & gaudet ſine bello victor haberi
Rex pius, & veniam dat eis pacemque rogatam,
Vrſeloduna ſibi retinens ſola pacis in auram.
Pacis vallantur iurando fœdera iure
Et pœna, quam qui pacem violauerit, auſu
Quolibet incurrat, & ſoluere debeat vltro.
Diſcedunt læti proceres patriamque reuiſunt
Quiſque ſuam, grateſque Deo cum laudibus omnis
Cum clero populus, cum milite ciuis agebant.
Hic requiem tibi Muſa velis parare ſecundam
Fortius, vt curſum curras qui tertius inſtat.

LIBER TERTIVS.

CATALOGVS MATERIAE libri tertij.

Tertius euerti Solymam dolet à Saladino.
Se cruce conſignant reges, ſed lite ſuborta
Inter eos, iterum capit oppida multa Philippus.
Giſortum fugit Henricus, qui pace negata
Se vinci, cædique ſuam dolet anxius vlmum.
Vlciſci ſe deinde parat, iuxtaquè Medontam
Pictauus pugna dum Barras vincere tentat,
Victus abit: qui mox deſerto patre, Philippum
Tranſuolat ad regem, ſibi ſponſa à patre negata.
Vi Turonim frangit Cenomanicumque Philippus.
Pax fit, & Henrici finit ſe in fine libellus.

INtellectus hebet, ratio ſatigat, adhæret
Fauci lingua, manu calamus languente ſtupeſcit,
Voti non meminit mens carminis immemor, ori
Subtrahit aſſueti cor flebile neumatis auſum,
Dum nequis amiſſo lamenta negare ſepulchro.
Quod noſtris Dominus culpis offenſus, eodem
Sicut ei placuit, Idumais tradidit anno,
Paſſus vt Ægypti Syriæque tyrannus & vrbem
Sanctam deſtrueret Saladinus, & ipſius ipſum
Sacrata lignum crucis aſportaret, & omnes
Chriſticolas perimens terram peſſundaret omnem
Quam Deus almifluo ſacrauit ſanguine nati
Quando mori voluit pro mundi vita ſalute.
Compatiens igitur rex mitè corde Philippus

Damno communi male quo loca ſancta videbat
Tractari, cultumque Dei decreſcere, totis
Viſceribus doluit, Domini ſe velle ſepulchrum
Viſere proponens, quantoque cor illius igne
Ferueat interius, ſigno notat exteriori.
Nec minus Anglorum Zelo rex motus eodem
Richarduſque comes vexillo ſe crucis armant.
Exemplo quorum proceres, comiteſque, duceſque,
Ordoque militiæ minor, Eccleſiæque miniſtri,
Et multi de plebe viri, non impare voto,
Signo ſe ſignare crucis properanter auebant.
Par deſiderium cunctos habet, vnica mens eſt
Omnibus, vnus amor ſanctæ ſuccurrere terræ.
Non tulit hoc inimicus homo qui ſemper amaro
Felle tumens pacis ſtudet exturbare quietem:
Omni qui ſtudio ſanum corrumpere ſemen
Geſtit, & in Domini Zizania ſeminat agro.
Cuius ab inſtinctu lis orta repullulat inter
Richardum rurſus comitem regemque Philippum.
Nempe ferox vrbem Tholoſanam inuaſerat ille
Iniuſto comitem Raymundum marte laceſſens,
Qui ſancti comes Ægidij Tholoſæque vocatur,
Qui regi ſuberat feodali iure Philippo.
Quem cum non poſſet monitis compeſcere, bello
Appetit, & multa comitatus milite, rurſus
Rex in Bituricas ſua dirigit agmina partes,
Atque capit mira caſtrum leuitate Radulphi,
Et Buzancaium leuitate expugnat eadem,
Argentonque audax ſimul obſidet, atque Lebroſum,
Et breue, vi ſumma, capit infra tempus vtrumque.
Dumque moraretur ibi rex, afflixit aquarum
Agmina penuries: riuos ſiccauerat omnes
Sol nimius; ſed nec virtus diuina Philippo
Defuit, immo ſuo dignum monſtrauit amore.
Torrens plenus aquis hyemali tempore quidam
Eſſe ſolebat ibi, ſed tunc tam tempore multo
Siccus erat, quem ſic plenum ros miſſus ab alto
Reddidit vt flueret per valles gurgite vaſto
Æſtiui contra naturam temporis, vndas
Eructans nimias, qui lucidus atque profundus,
Agminibus potum dedit & iumenta refecit.
Se rapit inde gradu propero, montemque Tricardi
Obſidet, & multum conſumit temporis ante
Quam capiat, quia vis natiua locique per arctos
Ducta gradus ſeries, ſummo murata labore,
Municipumque manus fortiſſima, præpediebat,
Quo minus ille breui locus expugnabilis eſſet.
Quo demum capto, rex totam funditus arcem
Euertit, capiens equites quater octo decemque,
Et bellatores alios quaſi pene trecentos.
Hinc montem Luzonis adit, nec fræna retorſit
Donec tota fuit Aluernia ſubdita Francis;
A cuius facie rex Anglicus inde refugit,
Inque Neuſtrinos abijt fugiendo receſſus:
Quippe ſequebatur illum rex præpete curſu:

Quem tamen impediit, ne conſequeretur eundem,
Vindocinum quod ei portas aperire negauit.
Caſtrum forte nimis, populoſa gente repletum,
Quod Lidericus aqua ſubterfluit amnus amœna.
Cui tamen haud prodeſt quicquam munitio ducta
Circuitu triplici, nec tanta copia gentis
Quin vi cogatur libito ſe dedere regis.
In quo rex equites captos in vincula truſit
Sexaginta duos arcem muroſque tuentes
Roberti comitis Mottenti ſigna ſecutos
Qui tunc Richardi comitis miſer arma iuuabat:
Tam dulcis patriæ deſertor tamque potentis
Quæ generat bacchum ſuperis dare pocula dignum.
Iuſta tamen ducebat eum pro tempore cauſa
Cum foret Anglorum feodali iure ligatus
Regibus, atque viros illis deberet & arma.
A quibus & villas & plurima caſtra tenebat.
Vnde nec admiror eum ſic obnoxius illis
Eſſet, ſi partis pro poſſe fauebat eorum,
Quamuis à noſtro comitatum rege teneret.
* Bolonium ** Dalonium vero Comitem qui vincla Perona*
Expertus, celſa modo ſqualet in arce Guleti
Squalebitque diu, quæ cauſa trahebat vt illo
Tempore Richardum comitem ſequeretur & Anglos,
Ipſis nullius fundi ratione ligatus?
Iam tunc fortuna quæ poſtea contigit illi
Velle videbatur quod ei contingeret olim.
Vindocino capto regiſque in iura recepto,
Giſortum petiit curſu rex impete, regem
Quo fuga contulerat Anglorum, qui tamen illum
Concilium de pace rogat. Datur ergo dierum
Trenga trium, qua pacis agant de fœdere partes.
Haud procul à muris Giſorti, qua via plures
Se ſecat in partes, prægrandi robore quædam
Vlmus erat viſu gratiſſima, gratior vſu
Ramis ad terram redeuntibus arte iuuante.
Naturam foliis vberrima; roboris imi
Tanta mole tumens, quod vix bis quatuor illud
Protenſis digitis circundent brachia totam,
Sola nemus faciens tot obumbrans iugera terræ
Millibus vt multis ſolatia mille miniſtret:
Quæ gremio viridi veſtito gramine feſſo
Grata viatori ſeſſoria præſtat, & omnem
Introitum villæ ſpacio ſpecieque decorans
In biuia porta per quam Mons-caluus aditur,
Tutas à pluuia ſpatiantes reddit & æſtu.
Syrius ardebat ſolito feruentius, & ſol
Altos agebat equos: duplicatum ſolis ab æſtu
Findebat ſiccos Iouis intolerantia campos.
Rex igitur Francus aſtantibus vndique Francis
Camporum in medio ſolem tolerabat & æſtum.
Rex vero Anglorum gelida reſidebat in vmbra,
Atque ſui patula proceres vtrique ſub vlmo,
Dum redit vtque frequens ab eis in tempus ad iſtos
Mutua verba ferens & ab iſtis miſſus ad illos,

Ridebant Angli dum ſic ardere viderent
Francigenas, ipſis gaudentibus arboris vmbra.
Tertia colloquium lux continuauerat, & pax
Nulla valebat adhuc regum componere lites:
Eſt vbi ſæpe grauis mouet indignatio mentes
Ingenuas, meritiſque doloribus exacuit ſe,
Innatis addens ſtimulos virtutibus, ira
Indignata cohors Francorum, motaque iuſta
Bile ſuper riſu quo ſubſannatur ab Anglis,
Quos tutabantur à ſolibus arbor & vmbra,
Ipſi dum nudo patiuntur ſub Ioue ſolem.
Acriter arripiunt animis ardentibus arma,
Vnanimeſque pari leuitate feruntur in illos.
Aſt illi primo conflictu grauiter illos
Excipiunt, & eis parili virtute reſiſtunt,
Inque vicem feriunt ſimul & feriuntur, & ira
Inflammante animos, ſubito crudeſcit vtrinque
Pugna, ſed abſque mora, ceſſit victoria Francis.
Nam rex Henricus domino confligere nolens,
Aut potius metuens, elegit tutius eſſe
Ad tempus fugere, & fortunæ cedere forti
Quam belli dubio temere ſe tradere fini
Præſertim cui de meritis diffidere cauſa
Conſcia mens ſuadet, tanquam qui iuſta negabat.
Fit fuga, nec cuneos ſatis explicat vna ruentes
Porta; cadunt multi, turbaque ſuperuenientis
Calcentur pedibus, nec adeſt qui tollere lapſos
Curet, vel dextram morituro tendat amico.
Vrgetur proprio ſatis vnuſquiſque timore,
Et qui ſe ſolum ſaluat putat eſſe beatus,
Soliuſque ſui ſatis eſt meminiſſe ſalutis.
Area nec pontis, quamuis ſatis ampla pateſcat,
Sufficit agminibus ſimul ire volentibus vltra
Quin multos vtrinque viros effundat in amnem:
Dumque nimis propere gladios vitare laborant,
Haurit eos ſubito ſpecies contraria mortis.
Interea Franci, ſolita feritate, ſuprema
Agmina concidunt, capiunt, & cæde peracta
Arboris in truncum gladios ſtrictaſque ſecures
Conuertunt, quem rex Anglorum cingere ferri
Pondere non modico multoque ſategerat ære,
Hancque ſibi ſortem concluſit in arbore dicens:
Truncus vt hic ſcindi nequit, aut à ceſpite velli,
Sic ne Francigenæ poterunt mihi tollere quicquam.
Hunc cum perdidero, ſimul hanc volo perdere terram.
Tam ſtolida ad Francos emiſſio conditionis
Venerat, vnde magis ardenter in ipſius ibant
Roboris exitium ferro turgentis & ære.
Sed quæ vis aut ars virtutem præpedit, vt non
Conſummare queat fæliciter omne quod audet?
Nil ferrum, nil æs, nil vis humana decori
Profuit arboreo, quin corruat igne cremanda,
Quæ modo tot ramis tantoque virebat honore,
Et Vulcaſſina foret vnica gloria vallis.
Nunc (pudor & luctus patriæ totius) ab ipſo

Funditus eſt euulſa ſolo. ſed adhuc locus ipſe
Oſtentat, qualis fuerit dum tota vireret,
Nam noua progenies fruticum ſuccreuit ad inſtar
A terra ſenſim ſteterat quæ nobile lignum.
Quæ numerum vincens ſyluam facit ordine pulchro,
Ne non heredes tam nobilis arbor haberet.
Victor cum Francis victoribus inde recedens
Veſpere iam ſero ſe Caluo monte recepit
Carolides. At rex Anglorum triſtis & exſpes
Indignans multumque dolens ſuper arbore ſtrata,
Immo ſuper damnis fuerat quæ paſſus, eodem
Se Vernone die recipit, comitante timore.
Nec tamen audet ibi, niſi ſola nocte, morari
Paciaci ſibi tuta magis fore mœnia credens.
Conuocat ergo ſuos & tali voce fideles
Alloquitur, nimiam verbi modus indicat iram.
Heu! quantus pudor eſt totiens retrocedere, quantum
Dedecus à paucis tot millia poſſe fugari?
Nec bello conferre manum, nec Francigenarum
Corda ſuperba ſemel, non dico vincere, ſaltem
A faſtu reuocare parum quo ſemper abundant,
Quo nos, quo cunctos ſibi ſuppeditare laborant!
Ille quidem dominus meus eſt, dominumque vereri
Ius iubet & ratio, nec ei confligere tutum eſt:
Sed quid ego? qui me veſtrum non iuuerit. vltum
Dedecus ire meum, nunquam mihi fiet amicus,
Sed meus hoſtis erit, & me ſibi ſentiet hoſtem.
Si regi bellum committere iure vetamur,
Cui tanquam domino ſubijci ratione iubemur,
Tot nobis caſtella patent, tot rura, tot vrbes,
Quæ leuiter curſu confundere poſſumus vno.
Richardo comitis placuerunt verba parentis
Addens pauca, quibus ſic incipit: Ecce paratas
Mille acies tua quæ præcepta ſequantur habemus,
Sunt etiam nobis equitum tria millia, quorum
Vnus ego, ſed dextra magis gladiuſque probabunt.
Nec Gaufridus abeſt Liſinameus, vnus in armis
Qui ſatis eſt contra Francorum corpora centum.
Et quid Hirundella, vel eum quem Ceſtria miſit
Radulphum, vel quo gaudet Leceſtra Iohannem,
Præterea comites & quos Pratellica tellus
Nutriuit fratres, Halgomaridemque potentem
Viribus, armata nullum virtute ſecundum,
Quid Pagamellos referam, geminoſque leones
Britigenas fratres Herueium cum Guidomarcho,
Quorum præſidio generoſa Leonia pollet?
Hic nuper coram nobis duriſſima pugno
Tempora fregit equi mortemque ſubire coegit,
Ichonomumque ſui patris, nihilominus ictu
Solius pugni, prægrandi corpore monſtrum
Coram patre ſuo, morti ſuccumbere fecit.
Tales nos gerimus, tales in bella venimus
Tales, chare pater, tales tua caſtra ſequuntur.
Prætereo reliquos quorum ſatis eſt tibi virtus
Cognita. Sunt alij, ſed nec virtutis egeni

Millia

Millia dena quater in equis, peditumque caterua
Innumera. quæ nos ſegnes mora detinet? aut quæ
Segnities noſtros ignaua bituminat actus?
Cur alis quaſi viſcatis hærere videmur?
Imus an ignauas victi ſine vulnere dextras
Tendimus, ad libitum nobis dominentur vt ipſi,
Qui nobis odio ſemper noſtriſque fuerunt?
Quinimo dum res & ſors vocat, expediamus
Agmina, curramus propere, ſubitoq; Meduntam
Obſideamus: erit manibus iam ſubdita noſtris,
Ni per nos ſteterit. ſolus Garlandicus heros
Seruat eam & pauci pedites cum milite raro.
Remis Remorum præſul ſe tranſtulit, at rex
Solus cum paucis eſt Calui montis in arce:
Flandricus Atrebatum dimiſſo rege receſſit:
Iam Comes Henricus Trecas Barrumq; reuiſit:
Vdonemq; ducem Burgundia læta recepit.
Iam Caſtriduni redijs Theobaldus ad arces:
Bituriam Stephanus, Symon Sparnonis amœna
Rura tenet, Bellum montem Matthæus adiuit.
Iam mons exultat clarus veniente Radulpho,
Pertica Rotroldo gaudet nemoroſa recepto,
Et reliqui proceres armorum longa peroſi
Tædia, iam proprios læti viſere penates.
Hæc mihi cuncta liquent exploratoris ab ore,
Qui non auderet vllo me fallere verbo.
" *Dum licet, vtamur fortunæ munere: ſemper*
" *Et nocet & nocuit dilatio longa paratis.*
Conſilium comitis procerum manus approbat omnis,
Nec fuit inuentus inter tot millia quiſquam
Qui ſummo ſe non offerret ad omnia voto
Qui ſciret regi damnoſa futura Philippo
Francigeniſq; ſuis, quos naturaliter omnes
Oderunt, queis cum nequeant probitate nocere,
Garrulitate nocent ſolita linguæq; veneno.
Exacuunt igitur verbis mordacibus iras
Seque cohortantur in damnum Francigenarum
Cunctorumque cadunt in idipſum conſona vota.
Surgitur, hoſpitioque ſuo ſe quiſque receptat,
Laſſanteſque cibis & ſomno corpora curant.
Poſtea vix ſummos aurora rubeſcere montes
Fecerat, & valles nondum primordia lucis
Attigerant, interque canem diſtare lupumque
Nullus adhuc poterat aliquid diſcernere viſu,
Rauciſono lituus clangit per caſtra boatu
Cuius ad horrificum clangorem, corpora ſtratis
Tollit, & induitur raptim leuis arma iuuentus.
Exierat portis exercitus omnis iterque
Rectum quo petitur vrbs Pariſiana tenebat.
Iamque duobus erat proceſſum millibus, & ſe
Nondum protulerat toto Sol aureus orbe:
Vt pede non fauſto terram tetigiſſe Philippi
Se videt Henricus, curſoribus imperat, Ite,
Ite cateruatim, nulli iam parcite villæ:
Igne cremate domos, homines occidite, qui ſe

Tradere noluerint, vinclis abducite prædas,
Et patriam Galli dira confundite clade.
Paret ei ferro munitus & igne ſatelles,
Seq́; per hoſtilem patriam diffundit vbiq;
Et domini præcepta ſui crudeliter implet.
At rex, militibus vt erat ſtipatus vtrinque,
Paſſibus incedens lentis, ſpe ductus inani
Per medium tendebat iter, facilique putabat
Poſſe Meduntenum ſibi vi peſſundare caſtrum
Et iam Cauſorium, Buxis, Neufleta, Breuallis,
Mondreuilla, Iois, Fauerilli villa Menardi,
Meſnilsum collis, Alnetum, Landula fumant.
Iam Fontanetum, Lomazaia, Barrulus ardent,
Omnia momento ſub eodem corripit ignis:
Abducunt prædas, homines in vincla retrudunt,
Se ſpoliis onerant, intactum nil manet, omnem
Exidio patriam fortuna inuoluit eodem.
Gaudet, & expleri refugit mens impia regis,
Dum per circuitum fumos videt vndique volui,
Ruraque tot ſubitis ſimul ignibus incinerari.
Et iam conſtabat vrentibus indice fumo
Perque relatores regem Londonis adeſſe
Millibus innumeris, vt noſtros vndique muros
Obſidione premat, quos ſi vi ceperit, omnem
Frugiferi villam ſpeciem conuertet in agri
Ciuibus eiectis vel turpi morte peremptis.
Talibus ille minis hoc impetrare ſtudebat
Territus vt ciuis concedere vellet eidem
Sponte quod in medio figat vexilla Medonte
Imperiumq; ferat Anglorum Gallicus vltro.
» *Sæpe ſed a facto verbum diſtare videmus.*
» *Nec ſemper ferit ad libitum quicunq; minatur.*
Non ita ſunt Franci faciles terrore moueri,
Quos magis audaces vis efficit ipſa minarum,
Quos concepta minis magis indignatio fortes
Et magis attentos propriæ inuigilare ſaluti
Reddit, & illatis vindictam reddere probris.
Armantur ciues & progrediuntur apertis
In planum portis, quibus & Garlandius addit
Se ſocium, cum quo quinquagenarius hoſti
Obuius egreditur animis inſtructus & armis.
Quos vbi compoſitos ſe defenſare paratos
Stare procul vidit rex Anglicus ordine pulchro,
Obſtipuit, ſignoq́; dato clangore tubarum
Agmina contraxit diſperſa, gradumq; repreſſit.
Tunc nimis admirans hæc ſecum pauca ſuſurrat:
Quid notat hæc Franca dementia gentis, & vnde
Vnius villæ populo præſumptio tanta
Naſcitur? innumeras vt iam expectare phalanges
Audeat, & cum ſint numero vix millia quinque
Omnibus his vires opponere velle videntur,
Quærere qui potius latebras & claudere portas
Debuerant, non ſic gladiis occurrere nudis.
Et tamen eſſe poteſt quod rex ſibi prouidus illis
Miſerit auxilium, vel forſitan ipſemet infra

Mœnia

Mœnis eum multo ſe milite continet, vt cum
Cœperimus conferre manum ruat impiger in nos
Ex improuiſo totumq; exterreat agmen.
Hac dicens acies paulum retrocedere iuſsit
Inq; Scendrinis iuncto ſtetit agmine planis
Diſpoſuitq; acies, per ſcalas, perq; cohortes
Ordine compoſitas recto, vetuitq; vagari
Ne quis & a ſerie ſecedere quolibet auſu
Præſumat temere, donec ſecreta Medonta
Plenius agnoſcat, & tunc deliberet, ipſi
Quid magis expediat, an ad Ibram ſigna reflectat
Siue Medontenas tentet ſuffringere portas.
Nec minus vt vidit ipſum retrocedere, digna
Laude Medonterſis iugi communia, cepit
Agmine non laxo procedere, Pongibouemq;
Exuperat cliuum qua te, Communia, dignam
Laude feram tibi qua præconia digna rependam?
Anglorum regem tibi qua virtutis adegit
Gloria velle ſequi? magna eſt tibi cauſa triumphi
Ipſum te propter paſſu ceſsiſſe vel vno
Et terrore tui vultus abiiſſe retrorſum.
Si mihi ſufficeret dicendi tanta facultas
Quantum velle datur, vt quod mens concipit intus
Dicere lingua queat, tua fama celebrior eſſet
Et maior: totus dignam te laudibus orbis
Diceret efferri. ſi quam tamen hæc mea, ſi quam
Carmina ſunt habitura fidem, ſi me patiatur
Liuor forte legi, tu poſteritatis in ore
Semper eris, viuetq; tuum per ſecula nomen.
Guillermus Armoricus. *Hoc tibi lingua tui munus largitur alumni*
Ingratum tibi ne me nutriuiſſe queraris
Vndenis tibi quem cano iam vertice luſtris
Patria Britigenum duodennem miſit alendum
Iam tunc Caſtalij ſitientem pocula fontis.
Nuncius interea ſpirante citatior auſtro
Mittitur ad regem. ſed iam peruenerat illum
Certa fides facti quæ proueniebat ab igne
Et fumo Calui quos montis ab arce videbat:
Vnde citus laxis ſua præcedebat habenis
Agmina, dum nimio feſtinat adire Medontam
Affectu, tanquam cui damna domeſtica cordi
Plus inerant, quem viſa grauis iactura ſuarum
Vrgebat properare magis, quem millia dena
Pone ſequebantur pedites, equitesq; trecenti.
Haud ſecus Hiſpanas Karolus properabat in oras
Quando Marſilij corruptus munere regis
Infœlix Ganelo Francorum tradidit alas,
Dum cupit indigna vindictam reddere ſtragi
Qua dux Rollandus poſt inclyta bella, ducesq;
Bis ſeni, quorum florebat Francia laude,
Sarracenorum manibus cecidere cruentis
Sanguine Roncealum generoſo nobilitates.
Calcibus aſsiduis latus indefeſſus vtrumque
Cornipedis fodiens, reſperſus puluere vultum,
Impexus crines quos obuia flamina ſparſim

Turbabantq; genas fluuio ſudoris inundans
Iam quaſi mutatus facie nec cognitus vlli
Tendit iter medium portam per vtramque Medonta,
Pongiboni donec cliuo ſtetit impiger, illic
Expectando ſuos, dat ferrea tegmina membris.
Regis ob aduentum gaudet communia, ſeque
Ad virtutis opus, magis exhortatur & arma.
Rex quoq; lætatur & grates reddit eiſdem
Quod ſic inſtructos armis inuenerit illos
Egreſſos portis ſe defenſare paratos.
Iam bellatorum modo quos præuenerat, omnis
Venerat ad regem numerus. proceditur ergo
Agminibus iunctis, & idem facientibus agmen.
Rexque ſuiq; ſimul, ſtudio feruente, fideles
Mente pari ſitiunt Anglorum attingere regem
Quem ſibi præciſe confligere velle putabant.
Sed tamen ipſe ſuis dederat iam ſigna maniplis
Retrocedendi committens vltima cura
Agmina Richardi comitis comitique Liceſtræ.
Et iam Solis equi flexo temone diurni
* Antipodum Non procul* antidotum gaudebant eſſe *laboris
* ſe ab oris Quos expectabat gremio refouere tepenti.
Thetis ouans, poteratq; via iam victa videri
Qua ſibi nocturnam gaudent ſperare quietem.
Et iam tranſierat exercitus ardua collis,
Septima pars cuius, quam tota caterua Philippi,
Maior erat numero, tamen expectare timebant.
Karolides igitur vicina crepuſcula noctis
Eſſe videns hoſtemq; gradus flexiſſe retrorſum,
Vlterius fugitiua ſequi veſtigia uolens,
In medio plani ſtetit, vnde receſſerat, hoſtis.
Haud tulit hæc baro Barrarum nobilis hæres
Armipotentis, eques animi Guillelmus equeſtris,
Ordinis exemplar fama decus, inclyta gentis
Gloria Francigenæ, ſponſus & corpore, præſtans
Viribus, omnimoda morum bonitate repletus
Quem cum præ cunctis ſic extollit, vt videatur
Nil vt abeſſe bonis de naturalibus illi
Ipſa ſuum miratur opus natura, ſuo qui
Applaudens operi ſpeculum ſibi fecit in illo,
Exemplumq; capit quo cætera formet ab ipſo.
Is ſe clam medio furatus ab agmine regis
Armigeri ſpoliat clypeo latus & rapit haſtam:
Et quis, ais, mecum veniet? quaſi fixus in illo
Ecce comes Pictauis agro nos prouocat, ecce
Nos ad bella vocat: rictus agnoſco leonum
Arma deportans Illius in clypeo, ſtat ibi quaſi ferrea turris
Francorum nomen blaſphemans ore proteruo:
Oblituſq; fugæ nihilominus ecce ſuperbit,
Et niſi reppererit pugnam, male ſanus abibit.
Vado videre virum propius. Sic fatus aperto
Proſiliit campo. ſequitur Mellotticus heros,
Hugoq; quo domino tuus Aiencaria multum
Creuit honor, per quem canitur tua fama per orbem
Et Baldoinus, Forniualideſq; Girardus:

Hi pan-

Hi paucique alij ſtimulante cupidine laudis
Eminus admiſſi poſt Barrica ſigna feruntur
Armigerique ſui, dominis qui deeſſe nequibant,
Et ribaldorum nihilominus agmen inerme,
Qui nunquam dubitant in quæuis ire pericla.
Sic olim Ionathas ignaro patre ſuiſque
Armiger aſcendit reppendo per ardua montis
Deque Philiſtæis bis denos enſe trucidans
Millia mille virum ſolus dare terga coegit.
Vt comes erecta Guillelmus comminus haſta
Vidit hirundela velocior alite quæ dat
Hoc agnomen ei, fert cuius in ægide ſignum,
Se rapit agminibus medijs clypeoque nitenti
Quem ſibi Guillelmus læua prætenderat vlna
Immergit validam præacutæ cuſpidis haſtam.
Quem ſimili leuitate volans Aceſtricus, haſta
Sternere vibrata momento tentat eodem.
Sed neque vis Boreæ Rodopen labefactat, & Hiſmon
Præualet vndarum violentia nulla mouere
Quamuis impulſu gemino circumtonet ipſum.
Nec Barrenſis eques geminato comminus ictu
Corruit aut aliquo flectit ſua corpora motu.
Cuius non caruit ſucceſſu lancea primum,
Vna dum comitem proſternit equumque ruina.
Nec minus inuerſa reliquum ferit improbus haſta,
Præcipitemque ſolo reſupinus cruribus vrget.
Ac ſonipes ruptis per dentia liber habenis
Diffugit, exponens prædam ſe cuilibet hoſti.
Fit fragor & ſtrepitus geminatur colle propinquo
Dum ſonipes ſimul & comites labuntur, & arma.
*tertius ** Terruit occurrit heros Pictauus & idem*
Regis progenies, rex proximus ipſe futurus:
Quem ſimul agnouit Guillelmus, lancea cuius
Integra reſtat adhuc, gaudet, nec gaudia celat,
Inueniſſe parem cum quo par pugna ſibi ſit.
Non tamen expectat illum, ſed it obuius illi,
Fraxineamque viri propenſis viribus haſtam
Sub medio figit vmbone, nec ipſe minorem
Ictum Richardi dextra feriente recepit.
Veraque per clypeos ad corpora fraxinus ibat
Gambeſumque audax forat, & thoraca trilicem
Diſſicit, ardenti nimium prorumpere tandem
Vix obſtat ferro fabricata patena recocto
Quæ bene munierat pectus ſibi cautus vterque.
Hic dum ferre nequit impulſus vtraque tantos
Frangitur, & clarum dat lancea fracta fragorem,
Nec tamen a manibus trunci cecidere, ſed illis
Ingeminant ictus circum caua tempora crebros.
His quoque conſumptis, nec dura ferentibus arma,
Acrius inſurgunt nudatis enſibus, & ſe
Ictibus alternis & cedi & cedere certant.
*aperte *Hæc fingunt iras, ſed* a parte dextera nudat*
Corde tumens odium, rimatur & intima vultus
Si qua mucro viam morti reperire valeret:
Tunc non poſſe dolens manifeſta vincere pugna

Guilelmus comes, inſidias molitur equiq;
Per latus obliquum capulo tenus impulit enſem.
Senſit, & vt vidit genibus titubare remiſſis
Quadrupedem, prudens ab equo deſcendit, & ipſum
Stans pedes & rectus firmo pede perculit ictu
Tam duro comitem, quod toto corpore ſtratum
Altior inſurgens ſubiecta ſtrauit arena.
Vtque magis noceat iuuene peremit eodem
Eius equum comitemq; ſuper prouoluit eundem.
Cur? quia non poterat ipſum vel ducere captum
Aut armis ſpoliare, neci vel tradere victum
Solus, & hoſtili circundatus vndiq; turma,
Qui non ceſſabant iaculis ſimul atque quadrelis
Eminus & miſſis in eum ſæuire ſagittis,
Cum non auderent accedere cominus illi,
Vel conferre manum, vel ſe committere pugna.
Stabat enim firmus vt Barra repagula firmans
Agminis hoſtilis medio, facilique rotatu
Se circumducens, nunc hos nunc obruit illos.
Sic aper a canibus circumlatratur, vbi ſe
Cum nec iratum, cum nec fuga tuta, nec hoſti
Appropiare poteſt, in quem ſua ſæuiat ira,
Nunc caput in renes obliquat, nunc vice verſa
In dextrum læuumq; latus circumrotat ora
Et quot conſequitur transfindit dente recurua.
Concurrunt ſocij comitemque in puluere ſtratum
Tollere feſtinant, iacet ille ſupinus equino
Lapſu contritus, armorum pondere multo
Moleque corporea preſſus, tamen inde leuatur
Abſq; mora, tam præcipuis adiutus amicis.
Siſtitur in pedibus & equo dat membra recenti
Seque cohortatur vt Barras frangat & ipſum
Vel ducat viuum vel ibidem cogat obire.
Ille autem multo perfuſus membra cruore
Vix pede ſtat recto, clypeus lacer atq; foratus
Mille locis horret iaculis hærentibus ipſi
Hiricio ſimilis, tamen illum tangere nemo
Comminus eſt auſus, quin mox perimatur ab ipſo.
Tunc comes exclamat: Barras, gaudete Quirites,
Fregimus, in manibus ſunt Barra denique noſtris.
Nulla poteſt nobis iam barrula tollere Barras.
Talia iactantem leua ferit haſta ſub aure
Hugonis dextra niſu vibrata potenti.
Flectitur in dextrum latus ille nec haſta tenorem
Fracta tulit, nec eum lapſu plaga ve notauit.
Tunc ait, inuictum ſic vincere poſſe putaſti
*tardi *Barrarum dominum.* tradi licet, ecce venimus*
Auxilium feſſis laturi in tempore Barris.
Ceſſet ab ore tuo iactantia talis, & vnde
Nouimus, & qui te, quam ſit tua caſta memento
Mater, & inuictos ne blaſphemaueris vltra
Francigenas, & eis diſcas non poſſe reſiſti.
Hæc dicens enſem ſic circumuoluit, & ipſi
Inſtantem circum caput omne ferit, quod ab inde
Vrget eum nimis attonitum reflectere greſſus.

At Droco

At Droco Mellotides totis conatibus inſtant
Marcellum deuoluit equo, comitemq; Liceſtrâ
Aſſociat lapſis; dumq; hos inſtanter & illos
Sternere feſtinat, erecto comminus enſe
Aduolat, & comitum turbatus ſtrage ſuorum
Petrus fronte ferit media Pratellicus ipſum
Qua male tectus erat retro labente galero,
Dum ſua virtuti pluſquam ſibi dextera ſeruit.
Nobilis ingenti ſignatur vulnere baro
Cuius adhuc ſignum gerit & geret ipſe patentem
Fronte Cicatricem: furit eius filius & ſe
Neglecto, ruit in medios Droco minor hoſtes.
Deiicit, impellit, cadit, ferit, impedit, omnem
Virtuti miſcet fortunam, dum iuuat omnes
Impendiſſe patris vindicta vulnern iras.
Fornitialus Petrum, Baldoinuſq; Radulphum,
Hugoq; Fulconem, Robertus ſternit Hericum.
Sic vno Franci voto graſſantur in illos.
Quamuis pauca manus bello tamen ardua virtus
Feruida vis, proba ſtrenuitas, vis inſcia vinci
Defectum numeri gladio ſub vindice ſupplet.
At Droco reſtricto iam vulnere, caſſide rurſus
Induitur, Guillelmus equum iam nactus in armis
Se renouat multoſque ferit, multiſque feritur
Ictibus, effuſo pingueſcunt ſanguine campi.
Amiſſis currunt dominis per rura caballi,
Haſtis, & iaculis dumeſcunt plana Socndri
Syluaque fit ſubito modo quod fuit area nuda.
Armis terra latet contecta. iacere videret
Hic homines in quadrupedes in lumine mortis.
Et iam rareſcunt acies, fuga turbida campi
Nudat vtrumque latus, fugit irreuocabilis hoſtis,
Dum nequit ardentem Francorum ferre furorem;
Nec reperire queas in tantis millibus vnum
Qui ſua mille velit calcaria vendere libris.
Quo fugitis? reuocate animos, in bella redite,
Aut ſaltem medio veſtigia figite campo.
Non eſt qui vobis inſtet, qui veſtra ſequatur
Agmina, vene caret numero generoſa iuuentus.
Proh! poſt quem fugitis? pudeat, proh, mille quirites
Atq; alios plures quos ornat bellica virtus,
Quos genus egregium ſummo præſignit honore,
A vix ter denis tanta leuitate fugari.
Heſperus interea confinia noctis agebat
Duxerat & mundo tenebras abſentia Solis,
Aurea luna vicem cuius ſupplere parabat
Orbe fere pleno mundi per climata lucens,
Victores redeunt, quos rumor ab hoſtibus omnes
Aut interfectos aut captos eſſe ferebat.
Bis ſex adducunt equites, quater octo pedeſtris
Ordinis, & plures linquebant ſemiſepultos.
Nec minus armigeri ribaldorumque manipli
Ditati ſpoliis & rebus equiſque redibant.
Buccina rauca ſonat reditum iam nocte ſub ipſa.
Nec mora rex & cætus ouans redire Medontam.

Et læti ſomno ſe curauere, ciboque.
Anglicus ex illo rex tempore non fuit auſus
Armato noſtros adoriri milite fines.
Aſt modicum Barrenſis eques poſt tempus ab omni
Vulnere ſanatus, quaſi tyro nouellus in arma
Se reuocat, flagratq; nouo probitatis amore
Inuigilatq; bonis ſic actibus, vt niſi ſemper
Præteritis aliquid addat, nihil æſtimet actum:
Et dum nil aliud quærit niſi laudis honorem,
Se magis atq; magis, oblitus poſteriorum,
Per virtutis opus extendit in anteriora.
Richardus vero interea petit a patre ſponſam
Reſtitui ſibi iure ſuam, quam turre recluſam
Viliter Henricus rex dira mente tenebat
Contra ius ſponſique ſui fratriſque Philippi,
Fratrem germana fraudans vxore maritum,
Se ſuper inceſtus ſuſpectum crimine reddens,
Corrupiſſe nurum fama vulgante notatus.
Quapropter patri merito ſe ſubtrahit ille
Seque reconciliat ſub amica pace Philippo.
Menſis erat cuius Iacobi ſacrat atque Philippi
Paſſio principium, tunc cum naſcentibus vuis
Mane ſolet madido damnoſior eſſe pruina,
Agmina Karolides Nongenti congregat, vnde
Victrices cuneos ad Bernardi feritatem
Applicat, & caſtro vi fracto, protinus vrbem
Cenomannorum ſubita premit obſidione.
Quam rex Henricus equitum peditumque cateruis
Innumeris fretus clauſam tunc forte tenebat,
Ad quam Vindocino modo feſtinauerat ipſe
Vt contra Francos & naturi clauderet illam.
Sed poſtquam ſciuit portis inſtare Philippum
Dat ſua terga fugæ, nec lumina flectere retro
Audet, cui ſubitas dederat timor ocius alas
Dum fugit oblitus famæ & regalis honoris,
Donec Alançonis tuta ſe clauſit in arce.
Continuo fugiens viginti millia curſu
Mox fractis vrbem portis exercitus intrat
Expoſitam prædæ. ſpoliis onerantur opimis
Quadrigæ, iumenta grauat pretioſa ſupellex,
Serica veſtis, ebur, & argentea vaſa, numiſma
Ponderis incerti plumiſque tumentia diuis
Ornamenta thori diuerſorumque colorum
Ridentes panni. nimio ſub faſce gemiſcunt
Colla, nihil tamen inde minus mortale cor ardet
Quamuis ſit plenum, quamuis plus tollere prædæ
Inuenta nequeunt, ſpoliis nec gaudia tanta
Concipit ablatis, quin plus ſit triſte relictis.
Interea patrem ſequitur Richardus, & illi
Inde reuertenti nimis admiranda recurrit
Immo dolenda magis vrbis ſpoliatio facta
Tam ſubito, patrum ius & ſpeciale ſuorum
Auxilium, generoſa ſuæ cunabula gentis
Demolita videns, non miror ſi dolet. At rex
Munificus tanto ſolamina grata dolori

Donat ei totam cum ciuibus omnibus vrbem
Cumq; ſuburbanis tot ditia rura colonis.
* Turones *Inde iter accelerat * Turonis feſtinus ad vrbem*
Quam geminum nitida flumen circumfluit vnda,
Hinc Liger, hinc Carus medio ſedet inter vtrumque.
Clara ſitu, ſpecioſa ſolo, iucunda fluentis,
Fertilis arboribus, vberrima fruge, ſuperba
Ciue, potens clero, populis numeroſa, referta
Diuitiis, lucis & vitibus vndique lucens
Quam ſacroſancti præſentia corporis ornat
Præſulis eximij Martini, gloria cuius
Omnibus Eccleſiis ſummum decus accumulauit.
Quæ cum ſit Britonum caput & metropolis, vna
Bis ſenas ſub ſe cathedras lætatur habere.
Cuius vt agnouit aduentum regis, in vndas
Præcipitat Ligeris pontem, ne transferat vltra
Rex acies, facili ſubiturus mœnia curſu.
Sed quæ virtuti vis aut cautela reſiſtit?
Quis cohibere poteſt animi virtute calentem?
Rex quodam duceribaldo vada tentat vbique
Donec inundantis medio ſe fluminis haſta
Appodians, ripa ſubito ſtetit vlteriori,
Inuentoque vado quaſi per miracula, contra
Spem, contra fluuij naturam, tranſiit abſque
Remigis officio per aquas exercitus omnis
Vt ſiccum tetigit acies haſtata virorum
Haud procul a muris ſe protinus obtulit illis
Planities, caſtris ſedes aptiſſima, cuius
Lambit vtrumque latus Ligeris Cariq; fluentum:
In medio ſegetes aut prata virentia rident
Et raris vineta locis, aut fertilis arbor
Tempore pruna ſuo, pira, ceraſa, mala miniſtrans
Aut alneta, quibus muniret caſtra ſatelles.
His facit in planis ſua rex tentoria figi
Quæ videt vtilia fructu, viſuque decora.
Et iam nocturnas noua lux amouerat vmbras
Reddideratq; diem Solis præſentia mundo,
Irrequieta manus peditum, quibus omnis vbique
Eſt oneroſa quies, ſcalas ad mœnia rege
Ignorante leuant, nec adeſt qui mœnibus illos
Arceat, aut cui ſit audacia velle tueri
Vrbis circuitum, tantus tremor occupat omnes
Vectibus oppoſitis tantum portiſque ſeratis
Omnes municipes, omnis ſe ciuis in arce
Clauſerat: hanc ſolam defendere poſſe putabant.
Ergo cateruatim pedites in mœnia ſcandunt
Perque gradus ſubeunt, vicos portaſque recludunt
Introrſum ſocioſque ſuos hortantur adeſſe.
Denique militibus notum regique fit iſtud.
Mirantur, gaudentque ſimul, grateſque Deo rex
Lætabundus agit, cius qui proſperat actus.
Introeunt quicunq; volunt, fit protinus ipſam
Rege iubente, pari voto, concurſus ad arcem.
Septuaginta viros equites pediteſque trecentos
Gaſcolides ſecum Gilebertus habebat in arce

Qui præfectus erat & conſtabularius illis:
Qui tantas non poſſe videns refringere vires,
Maluit intactam poſt vrbem, tradere regi
Arcem re penitus ſalua ſociiſq́ ſibiq́,
Quam poſt conflictum ſe deniq́ dedere victum.
Anglicus interea pacem rogat, & licet ægra
Febre laboraret, calida Chinone relicta
Vſq́ Columbare pro pacis amore venire
Suſtinuit: cum quo rex pacem fecit, & ipſi
Pictauum ſolida ſub pace reconciliauit,
Sub tali forma, quod vterque vel alter eorum
In Syriæ partes ipſum comitetur iturum.
Pacificare tamen nequiit cum patre Iohannem,
Cui bellum infœlix alia iam parte mouebat
Eſſe mereretur vt mortis cauſa paternæ,
Addens fraude ſua patrio tormenta dolori,
Cor luctu crucians dum febris ſæuit in artus:
Iamq́ ſuprema dies illi Chinona reuerſo
Poſt triduum occurrit, qui fonte ſepultus Ebrardi
Per proprios victus natos & obire coactus
Abbreuiaſſe ſuæ lugetur tempora vitæ.
Fœlix, ſi regi regum ſtuduiſſet haberi
Gratus, & illius metuiſſet lædere ſeruos
Fœlix, ſi ſancti Thomæ fratrumq́ ſuorum
Non interfector, ſed amator amaſſet haberi:
Fœlix, ſi proles illi ſua chara fuiſſet
Ipſeque charus eis, genuit quos omine læuo
Ipſius exitij cauſam mortiſque futuros.
Hinc tibi ſcire licet homo quid ſit gloria mundi,
Quid luxus, quid opes, quid honor, quid ſumma poteſtas,
Cui nuper dare vix poterant caſtella vel vrbes
Hoſpitium, nec ei capiendo ſufficiebant,
Quem formidabat regni pars maxima noſtri
Nomine quam feodi Francorum a rege tenebat
Neuſtria, Pictones, Andis, Vaſconia, Santo
Armorici, Bitures, Aluernicus, Anglia tota,
Multi præterea populi quos æquore lato
Circuit Oceanus, cum regibus atq́ tyrannis
Subiiciebantur illi ſeruire coacti:
Nunc ſatis arcta domus totum concludit, & ex his
Quos genuit nullus interfuit eius honori
Supremo, aut ſaltem corpus produxit ad vrnam.
Heu quid anhelamus ad mundi gaudia? quid ſit
Infrunita trahit vos ad terrena voluntas?
Sis locuples, ſis pauper idem eſt, mors omnibus æqua
Imperioſa manu fortunam terminat omnem.
Ergo dum viuis caueas, homo, perdere vitam
Neſcia quæ finis, poſt luctus gaudia præſtat:
Ne poſt lætitiam pereuntem flamma gehennæ
Te cruciet, ne te mors torqueat inſcia mortis
Quam patiens ſemper & nunquam viuit in illa.
Irrequieta ſolet grauis eſſe locutio, vires
Confractas reparant moderata ſilentia linguæ.
Expedit ergo breui tibi Muſa quieſcere pauſa,
Vt mage facundam requies te tertia reddat.

LIBER QVARTVS.

QVARTI LIBRI CATALOGVS.

Quartus Richardo confert patre ſceptra ſepulto:
Qui mox Ieruſalem properat cum rege Philippo.
Tynacriis hyemant in finibus, vnde ſimultas
Non finit ire ſimul ambos. cedit Cyprus Anglis,
Francigenis Acharon, Gaza, Aſcalon, Open vtriſque.
Ægrotat repetitque ſolum natale Philippus.
Richardus rediens capitur, ſed & inde redemptus
Francigenum bellis multa virtute reſiſtit.
Francos obtruncat damnoſa fraude Iohannes.
Galterus renouat amiſſa chyrographa fiſci.

LEge patrum veteri Richardum, patre ſepulto,
Efficit Anglorum primogenitura monarcham:
Qui ſublimatus conſtans in amore Philippi
Manſit, eum tanquam dominum reuerenter habendo:
Nec fuit inter eos anno diſcordia pleno,
Pace ligante bona gemini commercia regni.
Anxius interea vix Chriſto reddere votum
Propoſito nuper ſancto quod vouerat illi
Dum properat, vigilis ſibi prouides omnia cura
Tanti procinctus ſibi quæ deſiderat vſus,
Quæ ſibi depoſcit ſeries tam longa viarum.
Præmunit validis ſe pugnatoribus, & tot
Quot ſatis eſſe putat ad tanta negotia, tota
Delectos patria bellis & pace robuſtos:
Millenus centenus erat deciesque nouenus
Quo petiit Francus rex regna marina Philippus
Fruge, leguminibus, argento, carnibus, auro,
Rebus, equis, armis, biſcocto pane, meroq;
Innumeras onerat naues, & claſſe parata,
Propulſus Zephyri ſpiramine mouit ab vrbe
Italia clarum poſuit cui Ianua nomen:
Hebdomadiſque tribus Tyrrhena per æquora vectus,
Læuus habens Romam, dexter Carthaginis arces,
Poſt tempeſtates, poſt multa pericula, multas
Paſſus iacturas, Tynacribus appulit oris.
Pharita dum claſſis legeret freta, forte ſuborta
Tempeſtate rates iam rumpebantur, & vndis
Pene tegebantur, niſi nauita cautus, in æquor
Emiſiſſet equos, fruges iactaſſet, & eſcas
Vaſaq; plena mero. nec contra dicitur illi
Immo ſuam rem quiſque iacit, ſua perdere malent
Funere quam nullo vitam finire ſub vndis,
Req; ſua potius quam corpore paſcere piſces.
Nec reputat damnum quo mortis prorogat horam
Tempore vel modico. Sic nauibus exoneratis
Eſſet cum noctis medio plus temporis actum,
Nec ceſſaret adhuc vis tempeſtatis, & æther
Cogeret attonitos iam deſperare ſalutem,
Et tonitru & nimbo tenebriſque tenentibus aſtra
Fulgura quas nimio rumpebant crebra ſtupore,

Rex animo forti ſtupidos affamine tali
Solatur: ceſſet timor omnis, viſitat ecce
Nos Deus ex alto, tempeſtas ecce recedit
Iam matutinas Claravallenſis ad horas
Concio ſurrexit, iam ſancta oracula ſancti
Noſtri haud immemores in Chriſti laude reſoluunt,
Quorum pacificat nobis oratio Chriſtum:
Quorum nos tanto prece liberat ecce periclo.
Vix bene finierat, & iam fragor omnis & æſtus
Ventorumq; cadit rabies, pulſiſq; tenebris
Splendiflua radiant & luna & ſydera luce:
Sicque data cunctis, ad regis verba, ſalute
Nox abit, & flatu claſſem ducente ſecundo,
Auxiliante Deo, magna non abſque ſuarum
Rerum iactura, leti euaſere periclum
Atque alacri plauſu portum ſubiere ſalutis.
Tunc rex larga ſuis gazis effundit apertis
Dona, quibus veniant illis obliuia iactus,
Ne Chriſti athletis vel equi vel pabula deſint.
Rex quoq; Richardus properans haud ſegnius illo
In crucis obſequium (conſtrictus ad hoc tamen ipſum
Iure tenebatur iurando) mouit ab vrbe
Maſſilia, rebus ita præmunitus & armis
Electiſque viris, vt non minor ipſe Philippo
Viribus ac aliis quæ præſens poſtulat vſus
Eſſe videretur. hinc Tuſca per æquora ductu
Velinolo raptus, numeroſa claſſe Sycanos
Ingreditur portus, nil paſſus in æquore damni,
Gaudia Francorum renouans regiſque Philippi
Qui tunc Mechina nouus hoſpes in vrbe manebat.
Exultant Siculi gaudet Trinacria tota
Hoſpitibus tantis, tot habentibus agmina ſecum
Quos rex Tancredus magno ſuſcepit honore
Ditta qui gentis Sicula tunc fræna regebat
Inſidiis, mixta vi, ſceptra potenter adeptus.
Rex Guillelmus erat nuper defunctus, & eius
Vxor Richardo gaudebat fratre Iohanna:
Nec quo ſe viduam conſolaretur habebat,
Nec qui poſſit erat hæres ſuccurrere regi.
At ſoror eiuſdem Conſtantia, rege ſepulto,
Iure volebat ei ſuccedere prole carenti.
Tancredus fuerat qui regis auunculus illam
Non patiebatur patriis ſuccedere ſceptris,
Præſumens nullo ſuccedere iure nepoti,
Seque nouum regem ſpoliata nepte creare.
Illa tamen regis Henrici cum foret vxor,
Qui fuit imperium Romanum tempore nactus
Poſt modico, facta eſt regina iuuante marito.
Quæ ſimul imperij & regni diademate fulgens
Reſtitui prorſus meruit ſibi iura paterna.
Poſtea quæ genuit Fredericum qui modo regnat
Theutonicos cum Romanis Siculiſque gubernans.
» Heu quam mutari leuis eſt affectio mentis
» Humanæ, quam ſe diuerſis motibus aptum
» Exhibet humanum cor, ſuggeſtoris iniqui

,, *Fraudibus illectum, qui ſupplantator amoris*
,, *Semper agens odium, lites ſerit inter amicos.*
Quoſque videt iunctos aliqua diſcriminat arte,
Vt ſibi ſubiiciat diſiunctos, quos ſuperare
Non valet alterno dum conſociantur amore,
Dum ſtant, dum temere non incuruantur, vt hoſti
Sit via, cui nullos eſt ſupplantare poteſtas
Præter eos qui ſe incuruant vt tranſeat ille.
Noſque nimis faciles ſumus illi cedere qui nil
In nos iuris habet, niſi quantum cedimus illi:
Immo ſi volumus, quantum temptamur ab illo
Vnde reſiſtamus ſatis intra noſmet habemus,
Quod nobis virtus præſtat diuina, nec vllus
Cogitur eſſe malus, niſi ſponte receperit hoſtem.
Nam ſuggeſtori ſubiicit nos ſola voluntas,
Quæ ſi defuerit, peccatum nullus habebit.
Reges ecce duos amor vnus. ſpiritus idem,
Vna fides vnit & ſic conglutinat, vt nil
Hic amet aut fugiat, niſi quæ fugit aut amat ille.
Tantum ad alterutrum ligat ardor amoris vtrinque.
Sed durare diu dilectio tanta nequiuit
Inter eos. Richardus enim quod corde tegebat
Nactus oportunum tempus detexit, & illum
Talibus alloquitur: Bone rex cui Francia paret,
Cuius ego miles, cui ſum iuratus in arma,
Cui tanquam domino fateor me iure teneri,
Quem tremit Ægyptus regioque Paleſtica, cuius
Præſtolatur opem Domini crux atque ſepulchrum,
Audito cuius Saladinus nomine pallet,
Iam ſua, iam victi tendunt tibi brachia Parthi,
Inclinatque tuis Acharon ſua mœnia ſignis:
Ne quæſo tibi diſpliceat quod detego verbum,
Germanam tibi reddo tuam, cauſamque latentem
Qua compellor ad hoc, à me, rogo, quærere noli.
Ipſa quidem nupſit mihi per ſponſalia tantum,
Nil vltra: nec eam noui carnaliter vnquam.
Et iam iuncta thoro eſt mihi Berengaria regis
Filia Nauarræ, ſacrum iam copula carnis
Conſummauit opus, facti caro iam ſumus vna.
Nulla quidem cauſa eſt quod eam dimittere poſſim
Amodo cum mihi ſit & lege & carne iugata.
Sunt comites. ſunt barones, quorum ſoror vni
Rex venerande, tua melioris fœdere nubet.
Obſtupet & nimia rex obmuteſcit ab ira:
Poſt tamen hoc breuiter ſermone reconuenit illum:
Si mihi germanam reddis, nihilominus omne
Germanæ dotalitium mihi reddere debet.
Quæ cum germana tibi ſunt data nomine dotis,
Nunc ad me debent redeunte ſorore reuerti.
Sed nihil ad præſens queror, aut peto: nolo minari.
Maius opus ſupereſt, ſine lite. quod inſtat, agamus,
Seruitioque crucis inſtemus, & eius honori
Qui mundi peccata tulit, pro cuius amore
Taliter externis peregrini viuimus oris.
Saluas concedo treugas tibi, dum crucis arma

Seruitio tuleris, deinde meque meoſque timeto.
Regis verba placent Richardo, nil petit vltra:
Treugarum talis conceßio ſufficit illi.
Non tamen exhibuit liquido ſe corde Philippo
Ex tunc ſine ſuis; nec vero Philippus eidem
Mente fuit placida. qui cum iam quinque fuiſſent
Menſibus hybernis Sicula in regione morati
Anglorum regem monuit rex noſter, vt vna
Aggrediatur iter ſecum, Dominique ſepulchro
Succurſum præſtet, ſicut iurauerat illi.
Noluit ille tamen, Siculis ſed manſit in oris,
Auxilium præſtans Tancredo in prœlia regi
Infeſtabatur quibus vndique. Proinde Philippus
Rex cum Francigenis Zephyris dant carbaſa primis
Vere nouo, & leua Græcos à parte relinquens
A dextra Pharios, Cretam Cyprumque ſecundis
Præteriens velis, Acharon illabitur vrbi
Paſcha nocte ſacra, quem ſic cæleſtis agebat
Gratia, quo firmis ſacra ſolemne dici
Exigeret plantis, quo iam præceſſerat ille
Inclytus eximia Iacobus virtutis Auennas,
Et iam cum paucis audax obſederat vrbem,
In Domino ſolo confidens, qui pius illi
Miſit oportuno ſuccurſum in tempore gratum,
Qui præſto ſemper eſt confidentibus in ſe.
Nauibus egreßi firma veſtigia planta
Figere congaudet exercitus, & ſua ſaltu
Corpora dant ſabulo, læti poſt longa marini
Tædia diſcurſus, grata potiuntur harena,
Intus & exterius aura meliore refecti.
Nec mora per campos & per conuexa locatis
Certatim caſtris, ex omni parte coronant
Vrbem, ne quiuis euadere poßit ab illa,
Aut laturus opem dare deforis arma vel eſcas.
Caſtra ſolo vigilant, ſeruat naualia claßis.
Dein vallo munire ſtudent foßiſque profundis
Omnem circuitum caſtrorum, nec minus alte
Per loca Briſtega caſtellaque lignea ſurgunt,
Ne ſubito Saladinus eos inuadere poßit.
Qui non ceſſabat pugnas miſcere frequentes
Chriſticolis, & eos inceſſere nocte dieque,
Quamuis confuſus & victus ſemper abiret:
Nec pudet aßidue vinci victumque fugari
Turpiter, & charos conflictu perdere crebro;
Dum dolet obſeßis nullum dare poſſe ſalutis
Conſilium, vel eis ſuccurrere qualibet arte.
Nec mora detinuit Richardum longa Sicanis
Finibus; immo Cypron adyt totamque duobus
Menſibus expugnant clara virtute ſubegit
Ipſe ſibi, victamque ſuo cum principe cepit.
Cypris enim regio quamuis coleretur in illo
Chriſtus Græcorum ritu, tamen impediebat
Chriſticolas cruce ſignatos, Dominique ſepulchro
Ferre negabat opem, Saracenſque fauebat.
Mox Cypro victa ſpolijs ditatus & auro

Feſtinat

Feſtinat Acharon, quam fractis vndique muris
Obſeſſi vita tantummodo dedere ſalua
Orabant, quorum ſolo pro munere vita
Chriſticolas omnes quos vincula dura tenebant
Saracenorum, Saladinus cum cruce ſancta
Reddere pactus erat Francis regique Philippo.
At rex catholicus donec rex Anglus adeſſet,
Cui fore ſe ſocium promiſerat ipſe fidelem,
Dum crucis obſequio ſeruire ſtuderet vterque,
Nolebat tanto ſolus gaudere triumpho,
Expectans ſocium cui dimidiaret honorem,
Quem ſoli ſibi contulerat clementia Chriſti
Gentis & inuicta vis inuictiſſima bello
Seruitio Chriſti multo conſperſa cruore.
Poſtea nolebat Syrus vel forte nequibat
Verbo ſtare ſuo pactum ve tenere Philippo,
Vnde quidem iuſta Richardus bile tumeſcens,
Præſertim ſibi non contradicente Philippo,
Magometicolas omnes, quos vrbe recluſa
Inuenit numero quaſi bis ſex millia, fecit
Verticibus caſis efflare in tartara vitas.
Vrbe refirmata poſitis cuſtodibus omnes
Vici Chriſticolis & prædia diſtribuuntur,
Eccleſiaſque nouas vbi Chriſti nomen adorent,
Ædificant, ridet ſubito mutata locorum
Et rerum facies. iam Magometus ab omni
Exulat ore procul, iam per totam regionem
Catholicæ cultus fidei ſe pandit vbique.
MCXCI. *Vnus & vndecies centum deciesque noueni*
Tranſierint anni poſt quam Deus eſt homo factus,
Quando cepit Acharon, gens Gallica, rege Philippo
Craſtina Quintiles data cum produceret Idus.
Hinc quoque progreditur exercitus, & ſibi muros
Aſcalonienſis vrbis peſſundare gaudent,
Quia fuit Herodes natus, qui millia centum
Quadraginta dedit morti cum quatuor, orti
Principis æterni metuens amittere regnum,
Inter tot credens pueros occidere Chriſtum.
Hinc duce Richardo, Ioppem, Garamque triumphant
Inſignes olim factis illuſtribus vrbes.
Hanc fama celebrem centurio reddidit olim
Angelico monitu qui Petri dogma ſecutus
Purgari meruit & ſacro fonte renaſci.
Aſt illam Sampſon bellis inſignibus, & vi
Antea collata nulli, nec poſtea, ſæpe
Contudit, & multis confecta cladibus vrbe
Portarum valuas ſignis atque ære nitentes
In manibus portans, ſtetit alti vertice montis:
Qui tandem moriens cæcatus coniugis aſtu
Extinxit plures quam viuus ſtrauerit hoſtes.
Quæ res geſta notat, quod Chriſtus morte ſua nos
Viuificans noſtram crucifixit in cruce mortem
Proque ſua, ſibi quam elegit de gentibus ipſe,
Eccleſia moriens, vectes & ferrea clauſtra
Fregerit, & fortis armati fortior arma

Captiuans, victor ſpoliis aſcendit in altum.
Sed nondum Moyſi faciem Iudæa videre
Dum de lege legit paleas non grana, meretur.
Solus cum paucis hæc inter agenda Philippus
Febre graui tactus, crebroque tremore fatiſcens
Infirmabatur Acharonque iacebat in vrbe.
Tantaque ſcaturies, tantus calor illius oſſa
Totaque membra fuit ita depolatus, vt omnes
A digitis vngues caderent, à fronte capilli.
Vnde putabatur, & nondum fama quieſcit,
Illum mortiferi guſtum ſenſiſſe veneni.
Gratia ſed nobis diuina pepercit in illo,
Ne mutilata ſuo lugeret Francia cornu
Tam cito, cuius erat ſtudioſa ſedulitate
Poſtmodo continua pacis fruitura quiete.
Languit ergo diu, ſed enim per tempora longa
Paulatim gradibus cœpit reualeſcere lentis.
Cumque nequiret ibi ſanari prorſus, amico
Hortatu procerum, cum conſilio medicorum
In patriam ſtatuit natiuaque rura redire.
Sed prius expenſas tribus annis ſufficientes
Militibus numerat quingentis de propria re
Milites compli. *Mille quibus decies pedites adiungere curat,*
Qui vigili ſatagant ſtudio curaque fideli
Illius vice pro Domini pugnare ſepulchro.
Allobrogumque duci cauſam committit eorum.
His igitur curis vigili ratione peractis,
Rex iter æquoreum ſpirantibus arripit auris:
Qui Romam veniens, celebri donatur honore
A Celeſtino Papa, qui tertius vrbi
Nominis illius præerat, tangebat & ipſum
Tertius illuſtri regali ſanguine ſtirpis.
Cumque ſatis digne à patribus ſanctoque ſenatu
Eſſet honoratus, tandem dimiſſus abire
Dorſa per abrupta radicophoni ardua, cliuis
Inuia limoſis, quo vix aut ire viator,
Aut remeare poteſt, montis laureta caprini
Præterit, & montis Hardonis per iuga cœlo
Proxima, planiciem Ligurim ſubit, inde Ceneis
Laſſatum ſcalis, Moriana valle, ſalebras
Prætereundo graues, cepit Burgundia deinde.
Cumque mora modica, poſt aſpera ſaxa, Cotique
Colliculos, Iſaramque vado Rodanumque carentes
Se recreaſſet ibi medio iam menſe Nouembri,
Sanus & in vultu ſolito ridente rubore
(Reddimus vnde Deo grates) in propria venit.
At rex Anglorum Iopen Gazanque, vel vltro,
Vel vi perdiderat: mittebat enim Saladino
Et Saladinus ei varia vice ſcripta, ſibique
Pacificabat eum Saladinus munere crebro.
Et iam Bleſenſis Theobaldus, iamque Philippus
Flandrenſis comites, iam Vindocinenſis & ille
Quem Gienus, quem Mons clarus, quem Pertica miſit
Terrea ſpiritibus viduarant vaſa beatis:
Illuſtris Stephani contriſtant funera ſacrum

Cæſaris, Vldonis mortem Burgundia plorat.
Sed nec parcendum Iacobo mors impia duxit,
Cuius ob indignam mortem triſtantur Auennæ.
In toto locus eſt regno rariſſimus, in quo
Non habeat cauſam lachrymandi quilibet, aut ob
Amiſſum dominum, vel fratrem ſiue propinquum.
Natos hic queritur amiſſos, ille parentem,
Hic eiulatur cognatos, alter amicos.
Hic famulum, hic ſocium, patruos hic, ille nepotes.
Tanta peſte cadunt proceres in funera noſtri,
Quos omnes ſibi mors Acharon aſciuit in vrbe.
*infeſtus *Tunc rex Richardus multis * infeſſus, ab illa*
Cogitat egreſſu tacito diſcedere terra.
*triremibus *Diſſimulat regem paucisque * trieribus æquor*
Sulcat, & Ionia progreſſum denique ponto,
Adria ſuſcepit: à dextro remige littus
Miſit in Illyricum, quo nauibus ille relictis
Imperiale ſolum cultu Templarius intrat
Priuato vt tectus habitu ſecurior iret.
Ille quidem multos magnates læſerat, vnde
Dum metuit multos multis ſe diſſimulabat.
Dux tamen agnouit illum tuus, Auſtria, cuius
Partibus in Syria tentoria ruperat, atque
Indignis nimium probris affecerat illum.
Heu quis fortuitos caſus euadere poſſit,
Proſpectumque ſibi fato vitare periclum!
» *Sæpe fit inſidiis peior vis obuia caſus.*
Fatorum ſerie contingit ſæpe, quod hoſtis
Plus improuiſus ſolet explorante nocere.
Quid prodeſt verſare dapes, ſeruire culinæ?
Quid iuuat officio dominum vileſcere ſerui?
Quid flexiſſe viam, veſtes mutaſſe, ſuoque
Se famulo regem finxiſſe minore minorem?
Nil Minturnenſi Mario latuiſſe palude
*Thetidi *Profuit, aut * Theadi natum ſub veſte pudenda*
Virgineis miſcere thoris Licomedis in aula.
» *Nec rex celatur, nec mons abſconditur, ipſa*
» *Regis maieſtas nunquam ſe paſſa latere,*
» *Quicquid agat, regis perſona patebat vbique,*
Quæſitaſque ſibi negans caligare tenebras
Proditur, & mediis latebras non inuenit vmbris,
» *Dum quocunque ſpecu proprio ſplendeſcit ab igne.*
Ecce latens capitur, & ab illo quem metuebat
Ille magis, quem plus vitare volebat, ab illo
Ecce latens capitur, qui non quærebat eundem,
De quo nulla ſibi ſuberat ſpes inueniendo.
Anno præterito magnus Fredericus abhorrens
Tædia longa maris, Cilicum per plana petebat
Ieruſalem, cruce ſignatus cum Theotonicorum
Millibus innumeris, qui eum properanter adiret
Nicæam, pagis degreſſus ab Antiochenis
Sole calens, dum ſe medij feruore diei
Balneat incaute cuiuſdam gurgite riui
Interceptus aquis fit mortis præda repente.
**Quo ſubit imperium defuncto filius eius*

Henricus, patrij iuris ſucceſſor & hæres.
Nec tantum promouit eum ſucceſſio gentis
Quam cleri & procerum ſuper hoc electio iuuit.

Dynaſtia eſt dignitas habendi vel eligendi regem. ſic v. c.

Eſt etenim talis dynaſtia Theotonicorum,
Vt nullus regnet ſuper illos, ni prius illum
Eligat vnanimis cleri procerumque voluntas.
Talis ergo Henricus ſucceſſerat ordine patri,
Tuncque moram Magontina faciebat in vrbe,
Cum regem Anglorum dux obtulit Auſtricus illi,
Quem ſic alloquitur: Tu nuper regis amicus
Vſurpatiui contra nos bella mouebas
Impia Tancredi iuratus in arma, meamque
Vxorem patris ſolio priuare volebas
Nuper & in Syria Saladini exennia palpans
Chriſticolas Chriſti crucis hoſtibus expoſuiſti,
Dum Garan, Ioppen, Aſcolonemque ſine armis
Et ſine conflictu ſubuerti ſponte tuliſti
Imperiique mei proceres occidere quoſdam,
Et male tractare plures non erubuiſti:
Immo tuum dominum noſtri genitoris amicum
Et fratrem noſtrum voluiſti tradere Parthis,
Vt mutilata ſuo lugeret Francia cornu.
Ne ſua quæ retines iniuſte iura reclames.
Non tulit vlterius ac ſi reſideret auito
Innixus ſolio, vel in aula Linconienſi,
Aut medio Cadomi, quaſi cultus immemor in quo
Captus habebatur, regaliter, ore diſerto,
Corde leonino, vocem prorupit in iſtam:
Prodeat in medium qui me de proditione
Arguat, armatus veniat ſubeatque duellum
Me contra, ſi me ſuper hoc conuincere poſſit;
Non tamen vſque adeo virtus mihi deficit, vt me
Fidentem de iure meo ſolitoque vigore
Vincere quis poſſit, fiat quod iure cauetur.
Lex mihi ni parcat, mortem non deprecor vltra.
Si pro germana pugnaui iure, ſuumque
Denique ius per me Tancredus reddidit illi,
Imperium facto veſtrum non læſimus iſto.
Parce precor noſtris erroribus atque labori,
* Manſet *Parce precor patriæ * menſcher quam depopulatur*
Frater, Francigenum in me qui mouet ipſius arma.
Dum moror hic captus, mea rex caſtella Philippus
Diruit ad libitum, Giſortii mœnia frangit.
Iam ſibi Paciatum, ſibi iam ſubiecit Hebream,
Iam Bellummontem cepit, caſtrumque leonum,
Tu nouus es princeps, inſtant tibi prælia, queſtu
Multiplici video multoque numiſmate valde
Nunc opus eſſe tibi, ſi vis ſuperare tot hoſtes
Quot modo contendunt tibi ſe præſtare rebelles:
Mille dabo argenti marchas tibi centuplicatas,
Meque tibi ſceptrumque meum ſubiecta fatebor.
Commoda nulla tibi confert mea captio, nulla
Laus eſt armatum palmis affligere regem.
Iam nimis afflicto ſine me ſuccurrere regno.
Annuit his princeps dictis, & mitior, inſit

Claruit & paucis eius ſententia verbis:
Sicut dixiſti facias & liber abito.
Rex igitur dictum refirmat, & inde recedit
Liber, & Albidiam poſt tempora longa reuiſit.
Anglia rege ſuo gaudet veniente, Iohannes
Exulat & regi Francorum inuiſus adhæret.
At iam Rodolia vallis qua paſcua lambit
Sydereis Andura vadis, qua lapſus in amnem
Fama maioris, maius ſibi nomen adoptat,
Qua procul hinc in ſe ridentem ſuſcipit Aruam
Nomen ei donando ſuum, qua Ridula pratis
Irrigat, arridens ridentibus arua Bruonna
Quicquid ab hinc ſpatij fontem pates vſque Serenum
Vnde oriens hortis fluit vtilis Epta ſatiſque,
Donec Sequanio procul hinc ſe perdit in amne,
Karolides validis totum poſſederat armis,
Qui prudens munit armis caſtella viriſque,
Et foſſata nouat, fractaſque redintegrat arces,
Firmior vt multo quanis munitio fiat
Quam prius extiterit, modica ne perdat in hora
Quæ ſibi cum magno ſunt acquiſita labore.
Attamen Ebroicam ſtudio maiore refirmans
Armis & rebus & bellatoribus vrbem
Pluribus inſtructam donauit amore Iohanni,
Vt ſibi ſeruet eam, tamen arcem non dedit illi.
Ille dolo plenus qui patrem, qui modo fratrem
Prodiderat, ne non & regis proditor eſſet,
Excedens Siculos animi impietate tyrannos,
*conuiuia *Francigenas omnes vocat ad* communia quotquot*
Ebroicis reperit, equites ſimul atque clientes,
Paucis exceptis quos ſors ſeruauit in arce.
Quos cum depoſitis armis feciſſet in vna
Diſcubuiſſe domo tanquam prandere putantes,
Euocat è latebris armatos protinus Anglos
Interimitque viros ſub eadem clade trecentos
Et palis capita ambuſtis affixit, & vrbem
Circuit affixis, viſu mirabile, tali
Regem portento quærens magis angere luctu.
Talibus obſequiis tali mercede rependens
Millia marcharum quas rex donauerat illi.
Tali quippe modo circumuenientibus Anglis
Horſus & Hengiſtus olim nec auere Britannos
Patricios omnes ad prandia falſa vocatos,
E quibus euaſit ſolus Salebericus Eldo,
Qui rigidum nactus fortuna munere palum,
Mille viros ſternens, indemni corpore fugit,
Ac hoſtes bello renouato poſtea vicit.
Tam deteſtanda pollutus cæde Iohannes
Ad fratrem properat, ſed res tam flagitioſa
Non placuit fratri. Quis enim niſi dæmone plenus
Omninoque Deo vacuus virtute redemptus
A vitiis nulla, tam dira fraude placere
Appetat, aut tanto venetur crimine pacem?
Sed quia frater erat, licet illius oderit actus
Omnibus odibiles, fraterna fœdera pacis

Non negat indigno, nec eum priuauit amore
Ipſum qui nuper ſceptro priuare volebat.
Tempore rex illo caſtellum Vernolienſe
Iam tribus hebdomadis obſederat, improba cuius
Gens nimis & Francos aſſueta laceſſere lingua
In fore caſtelli regem depinxerat ipſum
Armatum claua: ſed nec ceſſabat amaris
Irritare probris mutam viuentis ideam.
Sed iam magniloquos faſtus omnino repreſſit
Vertice demiſſo regem veneranter honorans
Francorumque iugum portans ceruice coacta:
Seque dolet muſſlam muris & turre ſuperba,
Quos rex ſtrauit humi, ſumptu diſpendia paſſa,
Diſcat vt hoc damno lingua compeſcere damnum.
Qui poſtquam certus de proditione Iohannis
Et gentis de nece ſua fuit, obſidionem
Soluit, & irarum ſtimulis agitatus, ad omne
Excidium partis aduerſa totus inardens
Ebroicas primo ſic incinerauit, vt omnes
Cum domibus ſimul Eccleſias conſumpſerit ignis.
Inde cremando domos, prædando rura Kaletum
Intrat, & obſeſſis Richardum ſubmouet Archis
Quem fuga dum raperet, equites fera bella gerebant
Cum Francis media ſe defendendo foreſta.
In quo conflictu, Liceeſtricus ille Iohannes
Inclytus egregiis mundo notiſſimus actis
Matthaeo totis Marlita viribus haſtam
Impingit per vtrumque femur: Matthaus & illum
Pectoris in medio ferrata cuſpide pulſum,
Quamuis vnda fluat coxa & vtraque cruoris,
Corporis immenſi ſignare caractere terram,
Atque ipſum cogit ſuperatum vincla ſubire.
Sed nec Francigenæ reliqui ſine laude recedunt,
Dum claros actis viginti quinque Quirites,
Innumeroſque ligant alios, pluresque trucidant.
Haud procul hinc portus fama celeberrimus atque
Villa potens opibus florebat nomine Deppen.
Hanc primum Franci ſub eodem tempore, gazis
Omnibus expoliant, ſpoliatam denuo totam
In cinerem redigunt. & ſic ditatus abiuit
Cœtus ouans, quod tot villa non eſſe, vel vrbe
Diuitias, aut tam pretioſas diceres vſquam.
Inde reuertentes poſito Richardus in arcto
Cuiuſdam nemoris egreſſu milite multo,
Cum famulis leuibus loca nactus commoda fundi,
Damnificauit eos, & multos cepit eorum
Agminis extremi ſpoliis rebuſque grauatos.
* *Dehinc Bellummonsem * in ſua iura reducens*
Biturиam ſubiit. ſequitur pernicibus alis
Karolides ipſum: quem cum ſentiret adeſſe
Anglicus, inſidias iterum molitur eidem.
Eſt inter Fractam vallem Bleſenſeque caſtrum
Non multum celebri Belfogia nomine vicus
Perplexus lucis & vallibus horridus atris,
Quo dum forte ſuis rex cum baronibus eſſet

Mane fere medio prandens, nihilominus ibant
Agmina cum bigis & equis portantibus arma
Vaſaque reſque alias caſtrorum quas petit vſus.
Emicat è latebris ſubito rex Anglus, inerme
De facili vulgus ornatum rebus & eſcis
Diſsipat, occidit, abducit, plauſtra reducit,
Sarcinulas, & equos, cophinos & vaſa culina
Menſarumque, quibus argenti ſplendor & auri
Vaſis præ reliquis pretium pretioſius addit.
Nec parcit raptor nummis quibus arcta tumebant
Dolia, nec ſaccis quibus ornamenta latebant
Scripta tributorum fiſcique chyrographa, nec non
Cum reliquis rapitur rebus regale ſigillum.
Tantaque paſſus ibi rex eſt diſpendia, vicum
Vt vere dicas à bello & fraude vocatum.
Nec dum prima quies populis, clamatur ad arma:
Arma viri rapiunt mixtim, non curat an eius,
An ſocij ſint arma quibus ſe quilibet armat.
Arma ſibi capiunt quæ proxima carpere poſſunt.
Sed iam ſe ſpoliis prædo prædaque potitus
Sparſerat in lucos prudens valleſque remotas
Qua rex non poterat armatas ducere vires.
Qui ſimul aſpexit hoſtes non eſſe ſequendos,
Cœptum pergit iter, amiſſaque cuncta nouari
Imperat, & cura maiore nouata tueri,
Qui ſibi pro rebus amiſsis vel meliora
Aut æque pretioſa quidem reparare valebat
De facili, ſed ſcripta quibus prænoſſe dabatur
Quid deberetur fiſco, quæ, quanta tributa
Nomine quid cenſus, quæ vectigalia, quantum
Quiſque teneretur feodali ſoluere iure,
Qui ſint exempti, vel quos angaria damnet,
Qui ſint vel glebæ ſerui, vel conditionis,
Quo ve manumiſſus patrono iure ligetur,
Non niſi cum ſummo poterit reſcire labore.
Præfuit huic operi Galterus iunior ille
Hoc graue ſumpſit onus in ſe, qui cuncta reduxit
Ingenio naturali ſenſuſque vigore
In ſolitum rectumque ſtatum, præſtructus ab illo
Eſdra, qui docuit reparare volumina legis
* itidemque — *Atque Prophetarum, pſalmos * ibidemque libellos*
Et teſtamenti ſimul omnia ſcripta prioris,
Quæ cuncta impietas olim Chaldæa cremarat
Ioachin, ſiue Sedechian. — *Vrbs quando ſancta eſt à principe capta cocorum*
Rege ſub Aſſyrio, qui regem lumine caſſum
Cum captiuato populo tulit in Babylonem:
Cuius laxatiuus iter conuiuia potus
* — *Fraude datus ſtomachum * ignominioſè*
Mœroris facta eſt mortiſque in carcere cauſa.
Domini Martini comes interea Reginaldus
Boloniam toto comitiſſam cum comitatu
Cui rex addiderat, & Balduinus honoris
Iure palatini clarus, proauiſque ſuperbus
Heliſabeth frater reginæ, Hennauius, atque
Flandricus archicomes, Francorum rege relicto

Regis ad Anglorum partes iam tranſtulerant ſe.
Multi præterea barones eius amici
Occulte facti tecta illi mente fauebant,
Qui magnos ſibi quoſque viros in amore ligabat,
Cordaque Francigenum ſibi venabatur auara
Muneribus crebris promiſſorumque lepore,
Argentum dum largus eis diſpergit & aurum,
Ornamenta, cibos, exennia, prædia, villas.
Sed non Barrenſem potuit corrumpere donis.
Contigit haud multo decurſo tempore poſthac
Virgo Dei mater quæ verbo ſe docet & re
Carnoti dominam, laudabiliore paratu
Eccleſiam reparare volens ſpecialiter ipſi
Quam dicat ipſa ſibi, miranda prouida cauſa
Vulcano furere ad libitum permiſit in illam,
Vt medicina foret præſens exuſtio morbi,
Quo Domini domus illa ſitu languebat inerti,
Et cauſam fabricæ daret illa ruina futuræ,
Cui tota par nulla hodie ſplendeſcit in orbe:
Quæ lapide exciſo ſurgens noua corpore toto
Sub teſtudineo iam conſummata decore
Iudicij nihil vſque diem timet igne noceri.
Multorumque ſalus illo prouenit ab igne,
Quorum ſubſidijs operis renouatio facta eſt.
Hoſtis enim generis humani ſemper iniquus,
Semper amat damnis ſuperaddere damna, nec vnquam
Velle bonum, vel amare poteſt: mala non tamen vlla
Irrogat ipſe, niſi Domino permiſſus ab ipſo.
Sicque agit, vt facto ſemper delinquat in omni,
Et tamen ex eius Deus actibus vtilitates
Proſpicit humanas, & vel peccamina punit.
Aut hominum reprimit à faſtu corda ſuperbo
Iuſtificetur adhuc præſentis vt verbere iuſtus,
Et ſordens ſordeſcat adhuc examine iuſto.
Firmat enim iuſtum morum patientia cuſtos
Obſtinat iniuſtum vitiis implexa voluntas.
Sicque fit, vt facto bonus & malus hoſtis eodem
Nobis proficiat ſibi dum nocet ipſe ſuiſque.
Non quia ſimpliciter bonus aut velit aut queat ipſe,
Sed quod ſit malus ipſe bonis occaſio noſtris.
Sic mala Iudæis nobis bona paſſio Chriſti,
In vitam nobis, in mortem tranſiit illis,
Eiuſdem quę rei quæ tam fuit vtilis orbi
Paſſio nos ſaluat, Iudæos actio damnat.
Æter noque placet patri hæc, dum diſplicet illa.
Et quia iam veſtrum reddit tam durus anhelum
Callis equum, breuiter hic reſpirare ſinatur
Vt leuius requiem poſt quartam currere poſſit.

LIBER QVINTVS.

MATERIA LIBRI V.

Quintus habet ſtrages & particularia bella.
Rodolia de valle fugat rex obſidionem.

In triduo properantet agens iter octo dierum
Richardus Britones, capto Virſone, moleſtat.
Artutum patruo tamen illi reddere nolunt.
Dangutum vertit, ſimul Allumarumque Philippus:
Ipſius vnde volens Richardus caſtra leuare,
Vincitur, inque genu telo Gaillone feritur.
Nemutci comitem capiunt tria millia Franci.
Vallorum obiurgant Beluaci præſule capto.
Richardus voluit ſubito retinere Philippum
Milite cum raro, Curcellis forte meantem,
Quominus indignans filum illius Atropos occat.

INterea ſterili comes obſidione Iohannes
Vallem Rodoly ſub iura reducere fratris
Tentabat cum quo Dauid comes Eboracenſis
Præſul Hyrundella dominus verboſa ſuperba
Rothomagi multitudo, ſiceraque tumentis
Algia potatrix, Lexouia fontis egena
Quæ pro fonte maras gaudet potare lutoſas,
In quibus à tergo bufoni bufo cohæret,
Quæ nauis ſparſo ſubijcit ſe rana marito
Frumentique parens Velgis, durique Caletes,
Oximijque ſitos ſterili ſe colle gementes,
Iſti cum multis alijs communiter omnes,
Vnanimi voto, caſtrum expugnare volebant.
Sed iam cum populo miles conuenerat omnis
Proxima quot poterant loca mittere Francigenarum
Andure rippis metati caſtra nitentis.
Ad quos Biturica rex feſtinauit ab vrbe.
In triduo, mirum, completum iter octo dierum
Nec deſcendit equo, nec membra quiete refecit
Vel modica, ſudore fluens, & puluere ſparſus
Sicut erat, tranſit Andura per vada primus.
Nec mora detinuit Francos, quin protinus ipſi
Contigui, ſolita leuitate ferantur in hoſtem
Iam perturbatum: nec iam ſua turpe putantes
Ignaua dare terga fuga nemoriſque propinqui
Luſtra ſubire magis, quam ſe defendere pugna.
Diffugiunt equites proiectis eminus armis
Vt leuius fugiant. pedites capiuntur, vbi ſe
Victoris curſu nequeunt auferre pedeſtri.
Bituricis iterum cum rex in finibus eſſet
Obſedit ſimili Bruerollas forte Iohannes
Turpiter indigenæ quem ſoli exinde fugarunt.
Ad regis curſum redeo, quem more gigantis
Octo tribus complere dies potuiſſe ſtupeſco.
Et quis non ſtupeat ipſum cum ceſtibus, armis
Munitum, penna quaſi remige non pede vectum.
Tempore tam modico, tot continuaſſe dietas?
Quis pede pennato curſorius aut peregrinus
In patriam voto cupiens remeare peracto.
Se iactare poteſt aliquando millia centum
Quadraginta tribus ita perexiſſe diebus.
Non tanto poſt Narbazanem Beſſumque refertur
Magnus Alexander olim properaſſe volatum

Feſtinat Dario dum Bracta ſubire perempto.
Talis Pariſios memoratur adiſſe diei
Vnius ſpacio Senonenſi Cæſar ab vrbe,
Quando Romanis eiectis Camulogenum
Pariſij regem ſibi præſumpſere creare
Illis Rothomago quem Neuſtria miſerat vrbe,
*Lutætia *Quare obſeſſa fuit capta * Luceria rurſum.*
Poſtea rex iterum Richardus rexque Philippus
Haud procul à Bituris ſtabant pugnare parati.
Verum Richardus animum reuocauit ab armis
Solo ſe monitore fruens, & tactus ab illo
In cuius ſunt corda manu vireſque potentum,
Seque ſui libito domini ſubmiſit ad omne
Ipſius imperium penitus parere paratus.
Sacramenta nouat fidei, dominoque fidelem
Se fore iurat idem ſub amica pace, ſed infra
Temporis articulum pacem reuocauit eandem
Quam quoniam facto violare nequibat aperto
Famæ garrulitum formidans, ſi manifeſtâ
Exiſtat domino ſine cauſa fronte rebellis,
Occulte fieri procurat quod manifeſto
Non audet bello, faciens in canone fraudem:
Et ſic bellorum cauſam mouet arce latenti
Cogatur primus vt bella mouere Philippus
Præſtet & impoſta quaſi ius iniuria menti
Quo ſibi ſit licitum iam mota repellere bella.
Flumine Sequanio portus qui gaudia portans
*Belgica *Nomen habet, transfert in * Velgica rura meantes,*
Et qui Rodoliam feſtinant pergere vallem.
Inſula flumen ibi gemino diſcriminat alueo.
Fluminis in medio terra communis vtrique
Rex ibi Richardus celſam cum mœnibus arcem
Ædificat contra iurata fœdera pacis.
Cumque Philippus eum ſuper hoc reprehenderet, ille
Excuſabat ſe tanto fallaciter aſtu,
Dum facit vt lateat iniuria iuris in vmbra,
Seque cauilloſa deceptio palliet arte.
Sed quamuis regi de fraude pateret aperta;
Non tamen hac animum res eius mouit ad arma.
Perſtat, ſeque alias Richardus vertit ad artes.
Prouocat in cauſam dominum Virſonis, eumque,
Ordine peruerſo, iudex effectus & actor
Conuenit iniuſta coram ſe lite, ſuper re
Ad regis de iure forum ſpectante Philippi.
Non tulit indignans animi vir fortis, & vſque
Pariſius veniens regi mouet inde querelam.
Quam foret ante tamen ad propria rura reuerſus,
Omne quod eius erat ſubito Richardus adorſus
Virſonum totum ſpoliat, capit, ipſius omnes
Deſtruit igne domos, prædas abducit opimas.
Proh dolor! eximium caſtrum ſplendoris abundat
Omnibus ad caſtri faciunt quæcunque decorem
In nihilum redigit dolus improuiſus, & hoſtis
Nec dum ſuſpectus, nondum de iure timendus:
Quo non fertilius, quo non ſpecioſius vllum

Bituricum

Bituricum fines modo perluſtrabat apricos.
Hinc etenim dextrum Sigalonica plana ſerenant
Frugifero iocunda ſolo, latus inde ſiniſtrum
Leue fluens per prata virentia Caris amœnat
Arboribus cultiſque placens, patienſque carina
Piſcibus & multis iuuat vtilitatibus ipſum.
Rex vbi cognouit, quam ſæpius antea fraudem
Expertus fuerat, miſſis qui Bituricana
Oppida munirent famulis & milite multo,
Richardus ſimili ne fraude præoccupet illa,
Dangutum multis legionibus obſidet, vnde
Cum Richardus eum conatus ſæpe fuiſſet
Pellere, nec poſſet, Anduram tranſit, & ecce
Iam nouam circum Nicolaus munere captus
Tradit ei domus Vrſinum pauperrima villa
Cui fuerat; qui cum ſenſiſſet quam ſceleroſa
Factio ſit, fidei commiſſum ſic violare
Caſtellumq́; ſui domini ſic prodere, Templi
Suſcipiens habitum Syriis aufugit in oris.
Sed rex Danguto capto prius impiger illuc
Tendit, & in fiſci caſtellum iura reducit:
Et quos Richardus illuc dimiſerat, omnes
Clauſit compedibus vinctos in turre Medontæ
Quos Gaſcelinus ſeruabat, vir probitate
Splendidus, armorum ſtudioſus, fortis & audax,
Dapſilis, & ſuper afflictos pia viſcera geſtans.
Is dum præſtat eis & potum largus & eſum
Sæpius in menſa patiens diſcumbere ſecum
Incautus ſibimet, medio dum potat eorum
Occidit a Sathanæ membris occiſus in ipſo
Quo bibit articulo cultro ſub corde recepto.
Conceptaque diu ſic proditione patrata,
Occulta dudum limatis fraude cathenis,
Oſtia recludunt, graduumque per ardua paſſu
Decliui ad terram deſcendunt turre relicta.
Cumq́; tenebroſæ fiſi caliginis vmbra
Iam per poſticos fugere in diuerſa pararent,
Per totum ſubito caſtrum turbore leuato
Concurrunt ciues, valuas crepitantibus obdunt,
Et mox pene omnes capiunt, qui mane ſequenti
Vultibus erectis ſurſum tollente gibeto
Digna Ioui fiunt oblatio, iure leuati
A tellure procul, nec cœli in ſede recepti,
Cum neutro recipi mereantur vtriq; peroſi
Quos in ſe occillare ſinit vix pendulus aer.
Pœna minor merito, ſi tanto ſola daretur
Pœna hæc flagitio, verum magis illa timenda eſt
Exutos qua carne manet punitio manes.
Richardus vero Britones inuaſit eoſq;
Cladibus affecit miſerandis, caſtraq; plura
Euertit pagos male depopulatus & vrbes
Nec pueris parcens nec adultis, qui etiam ipſo
Quo veneranda die celebratur paſſio Chriſti,
Multos occidit gladio multoſq; coegit,
Mortis inaudito molimine ſæuus, obire

Ignibus & fumo, caueas & viſcera terræ
Ingreſſos mortis formidine quæ fugientes
Conſequitur quocunque loco, quocunque receſſu.
Non tamen a regis Britones ditione Philippi
Francorumque fide tanta feritate retraxit.
Sed nec eos induxit ad hoc vt reddere vellent
Arturum, patruo pro quo mala tanta ferebant.
Quem Guidenocus Venetenſis Epiſcopus illo
Tempore ſeruabat puerum, regiq; Philippo
Poſtea reſtituit ſanum, qui cum Ludouico
Pariſius puero puer eſt eductus in aula
Indemniſq; annos plures exegit ibidem.
Sed periit, patruo ſimul eius copia facta eſt,
Tutus ab externis, manibus truncatus amici.
Nec mora, Richardus Britonum de finibus exit
Atque cateruatim comitantibus vndique ſignis
Per Baiocarum lolieta, per arua Caletum,
Præter Bellonagum propero rapit agmina curſu
Iactans ſe regi confligere velle Philippo
Si non confeſtim diſcedat ab obſidione
Qua ſex hebdomadas conſederat Albumarenſis
Caſtelli muros ſcopulis & colle locatos.
Eligit ergo bonis de militibus meliores
De quorum mage fiſus erat virtute fideque,
Vt ſecum veniant irrumpere caſtra repente.
Inter quos ſpecialis erat fortiſſimus armis
Guido Thoarcites, Britonum dux poſt breue tempus.
Qui fuit, Arturi ſumpto cum matre Ducatu.
Cum quibus Hugo venit Brunus Liſinaicus heros
Et cum militibus Guillelmus Malleo multis.
Rex ita Richardus belli feruore caleſcens
Talibus auxiliis dum vincere cogitat omnes,
Vſque ſub ipſa gradu prorumpit caſtra citato:
Cuius in occurſum non ſegnius euolat extra
Caſtra Comes Symon, Baro Barrenſis, Alanus
Brito Dinamites ſolium cui nuper auitum
Richardi iniuſte abſtulerat violentia regis.
Cum quibus electi iuuenum quibus ardua virtus
Et bellis aſſueta manus, nil eſſe timendum
Dictitat, ac vrget, tendant vt in ardua ſemper.
Quos ſimul aſpexit leo fortis adeſſe, furore
Indomito, nouitq; viros per ſigna virorum.
Qualiter in tauros Lybici furit ira leonis
Quos videt elatis in paſcua cornibus ire
Agmine conſerto ſeſe defendere promptos
Nec dare terga fuga, nec eos tamen audet adire
Dum non præſumit quod ei victoria cedat:
Haud ſecus obſtupuit rex nobilis hoſte propinquo,
Dum nec eos audet inuadere, nec tamen illum
Nobilitas animi permittit abire retrorſum.
Illud honore caret, ſed plus habet vtilitatis,
Vtilitate vacat iſtud, præcellit honore.
Vtile poſtpoſuit demum rex fortis honori
Quem retinere ſtudet quantumlibet. impiger ergo
Cuſpide dimiſſa manuum calcaribus vrget

Lolium eſt granum quod dicitur yuraie, quod abundat in illis partibus Normanniæ.

Congre-

Congrediturq́, viris alacri leuitate viriq́,
Congrediuntur ei,pugnatur vtrinq́, viciſſim,
Haſtas confringunt,hebetantq́,frequentibus enſes
Ictibus, & nudis agitur res dira cutellis.
More ſuo, Barrenſis eques deſauit in hoſtes,
Dum facit enſe viam qua regem poßit adire,
Dum regi conſerre manum deſiderat ipſi,
Tres equites proſternit equis,nec curat eoſdem
Cogere vincla pati,dum plures ſternere tendit.
*comminus Interea comitis nec dextera * comitis alget,
Nec reliqui proceres pugnant virtute minori:
Nec Pictaua manus minor eſt probitate,minuſve
Laudis agunt,feriunt hoſtem,feriuntur ab hoſte,
Sternuntur,ſternunt,capiunt,capiuntur & ipſi.
In dubio eſt,nec ſcitur vtra victoria parte
Seare velit,cui propitium fortuna fauorem
Præbeat,euenen dubio pars vtraq́, pugnat,
Donec rex inter tot millia vidit Alanum
Caßida qui medio reparat in lumine lapſam.
Stabat agro,quem cum nouiſſet ab agmine denſo
Exit,& erecta plano ſe contulit haſta,
Feſtinatq́, viro rapido ſe iungere curſu.
Nec minus vt regem conſpexit Brito venire,
Se partli voto collidere gaudet eidem.
Lancea ſed regis clypeo quaſſata forato
Frangitur,& voto regis parere recuſat.
Nec regis clypeum Britonis forat haſta,ſed vltra
Diſsiliens abiit,manuq́, ſub ilibus acta,
Inter vtrumq́, femur,præacuta cuſpide cauda
Iuncturam rumpens, ibi demum fracta quieuit.
Rex quadrupeſq́, cadunt,ſed mira rex leuitate
Surgit & aptat equo citius ſpe membra nouato.
Et iam terga fugæ mandabant agmina turpi
Rex quoq́, non poterat tantos ſufferre furores.
In primis capitur Britonum Dux Guido futurus
Cum multis aliis.Franci fugientibus inſtant:
Nudatur campus,fugientes chara relinquunt
Pignora,ter denos equites aliosque minores
Quinquaginta viros. Aſt e toto Francigenarum
Ex numero nullum tetigit vel captio vel mors.
Gaudia pro tanto Franci per caſtra triumpho
Exercere ſtudent,expugnatumq́, diebus
Quadraginta nouem,capeum vix denique caſtrum
Funditus euertunt,vix vt veſtigia reſtent.
Rex Richardus abit triſtis nimiumq́, tumenti
Corde ferens equitum diſpendia caucaſ ſuorum
Seque ſuga campum turpi nudaſſe,nec vllum
* Martis De tot Francigenis dubij in certamine * mentis
Vel donaſſe neci,vel ſaltem ducere captum.
Nec multo poſt hac Gallonis cingere muros
Obſidione volens,ibat prope mœnia caſtri
Explorando vias quibus aſcenſu leuiore
Difficilique minus arcem penetrare valeret.
Quem dominus caſtri ſumma de turre Cadocus
Intuitus,iaculum baliſta miſit ab arcu,

Perq; genu regis in equi latus impulit ictum.
Vertitur in gyrum quodrupes, dominumq; ſuorum
Vix tulit ad cetum lethali cuſpide læſus
Gaillonis domino, viuat modo, multa minantem.
Qui cum poſt menſem medicamine plaga potenti
Et docta reſecante manu, ſanata fuiſſet,
Fortior & multo ſolito indignantior iras
Suſcitat, & frendens ſitit arma vigore reſumpto:
* Videtur quidpiam deeſſe, vt veteri, aut *prima.* *Vt coluber * nudatus pelle, utentis*
Ad ſolem tergo dentes armare veneno
Perſtat, & expectat in quem ſua ſpicula figat
Quem ve noui perimat primo liuore veneni.
Protinus extremis Anglorum finibus agmen
Vallorum immenſum numero vocat, vt nemoroſa
Per loca diſcurrant, ferroq; ignique furore
Innato, noſtri vaſtent confinia regni.
Gens VVallenſis habet hoc naturale per omnes
Indigenas primis proprium quod ſeruat ab annis,
Pro domibus ſyluas, bellum pro pace frequentat,
Iraſci facilis, agilis per deuia curſu,
Nec ſoleis plantas, caligis nec crura grauatur
Frigus docta pati, nulli ceſſura labori.
Veſte breui, corpus nullis oneratur ab armis.
Nec munit thorace latus, nec caſside frontem,
Sola gerens, hoſti cædem quibus inferat, arma
Clauam cum iaculo, venabula, geſa, bipennem,
* vel haſtam *Arcum cum pharetris, nodoſaque tela * veſtam*
Aſsiduis gaudens prædis, fuſoque cruore.
Raro fit vt quis ibi ſubeat, niſi vulnere, mortem.
Si cui quis proprium ſine cæde obiiſſe parentem
Improperare queat, ſummum putat eſſe pudorem.
Caſeus & butyrum cum carnibus haud bene coctis
Delitioſa viris reputantur fercula magnis,
Arboris infixa trunco, quas ſæpe prementes
Sic etiam comedunt expreſſo ſanguine tantum.
Hæc vice ſunt panis, pro vino lacteus humor.
Hi noſtros fines, aditus vbicunque patebant,
Prædantes inconſolabiliter cruciabant:
Cum ſenibus iuuenes, pariter cum prole parentes,
Quos ita conſtrinxit exercitus Ardeliana
Vallis in ingreſſu, turmis prudenter & ante
Et retro diſpoſitis, quod eorum morte ruiſſe
Viderit vna dies tria millia biſque ducentos.
Facto mouent regem Richardum talia, nec eſt
Claudere corde poteſt, grauis indignatio totam.
In ſuo tres vinctos ergaſtula forte tenebat
Francigenas, quos mox, audita ſtrage ſuorum,
Præcipitans ſauus alta de rupe deorſum
Littore Sequanio, muros vbi poſtea ruppis
Gallardæ ſtruxit, ferali turbine miſſos
Iudicio nequam nocuit nil tale merentes
Oſsibus & neruis toto cum corpore fractis,
Protinus exoculat ter in ipſo carcere quinos
Monoculumq; ducem dat eis, vt ſic regat illos
Francorum ad regem: qui iuſta concitus ira

Anglos ſupplicio ſimili mulctauit eodem
Sub numero, tractoſque ſimul de carcere, regem,
Vnius illorum duce coniuge, miſit ad Anglum;
Atq; alios ſcopulo tres præcipitauit ab alto:
Ipſum Richardo ne quis putet eſſe minorem
Viribus aut animo, vel eundem forte timere.
Prouidet his qui propter eum ſunt exoculati,
Atque releuari quibus illi rebus egebant
Vt ſat eis ſit quod ad vitæ competat vſum.
Inde per irriguas valles vada tranſuadat Eptæ
Richardus fines ingreſſus Bellouagenſis,
Immenſaſque hominum prædas pecorumque, per impetus
Pluribus, abducit. præſul ruit obuius ille
Beluaci, cum quo Guillelmus nobilis ille
Melloti dominus, patriam defendere tentat,
Quos Marchaderi ſic clauſit rupta, quod ambo
Dum patriæ pugnant capti vinctique cathenis
Carcere multa diu clauſi tormenta tulerunt.
Idem præſul erat Roberti clara propago
Qui Groſſi fuerat Lodouici regia proles:
Et ſic natus erat regi patruelis, at illum
Nil iuuat Eccleſiæ prælatio, nil ſacer ordo,
Propria nil probitas, generis nil gloria tanti,
Quin incluſus ita minimus de plebe ſatelles
Carcere pœnali per multos ſqualeat annos.
Elapſo poſthac non multo tempore frater
Flandrini Comitis, & erat Nemurcius idem
Iure comes, patrio confinia Lenſica multo
Milite dum luſtrat capitur, ſociique bis octo
Qui comitabantur ipſum, quos regis amici
Illas dum partes ex ſua parte tuentur
Bello confectos compellunt vincla ſubire.
At rex Anglorum conceptam præſule capto
Lætitiam nec corde poteſt includere totam,
Atq; ſuo pugnam domino committere toto
Corde ſitit, quocunque velint ſe vertere fata
Cuius cum mille & quingenti militis eſſet
Armati numerus, bellatorumque minorum
Millia dena quater, & Marchaderica rupta
Excedens numerum, certus de rege Philippo
* *Mœnia Giſorti, quod ſolus pene* * *petebat*
Iuxta Curcellas galeato milite campos
Et valles implet, per Vergica rura cohortes
Ordinat armatas, pateat via ne qua Philippo.
Qua, quo tendebat, Giſortum poſſit adire.
Neſcius ille doli, vel vbi rex Anglicus eſſet,
Cuncta Medonteno demiſerat agmina caſtro,
Nilq; ſibi metuens ducebat in agmine tantum
Quadraginta quater equites centumq; clientes.
Et iam tranſierant Curcellas, mœnia quarum
Fregerat, & dominum captum rex duxerat Anglus
Robertum, plaga crudeli in vertice caſum.
Vt vidêre viris coopertas vndique valles
Armaq; per campos ſolis duplicantia lucem
Obſtupuêre nimis, nec erat via libera qua ſe

A dextris poſſent emittere, ſiue ſiniſtris.
Rex tamen impauidus per iter quod cœperat, ibat:
Quem Male-vicinus per habenas cepit, & ipſum
Talibus alloquitur, furiata mente, Manaſſes
Conſilio ſiquidem fortis, ſed fortior armis:
* Quo ruis,* O perite? quibus iam poſſumus armis
Auxilium præſtare tibi? cur velle videris
Sponte tuos & te cæcis inuoluere fatis?
Qualiter hæc tam pauca manus tot millibus auſit
Pugnare vt vitam vna ſaltem protegat hora?
Non tot Alexander Græcos in prœlia duxit,
Non tot Achon ratibus Xerxes tranſnaſſe putatur,
(E potaſſe licet dicatur flumina prandens)
Quot nos expectant. nunquid non cernis vt omne
Præpediatur iter, nec quo tranſire queamus
Vallibus aut agris aditus pates? Ocius ergo
Dum licet, & nondum nos vndique circuit hoſtis
Frana retorquentes loca nos in tuta feramus:
Vel potius tu ſolus abi, nec te pudor vllus
Detineat, dum nos pugnando reſiſtimus hoſti.
Funeris eſt noſtri facilis iactura, ſed in te
Totius poſita eſt & ſpes & gloria regni:
Te ſolo, nihil eſt timeat quod Francia, ſano.
Plura locuturo nimia rex feruidus ira,
Abſit vt inceptum pro quolibet hoſte relinquam,
Dixit, iter refugove gradu veſtigia vertam
Nos via regalis Giſortum ducat oportet
Abſit vt in regno nos terreat aduena noſtro
Si nobis via, ſi campi, valleſq; negantur,
Vt nunquam pateat aditus qui nos ferat extra,
Enſe viam faciat medios ſibi quiſq; per hoſtes.
Hoc duce perficiemus id quod cœpimus. abſit
Vt fuga Francorum regi queat improperari.
** Virtus non numerum penſat, ſed corda virorum.
Dixit, & egregia medium probitate per agmen
Proſilit, vnanimes parili leuitate feruntur
Francigenæ quaſi vir vnus. mucrone coruſco
Dilatat ſibi quiſq; viam, nec multa morati,
Pugnando regem ſtatuunt in plana, fugatis
Hoſtibus & ſtratis quampluribus atq; peremptis,
Vt modo promiſit, recto ſe calle ferentem
Qui dum illæſus abit, fugit improbus hoſtis, & ægra
Mente dolet, quod eis ita victis victor abiret.
Interea pugnant Francæ decora inclyta gentis
Damnificantq; hoſtes rubricantq; cruoribus herbas:
Et dum non poſſunt tot millia vincere pauci,
Vt de fallaci fortunæ fidere vultu
Præſumant quandoq; minus, pars maior eorum
Cedere dum neſcit, dum vinci neſcia pugnam
Inceſſanter agit, capti retinentur ab hoſte.
Marlicius capitur, Matthæus, eumq; Philippo
Nantholide Petrus, cui ſus cognomen habetur:
Et Galterus erat Porta qui nomine notus
Ac alij proceres bello præclara iuuentus
Nonaginta duo, quos ordo decorat equeſtris

Egregij generis omnes & nominis alti.
Pons quoq; Giſorti quo ferrea porta ſubitur,
Dum tot ferre nequit curſu properante meantes,
Frangitur, & ſecum plures in flumine fundit.
At regis ſonipes medium cum rege per amnem
Indemnis ripam ſe vexit in vlteriorem.
Sicque fit ex numera quod rex non perdidit omni
* Vel * *Quenquam in fluuio merſum campove peremptum.*
Rex vero Anglorum cum nonaginta duobus
Militibus captis victor ſibi viſus, abacto
Gaillardum petiit primi iam tempore ſomni
Lætus & exultans vix gaudia tanta receptans.
» *Proh quam gnara nihil mens eſt humana futuri!*
* » *Quam cæcos oculos * habet, vt ſibi nunquam*
» *Præteritas memores caſus metuat ve futuros*
» *Nil ventura cauens tantum præſentia curans!*
Hæc cedet, Richarde, tibi victoria damno,
Inque breui fiet quod eam geſſiſſe, tuoque
Te domino quocunque modo pugnaſſe pigebit,
Cui tua te docuit nunquam confligere mater,
Sed domino deferre tuo reuerenter honorem:
Cum tibi quadrello medium per corporis acto
Mors erit in foribus, dum te nec paſſio Chriſti
Nec quadragena cohibent ſacra tempora bellis.
*Hac tibi morte * calax tuus eſt homicida futurus.*
Quid temere gaudes, quid te victore ſuperbis?
Stulte quid exultas? quid te ſic vexat inanis
Gloria? lætitia præſenti rumperis, & quid
Craſtina ſit latura tibi non reſpicis hora,
Aut quo fine queant præſentia gaudia claudi
Gloria quam fallax, quam ſors humana vacillans.
Rerum metitur fines prudentia. cur non
Gratus agis grates Domino? cur das tibi ſoli
Quæ dedit illius tibi permiſſiua voluntas?
Inſanis ſi tale tibi contingere ſemper
Poſſe putas, nec ſe præſens ſtatus amodo mutet,
Tanquam ſtare velit paſſu fortuna tenaci.
An neſcis dominæ mores? quos tollit in altum
Abſque mora caſu grauiore reducit ad imum.
Semper agit præ ſe lapſum ſors læta latentem.
Exaltatur enim cordis tumor ante ruinam
Quæ premit incautos, improuiſoque cadentes
Supplicio affligit, quod homo de iure meretur
» *Dum parit ipſe ſibi proprijs incommoda factis*
» *Vt qui præſumit de ſe, qui noluit eſſe*
» *In culpa ſapiens, in pœna denique diſcat*
» *Quam ſe debuerit humilem præſtare triumphans.*
Tunc equidem magis eſt reprimenda ſuperbia ſemper,
Quando Dei nobis miſeratio ſubijcit hoſtem;
Quando dat immeritis mundi labentis honores,
Ne dantis donum ſimul amittamus, & ipſum
Qui nobis ſolus hæc omnia donat & aufert.
Rex cui te iactas temere incuſſiſſe timorem?
Quem viciſſe putas potius te vincet ipſe,
Per medias acies ipſum retinere volentes.

Dum facit enſe viam confundens teque tuoſq́;
De te deque tuis inuicto Marte triumphat,
Et vere multos ſibi plus acquirit honores
Euacuando tuas, tam raro milite, vires,
Quam tu cum multis paucos retinendo quirites.
Illius eſt igitur iam non tuus iſte triumphus.
Temporis haud multum poſt hac effluxerat, & iam
Poſt quadragena medium veneranda fideli
Præbebat celebrem populo ſe paſſio Chriſti
Lemouica regione procul, mirabile factum,
Contigit. in Calacis patria dum vomere quidam
Ruſticus imperio domini cui nomen Achardus,
Sulcat humum viciam miliumve ſaturus in illa,
Cenſus abſconſos in arato repperit agro
Inuentoſq́; ſuo domino detexit, at ille
Suſtulit inde latens paucis ſub teſtibus aurum
Vt perhibent qui rebus amant mendaciter vti.
Cognita Richardo res præconante fit iſta
Garrulio fama quæ magna minoribus addit,
Et gaudet miſcere loquax mendacia veris.
Dulciloquo fama garritu lætus, omiſſis
Omnibus, huic operæ niſus accommodat omnes
Vt quocunque modo, vel vi, vel amore, repertum
Reddere theſaurum ſibi compellatur Achardus.
Primo ſcribit ei, nec proficit. ergo cohortes
Concitat, & Calacis ſe mœnibus applicat armis
Horridus & minis confundere cuncta minatus
Ni ſibi ſuſpectum mox ille refuderit aurum.
Supplicat & ſacris treugas petit ille diebus
Tranſierint ſaltem donec ſolemnia Paſcha,
Criminis immunem ſe proteſtatur, & eius
Ignarum facti quod rex imponit eidem.
Se quoque promittit paſſurum mente benigna
Quicquid eis ſuper his Francorum Curia dicet,
* diſtringere *Qua regni proceres * diſtinguere debet, & ipſum.*
Rex magis inde furens ſurdeſcit ad omne quod ille
Proponit verbum, non attendit rationes,
Non ius, non æquum. quod ei placet, hoc ſibi rectum
Iudicat, & toto niſu inſtat prendere caſtrum.
Iam pars murorum ruerat quammaxima, turris
Ipſa labat, nec habet quo ſe defendat Achardus.
Eſt vbi dat vires ſibi deſperatio, quod fit
Quando premit miſeros fortuna miſerrima rerum,
Quando fit vt nequeant iam deteriora timeri.
Sex equites pugnant in turre, nouemq́; clientes
Qui certant totis defendere viribus arcem:
Quoq́; minus ſe poſſe vident, euadere mortem
Hoc magis audaces morti pugnando reſiſtunt.
Nec timor vllus adeſt vbi ſpes eſt nulla ſalutis.
Pro iaculis tabulata, trabes & fragmina turris
(Miſſile quando manus aliud non inuenit vllum)
Certatim iaciunt nec ceſſant multiplicatis
Ictibus hoſtilis numerum attenuare cohortis.
Atropos interea Clothon Lacheſimq́; ſorores
Talibus alloquitur: Quid tantum Clotho miniſtras

Vnde neat Lacheſis Richardi regis ad vſum?
Quid iuuat immerito tantum impendiſſe laborem
Quem nimis, vt video, patientia noſtra ſuperbum
Efficit, & nobis reddunt bona noſtra rebellem?
Munere qui noſtro nimium præſumit abuti
Tanquam victurus ſemper, nunquamq́ poteſtas
Sit mihi quando velim quod * necis rumpere filum,
Qui ſacros violare dies tempuſque beatum
Quod pater altitonans, qui nos dedit ipſe miniſtras
Eſſe ſuas, proprij ſacrauit ſanguine nati,
Audet auaritia nimiaque cupidine ductus:
Qui domino percuſſa ſuo et fœdera rupit
Quem voluit nuper comprendere, tranſeo fraudes
Partibus in Syria geſtas regnoque Panormi.
Tranſeo naturæ violato iure querelas.
Quæ te Clotho mouent ad noſtram murmura vocem
Cum ſis nil aliud quam ius quam Summus ad eſſe
Tempore quoque ſuo pater euocat vt libet illi.
Vnde tenere colum tantum potes & nihil vltra.
Tuque quid es Lacheſi, niſi ſors qua conditor idem
Iam producta regit, vegetat, ducitq́ per eſſe.
At mihi qui dominor cunctis, conuerſio nulla eſt,
Nil obſtare poteſt, mea vis propellit abeſſe.
* Quicquid * Quid ad eſſe venit †ſuper vos curritve per eſſe:
Iam ſatis eſt, vrget patris irreuocabile verbum.
Fac tua Clotho colus marceſcere diſcat & iſte
Detumeat Lacheſi, torques quam pollice fuſum.
Vtilius fuſos potes impregnare Philippo,
Qui nos, qui noſtrum patrem reueretur, & eius
Exhibet obſequiis & honorat vbique miniſtros.
Quid trepidas, qui Acharde times? tua turris in arcto
Nunc poſita eſt cauſamque timens iam libera fiet.
Adiutrix tibi iam venio. quid ſpicula nulla
Eſſe tibi dixi? in muro reſpice fixa.
Sub trabe te iuxta quadratæ cuſpidis vna
Pendet arundo, breuis quam Richardus tibi miſit.
Dum dare te morti ſubita deſiderat: hanc tu
Porrige Guidoni baliſtam qui tenet arcum,
Vt ſua qua miſit Richardo miſſa remittat.
Hac volo non alia Richardum morte perire.
Vt qui Francigenis baliſtæ primitus vſum
Tradidit, ipſe ſui rem primitus experiatur:
Quamq́ alios docuit in ſe vim ſentiat artis.
Atropos hæc. eius placuerunt verba duabus
Clotho colum mutat, Lacheſis ſua penſa reponit.
Non minus interea Richardus mœnia circum
Itq́ reditq́ frequens, quem contemplatus ab arce
Guido, necem voluit baliſta pollice leuo,
Dextra premit clauem, ſonat vna neruus, & ecce
In regis ſcapula ſtabat fatalis harundo.
Omnia luctificus ſubito per caſtra tumultus
Exoritur, miles repetit tentoria mœſtus
Armis depoſitis, ruit in lamenta iuuentus:
Ad ſtratum primum regem regale reducunt
Partim inſiliunt victi mœrore manipli.

Obliti pugnæ lachrymas non tela profundunt.
Obſeſſi exultant, nec iam ſe celat Atbardus,
Depoſitoque metu per propugnacula tutus
Cum ſocijs gaudet diſcurrere, iam hoſte remoto.
Interea regem circumſtant agmina mixtim:
Apponunt medici fomenta. ſecantque chirurgi
Vulnus, vt inde trahant ferrum leuiore periclo.
Nec lethalis erat percuſſio, ſed medicorum
Rex & amicorum monitus audire ſalubres
Aufugit: vnde mala Veneris dum gaudia ſano
Præfert conſilio, mortem ſibi neſcius adſcit
Atropos, & filum iam ruperat. ocius ergo
Soluitur in mortem rex inuictiſſimus, & quo
Anglorum ſceptris melior non præfuit vnquam,
Si regi ſeruare fidem cui ſubditus eſſe
Lege tenebatur, regemque timere ſupremum
Cura fuiſſet ei. Cuius cor Rothomagenſis
Eccleſiæ clerus argento clauſit & auro
Sanctorumque inter ſacra corpora, in æde ſacrata
Compoſitum nimio deuotus honorat honore;
Vt tanta Eccleſiæ deuotio tanta patenter
Innuat in vita quantum dilexerit illum
Cuius adhuc manes tanto dignatur honore.
At caput ac reliquum tumulatum eſt cum patre corpus
Ad Fontem Ebraldi. Proh! quam mutabilis ordo
Regnorum! quam diſſimiles ſibi ſæpe merentur
Regna duces! ſuccedit ei quo peior in orbe
Non fuit, omnimoda vacuus pietate Iohannes.
Frater erat. fratri fato ſuccedit iniquo
Cui magis Arturus ſuccedere debuit, vt qui
De primogenito genitum ſe fratre gerebat.
Alea fortis ei nocuit, quia ſæpe reſiſtit
Iudicio feriet noſtro contraria fati.
Hic mihi muſa querens odioſa tædia curæ
Laſſor ait, metam placet hic mihi figere. regis
Exigit in tanti finiri fine volumen.
Fac habeat finem liber & Richardus eundem.
Me ſuadet tecum labor indulgere quieti.
Vnum ſi demas, a Chriſto mille ducenti
MCXCIX. *Anni ſuccedent, ad regis fata Richardi.*
Mentis ſegnities excuſatoria ſemper
Verba dat ignauo, nec curat ei dare curam
Qua velit, expulſo torpore, ſubire laborem
Quo fieri fiat virtutis idoneus hoſpes
Quæ gaudet torpore carens comes eſſe laboris.
Sit breuis ergo quies, ne ſi mora fecerit vſum,
Langueat & capta dominetur inertia mentis.

LIBER SEXTVS.

MATERIA SEXTI LIBRI.

In ſexto patruus ſcelerat ſe cæde nepotis,
Hugonem Brunum ſpolians vxore Iohannes
Gornacum meruit. & plurima perdere caſtra

Arturus temere præſumens credere Pictis,
A patruo captus tandem iugulatur ab illo
Obſidet Andelii; quod dicitur inſula, caſtrum
Arturique ſtudet vltor necis eſſe Philippus,
Cuius nocte parat irrumpere caſtra Iohannes.

Poſt alternatam requiem poſt dulcia ſomni
Tempora, Muſa, leues expergiſcamur oportet
Vt ſubeamus item pulſo languore laborem.
Dicere reſtat adhuc quanta virtute Philippus
Gaillardum cepit, quam forti mente Bonnis,
Munere diuino, ſtabili nos pace beauit.
Tinge tua calamum lingua, quo verior extet,
Cordis atramento veraci. vera referri
Facta volunt ſcripto, nec amant tam lucida ficto,
Vt magis eniteant depingi geſta calore.
Hiſtoria verax vera ſtylus eſt adhibendus
Qua mendicatis lucere nitoribus odit,
Cui ſatis eſt propria radio luceſcere lucis.
Iam poſt regis erat Richardi fata Iohannes
Anglorum factus bubone monarcha ſiniſtro:
Qui patrum metuens amittere iura ſuorum
Si non obtineat pacem cum rege Philippo,
Follibus impletis argenti cautus & auri,
Sed cautus, commendat ei per munera ſupplex,
Vt ſub eo teneat ea qua Richarde tenebas,
Cætera qua fuerant armis obtenta reſignans.
Et ſic abrupta renouato fœdere pacis
Se tanquam domino ſubiici iurauit eidem
Iure feodali ſoluendo tributa quotannis.
Dumq; videt vultu ſibi fata fauere benigno,
Impetrat eiuſdem ſub pacis tempore, neptis
Vt ſua fœlici Ludouica fœdere nubat
Candida candeſcens candore & cordis & oris.
Nomine rem ſignans, intus qua pollet & extra:
Qua regale genus ducens vtroq; parente,
Nobilitate tamen animi præcellit vtriſque:
Cuius adhuc genitor rex Hildefonſus Iberos
Rite regis, regni caſtellæ rector, & heres;
Mater vero fuit Anglorum filia regis.
At comes Atrebati natarum cara duarum
Pignora cum Flandris Henaudiniſque relinquens
De patria tota tam diuite tam ſpecioſa
Se cruce ſignatum, cogente timore, relegat
Richardi metuens poſt regis fata Philippum,
Cui periurus erat, cui ſe ſubduxerat hoſtes
Illius vetitis capitales dum iuuat armis,
Cum quo Bleſenſis comes, & quos cauteriata
Corda remordebant paribus quos labe notatos
Mens accuſabat ſceleris ſibi conſcia tanti
Se cruce conſignant ſimili formidine ducti
Obſequiumque cruci ſpondent Dominiq; ſepulchro.
Dumque illuc pariter feſtinant, inter eundum
Conſtantinopolim capiunt dignaque peremptum
Induperatorem cogunt nece perdere vitam,

Qui præſumebat regnare nepote necato,
Cui genitor moriens tutorem fecerat illum
Mox Balduinum Franci communiter omnes
Præfecere ſibi, ſummo vt decoratus honore
Imperium teneat Græcorum nomine ſolus
Francorumq́; fuit ex illo Græcia franis
Paſſa gubernari noſtro eccleſiaſtica ritu
Sacramenta colens græciſmi lege relicta
Vrbibus in pleriſque loquens idioma Latinum
Bolonides etiam cruce ſe ſignarat, vt ipſi
Et ſua cum reliquis crucifixo vouerat arma
Noluit eſſe tamen comes aut adiutor eorum
Aut regis terrore ſuam dimittere terram
Quem venia facilem norat ſummeq́; benignum
Atq; animo tam clementi ſuplicantibus eſſe
Vt nunquam veniam conuerſo deneget hoſti,
Vnde licet varia vice iam defecerit illum
Quamuis indignum venia ſe ſentiat, vt qui
Rumpere tot pacis formas præſumpſerat, audet
Offenſo ſupplicare tamen veniamq́; precari,
Obtinuitq́; ſuplex facili ſuplicamine pacem
Quam dedit indigno bonitas innata Philippi,
Qui pluſquam petere aut ſperare auderet ei ſe
Munificum exhibuit, adeo vt comes ipſe ſtuperet:
Nam bonus antiquas abigens a corde querelas
Non alio eſt comitem deinceps dignatus amore,
Quam ſi non fuerit aliquando læſus ab illo
Paſſus vt illius ſit filia lege iugali
Nato iuncta ſuo ſub firma pace Philippo
Reueraque comes fuit extunc fidus eidem
Fortis & adiutor in prælia tempore longo
Princeps quinq́; ſuper comitatus factus ab illo.
Dehinc quia ſemper erat comes indiuiſa Iohanni
Regi proditio nec ſe cohibere valebat,
Quin illam quocunque modo proferret in actum
Pax indigna diu non digna ſede morari
Se ſubtraxit ei qui dignus non erat illa
Hoſtes ex propriis miſer ignaruſque futuri
Diuino ſibi iudicio procurat amicis
Colligit & virgas quibus olim vapulet ipſe.
Hugonis Bruni comitatu marchia cuius
Rite regebatur ſponſam rapit, inque mariti
Inque Dei præiudicium ſibi copulat illam,
Cuius erat genitor comes Engolmenſis & eius
Gaudebat genitrix patrueli rege Philippo
Filia quæ Petri fuerat Cortimacenſis,
Quem Groſſus genuit rex regem poſt Ludouicum
Præterea comitis Augei nobile caſtrum
Quod populi indigenæ Drienceria voce vocatur
Obſidet atque ipſum domino fallaciter aufert,
Hique duo comites tunc in regione remota
Mandato regis eiuſdem bella gerebant,
Quos vbi fama ſuis de damnis certificauit
Ac ignominiis tam turpibus & manifeſtis,
Continuo ad regem Francorum tendit vterq;

 Iuſſitiamq;

Iuſtitiamque petunt fieri ſibi protinus ille
Obſeruaretur vt iudiciarius ordo
Præmonet exhortans ſcriptis miſsiſque Iohannem
Vt factum ſine lite ſuis baronibus iſtud
Emendare velit mentiſque refringere motum
Quo ſe baronum priuabit amore ſuorum.
Ille dolo plenus & fraudem fraudibus addens,
Fallere non dubitans quem ſæpe fefellerat, illi
Talia præſumit fallaci ſcribere lingua.
His ego ſum dominus, tu rex mihi, vera fatebor,
Abſit vt à veri mea tramite verba reflectam,
Abſit vt à domini regis ditione reflectam:
Ius tamen eſt & tu rectum eſſe fateberis, vt qui
Sunt mihi ſubiecti ſubeant examina noſtri
Prima fori, qui ſi defecero forte, quod abſit,
Iudicio parium tunc me tractabo meorum.
Accedant igitur prius ad me iudicioque
Stent noſtro, faciam quicquid ius iuſſerit illis,
Conſilioque illos parium tractabo ſuorum,
Vel ſine lite magis omni ceſſante querela,
Vt maieſtatis ſaluetur gratia veſtræ
Reſtituam plene nulla mihi parte retenta
Omnia quæ per nos ſibi adempta fuiſſe queruntur;
Fiat & vt noſtro reuerentia maior honori
Cum ſic pro cauſa nos ſollicitetis eorum,
Cuncta reſarciri faciam nihilominus illis
Plene quæ per nos ſe damna tuliſſe probabunt,
Tu præfige diem quo plenius exequar iſta,
Deinde ſatisfaciant vultu patiare benigno
Si quid eos contra me deliquiſſe docebo.
Scripta placent regi ficto condita lepore
Aſsignatque diem certumque locum quibus iſta
Ducat ad effectum ſtans verbo pacta Iohannes,
Sed qui vallato per ſcripta patentia pacto
Stare tenebatur verax ambage remota,
Non tamen vt pactus erat ad loca pacta venire
Nec ſaluum præſtare viris pendente querela
Conductum iuris vt poſtulat ordo, volebat.
Illuſi redeunt comites, regemque repoſcunt,
Audiat vt cauſas vtriuſque Iohanne citato
Qui ſe ſuſpectum totiens reddebat, & eſſe
Non poterat iudex his quos ſpoliauerat ipſe.
At rex longanimis patienter vincere malens
Quam ſubito damnare reum, ne forte quis ipſum
Alterius ſibi ius putet affectare Iohanni
Scribit item ſcriptoque minas regaliter addit.
Ille pudore carens rem tam fallaciter actam
Nugis & tali ſtudet excuſare coloré.
Audiat & noſtris placide ſermonibus aurem
Inclinare velit dignatio veſtra benignam,
Quam diuerſa trahant, quam ſumma negotia reges
Veſtra quidem plene dominatio nouit, vt à quo
Tam laudabiliter regitur tam nobile regnum.
Aſsignata dies ſiquidem fuit, attamen illa
Ardua cauſa nimis & inexcuſabilis vltra

Quam credi poſſit nos abſentare coegit.
Quod de conductu quereris qui debuit illis
Præſtari ſaluo dominantis honore, neceſſe
Non fuit hoc fieri, cum non poſſemus adeſſe
Quo inopina nimis alias occaſio traxit:
Nunc veniant & quod iuris dictauerit ordo
Exhibeatur eis, ceſſet dilatio, totum
Curia litigium momento finiet vno
Andegani liti locus aſſignetur, & ipſi
Londuni expectent, donec mittatur ad illos
Qui tuto conducat eos ſaluoque reducat.
Talibus atque aliis vox deceptiua Iohannis
Verba dabat vaniloquis, regique placere
Dum putat ingratus magis eſſe meretur eidem,
Et dum blandiloquis vult illum fallere verbis
Se magis atque magis elongat ab eius amore.
Et quamuis liqueat cunctis de mente maligna,
Quamuis ei poſſit licite iam bella mouere,
Expectat patienter adhuc ſi forte malignos
In melius ſtudeat mutare ſalubriter actus.
Corripit & ſcriptis monet aſperioribus illum
Indignanſque nimis in verba minacior exit.
Denique conſumptis per tot mendacia ſcriptis
Se regi aſtringit vinclo maiore Iohannes,
Firmius & ſcripto vallat noua pacta patenti
Obligat & ſeſe duo fortia tradere caſtra
Bothanan & Tileras ſic aſſignanda Philippo
In contraplegium, quod ſi defecerit vltra
Ex tunc ſint regis Francorum iure perenni.
Aſſignatque diem certum quo tradat vtrumque
Et quo reſtituat comites prout reſtituendos
Curia cenſuerit omni rancore ſepulto.
Adueniente die nec verbo ſtare Iohannes
Nec ſcripto voluit, nec pactas mittere trengas
Vt poſſent tuti comites examen adire.
Diſſimulare nequit totiens clementia regis
Quam grauis iratam trahat indignatio mentem
Exerit & iuſtis ſe motibus ira, nec vltra
Suſtinet, vt ſua fallaci fallacia proſit
Ne totiens doleat dolus vtilis eſſe doloſo
Qui iuſta gaudet Magentem lege reuerti,
Inque ſuum auctorem ſe iure reciprocat ipſum.
Obſidet ergo duo ſibi quæ tradenda fuerunt
Oppida, ſi pacta voluiſſet ſtare Iohannes
Hebdomadiſque tribus valido peſſundat vtrumque
Marte ſibi frangens muros terræque coæquans,
Dehinc longum campum mortis mare dehinc finitatem,
Deinde Leonei ſubiicit ſibi mœnia caſtri.
Non procul hinc vicum populoſa gente ſuperbum,
Diuitiis plenum variis famaque celebrem
Rure ſitum plano, munitum triplice muro,
Delicioſa nimis ſpecioſaque vallis habebat
Nomine Cornaeum, ſitu inexpugnabilis ipſo
Et ſi nullus ei defenſor ab intus adeſſet:
Cui multiſque aliis præerat Gernacius Hugo;

Faſſa

Foſſa cuius erant ampla nimis atque profunda,
Quas ſic Epta ſuo replerat flumine, poſſet
Nullus vt ad muros per eas acceſſus haberi.
Arte tamen ſibi rex tali peſſundedit ipſum.
Haud procul à muris ſtagnum prægrande tumebat
Cuius aquam, pelagi ſtagnantis more, refuſam
Vrget ſtare lacu ſinuoſo terreus agger
Quadris compactus ſaxis & ceſpite multo.
Hunc rex obrumpi medium facit, effluit inde
Diluuium immenſum, ſubitaque voragine tota
Vallis abit maris in ſpeciem, ruit impete vaſto
Elini damnoſa ſatis, damnoſa colonis
Culta domos, vineta, molas, radiceque vulſa
Præcipitans ornos: fugiunt, & ſumma petentes
Culmina ruricolæ properant vitare periclum,
Nec res amiſſas curant dum corpora ſaluant,
Quisque fugit ſaluus nihil amiſiſſe videtur
Ipſe ſibi, tantus omnes inuaſerat horror.
Non magis Ionias præceps Achelous in vndas
Se rapuit, quando indignans ſua munera ſperni
Per ſata, per populos ſpumoſa volumina ducens,
Cicladas è medio terra diſrupit, & amnem
Per medium ſeptem cum nymphis in mare voluens
Vertice præcipiti prius inſula quod fuit vna
In multas ſecuit ſparſitque per alta corona
In ſpeciem, ſolam Perimelen inde ſequeſtrans,
Quæ cum nympha foret fuit illic cognita facto,
Si ſub more ſati verax eſt fabula vatis.
Municipes fugiunt ne ſubmergantur, & omnis
Se populus villa viduat vacuamque relinquit,
Nec metuit ne dum fugiat capiatur ab hoſte,
Dum minus eſſe malum putat aut in vincula trudi,
Aut perimi gladio, quam vitam perdere fluctu
Tam ſubito, ſtatumque ſuo priuare meatu,
Quem naturali letho decet ire ſub auras
Armis villa potens, muris munita viriſque,
Arte capi nulla metuens, aut viribus vllis,
Diluuio capitur inopino, mœnia ſternunt
Vndoſi aſſultus, arces breuis eruit vnda,
Quæ modo nulla ſibi tormenta vel arma timebant.
Rex vbi Gornacum ſic in ſua iura redegit,
Indigenas omnes reuocans ad propria, pacem
Indicit populis libertatemque priorem.
Deinde readificat muros vicoſque domoſque,
Quos fera torrentis violentia ſtrauerat vnda.
Protinus Arturo quem iam produxerat ætas
A puero in iuuenem Francorum more vetuſto
Cingula militiæ noua præbuit, atque Mariam
Deſponſauit ei, per quam ſocer illius eſſet.
Qui mox acceptis à fiſco ſumptibus, atque
Militibus paucisque viris à rege receptis,
Feſtinanter abit Pictos inuadere fines,
In patruum prima cupiens ſæuire procella.
Iam VVlcaſſinis, iam Piſſiacenſibus oris,
Et cum Carnoto Blæſis poſt terga relictis,

Præcipiti Turonum greſſu peruenerat vrbem.
Conueniunt proceres illuc properanter ad ipſum,
Inter quos ſpecialis adeſt Lyſinacus ille
Ganfridus cum militibus quinis quater, omni
Quos ſibi de patria ſocios elegerat ipſe,
Et cum Guillelmo Sauaricum Malleo miſit
Ter denoſque equites & ſeptuaginta clientes,
Aut comes Augeus denos quater addit, & Hugo
Brunus ter quinos, iſti maioribus iram
Exacuunt odiis aliorum in damna Iohannis.
Quippe Iohannis cum violentia coniuge chara
Caſtello viduare ſuo præſumpſerat iſtum.
Quos ſibi nec plures Arturus vidit adeſſe
Iure ſibi metuit patriamque inuadere terram
Non putat eſſe quidem tam raro milite tutum.
Conſulit ergo duces primos, mentiſque reuelat
Ambigua arcanum, quibus hoc ſermone profatur:
Egregij proceres quorum Pictauia laude
Multiſona toto celeberrima pollet in orbe,
Aſſiduis quorum eſt virtus exercita bellis,
Omnia nouiſtis quæ guerræ poſtulat vſus,
Veſtraque diſcretio fortunam nouit vtramque.
Sæpe reor nobis vultu ſe præbuit æquo
Sæpius erudiit ſua nos tolerare flagella,
Me quæſo vobis æuo ſenſuque minorem
Quo ſit ſumma modo res exponenda docete.
Rex bellatores quibus ad præſens opus illi eſt
Neuſtrica peſſundat ſibi dum confinia bello
Hos ad opus præſens mihi dimidiare nequiuit
Herueum comitem Hugonem Dominipetrenſem
Allobrogos, Bitures, Imbertum Belliocenſem,
Ac omnes alios barones tranſligerinos
Auxiliatores nobis conceſſit habendos.
Qui properant, & erunt hodie reor Aurelianis
Quingentos equites mihi noſtra Britannia mittit
Et pugnatorum bis millia bina virorum
Quos hodie vel cras dicunt Nannete futuros.
Vtile conſilium nobis reor eſſe quod illos,
Si vobis ſedet hoc quibus eſt prudentia maior
Gratia veſtra tribus velit expectare diebus.
Magnum ſæpe bonum modici mora temporis affert.
Vt melius ſaliat retro dat veſtigia curſor.
Non quæ contingunt, ſed quæ contingere poſſunt
Euitanda docet ſapiens incommoda, cum ſit
Tutius expectare ſuos in littore ventos,
Quam rate iam fracta nautas erraſſe fateri.
Damnificare nequit nos expectatio tantum
Quin afferre queat plus feſtinatio damni.
Vt video noſtra vix centenarius implet
Militia numerum, qui ſi mora paruula nos hic
Detinet, ecce erimus quingenti & mille quirites
Cumque ſatellitis peditum ter millia dena:
Tunc poterit noſter exercitus ire decenter
In patrui patriam ſeque illi illidere tuto.
Noui me quantum patruus meus oderit, & vos

Quam

Quam ſit crudelis, ſitiens quam ſanguinis, & quam
Sæuiat in cunctos quos ſubiicit illi
Et modo nil curat quod ei rex inferat, vt qui
Me ſolum quærit, regna mea ſola proterit,
Me, quoniam regi faueo ſemperque fauebo,
Me, quia ſceptra peto mihi debita iure paterno
Me, quia germanam repeto, quam carcere clauſam
Ipſe tenet, metuens amittere regna per ipſam.
Belſia graniparis non tot flaueſcit ariſtis,
Non tot in autumni rubet Algia tempore pomis,
Vnde liquore ſolet ſiceram ſibi Neuſtria gratam,
Saxa Caducellæ non tot feriuntur ab vndis,
Quot bellatores Normannia donat eidem,
Aut quot conductos numerata ſtipendia præſtant
Quæ vena candente ſibi pluit Anglica tellus,
Argentum potius quam fortes gignere alumnos
Iam docilum cepit, & quos inuenit in arce
Dira morte crucis tormenta ſubire coegit.
Inde abiens totam patriam vaſtauit ab vſque
Reſtillo donec Redonem peruentatur
Vtque reor Ligerina parat tranſire fluenta
Aduentus noſtri non inſcius, idque mouet me
Quod mihi rex hodie ſcripto mandauit aperto,
Vt prudenter iens ſtudeam mihi cautus haberi,
Nec tentam patrui terras inuadere donec
Qui properat miles aduenerit, vnde quid iſta
Re ſuper expediat, diſcretio veſtra videbit.
Hiis verum Arturus ſuadebit & vtile verbis
Orandi textum dignis rationibus ornans,
Et bene digna fuit vox tam matura fauorem
A circunſtanti cœtu cum laude mereri.
At Picti quibus eſt fidei mutatio ſemper,
Grata comes varia vice qui didicere fauorem
Non huic non illi venalem exponere regi.
Nulla tamen quibus eſt gens acceptatior armis,
Reſpendent breuiter: Paueant virtutis egeni,
Ignaui metuant, virtus Pictonica regem,
Non tamen ignauum veniat ſi viribus audet
Fidem forte ſuis noua ſi ſe infudit eidem
Venula virtutis ignauia ſi probitatem
Inueterata ſinit illius viſere mentem.
Nulla metus cauſa eſt audacia tanta Iohannis,
Non eſt vt veniat vbi nos præſumat adeſſe,
Tolle moras tibi iam dilatio libera non eſt.
In Mirabelli genitrix regina Iohannis
Turre ſedet, cuius ſuaſu mala cuncta Iohannes
Perpetrat, Hugonem ſponſa priuauit amata,
Te regno, comitique tulit tam nobile caſtrum,
Obſideamus eam, victoria ſumma labore
Continget facili, capta ob commercia matris
Omnia reſtituet quæ nobis abſtulit ille.
Interea proceres venient noſtrique Britanni.
His animum verbis ſtimulant illuſtris ephebi
Et magis audacem faciunt cupidumque triumphi,
Vt prima iuuenem virtutis amore calentem

Nil præſumentem ſibi poſſe reſiſtere tantis
Adiuto ſociis tanta probitate probatis.
Iam Mirabelli muros Pictonicus ardor
Fregerat, Arturumque ducem certamine primo
Duratura breui dederat victoria lætum.
At regina nihil ſumma metuebat in arce
Certa quod ad matrem natus properabat, vt illam
Marte vel inſidiis confuſo liberet hoſte,
Qui licet innumeris ſtipatus millibus eſſet,
Non audebat eos inuadere tempore lucis,
Vnde dato ſigno iubet agmina ſtare parumper,
Affaturque ſuos tali ſermone fideles:
Iniuſtum nemo bellum arbitrabitur eſſe
Natus ab infido quo matrem liberat hoſte,
Cum nos iuſta trahat in bellum cauſa, quis vnquam
Incertus dubitet, an ſit victoria noſtra?
Debetur iuſto victoria iuſta duello
Certa triumphari pars eſt contraria iuri,
Quam vicere timor & deſperatio dudum.
Ergo relegetur animis audacibus omnis
Formido, fortique animo properemus in hoſtem
Quem Dominus nobis ſuperandum contulit vltro
Tutius eſſe tamen illos inuadere nocte
Arbitror, oppreſſos ſomno, vinoque granatos,
Dum ſibi nil metuunt, dum poſt mera poſtque laborem
Per diuerſa quies loca ſparſim detinet illos.
Hac igitur bene nocte precor ſit quiſque paratus,
Vt ſine conflictu iam victum vinciat hoſtem,
Hoſpitio dum quiſque ſuo dormitat inermis.
Guillelmus vero de rupibus ille maligni
Nouerit inſidias & perfida corda Iohannis,
His ita reſpondet: Hoſtes tibi ſubyciemus
Hac in nocte tuos, ſi vis iurare quod horum
Afficies nullum morte aut in carcere claudes,
Præcipueque tuum ſub amica pace nepotem
Suſcipies, & ei reddes mediante ſuorum
Conſilio procerum quicquid ſine iure tuliſti.
Sic quoque quod Ligerim nullus tranſibit eorum
Quin potius patria capti ſeruentur in iſta
Donec compoſitum fueris nos inter & ipſos.
Fallaci reſpondet ad hæc rex impius ore,
Sic fore iuro tibi ſicut Guillelme petiſti,
Sitque fideiuſſor ſuper his Deus & ſibi teſtis,
Si iuramentum quod coram tot tibi præſto
Patriciis dicto vel facto venero contra,
Sit vobis licitum mea iuſſa relinquere, nemo
Pro rege me habeat, mihi nullus obediat, ex tunc
Publicus efficiar vobis atque omnibus hoſtis.
Quem non infatuet talis iuratio? quis non
Regis verba putet iurantis pondus habere?
Qui ſic iurabat, qui ſic in verba vocabat
Contra ſe teſtes homines & numina cœli?
Procedunt igitur & iam piger aſtra bootes
Flexerat & lento girabat plauſtra rotatu
Panſelenque polo medio ſe luna ferebat.

Per

Per Mirabelli vicos vox nulla ſonabat,
Nullus erat vigil in portis ſopitus habebat,
Hoſpitio ſe quiſque ſuo ſomnoque vacabat
Furtiuo armati ingreſſu aggrediuntur inermem,
Innumeri paucos faciunt ſtratique iacentes
Vincla pati cogunt, armis & veſte carentes,
Mirandoque modo ſine bellis bella geruntur
Se non victori victoria ſuggerit vltro,
Hoſtis deuicto non vincens hoſte triumphat,
Captus non victus hoſtis vincitur ab hoſte,
Omnia peruerſo contingunt more Iohanni,
Non tuba congreſſum cecinit, lituuſque regreſſum,
Vt fur ingreſſus, vt latro regreſſus abiuit.
Trans Ligerim contra ſua iuramenta Iohannes
Captos abducens, violato fœdere capti.
Protinus abſcedit ab eo Guillelmus, & omnes
Andegaui, Turones, Cenomannique quibuſque
Antea charus erat, fit publicus omnibus hoſtis,
Qui mox Arturum iubet vt Faleſica turris
Incluſum ſeruet, donec deliberet ipſum
Qualiter interimat, ita caute quod nec ab illo
Nec per eum quiſquam ſciat interiiſſe nepotem.
Aſt alios quos ordo viros decorabat equeſtris,
Pene quater denos in corpori carcere clauſis
Lege data, clauſis quod edulia nulla darentur
Amplius, aut humor quo guttura ſicca maderent
Mortis inaudito generi ſuccumbere cogens.
Sed magnos clarosque viros & honoribus auctos
Maieſtate graues & nobilitate ſuperbos
Non ſic auſus erat morti dare, quippe timebat
Illorum conſanguineos forteſque propinquos
Diuerſiſque locis per caſtra per oppida ſparſos
Seruari caute praecepit, nec ſinit illos
Eſſe ſimul, ſibi ne ſolatia mutua praeſtent.
Interea famulos de quorum mentibus ipſe
Praeſumit potius promiſſo munere verbo
Allicit occulte, exhortans vt qualibet arte
Morte latente ſuum curent mulctare nepotem.
Non tamen inuenit praeſens inſtantia quemquam
Qui tanti vellet ſceleris patrator haberi.
Inde igitur iuuenem tranſlatum in turre vetuſta
Rothomagi clauſit. & iam peruerſa voluntas
Illius ad iuuenis cuſtodum venerat aures.
Sed neque Guillelmus Braoſitas proditionis
Infandae voluit fautor ſeu conſcius eſſe,
Venturumque malum per praecedentia prudens
Signa notans, regi coram baronibus inquit:
Neſcio quid latura tuo fortuna nepoti
Amodo ſit, cuius cuſtos huc vſque fidelis
Te mandante fui ſanum vitaque fruentem
Omnibus illaeſum membris tibi reddimus illum,
Tu noſtra factas alium ſuccedere cura
Qui curent, ſic fata velint, felicius ipſum
Anxia me rerum ſatis angit cura mearum.
Sic fatus baro ſe tranſtulit inde Boroſam

Seque miniſterio ſceleris curaque remouit.
At rex cui ſoli vita eſt in vita nepotis
Quem ſtimulat ſolum patricida conſcia cædis
Mens ſua, clam cunctis procuratoribus aulæ
Seſe procurat tribus abſentare diebus
Vmbroſi latitans Molinellis in vallibus. vnde
Quarta nocte breui media de nocte faſelo
Nauigat oppoſiti medium per fluminis alueum
Rothomagumque petens porta qua turris aditur
Subſtitit in portu, refluo quem Sequana fluctu
Vnoquoque die bis certis influit horis
Et breue poſt ſpatium refluit ſiccumque relinquit
Tamque repentinos operatur cauſa meatus
Soli nota Deo, nec eam comprendere ſenſu
Humano potuit poterit ve in ſecula quiſquam:
Cauſa latet, ſed res ita nobis ſe manifeſtat.
Occeanus quotiens lunaribus æſtuat horis
Ordine retrogrado proprios quaſi tendat ad ortus
Sequana refluere ſub eiſdem cogitur horis
Fluctibus inflatis quaſi retro pulſus ab ipſo
Inque oculis iſtud nimis eſt mirabile noſtris
Quod tantus fluuius, tam latus tamque profundus
Tramite decliui de tam regione remota
Tanta mole fluens tam crebris cogitur horis,
Sic creſcente mari ſibimet contrarius ire
Et tanto terræ ſpatio retrocurrere, quo vix
* quiuis *Currendo poſſit * quinis tribus ire diebus*
Quæritur & merito qua viſi ſcandere ſurſum
Dulcem cogat aquam maris immaturus amaror
Aut aqua ſalſa nimis eſt dulci fortior amne
Aut aqua dulcis aquam nimis indignanter amaram
Odit, & inſipida miſceri Thetios vnda,
Aut mare cum ſit aquis retro mater euntibus amnis
Maiori minor obſequitur ſeruitque parenti
Creſcentem vt fugiat reuerenter eamque ſequatur
Retrogradam matris ſemper ſtudioſus honori
Quæ magis ad tantos faciat ſententia motus.
An nulla ex iſtis ſit opinio conſcia veri
Quærite vos quibus eſt occultos ſcire poteſtas
Naturæ curſus, qui cum mortalia tantum
Corda ſtupere ſolent diuinum pectus habentes
Omnia nouiſtis ſub certas ponere cauſas
Eſſe patens vobis phyſica qui dicitis arte
Quis concurſus agat, vel quæ complexio rerum
Breceliacenſis monſtrum admirabile fontis,
Cuius aqua lapidem qui proximus accubat illi,
Si quacunque leui quiuis aſpergine ſpargat,
Protinus in nimios commixta grandine nimbos
Soluitur, & ſubitis mugire tonitribus æther
Cogitur & cæcis ſe condenſare tenebris,
Quique aſſunt teſteſque rei prius eſſe petebant,
Iam mallent quod eos res illa lateret, vt ante
Tantus corda ſtupor, tanta occupat extaſis artus.
Mira quidem res, vera tamen multiſque probata.
Fœlix qui rerum has potuit cognoſcere cauſas

Quas

Quas Deus ignotas voluit mortalibus eſſe
Si fas eſt hominis cenſeri nomine talem
Subleuat humanis quem tanta ſcientia rebus.
Nobis humanam qui ſortem viuimus infra
Rem ſatis eſt ſciri, neſciri cauſa ſinatur.
Rex ergo in portu ſolito quem more repleuat
Fluctus, ſtans celſa in puppi de turre nepotem
Per puerum iubet educi ſecumque phaſelo
Collocat, & paulum digreſſus ab inde receſſit.
At puer egregius poſitus iam in limine vitæ
Nomina ne deſint ſceleri tam flagitioſo,
Patrue clamabat parui miſerere nepotis,
Patrue parce tuo, bone patrue parce nepoti,
Parce tuo generi, fraterna parcito proli.
Hæc eiulantis prendens à fronte capillos
Aluum per medium capulo tenus impulit enſem
Impius, & rurſum generoſa cæde madentem
Ceruici impreſſit tempuſque bipertit vtramque.
Hinc quoque digrediens quaſi per tria millia, corpus
Defunctum vita ſubiectis iniecit vndis.
Ecce Neronis opus quo poſt præclara virorum
Funera nobilium, poſt charos poſtque propinquos
Tormentis varijs quos interfecit, vt eſſet
Solus in imperio, materni viſceris aluum
Findere præſumpſit forulumque propaginis, in quo
Conceptus fuerat, de quo proceſſit ad ortum
Inſpexit, tandem proprio ſe perculit enſe
Cerdonum metuens ſubolis incurrere mortem.
Ecce Iudas alter, Herodes ecce ſecundus,
Qui pueros inter Meſſiam perdere quærens
Ne regnum perdat proprios occidere natos
Poſtea non veritus & regnum perdidit, & ſe,
Dum reliquos metuens natos ſibi gutture rupit.
Sic & Iudæis ſtatuit crucifigere Chriſtum
Conſilio Caiphæ, metuens amittere gentem
Atque locum: Sed eo crucifixo perdidit omne
Perdere quod metuit tranſlatus in extera regna
Seruitioque datus, quem Veſpaſianus in omnes
Diſperſit ventos priuatum regis honore
Atque ſacerdotis, quod vir deſideriorum
Et Moyſes olim fore ſic cecinere Prophetæ.
Sic tibi continget Arturi morte Iohannes,
Eius per vitam metuiſti perdere regnum,
Eius per mortem vita regnoque carebis.
Antea quam fato fieres Londenſe monarcha
Patris ab ore tui, ſine terra nomen habebas:
Ne pater ergo tuus ſit in hoc tibi nomine mendax,
Hæc tibi mors addet, rem nominis huius & omen,
Nam tibi fatalis venit hora, nec eſt procul à te,
Qua factus mortem cunctis odioſus ob iſtam
Fies, & viues ſine terra pluribus annis.
Poſtea priuatus regno priuabere vita.
Ante tamen mortem multas operabere fraudes,
Multos occides, multos damnabis inique,
Dignior vt pœnis fias grauioribus vri

Dum culpis nunquam ceſſas ſuperaddere culpas,
Ne te ſe inueniat aliquando gratia dignum.
At tibi Calliope requies alterna placere
Antidotumque ſolet gratum præſtare laboris
Fac tibi ſexta grauem leuet hic pauſatio curam,
Plenius vt memores ea quæ dicenda ſequuntur.

LIBER SEPTIMVS.

MATERIA SEPTIMI LIBRI.

Gaillardi ſedem deſcribit ſeptimus. at rex
Obſidet Andelij quod dicitur inſula caſtrum,
Nil bellum nauale valet vel agreſte Iohanni
Nans ſub aquis vallo Gaubertus ſubiicit ignem,
Inſula mox capitur foſſique ac turribus arcem
Rex circumſeptam ſex menſibus obſidet, abſens
Emittit populum Rogerus, parcat vt eſcis
Quos famis atra lues ſcopulis extinxit & antris.
Vere nouo rediens renouat rex obſidionem,
Gaillardumque capit multa vi, tempore multo,
Et tota demum fugat è regione Iohannem.

VOluerat interea rapido ſe circulus axe
Retrogradata trahens obliquo ſydera motu,
Vicinaque dabat bruma iam ſcorpio ſignum
Cœperat & gelidis tellus canere pruinis
Frondifluis aſpera comis quas frigidus humor,
Et Borea ramis violento ſtrauerat alsis
Intermiſſa breui langueſcunt bella quiete
Depoſitis rediens armis ad propria miles,
Et peditum turma ſua rura reuiſere gaudent,
Lætificantque ſuos & mutuo gaudia iungunt
Donec paulatim borealis tranſeat horror
Rurſus vt armatos æſtas in bella remittat.
Iamque reueſtierat tellus ſe floribus, herbis
Luxuriabat ager medio plus tempora curſu
Veris erant, cum rex iratus in arma cohortes
Rurſus agit, properans vt talia digna Iohanni
Tandem retribui poſſit pro morte nepotis,
Pro tot flagitijs, pro tot furtalibus actis,
A quibus ille miſer ſe refrenare nequibat.
Qui tamen aſſiduis exploratoribus vtens
Cautus erat mortis vitare pericula, ſeque
A regis facie procul abſentare ſtudebat,
Et loca deuitans ad quæ venturus erat rex
Callebat fugiens tutos penetrare receſſus.
Quo rex comperto terras circuit in eius
Ferratas acies quas vertere mallet in ipſum,
Si cohibere fugam, ſeſeque accingere pugnæ
Vellet & oppoſitis concurrere frontibus ipſi.
Eſt locus Andelij qui nunc habet inſula nomen
Qua ſecat in geminos ſe Sequana frugifer alueos,
Nec longe refluens in ſe redit & facit vnum,
Inque ſui medio terram premit vndique clauſam,

Cuius planiciem tantus tumor vrget in altum,
Quod circumfuſis aperiri non timet vndis
Æqua ſuperficies ex omni parte rotundo
Orbiculata ſinu ſe non obliquat in vllum
Diuaricans cuneum, ſed finibus ipſa ſuis ſe
Limitat, vt nullus diſcirculet angulus illam.
Hunc rex Richardus turri muniuerat olim
Et circumdederat vallis & mœnibus altis,
Ædificans intus penetralia regia dignos
Principibus ſummis habitari rite penates,
Pontibus erectis quibus vtraque ripa petatur.
Iactibus inde tribus quantum gyrata lapillum
Mittere funda poteſt, rupes præcelſa ſub auras
Tollitur æthereas ſummaque crepidine viſus
Effugit humanos, tanto tumet ardua gibbo,
Qua parte ex illa fluuij qua deſpicit vndas
Si quis eam aſpiciat obliqui luminis orbe
Ardua quam turris aliud nihil eſſe videtur
Cæmento & ſaxis operoſe ſtructa quadratis
Tam latere plano tam recto vertice ſurgit
Aera per medium tanquam velit aſtra ſubire.
At parte ex alia, qua ſolis reſpicit ortum
Eiuſdem dorſo minus alta tenora decenti
Planities ſpetioſa iacet ſe longior ampla
Vallibus horreſcens latere ex vtroque profundis,
Qua cunei in formam ſeſe protendit aduſque
Montis deſcenſum qui proximus imminet illi
Valle tamen media medium impediente meatum.
Huic natura loco ſatis inſuperabile per ſe
Munimen dederat, tamen inſuperabiliorem
Arte quidem multa Richardus fecerat illum
Duplicibus muris extrema clauſit & altas
Circuitum docuit per totum ſurgere turres
A ſe diſtantes ſpatiis altrinſecus æquis
Eruderans vtrumque latus, ne ſcandere quiſquam
Ad muros poſſit vel ab ima reppere valle.
Hinc ex tranſuerſo medium per planitiei
Erigitur murus, multoque labore cauari
Cogitur ipſa ſilex foſſaque patere profunda
Faucibus & latis aperiri vallis ad inſtar
Sicque vt ſubito fiat munitio duplex
Qua fuit vna modo muro geminata ſequeſtro
Vt ſi forte pati partem contingeret iſtam
Altera municipes queat & ſe tuta tueri.
Inde rotundauit rupem, qua celſior omni
Planitie ſummum ſe tollit in aera ſurſum,
Et muris ſepſit, extremas deſuper oras
Caſtiganſque iugi ſcrupuloſa cacumina totum
Complanat medium multaque capacia turba
Plurima cum domibus habitacula fabricat intus.
Vmboni parcens ſoli quo condidit arcem.
Hic ſitus iſte decor, munitio talis honorem
Gaillarde rupis per totum prædicat orbem.
Karolides igitur cupiens tam nobile caſtrum
Subdere Francigenis, cuneos primum inferiori

Caſtello applicuit, gremio qua Sequana claudit
Fluminis in ripa late tentoria figens.
Municipes omni niſu ſe velle tueri
Proclamant, & ne ſubito rumpantur ab hoſte
Rumpunt & ruptum mergunt in flumine pontem,
Protinus erigitur petraria plurima qua non
Aſſiduo ceſſat lapides emittere iactu
Palicium que triplex quod erat Gaillardica ſubtus
Mœnia quadratis palis & robore duro
Vſque ſub extremas protenſum fluminis oras,
Vt flumen noſtris innabile nauibus eſſet
Francorum iuuenes quibus eſt incognita nandi
Hac erat, euellunt, ſcinduntque ſecuribus, & dum
Id faciunt, lapides & ſpicula rupis ab alto
Vertice nimborum ritu iaciuntur ab alto,
Quæ plerique cauent ſcutis atque aſſere multo
Oppoſitos plerique necem patiuntur honeſtam,
Dum patriæ laudi dum pugnant regis honori,
Nec ceſſauerunt donec via peruia facta eſt,
Qua claſſis veniens de ſurſum vectitat eſcas,
Reſque alias quibus eſt opus his qui caſtra ſequuntur.
Protinus adduci naues rex imperat amplas,
Quales Sequanios per portus nare videmus,
Quadrupedes quæ ferre ſolent carroſque per amnem,
Has facit in medio lateratim flumine mergi
Ordine continuo caſtri ſub mœnibus ipſo
Inferius quas ne rapida ferat impetus vnda,
Palis infixis funes vncique cohærent
Poſtibus erectis pontem trabibuſque dolatis,
Has ſuper extruxit, tulit & ſine remigis vſu
Xerxis ad exemplum veſtigia ſicca per vndas
Tam late fuſas interque capedine tanta
Diſtantes ripis minime capientibus ipſas,
Vt vere poſsis illas æquare marinis,
Non minor æquoreis quando tumor inflat eaſdem.
Erigit & geminas turres in quatuor amplis
Nauibus arboreis truncis & robore crudo
Quos multo vincit ferro multiſque retortis
Vt ſint munimen ponti caſtroque nocinum,
Quas ita ſubtilis ſeries ſuper edita ductu
In ſublime leuat vt ab illis mittere miles
Iactu tela leui deuexa in mœnia poſsit,
Et ſic obſeſſos varia grauat obſidione
Illos oppugnans parte inceſſanter ab omni.
Velgica rura patent curſoribus, vnde refertur
Præda in caſtra recens & copia tanta ciborum,
Quæ ſibi caſtrenſes nihil vltra deeſſe querantur,
Nil manet illæſum villæ nudantur & agri,
Et ſic accreſcunt epulæ pugnantibus extra,
Quæ male decreſcunt his qui defendere caſtrum
* ſecum *Et * ſe concertant, non eſt via qua quis ad illos*
Quodlibet auxilium poſsit conferre vel eſcas.
Interea verſans varias in pectore curas,
Auxilium nota mendicat ab arte Iohannes.
Vt quod ei ſub ſole dies audere negabat,

Audeat

Audeat obſcura de nocte irrumpere caſtra.
Ergo mareſcallo cordis ſecreta reuelant
O mihi conſilij cuſtos fidiſſime dixit,
Accipe ſelectos equites Guillelme trecentos
Et famulos in equis tria millia ſume clientes
Mille quater pedites tecum lupicaria rupta
Faceat, ut ſimul tenebroſæ noctis in umbra
Atq; repentino regalia caſtra tumultu.
Cum iam luna ſuos abſconderet aurea vultus
Iſta ex parte leues irrumpite fluminis, unde
Rex modo per pontem partem tranſiuit ad illam
Omnes pene equites ultra cum rege mearunt
Et Barrenſis eques, & quos Campania miſit
Belligerique viri quibus eſt audacia maior
Hac ex parte comes Robertus manſit & hæres
Hugo noui caſtri, Symon & rupsa cadoci
Hi ſe clauſerunt prope ripas, ingeniorum
Cura quibus pontemq; data eſt a rege tuendi.
At per plana iacent Ribaldi cum piquichinis
Et qui res propter venales caſtra ſequuntur,
In quos de facili noſtrum exſaturare furorem
Fas erit ut q; libet ſatis exhaurire cruoris.
At Brandine tibi Martinus ſit comes Archas
Et qui roſtratis ratibus ſecat æquor Alanus
Pyratas ſecum aſſumas quibus utitur ipſe
Cum Greneſim rebus iuuat expoliare vel oſſam
Sumite cum reliquis modo quos mihi Flandria miſit
Millia terna virum, ſociis ſuccurrite veſtris
Quos nimis auxilio quos ſcitis egere ciborum
Septuaginta rates quibus eſt curſoria nomen
Quas pelagi ſtruxit Richardus & amnis ad uſum
Atque alias omnes quocumque poteſtis habere
Rebus qua ſociis deſunt facite ibiſque
Ite per oppoſitum remis ducentibus amnem
Regalemque leues fluuio proruoluite pontem
Caſtellumque meum rebus munite negatis
Quod ſi de facili pontem reſecare nequitis
Bellando prohibete manus ne transferat ultra
Rex, ſuccurſurus his quos habet altera ripa:
Hoc autem inculco vobis & ſæpe redico
Vos qui per flumen vos qui per plana venitis
Hæreat hoc memori vobis in corde, quod uno
Tempore bella geras & eodem cœtus uterque
Si vobis aderit dextro pede murſia mane
Vos ſequar, ut noſtri conſumere prælia Martis.
Sic mandata ſuis ſolitus dare ruſticus olim
Dum lupus eius ouem dumis euellerat aſpris
I, famulo clamat, in dumum tu quoque paſtor
Perplex irrumpe, tu vero bubulce
Hoc penetrato ſpecus, ego cum cane tuta tuebor.
Haud ſecus armatos in ſumma pericula mittit,
Cum quibus ipſe tamen non ſuſtinet ire Iohannes.
Paretur regi mora nulla moratur ituros
Arma viri capiunt, claſſis naualia linquit,
Egreditur caſtris velociter agmen utrumque,

Hi per aquas: illi terra per plana profecti
Inſomnes ducunt tenebroſa ſilentia noctis
Dum properant bello dare tempora danda ſopori.
Dimenſus ſpatiis horarum tempora certis
Verbere iam triplici ſe caſtigauerat ales
Altiſono lucem qui gutture præcinit almam
Fit ſubito tetra caſtris irruptio nocte
Quippe Mareſcallus feſtinum duxerat agmen
Per terram breuiore via, dum per vada claſſem
Sequana multiplici vertigine tardat euntem.
Ribaldi, mercatores, & vulgus inerme
Ebria poſt bacchi potamina ſemiſepulti
Caduntur gladiis exertis more bidentum
Plurima turba ruit inopinata morte priuſque
Corpore vita fugit quam corpus ſentiat ictum,
Sic nimio preſſi vino ſomnoq; iacebant.
Nec mora terrificus it per tentoria clamor
Expergefactos ſubito mora voluit ad amnem
Vt per aquas natent quia pons non ſufficiebat,
Vt poſſet transferre ſimul tot millia plebis
Obſtat eis Barrenſis eques mucrone coruſco
Cum quo Bolononides Gaucherus, Guido Matthæus,
Et reliqui qui turpe putant non eſſe priores.
Quo fugitis, clamant, quo terga oſtenditis? hoſtes
Veſtra facit fuga victores, ignauia veſtra
Ignauos facit audaces, dum ceditis hoſti
Dum finitis letho quod vos occidat inulto,
Dum percuſſorem percuſſio nulla repellit.
Talia dicentes pauidos in bella reducunt
Confortantque viros, & in hoſtem mente feruntur
Vnanimi fortique manu retrocedere victum
Qui modo victor erat cogunt, furit enſis, opuſque
Exigit inuictis animis quod ſuggerit ira.
Lumina per ripas & per conuexa locorum
Ocius attollunt, faciuntque dieſcere noctem,
Accendunt alij lichnos, hi ligna pyrarum
In ſtrue congeſtant, hic ſtraminis ille iturite
Faſciculos addit, hic pinguia larda miniſtrat,
Hic oleum flammis infundit materieſque
Lucis adurgetur ſuccreſcere tota repente
Noctis abit facies, caliginis exulat vmbra.
Poſt equites primos ita lumine multiplicato
Agmina feſtinant & Barrica ſigna ſequuntur
Dumque cateruatim pons traiicit arma viroſq;
Frangitur & nimio ſe faſce fatiſcere fatur,
Mox tamen abſq; mora puncto reparatur in ipſo
Officiumq; ſuum properantibus vt modo præſtat.
At Barrenſis eques atque inuictiſſima virtus
Agminis egregij poſtquam dignoſcere aperte
Fas fuit hoſtiles accenſo lumine vultus
Martis opus peragunt, pulſumq; viriliter hoſtem
Conficiunt, capiunt, occidunt, proditioni
Præmia nocturnæ merita vice digna rependunt,
Et mala conuertunt in eos quæ corde malignos
Parturiente dolos aliis inferre volebant.

Iamq;

Iamq; quieſcebat acies nondumq; ſopori
Se dederant, & lux ſub mane rubeſcere prima
Cœperat & radios tremulis criſpabat in vndis,
Ecce leonino claßis curſaria fluctus
Impete Sequanios prora findebat acuta
Arma viroſq; ferens, iterum clamatur ad arma
Arma viri arripite & ripas vos fundite circum
Præcipue portem defendite, ſcandite turres.
Talibus exciti clamoribus ocius aſſunt
Corripiuntque animis certatim ardentibus arma.
Scandit in arboreas turres Iordanus & Eldo
Raderides, Pauius, Perigas, Tatinus, & illi
Ars eſt nota quibus vſu balearica longo
Et quos præcipue virtus inuitat, vt inde
Incircumciſos poßint iactare molares,
Deſuper & ferri maſſas igneſque globatos
Et pice fluentes ollas ruditerque dolata
Pondera truncorum, titiones, ligna ſudeſque
Stant in ponte viri quos ordo decorat equeſtris
Quos inter Barrenſis erat, cum Symone Guido,
Et maleuicini fratres dominuſque Morentij
Et alij quorum probitas diffundit in auum
Nomina, nulla quibus mors eſt aut captio cura
Quorum ſola ſibi virtus habitacula cordis
Sic dicat vt quoquam cor ſe non vertat ab illa,
Dum cor & omnimodos cordis ſibi vendicat actus
Motibus indignans comes eſſe vagantibus extra.
Nec minus ad ripas armis inſtructa virorum
Accelerat clypeata manus fluuiumq; coronant
Nec ceſſant lapides nec ceſſant mittere tela.
Rem gerit hic funda, iaculis hic, ille ſagitta,
Vix tamen ad claſſem poterant attingere iactus,
Lædere vel nautas, vel eos qui bella gerebant.
Tramite tam recto tam caute remige flumen
Per medium volitans ripam vitabat vtramq;.
Iamq; propinquabat ponti, ſtrictumq; tenentes
In manibus ferrum, poſtes ſuccidere pontis
Audebant, & qua ſubſtabant poſtibus alnos:
Sed tolerare diu nequiere pluentia tela
Grandinis in morem, lapides, truncoſq; trabales
Ferventeſq; picis ollas, & pondera ferri,
Quæ deſcendebant in eos de turribus altis.
Sed nec Guillelmus nec cætera turba quiritum
Ponte ſuper contis, ſudibus, mucronibus, haſtis,
Ceſſabant variis affligere mortibus illos.
Hic fluuio lapſus Thetidi ſe mandat humandum
Nereidumque choros pro funeris orat honore.
Hic ratis in medio morientem mortuus ipſe
Corruit in ſocium ſupremaq; baſia donat.
Gaudet infernas comiti comes ire ſub vmbras.
Hic pede truncatur, oculis hic, auribus ille,
Viſceribus ruit hic fuſis, hic gutture rupto.
Huic ſudis infringit femur illi claua cerebrum,
Huic mucrone manus abſcinditur, ille ſecuri
Perdit vtrumque genu, nec adhuc pugnare recuſat

Donec eum ſuperinfundens pix cogit abire
Ille per os ferro genis expirare recepto
Non poſſe aſſuet os anima præſtare meatus
Tranſmiſſo cadit in tempus per vtrumq; quadrello
Gallina ſimilis quam pluma nare forata
Expellit Boreæ nido recubare volentem.
Trabs prægrandis erat extrema pontis in ora
Ponderis immenſi, quadrato robore, quam vix
Bis deni carro tauri portare valebant,
Quæ propulſa ſuper illos de ponte, carinas
Oppreſſit geminas & proram fregit vtramq;
Afflixitq; viros poſtes & ligna ſecantes
Tunc primum retroceſſerunt prorisque reductis
Obuertunt puppes & tonſis æquora pulſant
Intenduntq; fugæ, victi, nec in agmine toto
Vllus erat qui non in corpore vulnus haberet
Præter eos quos iam vi mors illata premebat.
Sed nec eos licuit noſtratibus impediente
Amne ſequi, quos dum fas eſt producere certant
Eminus & iaculis & ſaxis atq; ſagittis
Gaubertus tamen & Lodulus galiota Thomaſq;
Cuiq; Latinatrix dat nomen lingua Iohannes
Bis binas agiles habuerunt forte galias
Quiſque ſuam, belliſque viros naualibus aptos.
Quatuor hi per aquas fugientibus acriter inſtant
Prælia miſcentes dumq; ire propinquius audent
Promeruere duas auferre fugacibus alnos
Cum nautis aliiſq; viris & rebus & eſcis.
Hic Gaubertus erat ita doctus in arte natandi
Quod ſub aqua poterat millenis paſſibus ire.
Hic igitur teſtas prunis ardentibus implet
Et clauſas mira ſic arte bituminat extra
Ne poſſet penetrare latex vllatenus illas
Tunc ſe fune ligat qui dependebat ab ollis
Atq; immerſus aquis clam, nulli viſus, adiuit
Vallum quod duplici circundabat vndiq; muros
Circuitu lignis & multo robore ſtructum
Emergenſq; vadis ignem ſuccendit ab illa
Parte Gaillarda rupis quæ reſpicit arcem
Qua nullus defenſor erat, quia nulla timebant
Damna ſibi parte ex illa contingere poſſe
Vnde tuebantur partes ſtudioſius illas
A quibus vrgebat illos inſtantior hoſtis.
Corripit abſq; mora Vulcanus lignea valli
Vincula quique obeunt caſtelli mœnia vitot
Inuoluitq; globos mixtis per inane fauillis
Solibus adiutus nimiis & flatibus Euri,
Qui nimis intenſo ſpiramine flabat ab ortu
Gaubertiq; dolos fidens athleta iuuabat.
Qualiter Enceladus ardenti fauce vapores
Euomit ignitos ambuſtaque ſaxa per Ethnam,
Haud ſecus abſumit briſtegas, valla, domoſque
Et quæ reddebant tutos hurdicia, muros
Furtim Gauberti ſuccenſus fraude fideli
Ignis edax, omni ſpolians munimine muros

Lætitia

Lætitiæ teſtis clamor per caſtra leuatur
Et lætabundo conſcendit ad aſtra boatu
Triſtitiæ ſignum ſonat inter mœnia luctus
Et conſternatis hærebant mentibus omnes,
Qui nullum ſibi ſubſidium præſtare valebant
Nec tuti latitare intus, nec ſcandere muros
Scuta foras, pluteos, propugnatoria, ſcalas
Vertant in cinerem cithereus omnia coniunx
Turba minor ratibus fugiunt & nando per vndas
Quorum quamplures ignem vitare volentes
Suffocat alterius contraria vis elementi.
Hi criptas, illi curuas ſubire garitas
Aſt aliis latebras teſtudo vel angulus addit
Vt miſere lateant donec vis tranſeat ignis.
Nauigio Franci nec adhuc conſederat ardor,
Accelerant, capiuntq; viros diuerſa latentes
Per loca, quos veſana fames, quos vicerat ignis.
Tunc rex caſtello poſt tot certamina tandem
Poſtque tot aſſultus tanta virtute potitus
Cuncta reædificat vel vi deſtructa vel igne
Et pontes reficit cautus quos ruperat hoſtis,
Selectiſque viris caſtellum munit & armis.
Hoc inter caſtrum vicinaque mœnia rupis
Grandis erat vicus circumdatus vndique muris
Immenſique capax populi, qui protinus ex quo
Inſula capta fuit, linquentes propria ſurſum
Cum reliquis ſubeunt tuta tutamina turris.
At rex vt propriis viduatum ciuibus vltro
Tam clarum burcum, tam fortia mœnia vidit
Primo ſatellitibus & milite mœnia complet,
Omnia deinde nouis habitacula ciuibus ornat,
Quos bene ſecuros faciebat ab hoſte propinquo
VValterſis legio, numeroſaque rupta Cadoci
Cui rex quotidie ſoli proſeque ſuiſque
Libras mille dabat, caſtrenſis mutua lucte
Diſtribuente aliis numerata ſtipendia fiſco
Inde Ratiſpontem magna virtute per vnum
Expugnans menſem ſubiicit ſibi claraque bello
Corpora magnanimum cepit quamplura virorum,
Qui caſtrum defendebant ex parte Iohannis,
Cuius perſpicuo radit latus Andela riuo,
Fertilibuſque ſatis pratiſque decorat & hortis
Sequanioque caput non bene procul occulit amne.
At vero rupes Gaillardica non metuebat
Obſidione capi tum propter mœnia, tum quod
Vallibus ambita ſcopuliſque rigentibus eſſet
Omni parte ſui lapidoſis obſita cliuis,
Quæ ſi nil aliud quo muniretur haberet
Solo tuta ſitu, poterat ſatis eſſe locali.
Illuc ergo ſuis cum rebus contulerat ſe
Gens vicina locis, vt ibidem tutior eſſet.
Inſtrumenta videns rex tormentalia in illum
Poſſe vel aſſultus conferre iuuamen, vt alta
Muros rupe ſitos quauis infringeret arte
Mentis acumen ab his alias diuertit ad artes

Vt nido poßit quo Neuſtria tota ſuperbit
Qualicunque modo quocunque labore potiri.
Per clinos igitur & per conuexa cauari
Foſſato duplici terram iubet, vt quaſi meta
Intranſgreßibili caſtri latus ambiat omne
A fluuio ducens multo conamine foſſas
Vſque ſupercilium montis, qui deſuper exit
Altior in cœlum deuexaq; mœnia temnit
Sic procul a muris vt vix attingat ad illas
Baliſta duplici tenſa pede miſſa ſagitta.
Protinus in medio foſſarum lignea turris
Et ſeptena duplex facit vt munitio ſurgat
Tanta ſtructura tantiq; decoris earum
Qualibet vt poßit vrbi decus addere magnum
Sic vt quot pedibus præcedit prima ſecundam,
Tertia ſe tanto ſpatio ſeiungat ab illa:
Sic reliquas eadem turres dimenſio ſignat
Vt diſtent a ſe ſpatiis æqualibus omnes.
Has igitur replet famulis & milite multo
Et vacuus ferrata locis locat agmina toto
Circuitu, vigiles diſtinguens ordine tali
Semper vt alterna vigilent ſtatione viritim
Qui fabricare ſibi caſtrenſi more caſellas
Arboreis ramis & ſicco ſtramine norunt
Se quibus a pluuia tutos & frigore brumæ
* illis Efficiant, * illi per tempora longa futuri.
Cumq; ſit introitus ad muros vnicus, ad quem
Secta per obliquos amfractus ſemita ducit,
Hunc cura maiore facit nocteque dieque
Vt ſeruare vigil ſtudeat cuſtodia duplex
Deforis vt poßit ad caſtrum nemo venire,
Audeat aut caſtro valuis exire recluſis
Quin occidatur aut viuus detineatur.
Talia magnanimus hoſti dare ſingula nouit
Sic dare materiam ſibi quam prouerbia vulgus
Lætificoſque creare iocos & cantica poſſet
Vt canerent zona tot millia clauſa ſub vna
Et tam fœcundo turgentem germine nidum
Quem demum cogant excludi tempora veris.
His aliiſque ſibi pariunt dum gaudia verbis
Hoſtibus impingunt luctus cauſaſque doloris.
Iulius haud alia legitur virtute ingoſa
Durachij ſpatia & campos muraſſe patentes
Vſq; ſub Hadriacos cementans mœnia portus
Ne Pompeianis Romanorumq; cateruis
Declinare fuga bellum ciuile liceret
Sceua vbi vulneribus membro confoſſus in omni
Pompeij fregit vires, ſaluauit & arces
Solus & æterna meruit præconia fama.
At qui Rogerus & quot anguſtia maior
De conſeruandis epulis caſtroq; premebat
Millia tot populi paſci non poſſe videntes
De facili, cum nulla cibos ſpes eſſet habendi
Præter quos illis præſens accommodat hora,
Quingentos homines ſexus vtriuſque recluſit

Emittit foribus quos caſus ducat ituros:
Poſtque dies paucos totidem dimittere rurſus
Cura fuit, quos hoſtilis miſerata caterua
Nec retinere volunt, nec morti tradere, tanquam
Mendicos, miſeros, & vulgus inutile bella.
Quare ex audito vetuit ne deinde ſinatur
Extra caſtellum locuples ſeu pauper abire
Amplius & quotquot ad eos mittantur ab intus
Ad portas telis illos iaculiſque repellant
Vt ſimul abſumant epulas quibus attenuatis
Poſtquam dira fames affligere cœperit illos
Armis depoſitis in vincula ſponte dabunt ſe,
Cum nec caſtellum nec ſe defendere poſſint.
Hoc metuens iterum Rogerus deligit omnes
Dinumeratq; viros, quibus eſt bellare poteſtas,
Quos animus virtute calens robuſtas & ætas
Vt caſtro maneant, epulas quibus æſtimat ipſe
Quas habet ad præſens totum ſatis eſſe per annum
Perſonaſq; alias quibus eſt infirmius æuum
Aut ſexus quas debilitas quæcunq; moleſtat
Segregat, vtq; velint exire licentiat omnes.
Omittens illa vice caſtro mille ducentos,
Non dubitans certa miſeras exponere morti
Nec curans qualis inuoluerit exitus illos,
Dum ſaluare ſtudet caſtellum per breue tempus.
Inſcia turba mali quod erat ſenſura propinqui
Ordine confuſo poſt terga relinquere portas
Gaudet, & vnde ſua ſpem roborat ipſa ſalutis
Abſq; mora grandem ruit expertura dolorem.
Haud ſecus examen effuſum ſole calenti
Vaſe cauernoſo veteri cum matre relicta
Rex nouus vrget apes alias transferre penates
Multiplices denſant giro inuerſante volatus
More niuis quam ventus agens per mane volutat.
Quos vbi noſtra cohors videt ebullire deorſum
Perq; latus cliui mixtim petere ima ſupini
Deformes vultu, pannoſos tegmine, telis
Et iaculis procul emiſſis graſſantur in illos
Et properare retro ſurſumq; recurrere cogunt
Ad portas properi redeunt, ſed iam fore clauſa
Horrifico miſeris proclamat ianitor ore
Neſcia vos, alias vobis iam quærite ſedes
Non vltra ſinitur vobis hæc aula patere,
Quiq; ſuper muros aſtabant ſpicula mittunt,
Et lapides in eos conſternatoſq; repellunt
Hortanturq; procul à mœnibus ire remotos
In valles, quo non poſſint attingere iactus.
Quid facient miſeri cum ſint hinc inde repulſi,
Et quid agent medios quibus eſt via nulla per hoſtes,
Nec conuerſari licet amplius inter amicos
Et quo diffugiant locus eſt per deuia nullus:
Ecce nocentior eſt & ſæuior hoſte propinquus
Imo propinquior eſt & amicior hoſtis amico
Non equidem miror ſi non permittit abire
Hoſtis eos quibus eſt nullo deuinctus amore,

Quos licitè poterat occidere ſine ligare,
Cum nulla iubeant inimico parcere † leges
Sed nullo fas eſt mihi declarare relatu,
Quam ſit inhumanus is qui ſuſceperat illos
Tempore iam multo factus conctuis eorum,
Nunc omni eiectos tutamine priuat & aufert
Propria quæ tulerant, quando timor anxius, illos
Caſtello inclusit cum rebus edulia cunctis
Vallibus & caueis errant omniq; ciborum,
Spe prorſus vacui multis vtcunque diebus
Suſtentabat eos genus heu miſerabile vitæ
Simplicis humor aquæ vicino è flumine ſumptus.
Contigit vt pareret ibi quædam fœmina cuius
Fœtus adhuc à matre rubens calidoq; cruore,
Vnguibus infixis multos tranſfuſus in aluos.
Hoc Gallina modo, quæ lapſa volando deorſum
Decidit inter eos cum plumis, oſsibus, & cum
Stercore adhuc calido raptim glutitur ab ipſis
Ventribus immergunt quæ cedunt omnia denti.
Seq; cadaueribus demum pauere caninis
Nam prudenter agens Rogerus, iuſſerat omnes
Mœnibus expelli catulos, vt parceret eſcis
Quos fatis damnata cohors tantummodo pelle
Vnguibus abrupta reddebant dente voraci.
Sed nec ad extremum parcebant pellibus ipſis
Nil ſibi turpe putat homo nil abſumere vitat,
Ex quo dira fames inuitat ad omnia dentem
Quæ ſola inuictos vincit, ſola aſſerit vrbes.
Non olim Peruſina fames ſed nec Mutinenſis
Obſidio, nec apud Caudinas vulnera furcas
Tam miſerabilibus animas anxere flagellis,
Non ita Petreius conſorſq; Afranius eius,
Et Romana phalanx illorum ſigna ſequentes
Cæſareis clauſi ſub Ilarda mœnibus armis
Inter † quas Licoris & lene fluentis Iberi
Defecere ſiti, licet illos ſtercus equinum
Suggere compulerit ſitis intolerantia dira
Pleno luna quater à fratre remotior orbe
Fulſerat, & toties abſcondita fratre propinquo,
Succenſos iterum cornuta nouauerat ignes,
Angit adhuc miſeros nec ſpes eſt vlla ſalutis
Indefeſſa famis finiri neſcia peſtis
Excrucians ſtimulis nunquam ceſſantibus illos,
Mirandoq; modo nec viuunt nec moriuntur
Nec vitam retinere queunt, nec perdere ſola
Quam retinet ſtimulante fame ius fluminis hauſti.
Temporis id circa rex è Gallione profectus
Venerat Andeli caſtrum viſurus & illos
Mœnia qui rupis vigili ſtatione coronant.
Cumq; ſuper pontem multis comitantibus iret,
Conclamant miſeri miſerabiliter ſimul vno
Ore, fames illos quantum clamare ſinebat
Eſto propitius miſeris miſerere, miſertus
Rex pie ni fueris iniuſta morte perimus
Hic inuiſa fames noſtros depaſcitur artus

† ciuiles non diuinæ.

† aquas.

Tempore

Tempore iam multo, nos hic crudelior hoſte
Expoſuit noſter peſti conciuis amaræ
Qui nos excluſit ſine cauſa mille ducentos
Vix hodie ſuperat numerum pars altera noſtri.
Rex vt ſemper erat facilis ſuplicantibus, vt qui
Natus erat miſeris, miſereri & parcere ſemper
Fletibus his motus ita circumſtantibus inquit:
Dimittatis eos exire ciboque refecti
Quo mens quaque ferat indemniter ire ſinatur
Abſit vt afflictis per nos afflictio creſcat
Non decet vt nobis mors aſcribatur eorum,
Qui nimis afflicti nullum iam lædere poſſunt
Dixit, & emiſſis tribui iubet omnibus eſcas.
Qui cum permiſſi caueis exire fuiſſent
Vidimus inter eos quendam miſerabile viſu
Qui coram perſtabat adhuc portare caninam,
Cumq; iuberetur illam dimittere dixit:
Non dimitto cibum quo longo tempore vixi
Donec pane ſatur fuero. tunc abſtulit illam
Vnus ei panemque dedit quem protinus ori
Appoſitum poterat vix maſticare, ſed ipſa
Fruſta tamen malefracta vorax ingurgitat aluo
Tanto longa fames languore affecerat illum.
Et iam finis erat hyemis telluſque calore
Impragnata nouo flores gignebat & herbas
Quos colit & zephyro commendans Flora marito
Orat vt almifluo ſpiramine purpuret hortos,
Floribus vnde comas comis Dea comat amantum.
Rex non poſſe videns tam lenta mœnia rupis
Obſidione capi, niſi demum tempore longo
Impatiens animo mora quem grauat omnis in omni
Facto, quod virtus ſibi ſuggerit aggrediendum,
Qui quotiens aliquid operis ſibi ſumit agendum
Fortiter aggreditur & fini fortiter inſtat,
Feruidus inceptor & conſummator acerbus
Congregat armatas ſub primo vere cohortes
Caſtraque metatur in ſummo culmine montis
Amnis & vſque latus vtrimque per ardua cliui
Vt quocumque modo ad muros accedere tentet
Tempus & abbreuiet arcem quo prendere poſſit,
Quid non virtuti ſuccumbat? quid ferat arcem
Ingenium ve hominis, mens cuius in ardua tendit?
Ecce ligonellis a culmine montis ad vſque
Deſcenſum vallis foſſataque prima deorſum
Eruderatur humus ſcrupuloſos iuſſa timores
Ponere, deſcenſus vt ab alto fiat ad imum
Protinus ampla ſatis multa properata ſecuri
Fit via ſub trabibus iunctim ſibi collateratis
Quas ſuſtentabat paries intextus vtrimque
Poſtibus infixis telluri robore multo
Per quam ſecuri lapides, ramalia, truncos
Comportant viuoque graues cum ceſpite glebas
Aggere congeſto foſſata implere ſtudentes
Pluribus inde locis marræ duriq; ligones
*Tollentes cum vepre rubos * fructicoſaque teſqua* * fruti.

Colliculos cliuiq; latus miteſcere cogunt,
Et ſubito in planum quod erat decliue redacto
Se rudis aſperitas procul abſentare docetur
Area per totos gaudet planeſcere campos
Et ſic artificum ſtudio vigilante labore
Carpentata breui loca per diuerſa quod vllo
Poſſe modo fieri nullus ſperauit ibidem,
Cum mangonellis petraria plurima ſurgens
In muros lapides & ſaxa rotantia mittit,
Et ne de muris iactu venientia crebro
Spicula cum telis vibrantibus atque ſagittis
Artifices lædant, & qui tormenta trahentes
Iactibus inſiſtunt paries mediocriter altus
Texitur inter eos & mœnia vimine lento
Cratibus & palis vt eos tutetur & ictus
Excipiat primos fruſtrataque tela repellat.
Parte alia turres quibus eſt Belfragia nomen
Roboribus crudis compacta atque arbore multa
Intactis dolabra ruditer quibus aſcia ſolos
Abſciderat ramos ſic educuntur vt vſque
Aera ſub medium longo volumine tendant
Vt doleat murus illis depreſſior eſſe.
Hic Blondellus erat Peregas aliiq; viri, quos
Regi reddiderat ars baliſtaria charos
Ditatos ab eo villis, & rebus, & ære,
Qui non ceſſabant obſeſſos vulnere crebro
Lædere miſſilibus & paſſim mittere letho:
Aſt alij ſparſim loca conuenientia quærunt
Quiſq; ſibi quo funda breui ſtridore lapillos
Et baliſta queat iaculari arcuſq; ſagittas,
Quas vbicunq; patent quas nelli ſiue feneſtræ
Obſeſſi nequeunt totiens impune cauere.
Interea groſſos petraria mittit ab intus
Aſſidue lapides, mangonelluſque minores
Et pugillares iacit improba dextera petras.
Nec baliſta vacat, nec funda, nec arcus ibidem
Nullus erat toto qui duceret otia caſtro
Officium re quaque ſuum inceſſanter agente
Armis vt paribus intus pugnetur & extra
Vtque magis reliquos animet pugnantibus ipſe
Rex immixtus erat, galeatus, & agmine primo
Cotidie nunc hos nunc illos grauiter hortans
Vſque ſuper foſſas veniens parmamq; ſagittis
Et iaculis opponebat qua tempora circum
Sibila crebra dabant & in ægide fixa rigebant.
Rupis in extremo cuneo qua vergit ad Eurum
Ardua turris erat cui collateratur vtrinque
Murus quem strictus compaginat angulus illi
Ordine qui murus gemino productus ab vſque
Maiori vallo latus ambit vtrumque minoris.
Hanc primum obtinuit tali gens noſtra vigore
Poſtquam foſſatum vidit iam pene repletum
Scalis immiſſis propere deſcendit in ipſum.
*Impatienſq; moræ ſcalas obuertit ad * horam* — * oram
Foſſati reliquam ſupra quam in rupe locata

Turris erat, ſed nulla tamen quamuis ſatis eſſet
Longa, pedem, muri contingere ſcala valebat
Nec rupis criſtam qua turris pes erat imis
Sed nimis audaces cultris ac enſibus ipſam
Rupem quiſque fodit, vbi pes ſe figat & vnguis
Et ſic rependo ſuperantes aſpera rupis
Perueniunt turris ad fundamenta repente,
Perque manus ſocios ſua poſt veſtigia tractos
Participes opera faciunt, certantque minare
Arta ſibi nota latus & fundamina turris
Parmis protecti, ne forte ruens ſuper illos
Miſſilium poſſet retropellere turbo cauantes
Donec viſceribus muri latuere cauati
Truncis ſuppoſitis ſubito ne corruat in ſe
Pendula pars muri pariens ſibi damna viriſque
* quibus ** Queis ſimul inciſum ſatis eſt ſupponitur ignis*
Et fugiunt ad tuta viri, ruit Ilion ingens,
Ingentemque ruens ſtrepitum facit haud minus illo
Quo fuit Hectoreus puer olim raptus ab vlnis
* Aſtianax filius Hectoris. ** Flebilis Andromaches, Priami quem cadè madeſcens*
Miſit Achilleides in terram corpore fracto.
Voluitur aſtripetens ſinuoſo turbine nubes
Flammis cum fumo mixtis & puluere tanto
Quantum tanta poteſt de ſe eructare ruina.
Tunc quoque Rogerus hora ſuccendit eadem
Omnia qua poterat vallo conſumere in illo
Ignea vis, ne quid foret ex his vtile Francis
Ardebat nec adhuc ardor conſederat ignis
Et iam per flammas Franci fumoſque ruebant
Accenſi clamore virum & clangore tubarum
Agminibus denſis vallum muroſq; replentes
Pra cunctiſque ſuum vexillum in parte Cadocus
Turris ſemirute figit qua celſior extat:
Et quia foſſatum latum nimis impedit illos
Hac caſtri partem quod adhuc diſtinguit ab illa
Et murus qui ſe opponit turritus in altum
De facili nequeunt vallum exſarcire ſecundum
Quo modo ſe pauidus fugiens incluſerat hoſtis.
At famuli quorum eſt gladio pugnare vel haſtis
Officium bogis, Euſtachius atque Manaſſes,
Auricus Gramer, & eorum concio fida
Vndique circumeunt muros indagine facta,
Si qua forte queant aditus reperire, quibus ſe
Mœnibus impugnant, vt pugnent comminus hoſti.
Contiguam muris in ſummo colle Iohannes
Aedem praterito quandam conſtruxerat anno
Caſtelli latere in dextro quod reſpicit auſtrum
Inferior cuius pars praſtabatur ad vſus
Rerum qua penoris ſe ſub conclaue recondi
Seruarique volunt, pars vero ſuprema capella
Officio famulans ad miſſa ſacra patebat,
Qua nullam exterius portam, ſed ab intus habebat
Qua penetrabatur ſurſum vnam aliamq; deorſum
Inferiore foris in parte feneſtra patebat,
Qua lucere penum Solis dabat aurea lampas

Bogius hæc contemplatus fidique ſodales
Corporis ac totis animorum viribus vſi
Arte quidem mira ſe per foſſata trahentes
Surrepunt manibus pedibuſque per ardua collis
Et demum ſummam clam perducuntur ad arcem,
Hinc comitum ſcapulis ſuſtollens ſe leuitate
Bogiſius mira per apertam membra feneſtram
Inicit & ſocios dimiſſo fune virorum
Attrahit & ſecum ſub idem conclaue locatos
Hortatur penoris valuas ſuccidere ferro
Ocius & ſubitis turbare tumultibus hoſtes.
Fit ſonus & raucum dant oſtia fracta fragorem,
Dum cupidi properant iuuenes erumpere: ſed mox
Poſtquam municipum nimius fragor impulit aures
Illuc ſe vertunt congeſtis vndiq; lignis
Ignem ſupponunt, vt ſic aut ardeat intus
Aut via non pateat qua prodeat hoſtis ad illos.
Sed virtutis opus incendia nulla retardant,
Nullaq; magnanimos vis aut mora præpedit actus.
Vt patuere fores nudatis enſibus ignes
Per medios ſaliunt, & iam penus ardet & omne
Cum domibus caſtrum, fugit ilicet hoſtis & ignes
Et ſubita arma virum ſe'que recepeat in arce,
Quam nimis excelſam murata in rupe locatam
Tempore adhuc multo defendere poſſe putabant.
Vixque omni ex numero modo quem Rogerus habebat,
Qui pugnare queant bis nonaginta ſuperſunt
Tot vita defuncta iacent ibi corpora paſſim
Totque quieſcebant lethalia vulnera paſſi,
De quorum vita ſpes nulla dabatur amicis.
Incinerata iacet ſpecialis gloria caſtri
Murorumq; perit decus & munitio tota
Egregiuſque locus nullo iam gaudet honore.
Noſque putabamus aliis cum rebus eadem
Bogiſium ſocioſque ſuos periiſſe ruina
Quos longo iutata fuit ſpelunca receſſu,
Qua modo municipes lapides & tela iaciebant.
Vix minuebatur fumus, vix flamma ſedabat
Bogius egreditur teſtudine perque rubentes
Excurrit prunas ſociiſque iuuantibus ipſum
Funibus abruptis pontis verſatilis axem
Inuerſum qui ſtabat adhuc ſe ſternere cogit,
Vt pateat via Francigenis per limina porta
Qui properant, arcemque parant irrumpere ſummam
Bogiſium fugiens qua ſe modo clauſerat hoſtis.
Pons erat in imo quo ſcandebatur in arcem
Exciſus ſaxo quem ſic diuiſerat olim
Quando profundauit foſſas Richardus vtrinque
Hunc faciunt reptare catum tectique ſub illo
Suffodiunt murum: ſed non minus hoſtis ab illa
Parte minare ſtudet factoque foramine noſtros
Retro minatores telis compellit abire.
Vnde nec in tantum minus reſecatur ab illis
Vt caſum metuat, ſed mox ingentia ſaxa
Emittit cabulus nequienſque ferre dehiſcit

Per me-

Per mediumque crepans pars corruit altera muri,
Altera pars ſtans recta manet patuitque foramen
In ſua damna ruens quod ab intus foderat hoſtis.
Quo viſo properanter eunt per fragmina Franci
Repentes manibus ſubeuntque foramine murum
Et capiunt omnes per vim, quia nullus eorum
Victori ſe ſponte dedit quinimmo reluctans,
Quantumcumque poteſt capienti quiſque reſiſtit.
Rex ita Gaillardo per prælia multa potitus
Cuncta readificat vel ab ipſo diruta, vel quæ
Improbus appoſitis deſtruxerat ignibus hoſtis,
In triplo melius & fortius intus & extra
Antea quam fuerint muros & cetera firmans.
At rex Anglorum nimium confuſus & exſpes,
Nullaque iam ſe poſſe videns defendere caſtra
Cum ſic perdiderit caſtellum fortius omni
Caſtello, quod poſſe capi nulla arte putabat.
Cogitat occulte Normannica linquere rura,
In quibus ipſe ſibi tutum negat eſſe morari,
Dum timet à propriis ne decipiatur amicis
Omnes dum merito metuit qui læſerat omnes.
Sic miſerum ſceleris animus ſibi conſcius angit
Res miſer ipſe ſuas pontem qui dicitur Archa
Atque Molinellos & montis mœnia fortis
Diruit, vt patriam faciat ſine viribus eſſe
Deinde receſſurus furtim iam claſſe parata
Agmina præfecit toti ruptarica regno
Archade præcipue Martinum cum Lupicaro
Extremumque vale faciens petit Anglica regna,
Poſtmodo Normannas nunquam rediturus ad oras.
Iamque fatiſcentem ferulaque ad verbera ſurdum
Tempus erat Guillerme tibi deſternere mulum
Teque breui longo reparare quiete labori.
Tres etenim tibi reſtat his addere libros
Compleat vt totum denarius ordo volumen,
Vt qui Galtero te noſti voce minorem
Saltem librorum numeris te comparet illi,
Ni nouus emergat inopinare tibi caſus
Quo dandus ſit forte libris prolixior ordo.

LIBER OCTAVVS.

MATERIA LIBRI OCTAVI.

Subditur octauo Normannia tota Philippo.
Rex Turonos Pictoſque domat Guidone ſubacto.
Exhæredatur Raymundus. Turba fidelis
Hæreticos contra cruce ſe communit & armis
Infinita necant illorum millia Franci.
Occidit regem Petrus armiger Arragonenſem.
Rex dolet hæreticos non poſſe iuuare Iohannes
Inque Deum famuloſque ſuos vlciſcitur iram,
Qua Deus ipſe ſuo pro crimine corripit illum
Romipetas ſeruoſque crucis ferus impedit Otho.

Soluerat interea Zephyris melioribus annum
Frigore depulſo veris tepor, & renouari
Cœperat, & viridi gremio iuueneſcere tellus
Cum Rea læta Iouis rideret ad oſcula mater,
Cum iam poſt tergum frixi vectore relicto
Solis Agenoreí premeret rota terga iuuenci,
Rex agit armatos in prælia rurſus, vt omnis
Hac vice Francigenis Normannia ſubijciatur.
Vicus erat Scabus circundatus vndique rupe
Ipſius aſperitate loci Faleſa vocatus
Normannæ in medio regionis, cuius in alta
Turres rupe ſedent & mœnia, ſic vt ad illam
Iactus nemo putet aliquos contingere poſſe.
Hunc rex innumeris circumdedit vndique ſignis
Perque dies ſeptem varia inſtrumenta parabat,
Mœnibus vt fractis villa potiatur & arce:
Verum Burgenſes & pracipue Lupicarus,
Cui patria curam dederat rex Anglicus omnem,
Elegere magis illæſum reddere caſtrum
Omni re ſalua cum libertatis honore,
Quam belli tentare vices & denique vinci.
Inde petit Cadomum, quæ iam tribus ante diebus
Quam rex veniſſet tradi poſcebat eidem
Villa potens, opulenta, ſitu ſpecioſa, decora
Fluminibus, pratis, & agrorum fertilitate
Merciferaſque rates portu capiente marino
Seque tot Eccleſiis domibus & ciuibus ornans,
Vt ſe Pariſio vix annuat eſſe minorem;
Quam Kaius dapifer Arturi condidit olim
Vnde domus Kaij pulchre appellatur ab illo,
Noſtro ſponte iugo ſe ſubijcit, & ſibi tali
Facto in perpetuum regis mereatur amorem
Se ſine lite capi dum ſuſtinet & ſine bello,
Ac regi ſecum tot clara ſuburbia tradit,
Exemplumque eius vrbs Baiocena ſecuta
Regi ſubijcitur, & tota diœceſis illa.
Cumque dioceſibus tribus illi tres ſine bello
Seſe ſponte ſua præclari nominis vrbes
Subiiciunt Sagium, Conſtantia, Lexouiumque.
Interea Britonum dux Guido cum legione
Britigenæ gentis fines inuadit Abrineos
Finibus à Britonum quos limitat vnda Coetbni.
Eſt locus in medio ſitus æquore, ſic tamen vt non
Æquor ſemper ibi ſtagnet, ſed cotidianis
Et fluit & refluit vicibus creſcente ſorore
Phœbi, conſuetas ſeu decreſcente per horas,
Suſcipiens ab ea maiores ſiue minores
Creſcendi motus; & ſic locus ille marinis
Fluctibus ambitur nunc & non littore ſicco.
Cuius cauſa rei latet atque latebit in omni
Tempore nos quibus eſt luteis habitatio vaſis.
Hæc attende tamen prudenſque intellige lector
Quod cum planetis feria cuiuſlibet horis
Ordine partimur, quo diſponuntur & ipſi
Vnoquoque die tres ad minus aptat earum

Luna

Luna ſibi, non bis tamen omnibus æquor
Immo die toto bis tantum littora ſtagnant
Tendit & in ſeptem crementum quodlibet horas
Et decrementum totidem, ſicque ordine iugi.
Cuncta fere pelagus conſcendi ſeu retrahendi
Non niſi ſub luna motu momenta reſumit.
Vnde autem luna hoc habeat quæ conferat illi
Cauſa quod Occeanus magis illo tempore creſcit,
Quando plena nitet vel quando renaſcitur illa
Temporibuſque aliis cur ipſe minoribus idem
Fluctibus intumeat tanquam ſe motibus aptans
Et variis lunæ vicibus quibus illa viciſſim
Sumere crementum detrimentumque videtur.
Cur iterum maiora ferat crementa quotannis
Cur duplo maior ſolito tumor eleuet illum
Scilicet autumni & veris ſub tempore quando
Eſſe ſolet paribus ſpatiis nox æqua diei.
Rurſus an à luna maris hæc inflatio fiat,
An magis à pelago fluat hæc variatio lunæ
Cum pelagus luna conſtet prius eſſe creatum
Poſteriuſque ſui nunquam ſit cauſa prioris
Nullaque res habitum trahat à non ente vel actum
Rurſus an alteruter neutrum ſit cauſa mouendi
Sic ne ferant eadem ſimiles per tempora motus
Motus vt iſte illi nil debeat iſti ille,
Quærite quos mundi labor implicat & tamen iſtud
Quærere noſtra fides prohibet comprendere nulla
Mortale ingenium valet hoc ratione vel arte,
Et res & rerum cauſas qui condidit illas
Solus dinoſcit, ſolus diſponere nouit.
Illi cuncta patent ſoli qui cuncta creauit
Non fixos hominis fines homo tranſgrediaris
Nec quæ ſcire nequis inueſtigare labores
Beſtia quæ montem tangit lapidata peribit
Rem ſatis eſt ſciri, neſciri cauſa ſinatur.
Nos igitur nihil hæc nos ſcire in parte fatentes
Sic rem proſequimur vt non intacta ſinamus,
Quæ ſunt magniloquis non indiſcuſſa magiſtris,
Qui cum mortales eſſent cœleſtia ſenſu
Humano voluere ſequi ſecreta patere
Abſque Deo temere ſibi cœlica velle putantes
At nobis ſatis eſt vix nos ea ſcire fateri
Corporis noſtrum veniunt quæ ſenſibus in cor
Quæ ſub lunari prope nos regione geruntur.
Hic ſummo rupis in vertice ſcemate miro
Condidit Eccleſiam deuotio Chriſticolarum
Angelico monitu ſibi quam ſacrauit honore
Perpetuo Michael Archangelus, vt famuletur
Chriſto ſemper ibi monachorum concio ſancta,
Quo vix perque gradus aſcenditur inferiuſque
Pendula villa domos ſpecioſas & plures habet
Et populi multi ſatis ampla ſede capaces,
Qui locus in cœlum ſe taliter eleuat, vt dum
De longe aſpicitur aliud nihil eſſe videtur
Ardua quam turris hominum fabricata labore

Quem ſoli eſt comparata ſibi diuina poteſtas,
Et ſatis angelicis gaudebat tutus haberi
Præſidiis, nullo diſpendia tempore paſſus.
At ſimul ædificans muros ibi cura Iohannis
Prætulit humanas vires cœleſtibus armis,
Quemque tuebatur cœleſti milite Chriſtus
Muniuit ſacrum humano munimine montem.
Ex tunc cauſa loco pereundi inuenta ſacrato:
Nam fera Britigenum rabies non inſcia quando
Fluctus adeſſe ſolet vel quo ſit tempore lectus
Ad montem vel quibus pateat via ſicca diebus
Fluctu interſtitiis lunaribus abbreuiato,
Vi fore confracta ſubeunt incendia miſcent
Igneque ſuppoſito domibus, vis ignea ſurſum
Scandit, & Eccleſiæ decus omne locumque ſacratum,
Reſque monaſterij cremat inſatiabilis omnes.
Hinc cum Britonibus aſcendens Guido maniplis,
Vicinas ſibi ſigniferis obſedit Abrineas
Colle ſitas inter ſeram ſeminamque ſupino
Piſciferos amnes multo ſalmone feraces
Cumque ſuburbanis regi peſſundedit vrbem,
Hinc abiens illi caſtra omnia ſubijciendo
Vſque domum Kaij vicos & rura cremando,
Tandem venit vbi rex expectabat eundem
Dans populis noua iura ſuis alioſque magiſtros,
Fœcundaſque ab eo grates cum laude reportans
Ipſe ſuique omnes re ſic fœliciter acta
Iam ſpoliis gaudent pleni remeare Coetbnum.
At ſimul innotuit ſancti combuſtio montis
Magnanimo regi domuumque ruina ſacrarum
Atque monaſterij tota incinerata ſupellex
Compatitur prius Eccleſiæ rerumque ruinis,
Et ne fiat eis deinceps iniuria talis,
Præcipit vt pereat munitio tota Iohannis
Et ſua militiæ cœleſti caſtra reſignans
Humanis bonus excubiis loca ſacra reſignat
Largifluaque manu monachos iuuat in renouando
Sarta tecta libros, & cetera quæ furor ignis
Soluerat in cinerem, quæ nobiliore paratu
Quam prius extiterant iam reſtaurata videmus.
Sic mala conuertit Deus in bona: ſic miſeretur
Nobis quando magis iraſci credimus ipſum:
Verbere ſic propter peccata flagellat amico
Quos amat, vt prauos ſtudeant abducere mores:
Sic ferit vt ſanet, ſic vulnerat vt medeatur.
Hinc rex magnanimus tota regione ſubacta
Vrbi Rothomago victrices applicat alas,
Quam ſibi ſuppoſuit vix octoginta diebus.
Nam duplices muri foſſataque tripla profundo
Dilatata ſinu numeroſaque copia gentis,
Et ſpecioſa nimis fluuij ſtagnantis abyſſus
Diſſimilem noſtris reddebant viribus vrbem.
Rothomagenſis item communia corde ſuperbo
Immortale gerens odium cum principe noſtro
Vinci malebant, eius quam ſponte ſubire

Imperium vel ei quicquam præſtare fauoris.
Succubuit demum mutilata cornibus vrbe
Muros ipſa ſuos truncare coacta ſuiq;
Sumptibus antiquam ſubuertere funditus arcem
Maxima Vernolio partis ſolatia fati
In commune ferens, doleat ne ſola dolore
Parcius vt doleant diſtincta mentibus ambæ
Pœnaq; par feriat quos culpa coinquinat æqua
Amodo ne regi eaſu quocunq; repugnent
Neue repugnantes iuga noſtra repellere poſſint.
Sic fuit ex toto Normannia ſubdita Franco
Quod nullo caſu contingere poſſe putauit
Normanniq; omnes per plurima bella ſubacti,
Multaq; pro non rege ſuo diſpendia paſſi.
Denique ſunt regi proprio ſeruire coacti.
Tempore quo ſimplex in ſceptris Karlus agebat
Normannos patriam, Noruergia miſit in iſtam
Grandibus euectos duce ſub Rollonione,
Qui paganus erat, vir prudens, ſtrenuus armis
Chriſticolæ populi ſitiens haurire cruorem.
Hic cum multorum ſaturaſſet cædibus enſes
Vicos inuicta vi depopulatus & vrbes
Peſtiferum extendens in plurima regna furorem.
Demum Carnoti cum mœnia frangere vellet
Virgo Dei genitrix quæ ſe dignata vocare eſt
Carnoti dominam tulit illi luminis vſum
Vincibilemq; dedit populo qui diligit ipſam.
Vt ſic exterius aliquanto tempore cæcus
Luce mereretur Chriſtum interiore videre.
Qui fugiens victus maiori parte ſuorum
Amiſſa factus humilis, tum denique Chriſto
Credidit, & meruit vitali fonte renaſci.
Proinde ſua gaudens illum Rex Karlus honorat
Coniugio natæ, cum qua Normannia pacis
Fœdere ſub firmo datur illi nomine dotis
Iam tamen ipſe ſuis ipſam acquiſiuerat armis
Inuida cui partus optatos Iuno negauit
Exortem prolis faciens excedere vita.
Rollo tamen iungens aliam ſub lege iugali
Viribus inuictis patriam tot aliter illam
Et ſua poſt illum tenuit ſucceſſio tota.
Donec poſt annos virtus diuina trecentos
Illam reſtituit per prælia multa Philippo.
Quam tenet & tenuit longumq; tenebit in æuum.
Quæ prius antiquum cum Neuſtria nomen haberet
Poſt à Normannis habuit Normannia nomen
Quo gaudent patrij memores idiomatis eſſe
In quo North Boreas, homo man ſonat. Inde vocatus
Normannus priſcæ meminit patriæq; tribuſq;.
Poſtquam ſuccubuit Franco Normannus, & omnis
Terra Philippinas ſuſcepit Neuſtria leges
Indignante diu portauit vertice regis
Ite iugum, dominumque nequit neſcire priorem
Quamuis ille ſtatus ſeruilior eſſet eiſdem
Aduena cum grauibus oneraret legibus illos.

Rex malens bonus eſſe malis aſſueſcat amando
Vt ſibi paulatim populos ne ſe peregrinis
Conſuetudinibus arctari forte querantur
Iudicia & leges non abrogat immo tenenda,
Omnia confirmat generaliter hactenus illis
Obſeruata, quibus non contradicit aperte
Ius aut libertas non deperit Eccleſiarum
Quædam aut in melius iuri contraria mutans
Conſtituit pugiles, vt in omni ſalio pugna
Sanguinis in cauſis ad pœnas exigat aquas
Victus vt appellans ſiue appellatus eadem
Lege ligaretur mutilari aut perdere vitam.
Moris enim extiterat apud illos hactenus, vt ſi
Appellans victus in cauſa ſanguinis eſſet,

De cætero etiam non admittebatur ad legitimas actiones videlicet ad iudicandũ, ad teſtificandum, &c.

Sex ſolidos decies cum nummo ſolueret vno
Et ſic impunis amiſſa lege maneret
Quod ſi appellatum vinci contingeret, omni
Re priuaretur & turpi morte periret.
Iniuſtum iuſtus hoc iuſte rex reuocauit
Reqꝫ pares Francis Normannos fecit in iſta.
Præterea motu proprio nullo ſupplicante
Indulſit Monachis & clero vt fiat ab illis
Canonico deinceps paſtorum electu ritu.
Nam Rex Anglorum ius vſurpauerat illud
Vſqꝫ modo vt ſolus paſtores ipſe crearet:
Nam quotiens paſtore carens prælatica ſedes
Ciuili leto naturali ve vacaſſet
Protinus Eccleſiæ bona cuncta vacantis ab ipſo
Vſurpata ſuos conuertebantur in vſus.
Sicqꝫ Dei ſponſam viduans quantum ipſe volebat,
Cogebat placito ſibi demum nubere ſponſo
Iſtaqꝫ cauſa fuit alijs ſpecialior, ob quam
Enſe trucidauit Thomam trux ille beatum,
Qui tam peruerſos ritus abolere volebat.
Hæc Rex vt iuri contraria iuris amator
Filius Eccleſiæ ob matris reuocauit amorem:
Eſt mihi proclamans cura hæc quæ ſpectat ad enſem
Importuna ſatis cum ſolicitudine regni
Diuinis diuina viris tractanda relinquo,
Eſt curare ſatis laico laicalia cura,
Nolo immortales animas quæ curat abuti.
Præſint Eccleſijs, præſint conuentibus illi
Praeeſſe quibus dederit concors electio, ſicut
Sacroſancta iubet ſanctorum ſanctio patrum
Dixit; & vt facto firmauit dicta, cohortes
Hinc procul armatas alias agit in regiones
Singula diſtribuens loca particulariter ipſis
Agminibus, bellis ſimul vt pluraliter vtens
Pictauos, Turones ſibi ſubdat & Andegauitas
Inſtabilis fidei varioqꝫ fauore viciſſim
Nunc hunc, nunc illum, conſuetos fallere regem.
Nec mora Guillelmus ſibi qui de rupibus aptat
Cognomen, fortis vir corpore fortior armis,
Cumqꝫ ſua nulli rupta parcente Cadócus
Andeganum irrumpunt captamqꝫ viriliter vrbem

Totam ſubiciunt eiuſque ſuburbia regi.
Cuius Guillelmi Rex inclita facta fidemque
Attendens, ipſum comitis vice, munere largo
Totius patria dominari iuſſit & vrbi
Cui quamuis totum donaſſet Rex comitatum
* Videtur quid deeſſe, vt, nomen
Non tamen vſurpat comitis ſibi habendum*
Imo ſeneſcallum quaſi ſe minuendo vocauit.
Henricus vero modicus vir corpore, magnus
Viribus, armata nulli virtute ſecundus
Cuius erat primum geſtare in pralia pilum.
Quippe mareſcalli claro fulgebat honore.
Cum legione tronm veniens à rege recepta
Caſtro vi capto longam poſt obſidionem
Incinerat villam muroſq; obtruncat & arcem.
Hinc quoque progrediens victor Pictonibus ire
Obuius audebat, qui terram regis adorti
Vicos, agricolas, depradabantur & agros
Et licet inter eos eſſet Hemericus & Hugo
Et cum Guillelmo, Sauericus, Portacleaſque
Atque alij quales equites Pictonia gignit
Quorum fama canit per totum nomina mundum
Non tamen aut vires Henricus abhorret eorum
Aut numerum, quamuis numeri foret ipſe minoris
Et tanto conferre manum feruentius ardet
Quo magnos forteſque viros ibi nouerat eſſe.
Iamque graues ſpolijs varijs pradiſque redibant
Perque vadum deforme luto repedare parabant,
Difficiles vbi denſa vias alneta ſegebant
Per patria loca fida ſua tuto ire putantes
Expectabat eos audax Henricus ibidem
In patriaq; ſua Pictos ad bella vocabat
Qui cum maiorem tam partem exiſſe vadoſis
Illorum vidiſſet aquis campumq; tenere
Impediente luto reliquos exultat, & ecce
Tempus ait ſocij quo ſe manifeſtet in armis
Veſtra locumque videt probitas quo proferat actu
Ardorem virtutis amor quem pectore geſtit
* Vobis ſit
Nunc rogo nunc quanto ſit vobis amore Philippus
Exprimat audaci virtus & dextera facto.
Iam video trepidare viros, iam terga parare
Palma fere vobis pugnandi praueniens horam
Vltro ſe manibus offert victoria veſtris.
Neue minor paucos ſit gloria vincere caſu
Gratia fortuna vobis prauidit in iſto.
Nam poſtquam veſtras acies videre cateruas
Ecce ſuas omnes coitu clauſère ſub vno,
Vt leuius poſſint vinci communiter omnes
Conflictuque breui, vt doleant ſuccumbère vobis:
Ecce fatigati veniunt ſpolijsque grauati.
Nec vos hoc moueat quod ſignis ecce leuatis
Oſtentant ſeſe defendere velle videri
Vos à pugnando ſic deterrere putarunt
Et ficto veſtras terrore retidere vires.
Cognita ſi tamen eſſet eis intentio veſtra
Illis ſi planè veſtra de mente liqueret

Ec

Iam vidiſſetis oſtendere terga, viaſque
Iam per diuerſas cœtu fugiſſe ſoluto.
Segnities abeat, audacia prodeat, ecce
Quicquid in hac aliquid regione valere videtur
Temporis articulo ſuperare poteſtis in vno
Vincatis victos, trepidis inſtetis, & omnes
Suppeditat Pictos victoria veſtra Philippo
Totaque ſponte ſubit eius Pictonia leges
Vna breuis multos conſummat pugna triumphos.
Dixit, & eiaculans trifidi ſe fulminis inſtar
Pictones volat in medios, ictuque ſupinat
Portacleam primo, vacuamque relinquere ſellam
Vt facit & conſignare caractere terram.
Nec reliqui comites pugnam virtute minori
Arripiunt, ſternuntque viros, traduntque ligandos
Armigeris, ipſi reliquos dum fortiter obſtant.
Nam Sauericus, & hi quibus eſt audacia maior
Turpiter vt ſocios ſic aſpexere ligari
Diſperſos reuocant, profugos in bella reducunt
Collapſos releuant, & equis tellure leuatos
Reſtituunt, bellumque nouant rigidoque reſiſtunt
Marte viris, æquis animis pugnatur vtrinque
Haſtis nil agitur gladius ſolusque cultellus
Mortifer afficiunt alternis agmina plagis.
Sic ſibi coniunctum ſic de prope quilibet hoſtem
Inuenit vt feriat atq; vt feriatur ab illo.
Et iam Pictonum quod adhuc alneta tenebant
Agmen vt aſpexit ſocios concurrere Francis
Non audens vltra procedere ſed retrouerſi
Se malunt ſolos ſaluo ſaluare regreſſu
Quam dubio ſocios belli ſub fine iuuare.
Quo viſo campum viduat pars maxima, ſeque
Subducit Franco ardenti quem ferre nequibant.
Diffugiunt omnes; Sed nec Sauericus abhorret
Ipſe viam, multos poſt ſe fugiendo relinquens
Nec curat quantos ibi quiſquam linquat amicos
Qui in ſe potis eſt ſolum ſubducere morti.
Sic victis victor Pictis campoque fugatis
Quinquaginta duos equites centumque clientes
Ad regem miſit vinctos Henricus, & omne
Omnibus excuſſit ſpolium prædamq; reduxit
Cunctaque reſtituens noſtris ablata colonis
Cætera diuiſit ſibi victricique cateruæ.
Rex verò interea ſibi iam ſubiecerat vrbem
Pictauim totumque ſolum quod ſpectat ad illam
Londunumque ferax Cereris, Bacchique Niortum
Cum Monſteriolo. Parthenei quoque rebelli
Amatiſque viris per ſingula caſtra locatis
Qui patriam faciant eius ſub nomine tutam
Agmina Chinonis ferrata reducit ad arces.
Iſte Seneſcalli vicus de nomine Kaÿ
Nomen habet, quem cum primus fundauerit ipſe
Fundatum voluit ſibi nomine reque dicari
Cui pendragorida regis largitio totum
Neuſtrinumque ſolum donarat & Andegauenſe

Iſte Kaius artium magiſt. filij Pendraconis ſeneſcallus fuit & Dux Normāniæ & comes Andegauenſis.

Vt pariter

Vt pariter fieret iſti dux & comes illi
Villa referta bonis circundata mœnibus altis
Inter aquam montemque ſitu ſplendeſcit amœno,
Arx autem ſcopulis circumcingentibus alta
Rupe ſedet quam ſic ex illa parte rubenti
Amne Vigenna ligat binc circumcludit biatu
Horrendo uallis rectoq; tenore ſub altum
Aëra productus natura munere cliuus
Vt non Gaillardo ſe iactet inferiorem
Siue ſitu naturali, ſeu mœnibus altis
Aut defenſorum numero ſiue ubere gleba.
Bellouagenſis erat ibi vinctus Epiſcopus arcta
Compede, Conanuſque breuis qui nunc dominatur
Bellogero Britoni quem terra leonica nutrit.
Quam pater ante ſuus tenuit Guidomarchus amico
Fœdere coniunctus Francis regique Philippo
Corpore qui tam fortis erat quo fregerit uno
Tempus equi pugno, ſoloque peremerit ictu
Præpoſitum ipſe ſuum prægrandi corpore monſtrum
Cui pugno duri perfregit verticis oſſa,
Vnde magis feſtinat idem Rex prendere caſtrum
Soluat vt inde ſuos recluſo carcere charos.
  Quinq; fere nouies ſtadijs diſtabat ab illo
Nobile caſtellum, quod Lochia nomine dicunt
Cui nec fruge ſolum nec baccho vitis auara eſt
Endria cui magnum decus addis & vtilitatem
Ducibus irriguis hortos & prata rigando,
Qui cum ſit gratus viſu fecundus & vſu
Multimodo patriam iuuat oblectamine totam
Hoc collatiua caſtrum paritate videri
In nulla diſpar Chinoni dote ſinebant
Municipes armis, natura ſitu, manus arte.
  Hic patriæ toti præerat ſeruus ille Girardus
Seruus & à ſeruis oriundus vtroque parente
Cui ſatis obſcurus ortum dedit Athia pagus.
Is Turonum totam vaſtauerat Ambadumq;
Et patriam totam cum vicis omnibus in qua
Editus atq; alitus fuerat bubone ſiniſtro,
Quamuis ſupplicij ſeruus foret Ambadienſis
Peior enim quauis eſt peſte domeſticus hoſtis
Præcipue qui colla premit pede libera ſeruo.
  Lochia Chinonemque ſimul Rex obſidet atque
Vix anni ſpatio longo ſibi ſubdit agone
Tanta molis erat tantas euertere turres
Innumeroſq; capit equites nulloſq; clientes
Vt caſtrum multa qui tutabantur vtrumque
Cumque alijs vinclo vinctum maiore Girardum
Carnopoli tenuit in carcere tempore multo
Supplicio affligens digno pro crimine ſeruum.
  Exigit iſte locus niſi nos maiora vocarent
Aduentum regis breuiter memorare Iohannis
Per mare qui veniens gentis cum millibus Angla
Pictonum voluit fines auferre Philippo
Continuoque ſuum leuitas Pictaua fauorem
Illi reſtituit, ipſumque in prælia iuuit

Sed celeri leuitate ſuperueniente Philippo
Vix illi licuit profuga ſe reddere claſſe
Veliuoloque ſuam vitam ſaluare receſſu
Pluribus expoſitis morti, dum claſſe parata
Rupellæ in portu feſtino remige tranſeat,
Venerat vnde modo partes fugitiuus ad Anglas.
Mox omnem patriam ſua Rex in iura reducens
Hac ſibi Pictones vinclo maiore reuinxit,
Quo ſolitum variare fidem cor nouit eorum,
Sed quæ firma ſatis in nexu Prothea nectat
Nec pictos conſtringit amor; nec Prothea nexus.
Nec minus hic etiam ſi nobis forte vacaret
Dicere tempus erat breuiter vel tangere bellum,
Quo comes alumna regionis Guido nepotem
Perdidit & natum qui dum collegia ſancta
Præſumit ſpoliare bonis nec parcere ſacris
Virginibus meminit, ſibi dum confiſcat earum
Cuncta monaſterij, crux, ornamenta libroſque
Et bona cuncta quibus viuebat concio ſancta,
Nec vult regali monitu compeſcere mentem
Miſſo cum multis equitatu à rege maniplis:
Denique confectum bello quam plurima caſtra
Perdere ſe doluit totali cum comitatu
Talibus Eccleſiæ Rex damna vlciſcitur armis
Tam rigida cleri prædones reprimit ira:
Vt qui non parent monitis, parere coacti
Vindicta ſaltem ad tempus manſueſcere diſcant,
Et breuior ſit eis deinceps peccare facultas.
Quorum etſi mentes penitus compeſcere pœna
Non valeat multum tamen his ſubtractio rerum
Impedit affectus ne perducatur ad actum:
Priuat enim effectu multum ſubtracta facultas
Culpaque ſit breuior quam patrat ſola voluntas.
Debetur que minor peccato pœna minori.
Neue putes regem pro ſe hoc egiſſe, ſed omnem
Impendiſſe operam Domino Dominique miniſtris
* quæ *Cuncta monaſterijs fecit bona reſtituique**
Perdiderant dono poſt donat cætera largo
Nulla ſibi retinens Guidomni Domnipetritæ
Quæ cum Guido diu tenuiſſet, denique fatis
Morte ſatisfecit, Archembaldumq; reliquit
Hæredem qui nunc patrio tenet omnia iure,
Quæ meruit miſer ille ſuis amittere culpis,
Qui modo priuatam ducens pro tempore vitam,
Quæ ſua nuper erant alienigenis data plangit,
Quos adeo expleri rerum videt ille ſuarum
Eſuriente ſuis cum ſucceſſoribus ipſo,
Hoc ſolo miſeram ſolans ſolamine vitam
Quod comitem ſimili Raymundum crimine lapſum
Qui Sancti comes Egidij Tholoſaque vocatur
Amiſiſſe videt vrbes & caſtra quot annus
Fertur habere dies tot villas ille celebris
Nominis & famæ Francorum à rege tenebat;
Cui ſubiectus erat feodaliter, inque ſecundo
Per vinclum carnale gradu coniunctus eidem.

Sed poſtquam Eccleſiæ cœpit contrarius eſſe
Catholicæ fidei defenſans improbus hoſtes
Hæreſiarcharum fautor, populiq́ fidelis
Nequaquam & cleri metuens inimicus haberi
Nec conſanguineum ſibi Rex nec habere fidelem
Dignatus cœpit contra illum bella mouere
Vtq; illi liceat punire licentius illum,
Quamuis ſciret idem proprio de iure licere
Impetrare ſtudet à ſummo præſule ſacra
Scripta, quibus pariat indulta remiſſio cunctis
Spem veniæ contra hæreticos qui bella mouerent;
Per quos temnebat Chriſti Prouincia legem
Et ſe peſtiferi fœdabat peſte veneni.
Dehinc quia nec Papæ monitis, nec regis amico
Conſilio comes ille ferus parere nolebat,
Vt ſaltem reprobos ciuium exponeret hoſti
Aut per ſe puniret eos vt iura iubebant
Immo tuetur eos, & eorum praua per ipſum
Secta viget, dum non prohibendo fit vnus eorum
Rex & Papa ſimul, exponunt omnibus illum;
Et res & patriam totam quæ ſpectat ad illum
Vt qui præualeat armis & viribus illi
Tollere quid proprios liceat conuertat in vſus
Et dominus fiat rerum quas auferet ille.
Rex igitur primus Zeli feruore ſuperni
Corde pio motus ter millia quinque virorum
Ad proprios ſumptus inſtructos rebus & armis
Dans exemplum alijs in Chriſti prælia miſit;
At reliqui proceres, equites comitesq́, ducesq́,
Prælati Eccleſiæ nec non & nobile vulgus
Omnes pene viri gladios qui ferre valebant
Spe ducti veniæ Chriſti ſua pectora ſigno
Conſignant, vt quod calet intus lateat extra
Illæsq́, in partes iter aggrediuntur ituri.
Ergo Dei pugiles aciebus mutiplicatis
Vſque Biturenſem feſtinant ocius vrbem,
Ad quam turba frequens confluxerat hæreticorum.
Fortis enim & nimium locuples populoſaq́, valde
Vrbs erat, armatisq́, viris & milite multo
Freta; ſed Albigei maculis infecta veneni.
Quam virtus modico ſub tempore catholicorum
Frangit, & ingreſſi ſexus vtriuſq́, trucidant
Millia bis triplicata decem, quos absq́, virorum
Maiorum aſſenſu vulgi furor immoderatus
Et Ribaldorum dedit indiſcretio morti
Interimens mixtim cum non credente fidelem
Nec curans eſſet quis vita, quis nece dignus.
Hinc procedentes Carcaſonenſeda cingunt
Agminibus denſis, vrbem quam tempore paruo
Gnauiter expugnant, & eam ſe dedere cogunt
Tali conditio quod nil ex vrbe ferentes
Bellator, ciuis, ætas & ſexus vterq;
Sola contenti vita ſine veſte, ſine armis
Arcto poſtico quod vix foret exitus vni
Vnus poſt alium ſtudeant exire viritim.

 Cuncta

Cuncta relinquentes libito bona Catholicorum
Agros, arma, pecus, gazas, vineta, penates
Et quamcumque locus rem tam præclarus habebat.
Quo facto replent vtramque fidelibus vrbem
Catholici pugiles, & ſacramenta Deique
Seruitium fieri procurant ordine recto,
Quod regione malus error corruperat illa.
Inde reuertuntur patriamq́; reuiſere gaudent,
Quiſq; ſuam, Solo dimiſſo Symone monti
Qui præerat forti comes, ille fideli
Corde, manu forti, papalia iuſſa ſecutus
Et ſubiens onus impoſitum ceruice volenti
Tale videretur ne fruſtra nomen habere
Hæreticos omnes tota regione fugauit,
Quos occidendos comprendere forte nequibat
Non caſtrum, non vrbs, munitio nulla ferebat
Illius occurſum quin mox ſuccumberet illi
Quamuis pauca manus illum ſequeretur in armis.
Supplebat numerum probitas immenſa fideſque
Et ſic tota fere Chriſti prouincia legem
Auxiliante fuit Domino ſubiecta per illum.
Confugit ergo comes Reymundus ad Arragonenſis
Auxilium regis qui congregat agmina regno
Quotquot habere poterat nec defuit illi
Fuſinus comes & Tholoſana copia gentis
Maſſiliíq́; viri quoſque illi miſit Auigno
Albia chara nemaus & quos miſere Nauarri
Et quos nutrierat Careaſſo comesq́; biterrus
Conueniunt omnes numero bis millia centum
Mente vna cupidi cum Symone vincere Francos
Et dare vel morti patria vel pellere tota.
Armis inſtructi, ſed nec virtutis egeni,
Quorum ſemper erat probitas exercita bellis
Et feritas aſſueta neci cadiq; dicata.
Hi tantis certant cum Symone viribus vt vix
Se ſociosq́; ſuos defendere poſſet ab illis,
Cuius erant equites cum quadraginta ducenti
Septuaginta in equis famuli pediteſque treceuti
Cum quibus ipſe volens fortuna cedere forti
Murelli tuta caute ſe clauſit in arce.
Chriſtus enim ſanctis ita conſulit, vt vir ab vna
Se fugiendo bonus aliam conſeruet in vrbem,
Eſt etenim caute vis euitanda malorum
Ne quod mente parant perducant ſemper ad actum
Immo & ſanctis fuga ſæpius expedit ipſis
Quo ſuper ipſius nos inſtruit actio Chriſti,
Dum ſubit Ægyptum fugiens Herodis ab ira
Inconſulta trahat ne nos audacia ſponte
Velle mori cum noſtra videt diſcretio quam ſit
Vtilior noſtra mortis dilatio quam mors.
At Rex Arragonum totuſque exercitus eius
Murellum fixis circundant vndique ſignis.
Nec ſe moturos iurant niſi Symone capto
Catholiciſque viris eius qui ſigna ſequuntur,
Intra Murellum cum Symone contulerant ſe

Perſonæ primi multa pluresq́; ſecundi
Ordinis, & cleri quamplurima turba minoris
Arma quibus tractare negat lex eccleſialis.
Qui ſacra cœleſtis doctrinæ verba pluentes
Conſilium præſtant aliis qui belligerantur
Et bello ſuperant inimicos ſpirituali
Exemplo Moyſi pugnante precantis Hebræo
Quo ſurſum tollente manus vincebat Hebræus
Depreſſis autem manibus Moyſeq́; tacente
Victorem victor Amalech vincebat Hebræum.
Et ne plus omnes quam commoditatis haberent,
Neve grauis foret illorum præſentia caſtris
Exercebat eos vigor indefeſſus ad omne
Quod caſtrenſis opus ſibi ſollicitudo requirit
Plusq́; laborabant populo manualiter omni
Sola hæc quæ mortem poterant inferre cauentes.
Omnes hi pariter communi anathemate regem
Arragonum feriunt, & qui illum in bella iuuabant,
Qui nitebantur Chriſti peruertere legem,
Qui peruerſores legis releuare volebant
Vt Domini gladio percuſſi primo feriri
Promptius & noſtro poſſint à milite cædi.
Ipſe etiam vt vidit tot millibus, vndiq́; Symon
Se circumcingi, nec corpora ſe tot habere
Singula quot numero centenos hoſtis habebat,
Conſulit & tali compellat famine Francos.
Magnanimi proceres Troiana ſtirpe creati
Francorum genus egregium Karoliq́; potentis,
Rollandiq́; cohæredes & fortis Ogeri
Qui patria tam dulce ſolum, tot caſtra, tot agros,
Qui villas tot deliciis opibusq́; fluentes,
Qui tot amicorum tot pignora coniugiorum
Chara reliquiſtis pro Chriſti lege tuenda
Ipſum præ mentis oculis habeatis, & ipſi
Vos committatis ſoli, pro cuius amore,
Pro cuius tot bella fide, tot vicimus hoſtes
Qui ſolus potis eſt nobis conferre ſalutem,
Qui ſolus nos eripuit de mille periclis,
Qui ſolus nunc eripiet præſente periclo.
Tunc etenim ſe debet homo committere ſoli
Puro corde Deo cum quid ratione geratur
Ex ſe non reperit, cum quod natura vel vſus
Conſilium præſtat omni vacat vtilitate.
Obſidet hæc & nos gens tam numeroſa necare
Dira mente ſitit, iam fractis mœnibus iſtis
Caſtellum irrumpent ſpatio iam temporis arcto
Nos capient, mortiq́; dabunt, & noſtra ferarum
Morſibus & volucrum lautanda cadauera ſpargent,
Funeris vt tali contenti ſimus honore
Noſtraq́; tam nitidis tumulentur membra ſepulchris
Sic & in errorem Prouincia tota redibit
Sanctorumq́; fides & ſacramenta peribunt,
Sic ne capi ſatius & honeſtius eſſe putatis
Et ſancta fidei legisq́; videre ruinam
Quàm pugnando mori, niſi omnes tollet inultos

Mort ita not, numerum quin attenuemus eorum
Qui Domini gladio iam promeruere feriri,
Vt citius gladiis mereantur cedere noſtris.
Nunc rogo ſanctorum memores eſtote virorum
Symonis & Ionathæ ac Iudæ Mathatiantiarum
Et ſancti patris illorum fratrumq́; priorum
Sacra quibus donat Machabeis pagina nomen,
Quorum laus canitur & Feſta coluntur vbiq;
Qui tot tam fortes extirpauere tyrannos,
Idolatrasq; omnes tota regione fugarunt
Idola frangentes, loca ſacra readificantes,
In quibus ante Dei cultura ſolebat haberi
† ſanctificantes. *Omne quod Antiochus fœdarat † ſanctificantem.*
Tu Guillerme mihi fratrem quem nobilis ille
Barrarum dominus genetrix cum nuberet illi
Noſtra dedit frater nobis vterinus vt eſſet,
Nunc animo, nunc quaſo manu, te ſemine tanti
Ortum demonſtres imitationemq; parentis.
At tu Guido Comes quo principe Sydoniorum
Exultat regio pariterq; Philiſtica tellus,
Qui verè meus es germanus vtroq; parente:
Nunc nunc ſcribatur virtus vtriuſq; parentis
Mente tua, vt patribus ſimili probitate proberis.
Te quoq́; te moneo Rocii dominator Alane
Qui tot ſub noſtro feciſti rege triumphos
Qui te cum reliquis hac in certamina miſit
Voſq; alii proceres communiter eſſe velitis
Et patrum & patriæ memores genus vnde tuliſtis,
Ne patres ſibi diſſimiles, ne dulcis alumnos
Patria degeneres doleat genuiſſe, quod abſit.
Pracipuè regis ſummi ſtudeatis honori
Cuius mane nouo pugnabitis hoſtibus, ipſe
Dux velit & princeps pro ſe pugnantibus eſſe,
Sic fiat ſicut fuerit diuina voluntas.
Dixit & aſſenſu cœtus totius in vnum
Conclamante ſonum nullo variante fauorem
Somnis nocte data, ſub prima luce ſuorum
Primitias operum Domino ſacrat, Eccleſiamq;
Matutinus adit, vt cum ſolemnibus horis
Audiat officium, quo Chriſti paſſio rerum
Sub ſpecie noſtram typicè repetita ſalutem
Effectu haud dubio renouat. Mox omne recenſet
Robur, & ex vno tres efficit agmine turmas.
Protinus armati curſu rapiente recluſis
Egreßi foribus hoſtile feruntur in agmen,
Vt leo qui cauda ſibi verbere ſuſcitat iras,
Dum ruit armento vaccarum damna daturus
Quas videt oblitas, iam viſo graminis illo
Herboſis muſſare procul ſub vallibus Ida.
Sic Domini pugiles parili leuitate reſectis
Enſibus, oppoſitos idem impetus vrget in hoſtes.
Quo viſo Arragones gaudent veroq; furore
Inſanire putant, & ob hoc gratantius illos
Excipiunt, quos ſponte mori iam velle putabant.

De bel-

De bello Murelli.

Audaces igitur feriunt feriuntur & ipſi
Ictibus & primus aqua virtute reſiſtunt,
Et condenſatis ex omni parte coronant
Agminibus ne fortè fugam quis tentet eorum,
Quos in momento conſumere poſſe putabant
Inq; breui ſpatio concludere millia centum
Intra ſe putauere viros vix mille ducentos.
Iam latet & penitus Francorum turma videri
Non valet à tantis circumuallata cateruis;
Pugna recrudeſcit, ictus geminantur & haſtis
Nil agitur, gladii rimantur viſcera nudi
Nec tam par animis animus, non ictibus ictus,
Non pugno pugna, non vires viribus aqua.
Nam quemcunq; hoſtem Francus ferit, illico lapſus
Corruit & vitam tenues exufflat in auras.
Si quis adhuc viuens ab equo ruit, ocius illum
Dilaniant pedites & ei vitalia ſoluunt
Dum properant equites alios aut cogere labi
Vt peditum manibus rumpantur guttura lapſis
Aut in equis ipſis occidere vulnere crebro.
Rex furit Arragonum, ſic cadi ſe ſua coram
Pignora chara videns, nec eis ſuccurrere poſſe
Piget eum teneatq; ſuas in Symone vires
Indignans aliis concurrere quippe minores
Quoslibet indignos regali iudicat ictu
Cautior occurrit pugnaq; peritior illi
Symon & lateris flexu cauet illius haſtam,
Qua medias veniebat ei tranſfigere coſtas:
Tunc Regis dextra perniciter eripit haſtam
Et ſignum regale ſimul quod pendet ab haſta
Quod populum tanti faciens meminiſſe triumphi
Nunc cum vexillo Romana pendet in ade.
At rex extracto comitem ferit enſe, ſed ipſe
Fortior inſurgens rapto de vertice cono
Fortiter à ſella comes eleuat inq; vigentis
Circumflectit equi collo manibusq; duabus
Grauiter amplexum regem portare volebat
Et viuum ſeruare, neci quia tradere tantum
Fas non eſſe virum comiti putat, vt pius hoſti
Vt bonus eſſe malo populo laudetur ab omni,
Nititur ille viro elabi multoq; labore
Vix duro amplexu ſublabitur, inq; virenti
Gramine ſtare volens, proſtratus corpore toto
Concidit, & fulua iacuit reſupinus harena.
Arragones comitem circumſtant, & magis illum
Debellare ſtudent, quam regem tollere terra.
Ille velut turris ſtat firmus, & enſe rotato
Diſſipat inſtantes, & multo ſanguine pingues
Reddit agros, multaq; virum ſe ſtrage coronat.
Armiger vnus erat comitem prope nomine Petrus
† marte *Non indignus eques fieri vel † gente vel annis*
Occiſo qui lapſus equo pedes ibat, & ipſe
Penè ducenta virum dederat iam corpora leto
Iamq; gula regis ferrum thorace reducta

Aptabat, cui rex clamans, rex, inquit, ego ſum,
Tolle manum, cohibe, noli occidere Regem,
Sed potius viuum ſerues tibi multa daturum
Millia marcharum pro ſolo munere vitæ.
Petrus ad hæc: Modò te vidi cum non procul eſſem
Pectora velle tuo transfigere Symonis enſe
Meq́ peremiſſes & Francos vi ſimul omnes,
Si vultu tibi propitio fortuna fuiſſet:
Dignus es ergo mihi ſuccumbere, qui mihi mortem,
Qui comiti, qui Francigenis inferre volebas,
In te ſolus homo moritur, ſed mors tua nobis
Omnibus & noſtris eſt collatura ſalutem.
Rex es ego regis opto interfector haberi,
Hæc mea dextra tibi regalia guttura rumpat.
Qui de gente tua mutilauit membra ducentis
Quot dicas comitum manibus cecidiſſe meorum
Cum mihi tot ſoli data ſit nocuiſſe poteſtas
A Domino cui te feciſti improuidus hoſtem
Expedit ergo tuis vt eos comitere ſub vmbras,
Ne ſine rege ſuo paueant occurrere diti
Quem ſi forte queas per vim tibi ſubdere, vel tu
Rex ibi ſolus eris, vel conregnabis eidem
Propitiore tamen fato ſi vincere quæris
Et cauſa meliore tibi pugnare neceſſe eſt,
Vade nec oblitus fueris quæ munera Charon
Exigit, ille quidem nequaquam trans Styga ſiſtet
Teve tuoſve vbi tuus ille ſpiritus ante
Naulum perſoluat & porriges ore trientem
Quem penes eiuſdem ſunt omnis conditionis
Non domino ſeruus, non rex à milite differt
Nil vires forti nil diuitia locupleti
Omnes vaſe bibunt potus datur omnibus idem.
Hæc dicens ferrum regali ſanguine ſpumans
Traxerat, & vulnus alio geminauerat ictu,
Protinus Arragones amiſſo rege per agros,
Per valles fugiunt Fuſinus cum Tholoſano
Oſtendunt comites iam terga fugantia Francis
Et quicunq; necem poſſunt euadere, vitam
Auxiliante fuga pedibus ſaluare laborant
Plantis non gladiis mage ſe debere volentes.
Stabat adhuc Tholoſana phalanx prope fluminis vndas
Millia dena quater in papilionibus altis
Obſeruans aditus caſtri è regione ſiniſtra,
Ne quis ad obſeſſos veniat vel prodeat extra
Qui ferat aut quærat illis quodcunq; iuuamen.
Quos cum vidiſſet Bernardus præſul eorum
Qui tunc cum reliquis Murelli in turre manebat
Expectare quaſi bellum renouare volentes,
Significauit eis, vt ſe conuertere vellent
Ad rectam veramq; fidem, comitiq; fideli
Corde reformari, finemq; imponere bello.
Aſt illi famulum pietatis verba ferentem
Cædere theutonico non erubuere flagello
Et cum verberibus indigna opprobria paſſo
Vix licuit paucis cum dentibus inde reuerti

In ſignumq;

In ſignumq; illis à ſancto præſule miſſam
Præſumpſere ſtolam variis diſcingere plagis.
Quæ ſuper vt comiti re certificatio facta eſt
A Domini bello ſumma cum laude reuerſo
Quamuis Arragonum ſatis eſſet ſtrage grauatus,
Laſſatiq; viri poſt bella quiete foueri
Exigerent potius quàm rurſum in prælia mitti,
Egreditur portis, cum quo non menſe minori
Quàm ſi nulla die geſſiſſent prælia toto
Illa inuicta cohors inimica in caſtra feruntur.
Non audet Tholoſano phalanx exire furenti
Obuia Francigenæ numero ſed fiſa ſuorum
Seq; putans infra ſua caſtra reſiſtere paucis
Obſtruit introitus & ſe defendere tentat,
Sed breue per tempus Domini viduata fauore
Terga dat & tantos nequiens ſufferre furores
Sed cædi patitur & cedit turpiter hoſti
Vt vi fracta lupus ingreſſus ouilia nocte,
Non ſedare ſitim aut carnes immergere ventri
Dente petens auida, gregibus tantummodo rumpit
Guttura lanigeris & ſtrages ſtragibus addit
Sanguinis illecebras dum ſicca fauce ligurit
Et calida ſtomachum potus dulcore ſaginat
Haud ſecus illa Deo deuota per illius hoſtes
Turma necando ruit, gladiiſq; vltoribus iram
Exequitur Domini ſibi quam geminauerat ille
Deſertor fidei populus comes hæreticorum
Nec ſpoliare illos, nec quemquam prendere curant
Sed tantum aſſiduo rubricatis enſibus ictu
Effuſo vitam victis cum ſanguine tollunt
Inq; die virtus Francorum claruit illo
Tanta, quòd adiunctis ter millia quina duobus
Millibus ad Stygiam lux miſerit vna paludem
Dextraq; texit eos tanto diuina fauore
Quòd tantum exciderint ex agmine Francigenarum
Octo peregrini quos reperit hoſtis inermis
Quorum ſpiritibus lutea compage ſolutis
Chriſtus perpetuæ largitur gaudia vitæ
Nomine pro cuius cruor eſt effuſus eorum.
Non minor hac iterum victoria contigit illis
†melius circa *† Cura tempus idem quando victricibus armis*
Xantos, Burdigales, Blauios, Pictones & Anglos
Innumeroſq; alios variis à partibus illuc
Contra Catholicos mittente Iohanne profectos
Symonis edomuit virtus & nobile robur
Gentis Francigenæ numero breue, viribus ingens
Quæ ſumma meruit efferri laude per orbem
Multa triumphali dum cadit millia ferro,
Vnde quidem pauci fugientes cum Sauerica
Quem rex Anglorum temere præfecerat illis
Vix vitam ſaluare fuga meruere pudenda
Quo mox audito furiata mente Iohannes
Indignans ſibi nec fraudes nec bella valere
Arma quibus contra Francos nil proficiebat
In Chriſtum famuloſq; ſuos conuertit eiſq;

Imputat ignauiæ quod mente reſiſtere Francis
Non valet, & tanquam Deus hæc inſligat eidem
Supplicia immerito Domino confligere ſoli
Et Domini ſeruus animo contendit atroci.
Vlciſcens igitur in Chriſti membra Philippo
Se totiens victore mari terraq; fugatum
Et quòd nullus ei conatus cedit honori
Eccleſias ſpoliat, cleri bona diripit, omnes
Ruricolas ciueſq; bonis proſcribit auitis
Flagitiiſq; miſer variis ruit in ſcelus omne,
Laxat fræna gulæ, maculatq; libidine corpus,
Arctat auaritia cordis penetrale, nec vnquam
Attenuare ſitim valet accumulatio cenſus
Quoque magis ſedare illam ſitit accumulando
Hoc magis illius animum cremat ardor habendi
Semper vt inueniat artes, quibus improbus omnes
Qui ſibi ſubduntur argento priuet & auro
Quos ſpoliare nequit vel ſtrangulat enſe vel arctis
Compedibus vinctos longa nece cogit obire,
Quos veſana fames in carcere ſuffocat ipſo.
Prælatos etiam ſacris è ſedibus omnes
Eiicit & tota Anglorum regione relegat,
Vt procul ammotis cleri populiq; patronis
Res ſibi liberius acquirere poſſit eorum
Non parcit monachis aut quos Ciſtercius ordo
Candidat, aut habitus denigrat Cluniacenſis
Merlini vt pateant tandem problemata vatis
Quem dixiſſe ferunt: Olim dominabitur Anglis
Argento vrticas & lilia qui ſpoliabit
Albentes monachos nigroſq;, per hæc duo ſignans
Organa ſuſpendet, clerus tacet omnis vbiq;
Vox à laude Dei, nec ſacramenta, nec vllum
Eccleſia officium celebrat, ſeptemq; per annos
Se paganiſmi fœdat tota Anglia ritu.
Interea ſanctos paſcebat Francia patres
Sedibus eiectos propriis, quibus alta Philippi
Magnanimi pietas tutum præſtabat aſylum,
Vtq; onus exilii tolerent tolerantius atq;
Eccleſiæ fiſciq; bonis compaſſus alebat.
Nec minus hac ipſa ſub Pentecoſte Iohannis
Otho nepos regis Saxonicus omine læuo,
Quem ſors extulerat ad ſummi culmen honoris
Fleret vt imperium ſordere Nerone ſecundo
Vrbis Romuleæ fines & iura beati
Vaſtabat Petri, patrimonia propria ſerui
Seruorum Chriſti quæ verè nouerat eſſe
Iuris apoſtolici ſibi vir apiebat & armis
Romipetas & qui ſancta ſuccurrere terræ
Ibant, ex voto quos crux aſſumpta tueri,
Et tutos præſtare omni debebat ab hoſte
Suppliciis animo variis ſubdebat amaro,
Hos ſpolians, illos occidens, membra quorundam
Amputat, obſcuro multos in carcere claudit,
Extorquere queat vt plura numiſmata clauſis,
Si quem paupertas tutum iubet ire, flagellis

Cadi-

Caditur in patriam, veſtigia vertere iuſſus
Sedis Apoſtolicæ ne limina poſsit adire,
Obſidet introitus villarum, publica nulli
Strata patet nullis aditus dat ſemita tutos
Armatus valles & confraga prædo coronat
Ne queat hac vllus, aut illac ire viator
Pontes & gladiis & viſpilionibus horrens
Vt quotquot veniant ſpolient vi, nulla facultas
Viſendi Romam ve datur Domini ve ſepulchrum
De media populoſq; via docet ire retrorſum
Rumor & infectis ad propria remeare votis.
Ne ſua cum nequeant indemnes ſoluere vota
Præſumant certo ſeſe obiectare periclo:
Propter enim votum nulli eſt in damna ruendum.
Cum melius poſsit alio ſub tempore ſolui.
Sed ne continui nos frangat cura laboris
Intercidat opus, breuis hic pauſatio noſtrum
Tempore vel modico, qua reſpirare queamus.

LIBER NONVS.

Materia Noni Libri.

SChiſmaticos parat in nono delere Philippus
Bolonides regnum turbat profuguſq; Iohanni
Othoniq; fidem Ferrando complice iurat;
Concilium celebrant cum rege Sueſſone Franci
Quo ſe ſchiſmaticis ſtatuunt communiter hoſtes
Albidiamq; forent cum iam tranſire parati
Subiicit Euendis & ſe & ſua ſceptra Iohannes,
Damnum Dan infert claſſi totuſque crematur
Cum regione locus, Ferrandi proditionem
Flandria tota luit Francorum perdita ferro,
Sed miſerabilius perit omnibus inſula fallax
Tornacum Flandri ſeptem tenuere diebus.

REx ita dum ſæuit in Chriſti membra Iohannes
Eccleſiamq; pars ferus Otho furore moleſtat
Hic Anglos, hic Romipetas enormiter angens;
Audit & innata motus pietate Philippus
Eccleſiæ damnis cleri populiq; ruinis
Compatitur Chriſtiq; dolet decreſcere cultum
Audit & vltorem Domini Eccleſiæq; fidelem
Se fore promittit animoq; in vota ligato
Contra ſchiſmaticos magno cies arma paratu
Communemq; iuuat priuata iniuria cauſam.
Bolonides etenim ſe iam ſubduxerat illi
Othonis reprobi partes Angloſq; ſecutus
Non meritus iam ter ignominioſus haberi
Quo coram cunctis magis infamaret eundem
Tertia proditio triplicataq; factio culpa
Proditionalis pœnis grauioribus illum
Afficiat, dignumq; æterno carcere reddat.
Neſcius ergo ſuum ſe procurare nocumen
Nec præ corde videns olim ſibi quanta fuiſſ̃

Præſenti infelix pariat diſpendia facto
Tranſit ad Othonem ſummo quem latus honore
Suſcipit & nequam ſibi fœdere colligat Otho,
Neve veneno ſas moneat dubitatio mentes
Firmat amicitiæ iuratio fœdus iniqua
Se reliquo fidum, tanquam ſibi iurat vterq́;
Auxilia vt contra Francos ſibi mutua præſtent
Inq; Dei ſeruos animo graſſentur eodem,
Quos de Francorum regno propellere iurant
Si modò ſe dederit illis fortuna benignam.
Inde per albicomas populos patriamq́; feracem
Quam Scaldis fœcundat aquis, Lidusq; profundis
Flandrum litus adit vbi primum nactus ad Anglum
Nauigat, & tali compellat famine regem.
Si factis condigna meis penſare Iohannes
Præmia fortè velis, obſeruatoq; rigore
Iuſtitiæ tractare reum, pietate remota
Non prius accipiet breuis hæc oratio finem
Quam tua me gladio iubeat cenſura feriri
Occius vt facias caput hoc à corpore velli
Me ſcio nempe tuum merito amiſiſſe fauorem.
Nam tibi nil Franci, nil rex, nil bella tuliſſent
Gallica, ni clipeus imprimis noſter adeſſet.
Vnde nec admiror ſi me ſic oderis vt me
Tollere de medio tua quam Otho cogitet ira,
Sed quoniam fructum mea confert mors tibi nullum,
Vitaq; noſtra poteſt tibi commoda multa referre
† me *Viuere commodius tibi* † *ne permitte, meoq;*
Si ſapis à iugulo gladios procul eſſe iubeto.
Nam quod ſe mihi rex manifeſtè prodidit hoſtem,
Quòd caput exilio noſtrum damnauit, & omni
Me ſine iure mei iuris ſpoliauit honore
Hoc procuratum ſtabili fuit ordine fati.
Proſpectumq́; patris æterni examine iuſto
Vt me ſubtraheret Francis occaſio iuſta,
Inſperata tuis addens ſolatia fatis:
Nam tibi polliceor & cœli numina teſtor,
Aut tibi reſtituet ſine bello cuncta Philippus,
Aut tibi ceruicem dabit hæc mea dextra Philippi
Nec labor iſte grauis faueat cum Flandria nobis
† Lenomannus *Ferrandusq; comes cum Saxone* † *Louannus*
Et Pictauorum manus inuictiſſima bello
Theutonicusq; furor & laudatiſſimus armis
Otho nepos veſter ſolus qui præſidet orbi
Romanum imperium per bella potenter adeptus,
Qui Pictauenſem comitatum tam bene rexit
Saxonumq; tenet patria ditione ducatum
Tu bone rex in pace ſede tantumq́; miniſtra
Militiam & cenſum quorum tibi copia magna eſt.
Aſt ego Guillelmusq; comes Salebericus olim
Quem tibi prouidis naturæ gratia fratrem
Poſt Richardi obitum ne prorſus fratre careres,
Cætera peruigili curabimus omnia mente,
Ne qua autem noſtris lateat dubitatio verbis
Symone fratre meo valletur ſponſio noſtra

Obſide, cumq́ illo coniux nihilominus eius
Addatur comitis Pontiui filia, neptis
Francorum regis, cumq́ his noſtra inſuper vxor
† ſata *Rege † ſati Stephano, quæ cum ſit nata Mathæi*
Quarto iuncta gradu te ſanguine tangit auito.
Omnis duplicitas abeat, ſit pactio firma.
Accedit dictis atq́ addit pauca Iohannes:
Immo ego Pictoneſq́ mei Nannesica rura
Andegauimq́ omnem ſubitis terrebimus armis.
Vos & Ferrandus Viromannibus arma feretis.
Otho nepos noſter Remis inſtabit & illis
Partibus armiferis quas irrigat Alba fluentis
Et Materna vago tendens per plana recurſu
Herueinſq́ comes nobis eſt iure ligatus
† nunc *Iurando & † non occultè donec locus aſsit*
Et tempus, quo cum reliquis ſibi conſociatis
† Gaſtionenſes *In † Gaſtinenſias deſauiet & Senonenſes*
Vt circundetur hoſtilibus vndiq́ turmis,
Ne qua parte manus noſtras euadere poſsit
Impius ille tuo qui te ſpoliauit honore
Surripuitq́ patrum mihi iura antiqua meorum
Robertoſq́ ſuos in te commouit, vt ipſi
Et non ipſe magis te deieciſſe putetur.
Dixit, & extenſis comitem circumligat vlnis
Atque comes regi ſtrictis amplexibus hæret
Alternamq́ fidem per mutua baſia iungunt
Inq́ vicem ſibi ſe iurant fore corde fideles
Seruitiumq́ Dei Francorum expellere regno
Francis deuictis interfectoq́ Philippo.
Quæ cuncta in melius diuina potentia vertit
Sacrilegoſq́ ſuis laqueis ſinit illaqueari
Vt ſemper doleat dolus in ſe iure reuerti.
Quàm ſatius Reginalde tibi quàm rectius eſſet
In crucis obſequium proficiſci votaq́ Chriſto
Reddere quæ dudum vouiſti te cruce ſignans
Et verbo dare te regi factoq́ fidelem
Cui iuratus eras, qui tot tibi dona tuiſq́
Tot villas, tot opes, tot honores contulit illi,
Ipſius vt dono comitatus quinq́ teneres
Teq́ ſuo ſocerum nato pateretur haberi:
Non Domino contra ire tuo regniq́ quietem
Sic motu turbare nouo, totumq́ per orbem
Te luctus dare materiam cauſamq́ doloris
Si Moretolium tibi rex tulit Andelotumq́
Iudicioq́ ſtare negas quod Curia ſanxit,
Non tamen in dominum deberes bella mouere
Tam citò ſed potius vultu ſupplicare modeſto
Vt tibi det veniam teq́ in tua iura remiſsat;
Si ſupplex humiliſq́ redis poſitoq́ tumore
Poſcere te patitur innata ſuperbia pacem
Omnia reſtituet tibi protinus & potiora
Dona dabit ſolitumq́ bona cum pace fauorem
De cuius bonitate fuit te fidere dignum.
Scis etenim quantas tibi iam donauerat iras;
Quàm tua multotiens iniuria læſerit illum

Quàmq; ſibi charum te poſtea feceris ipſe
Nunc quia conſilio nolens parere ſalubri
Corde indurato ruis in tua damna ſcienter.
Vade tuiſq; para virgis tibi verbera, reges
Atq; duces tecum in mortem in vincula mitte
Quorum corda tua linguæ inuiſcata veneno
Arte tua noſti ſic infatuare quod ipſi
Non videant cæcos in quanta pericula ducas
† parit
Quæ ve illis ſubitus † paret infortunia caſu.
Vrbs antiqua ſedet gremio telluris opima
Belligeris populoſa viris, viciſq; decora
Quà ſpecioſa magis fœcundaq; ditibus aruis
Ad circumpoſitas ſe Francia porrigit vrbes
Qua parte auſtrali Tempe Meldenſia tangens
Et Syluanectim protendi paſſa penes ſe
Dioceſis Beluacenſis durat ferè vſq; ad portas Syluanectenſes.
Beluaco occidua fieri contermina gaudet
Carnopoli media quæ ſe diſtinguit ab illa
Sylnanectenſis dum rura dioceſis arctat
Trans Iſaram nimis auſa ſuas protendere metas
Laudnno Remiſq; ſitu confinis amœno.
Nouionum ad boream Trecas attingit ad Eurum
† diſcriminat
Et Cathalaunenſi non ſe † diſterminat vrbe
Indice cum fama cum ſit fundata Suenis
Exulibus merito ſortita eſt Sueſſio nomen
Lenifluis piſcoſis aquis, quam ditat & ornat
Mitis Atax Latias doluit qui ferre carinas
Itala cum Gallis inferret Iulius arma
Fluuius Remorum Indola.
Auxona cui faciunt nomen vulgale moderni
Qui tibi cum tollat natiuum Indola nomen
Ipſe ſuum perdit Iſara maiore receptus.
Hic quoniam facilis locus eſt quo confluat omnis
Abſq; mora varias gens circumfuſa per vrbes
Francigenum ductor prælatos Eccleſiarum
Et toto proceres de regno congregat omnes
Quorum ſtans medius placido ſic incipit ore
More ſuo breuitate ſtudens ſubſtringere verba:
Sanctorum ô ciues quos eccleſiaſticus ordo
Vicinat cœlo, voſq; ô venerande Senatus
Quorum militia multos iam vicimus hoſtes
Quot damna Eccleſiis Otho rex atq; Iohannes
Intulerint plenè nouit diſcretio veſtra.
Vnde Petri virgo merito percuſſus vterq;,
Fit ſubiici dignus gladio quoq; materiali
Cum non ſufficiat correptio ſpiritualis
Vt compeſcat eos cum fiant deteriores
Inq; malum magis audaces anathemate lato.
Quapropter quicunq; ſciens communicat illis
Traditus eſt Sathanæ pene factiq; ſodalis
Vnde mihi veſtrum Domino ſeruante fauorem
Mens mea proponit Anglorum inuadere regnum
Vt dignè feriat pœna vindicta Iohannem
† comitante
Aut ignominia regnum † cominante relinquat
Seruitiumq; Dei tandem renouetur ibidem
Anglia quo caruit ſeptem & multo amplius annis
Francia ſchiſmaticos & cleri quoſlibet hoſtes,

Debellare ſoles & caſtigare rebelles,
Quicunq; Eccleſia iuſſis parere recuſant
Nec fuit hoc noſtro neglectum tempore, nec vos
Hoc ad opus noſtrum veſtra hactenus arma negaſtis.
† nunc *Nunc ergo ô ſocii bellorum † non rogo vires,*
Quiſq; ſuas domino præſtet qui præſtitit illas.
Nec cuiquam dubitare licet quin gratia præſens
Ipſius adiutrix pro ſe pugnantibus aſſit.
Dixerat. At proceres veneranda q; Curia ſancti
Concilii palmas alacres ad ſydera tendunt,
Et conclamantes voto communiter vno
Tam ſanctum regis tam commendabile laudant
Propoſitum, ſeſeq; in idem diſcrimen ituros
† pignore *Vnà promittunt, promiſſaq; † pignora firmant*
Iuriſiurandi, primus Lodouicus & Odo
Allobrogus, Comes Herueius & Belluocenſis
Guiſchardus iurant, iurat Sauaricus id ipſum
Ad tempus varians Pictonum more fauorem,
Dux quoq; Lourania regis gener atq; Nemurci,
Et Barri comites, & Guido Domnipetrinus,
Vindociniq; comes, cum Treceenſi comitiſſa,
Et Rothobertigena Britonum Dux nomine Petrus,
Et Robertus cui frugis vaſtatio caſu
Agnomen puero dederat fraterq; Iohannes.
Illorum cui Brena dedit cognomen & ortum,
Cum genitore ſuo Roberto iam ſeniore:
Qui cum fortis adhuc membris animoq; vigeret,
Proteſtabatur tali ſe prole beatum,
Quem Beluacenſis comitatur Epiſcopus eius
Germanus quorum regis patruelis vterq; eſt.
Hos odium maius priuataq; cauſa mouebat
Vt ſtrepitu maiore arment in bella cohortes,
Cum quibus antea quam regni eſſet publicus hoſtis
Immortale odium & guerram Reginaldus habebat,
Et quia rex ab eis non defendebat eundem
Iuſtius eſſe ſciens neutris parare iuuamen
Quàm fieri malè gratus eis dum ſubuenit iſtis
Vt ſine defectu parti forti æquus vtriq;
Irritare ſuum dominum præſumpſit eiq;
Eſt inferre minas multis præſentibus auſus
Nec ſuper his iuri monitus parere volebat
Solaq; cauſa quidem fuit hæc cur exulet ipſe
Omnis baro, comes, dux, rector, epiſcopus, abbas
Cum reliquis membris regni ſe fœdere firmo
Sponte ligant regi: vireſq; in prælia ſpondent.
Rex vbi Francigenas tam prono pectore bellum
Accepiſſe videt proceres ad propria mittit,
Vt propriis ſatagant domibus diſponere, req;
Diſpoſita certum redeant poſt tempus ad ipſum.
Ipſe incunctanter iubet arma rateſq; parari
Aſſignatq; diem Maii qua dena Kalendas
Subſequitur quà Bolonico ſe littore claſſis
Exhibeat latura viros armiſq; parata
Omnibus & rebus quas res tam ſumma requirit.
Quo cum veniſſent rex ac exercitus omnis

Omnibus inſtructa rebus iam claſſe ſuoſq;
Expectante nothos tempuſq; meantibus aptum
Solus Hyberigena Ferrandus defuit ille,
Solus noluerat vires promittere regi
Nec ſe cum reliquis iurando iure ligare
Quippe ligatus erat per iuramenta Iohanni
Et regi Othoni, ſic procurante nefandam
Boloniđe fraudem per quam nihilominus ille
Proditor & dignus fieret ſcalere cathenis.
Hic Ferrandus erat Hiſpanus gente nepoſq;
Nobilis illius Mathildis Portegalenſi
Quæ ſat a rege fuit comiti ſponſata Philippo,
Qui cum prole carens Acharom moreretur in vrbe
Baldoinus ei ſucceſſit, quem ſoror eius
Henniuuſq; comes illi genuere nepotem
Regina Eliſabeth fratrem, qui poſtea regi
Bella mouens regno exuit factuſq; monarcha
Imperium tenuit Græcorum tempore multo
Poſtea quem Tracum dux interfecit ibidem.
Cui cum nec proles vlla eſſet maſcula, natæ
Florebant geminæ in patria ſpes grata nepotum
Quas enutriri tenere faciebat, vt alti
Sanguinis hæredes regis tutela Philippi
Qui primogenitam poſtquam de patris earum
Conſtitit interitu totali cum comitatu
Ferrando vxorem donauit munere largo
Eius ad hoc amitæ ſuplicamine ductus & aſtu
Ignarus facto quæ talia damna ſequantur.
Poſtquam Ferrandus comitem ſe vidit, & altum
Ex humili, magnum de paruo, paupere ditem
Detractare iugum cœpit regale modumq;
Quærebat fieri quo poſſet liber ab illo,
Vnde nec erubuit regis contemnere verbum
Et domino contraire ſuo, nec adeſſe vocatus
Quamuis pactus erat regi paribuſq;, quòd æqua
Mente ferat quicquid ſuper his rex imperat illi
Stans verbo potius quo ſe conſtrinxerat Anglis
Vt cum tranſierit Francorum exercitus omnis
Debellaturus Anglos regemq; ſuperbum
Deſolata ſuis temere cum rege patronis
Arbitrio pateat ipſius Francia tota
Ipſeq; cum Flandris regni pulcherrima vaſtet
Proq; ſuo libitu de regno & rege triumphet.
Iſta proculdubio Ferrandus mente fouebat
Hæc ſe facturum iurauerat ipſe Iohannis.
Inſidiuſa fraus vtilis inſidioſo
Ipſi ſi ſoli prænoſſe daretur eandem,
Sed nihil occultum quod non quandoq; pateſcat,
Nil ita ſecretum quod non aut fama reuelet,
Aut ſapiens vino deprendere calleat aſtu
† fiunt *Tam certis ſignis quàm fama murmure † finit*
Quæ facturus erat Ferrandus nota Philippo
Propoſitum mutat mutato tempore claſſem
Præcipit vt properet Sauaricus ducere Danum
Pictoneſq; ſui quibus ars preatica nota eſt

Atque

Atque latmatorum galiota cum Ludouico
Cumque ſua nulli rapta parente Cadocus
Littore Bolonico diffunditur in mare claſsis
Vixque ſatis quo currat habet, nimis arcta videntur
Æquora tot ratibus auſtris ſpiramina deſunt
Vela quibus tot ſparſa queant ſinuare per vndas
Quaſi cuncta velis vno deſigere viſu
Frons oculis tua linceis armetur oportet
Quod ſi ſub numero comprendere forte labores
Nauibus argolicis quas Eurus in Aulide longo
Tempore detinuit iter impediente pelaſgum
Neptuno ne Troia quam ſtruxerat ipſe
Quingentas bis quinque rates & quatuor adde.
Quo ſe non vertit egeat ne prorſus egeſtas
Quam ſibi non mendicat opem qui non habet ex ſe
Auxilium ſibi ſufficiens inſtante periclo
Præcipue ſibi cum ſe fortior imminet hoſtis
Viribus & cauſa quo ſe videt eſſe minorem
Seque ſuos meminit læſiſſe ſcienter amicos
Omnia prætentat, omnes ſe vertit ad arces
Hoſtibus ex ipſis fieri ſibi curat amicos,
Quorum ſubſidijs alios eludere poſsit.
Sæpius erudiunt peruerſas verbera mentes
Pluſque flagellando ſeruilis pœna timorque
Proficit vt reprobos reproborum reprobet actus
Quam diuinus amor aut exhortator amicus
Poſsit ab aſſuetis reuocare reatibus illas
Contritum ſimulans fallaci corde fatetur
Tantorum ſcelerum ſe pœnituiſſe Iohannes
Audet apoſtolicis dare ſub pietatis amictu
Verba viris qui ſunt à cardine nomen adepti
Et patrum patri blando ſuplicare precatu,
Vt veniam præſtet errantibus omnia clamans
Reſtituam clero, regni depono coronam
Indignum qua me fateor vaſſallus haberi
Eccleſia volo Romana, diadema reſigno
Petre tibi toto cum regni iure, mihi Rex
Amodo Petrus erit, ego Petri miles habebor.
Acceptans pater iſta patrum commenta Iohannis
Gaudet, in partes Pandulphum deſtinat illas
Cui confirmaſſet per ſcripta patentia pactum
Iureque iurando de pactis ſtando Iohannes
Illius in dextra ſceptrum regale reſignans
Se propere regnumque ſuum ſic mancipat, vt ſit
Vaſſaldus de rege nouus de principe miles
Regnet vt ipſe tamen ſub Petri nomine, marcas
Argenti propter ſoluendo mille quotannis
Hoc regnum Anglorum decorauit honore Iohannes
Hoc generi prædulce ſuo decus addidit, vt ſint
Reddere conſtricti Romanis rite tributum,
Priuati ſceptro cum libertatis honore.
Ergo relaxatur ſententia cautio rerum
Reſtituendarum fragili munita ſigillo,
Qua fuit effectu poſt hoc caritura ſupremo
In patriam clerum reuocat, dant cantica ſignum

Lætitiæ, officiumq́; Dei renouatur vbique.
Claſſis prima quies Caleſi fuit, altera portu
Fit Grauelinga tuo quo Rex aciesque pedeſtri
Perrexêre via, cui ciues omnia ſecum
Exponunt bona, quæ vicus tam diues habebat.
Noluit ille tamen villam ſpoliare, ſed illam
Sicut erat domino Lodouico ceſſit habendam.
Inde mouent iterum claſſis legis æquoris vndas
Quod Blætinorum candentia littora lambit
Quaq; mareſcoſos extendit Flandria campos
Et qua bellipotens media inter prælia terram
Sulcat Tſangrinus gladio munitus & haſta
Qua ſola furnus arat finibus vicina marinis
Quaque ruinoſos oſtentat Belga penates
Semirutaſq; domos regni monimenta vetuſti
Nemus armipotens vbi bella frequentia geſſit,
Quem nunquam ſibi præualuit Romana poteſtas
Subdere omnino certiſue ligare tributis
Belga Coninnorum Lucano teſte repertor
Belga potens opibus, armis, & viribus olim
Romanis valde infenſus tantaq; per orbem
Laude celebratur quod ab illo Gallia priſcum
Belgica nomen habet, regni pars tertia Galli
Hinc quoq; digrediens flatu propulſa ſecundo
Portum læta ſubit à damno nomen habentem
Qui tam latus erat tantaq; quietis vt omnes
In ſe ſufficiat noſtras concludere naues.
Quo valde ſpecioſus erat Dan nomine vicus
Lenifluis iucundus aquis atque vbere glebæ
Proximitate maris portuque ſituque ſuperbus.
Hic Sauaricus opes cunctis è partibus orbis
Nauigio aductas ſupra ſpem repperit omnem
Infecti argenti maſſas, rubeiq; metalli
Stamina Phœnicum, ſerum, & eladumq; labores
Et quas huc mittit varias Hungaria pelles
Granaq; vera quibus gaudet ſqualata rubere
Cum ratibus vino plenus Vaſconia quale
Vel Rupella paris cum ferro cumque metallis
Cum pannis rebusque alijs quas Anglia, vel quas
Flandria contulerat illuc, mittantur vt inde
In varias partes mundi dominiq́; reportent
Lucra ſuis, quibus eſt ſpes ſemper mixta timori
Sorte comes dubia ſubitiq; anguſtia caſus
Omnia quæ pyrata rapax Sauaricus & eius
Dira cohors in idem ſibi concinnatæ Cadoco
Indigenis contra percuſſa fœdera pacis

Promiſerāt enim pacem Danicis pro certa quantitate pecuniæ, ſed auiditate rerum aliarum ducti mentiti ſunt eis.

Diripuere ſibi ſocijs iuuantibus ipſos
Non veriti violare fidem pactumq; negare
Qua noſtris peccata reor nocuere carinis.
Rex vero interea patriam ſibi ſubiugat omnem
Vndiq; diſperſis per rura patentia turmis
More locuſtarum quæ terra plana tegentes

Caſſellum quoddam fortiſſimum caſtrum.

Se ſpolijs ornant prædasq; abducere gaudent.
Mox ſubduntur et ſola formidine ſummo
Mœnia Caſſelli pendentia vertice montis.

Quæ cum militibus bene muniuiſſet & armis
Impiger Ypreias propero ſubit agmine partes
Et ſibi cum multis caſtellis ſubiicit Ypram.
Hic mentitus iter regi Ferrandus adeſſe
Noluit, illius quia iam ſuſceperat vxor
Infælix quæ non bene vertat dona Iohannis
Quo magis iratus acies Rex explicat vltra
Non ceſſat donec ſibi Brugia ſubiciatur,
Cum tot nobilibus quibus eſt circundata vicis
Inde Sueſſonico comiti iubet Hangeſideque
Alberto, vt Dani maneant pro claſſe tuenda
Adiciens illis cum quadraginta ducentis
Militibus, bellis expertos millia dena clientum.
Hinc procul amotos fines poſtremaque regni
Flandrorum penetrat, iuuat indagare receſſus
Et populos gelidam qua Flandria reſpicis Arcton,
Qua ſe Brabancis procul hinc conterminat armis
Qua Guilliquino fieret conterminia regno
Si mare ſe medium non interponat vtrique
Scaltus ſiue ex ſcaldus idem eſt quod Scaurus.
Lidus vbi Scaldo commixtus ad æquoris vndas
Nomen ferre ſuum Scaldo ſuperante vetatur.
Illuc ergo ſuas tandem Rex applicat alas
Vt Gandauorum faſtus obtundat, & ipſos
Inclinare ſuo ceruicem denique regi
Se illi cogat ſubiectos eſſe fateri
† Nomine
† Nomen quem ſolo vix ipſi noſce volebant.
Quorum dum portas clauſas ſibi frangere vellet
Inſtrumenta parant quibus oppugnare ſuperba
Mœnia feſtinet mediaſque irrumpere turres
Nuncius ecce ferens à Dano ſcripta citato
Caſtra ſubit greſſu, triſtique ita clamitat ore:
Heſternum Rex ante diem Salebericus heros
Boloniusque comes cum gentis millibus Anglæ
Belligeris ſubito ratibus longiſque galeis
Applicuere ſimul prope nos, vbi faucibus arctis
A pelago refluit in Danica littora fluctus
Iam ſua per ſpeculas Bloetinus ſigna leuauit
Omnis Yſangrinus furnites Belga ſub vno
Cœtu Ferrando comiti ſe conſociarunt,
Et noſtris cum Bolonide iam nauibus inſtant
Littoreque lato temere ſibi diſſociantur
Quas vno ſimul eſſe ſinu ſecurius eſſet.
Ille volebat adhuc ſuperaddere multa, ſed ecce
Nuncius alter adeſt dictiſque ſuperſerit iſta.
Sincopat & medios vix intellectus anhelo
Ore ſonos, trepido ſuſpenſus pectora curſu.
Iam quadringentas tibi ſublegere carinas
Nec patet egreſſus qua cætera claſſis in altum
Si velit ire queat. ſic porticus anglica fauces
Militia obſeruat littuſque coronat vtrumque
Nec ſecura manet gremio nauahs in ipſo
Defenſore carens facilique parata rapinæ
Nec Guillelmus habet pullus ferrata tueri
Dolia quo poſſit, quæ plena numiſmate turgent
Quo ſolet ipſe ſuis numerare ſtipendia caſtris

Pollice diſpenſans fiſcalia dona fideli
Dum ſua Pictones ſpolia auxiliante Cadoco
Qua modo Danitis rapuerunt fœdere fracto
Cura maiori tua quam & naualia ſeruant
Solus cum paucis Robertus Piſſiautes.
Suſtinet incurſus & villa clauſtra tuetur
Germanosq́; duces conflictu amiſit in ipſo
Obſidet hoſtilis portas exercitus omnes
Omnia perdidimus ſi tu cunctaris adeſſe.
Hæc cum dixiſſet, regi porrexit vtrinq́;
Scripta Sueſſonici comitis ſignata ſigillo
Per quæ conſtaret illos vera eſſe locutos.
Vt dictis eſt facta fides Rex nulla moretur
Nos mora conſilij rebus ſuccurrere lapſis
Feſtinemus ait, operis iam quicquid habetur
Præ manibus valeat, non eſt mihi vincere tanti
Gandauos, vt pro Gandauis tanta ſubire
Damna velim ſocios cum claſſe amittere noſtros,
Sed quia non facilem præbet ſe Flandria, per quam
Agmina tanta queant properato incedere greſſu
Ducere quadrigas quibus eſt ſummasque neceſſe eſt
Expedit vt lembus aliquis præcedere turmis
Nos velit, vt ſocijs medium dum pone venimus
Tempore ſpes creſcat & conſolatio noſtris.
Dux Britonum onus hoc Petrus pro munere magno
Sponte ſubit qui cum quingentis veſpere ſero
Militibus caſtris egreſſus membra quiete,
Non releuans ad nos peruenit mane ſequenti
Tertia cum nondum foret hora exacta diei
Lætitiam nobis addens gratumq́; iuuamen,
Quem Rex vt potuit pro tanta mole ſecutus
Spe citius Danum peruenit luce ſecunda,
Cuius in aduentu perterritus hoſtis ab illa
Parte fugit qua nos vrgebat ſolis ab ortu
Quem ſequitur laxis dux Burgundinus habenis
Hereiusq́; comes, & quos Campania miſit.
Solis ad occaſum nos liberat hoſte fugato
Regia progenies Ludouicus & inclitus ille
Barrarum dominus, quos millia multa ſequuntur
Roboris inuicti iuuenes probitate probati.
At Rex quique eius lateri ſpecialiter hærent
Quos ſibi bellorum ſocios ex omnibus ipſe
Delegit, porta egreditur, quæ vergit ab Arcton.
Sed quia foſſatis iter impedientibus, hoſti
Non poſſunt facie oppoſita concurrere paucos
Occidunt, paucos capiunt, tamen vſque carinas
Cadere dum fugiunt non ceſſant turpiter illos.
Imo nec in ratibus auſi remanere retracto
Quippe mari ſiccum naues naualc tenebant
Se Caribis procul à terra ſcaphiſque reducunt,
Dumque cateruatim ſubeunt naualia multi
Morte cadunt, multi capiuntur littore in ipſo
Formeſellarum dominus Galterus & ipſe
Bolonides capitur, ſed caris cognitus idem
Cognatisq́; ſuis ipſi qui iure timebant

Ne Rex

Ne Rex pro culpa merito iam puniat ipſum
Exutus notis inſignibus atque maniplis
Immixtus ne notus item capiatur ab vllo,
Cum damno ſinitur multorum liber abire
Cuius equum, cuius clipeum galeamq́ nitentem
Balenaque iubas ceu cornua bina gerentem,
Cum iam victores poſt pugnam in caſtra rediſſent
Vidit & agnouit Rex atque exercitus omnis.
Nec mora per totam feruent incendia terram
Millia mille domos ſimul incinerare ſub vno
Momento gaudet effrena licentia flamma
Quicquid conſpicuum quod pulchrum diuite gleba
Flandricus axis habet pelago conterminus Anglo
Igniferi tota non ceſſant nocte cremare.
Iamque dies aderat Penteccoſteſque beata
Gaudia per totum celebranda fideliter orbem
Orbita finito iam vere reduxerat anni.
Poſt igitur Miſſa ſolemnia tum dape nondum
Aut ſapido bacchi recreaſſet membra liquore
Galterum iuuenem Rex Bartholomea Garinumq́
Alloquitur votumq́ ſuum dilucidat illis.
His etenim ſolis re confidenter in omni
Enucleare animum ſecretaq́ vota ſolebat.
Quis me teſte Deo Zelus commouerit Anglas
Viſere velle plagas plene diſcretio veſtra
Agnouit, quo me vot ſcitis nullus honorum
Ambitus aut rerum delectamenta trahebant
Solo diuini Zelo ducebar amoris
Noſter vt Eccleſia oppreſſa ſuccurſus adeſſet.
Nunc autem aduentus ſola formidine noſtri
Cum ſua ſe † ſubdiderit Romanis ſceptra Iohannes † Subdit
Sicq́ ſatisfactum Pandulpho iudice clero,
Qui noſtro in regno quam pluribus exulat annis
In melius mutante ſtatum iam ſorte benigna
Et nos propoſitum noſtrum mutemus oportet
Damna carinarum mihi quas Ferrande tuliſti
Brugia reſtituet, & quos in vincla tenemus
Sexaginta viros quos gloria maior honorat,
Inter eos omni qui ſe pro ciue ligarunt
Millia marcharum mihi ſexaginta daturos
Proq́ ſuis quos victa dedit conciuibus Ypra
Æra ſoluturos ſub eodem pondere nobis
Non minus hac eadem nos damna tuliſſe dolebunt.
Et quia difficile eſt reliquas educere portu
Anglica cum claſſis aditus obſeruet & aquor
Nec via ſit pelagi noſtris bene cognita Francis
Omnes præcipio, rebus prius exoneratis
Omnibus, in cinerem redigi, nec ſit mora dicto,
Quin omnes hodie videam ſimul igne cremari.
Ne reputo damnum quod pars aduerſa reſarcit,
De proprio & triplici redeunt diſpendia lucro,
Flandria tota fere noſtris iam ſubiacet armis,
Et quod adhuc ſuperat ſatis eſt ſuperabile nobis.
Quo bene completo poterit victoria talis
Sufficere ad præſens, magni eſt mihi cauſa triumphi

Quod regnum Anglorum per nos ſibi Roma ſubegit.
Dixit, & vt dictum res eſt regale ſecuta
Hinc abit & geminas faciens properando diætas
Gandauos iterum reduci premit agmine muros
† deeſt quidpiam ſubiecit
Quod ſibi cum pacto † ſubicit eodem
Brugia quo ſe illi nuper ſubiecit & Ypra
Audanar demum præter rapit agmina caſtrum
Dedidit Arnulphus quod mox indemniter illi
Repenitus ſalua certi ſub fœdere pacti
Quod non per multum ſeruauit temporis ille.
Hinc quoque Cortery vt mœnia capta ſubiuit
Nos vbi barbarica poſt verba incognita lingua
Sub qua longa diu fueramus tædia paſſi
Demum natiua cognouimus organa vocis.
Inſula poſt triduum modica fuit obſidione
Vertice demiſſo regi parere coacta.
Quam multo bene firmatam Rex milite munit
Atque ſatellitibus quibus omnibus Athius Hugo
Præfuit, vt villam vicino ſeruet ab hoſte.
Nam fieri poterat quod poſtquam abſceſſerit inde
Ferrandus ſubito aduenıens ſibi ſubiget illam
Gaudeat & ciuis domino ſeruire priori.
Quod merito metuens in vico nomine Darnel
Rex fabricare nouam ſtuduit quantocius arcem
Qua ſua gens tuta eſſe queat arcemque tueri.
Obtinet hinc abiens ſub quarta luce Duacum
A propria ſibi Ferrandi à lege ſolutum
Sub ditione ſua quod adhuc tenet atque tenebunt
Francorum reges per ipſum iure perenni
Poſtmodo ſupponi doleat me rege minori
Vt gladio doleat meritas exoluere pœnas
Flandria regali proprio ſibi denique damno
Non licuiſſe videns gremium dare proditioſis,
Dum collata luit Ferrando dona Iohannis
Impetrata viros à rege licentia latos
Ad proprias digna ſedes cum laude remittit.
Nec mora Sequanias in partes rege reuerſo
Bolonides iterum coniuratique tyranni
Rex quibus Anglorum numeroſa ſtipendia belli
Irritamentum loculis fundebat apertis
Agmine denſato renouant in prælia vires
Immemores modo ſe victos cum claſſe relicta
Intus in Hallandam lenibus fugere phaſelis
Et Guilliquinum comitem ſibi conſociarunt
Qui viſcoſa ſequens dona & promiſſa Iohannis
Quinque virum decies adiunit millibus illos
Poſt tamen inque breui ſeſe ſubtraxit eiſdem
Iram magnanimi nolens incurrere regis
† Dein
† Deinde contra pacti iuramentique tenorem,
Quo nuper ſeſe conſtrinxerat inſula regi
Ferrando fœdus ferit & clam nocte reductis
Proditione ſeris portarum clauſtra recludit,
Cumque ſuis introducit legionibus ipſum.
Francigenæ verò quos Rex dimiſerat illic
Municipes, patriæ cuſtodes, proditioſos

Vt ſen-

Vt ſenſere dolos caute ſe in turre receptant,
Arreptiſque armis ſolita virtute reſiſtunt
Ferrando Flandriſque ſuis, ſed impete primo
Dum ſubeunt armis nondum ſua corpora tecti
Non omnes potuere necis vitare periclum,
Quin aliqui fuerint capti pluriqne perempti.
Interea curſu feſtinant agmina rapto
Qua Rex iratus partes eduxit in illas
Incunctanter auens correpto tempore charis
Auxilium conferre ſuis, quos hoſtis in arcto
Sic premit, vt preſſis ſpes iam ſit nulla ſalutis,
Qui cum veniſſent muros indagine facta
Cingere non curant, ne ſit mora forte periclo,
Dum ciues inſtant Francos excludere turri.
Ex improuiſo qua Solis reſpicit ortus
Ad portam veniunt ſtrictoque repagula ferro
Confringunt valuas, ſumma vi cardine verſo
Diſcludunt, murotq; prius quam ſcandere fas ſit.
Indigenis, vicos ſubeunt primoque furore
Ignibus appoſitis pulcherrima quæque domorum
In terram faciunt procumbere, verſice verſo
Sicque fit vt ſtant maiora incendia damno
Ciuibus infidis quam ferrum aut dextera pugnans
Sufficit exceſſus vlciſci ſola doloſos
Vulcani rabies quam ſpirans Æolus auget
Nec tantum iunctos lateraliter improba vicos
Incinerat, verum procul inde volante fauilla
Quicquid habebatur pulchri inter mœnia, flamma
In nihilum redigit vno violentia puncto.
Cum domibus pereunt omnes, vitare periclum
Quos infirma vetat ætas, aut debile corpus
Qui pedibus, qui fortis equo fugiendo recedit
Se gemino retrahens hoſti flammaq; furori.
Et poſt Ferrandus dumos & deuia quæque
Mente ſubit pauida, talos ad limina portæ
Semper habens, vultus non audens flectere retro
Neve labatur aut paſſum forte vel vnum
Perdat iens leuam ſeu dextram vix ſinit horror
Reſpicere, eſſe loco ſe tutum non putat vllo,
Iam perimi iamiamque capi ſibi viſus ad omnem
Qui venit à tergo ſtrepitum palleſcit, & omnis
Neglecta facie ſanguis ſubit abdita cordis,
Vt lateat trepidoq; ferat ſolatia cordi.
Sic metuens metuendo metu pœnam luit ipſo
Pœnaque fit præſens pœna formido ſequentis.
Plus tamen adiuuit fortuna dextera victos
Quam fuga vel curſus quo ſe ſoluare ſtudebant.
Humida nam tellus carecto fœda paluſtri
Et viſcoſa tegens limoſo viſcera plano
Interiore ſinu ſubeunte calore vaporans
In noctis faciem conuertunt aera triſtes
Exhalans mixto nebulas humore calori
Vt nocti viſus vix ſe vectoris ad aures
Extendat, nec quis præcedat quiſve ſequatur.
Quis veniat iuxta poterat dignoſcere quiſquam

Vnde ſequi tantum licuit noſtratibus illos
Quo villa dabat vſque furens incenſio lucem,
Cum medias Sol per nebulas lucere nequiret
Innumeros tamen occidunt pluresq́; retentant,
Quos Rex perpetuos emptori cuilibet omnes
Vendidit in ſeruos & vinxit ſtygmate iugi
Inſula tota perit miſera ſeruata ruina.
Quicquid enim tota ſibi flamma cremabile villa
Repperit abſumſit reliquum inſtrumenta deorſum
Ferrea deijciunt turre ſtrictique ligones
Nec turris quam Rex fabricauerat integra manſit
Ne quid ibi maneat habitabile denuo Flandris.
Hinc quoq; Caſſelli ſub eodem ſumma fauore
Mœnia deiecit, ſimili ne proditione
Deficerent illi Ferrando forte recepto.
Vrbs erat & rebus & ciue ſuperba potenti
Nomine Tornæum Scaldi contermina ripa
Quam gentilis adhuc Rheni transgreſſus abyſſum
Clodius in gladio primus poſſedit & arcu
Qua cum ſeruiſſet illi & ſucceſſoribus eius
Poſtea Francorum nunquam ditione receſſit,
Hanc cum Ferrando Regnaldus fraude latenti
Obtentam de nocte nouem tenuere diebus
Kandulpho patrante dolos Moritania cuius
Imperio ſuberat vir fortis conſilioque
Aſtutus nimium, qui ſe fingebat amicum
Immo tenebatur vrbi fidiſſimus eſſe
Præſulis & regis homo ligius, & feodali
Iure tenens ab eis terrarum quicquid habebat
Sed ne fraus illis lucroſa diutius eſſet,
Rex Sancti Pauli comitem fratremque Garinum
Tornacum miſit pugnatricesque cateruas
Aſſociauit eis fortiſſima corpora bello
Qualia Sequanijs producit Francia ripis.
Qui licet hoſtili numero minor eſſet eorum
In duplo numero, tamen auxiliantibus vrbe
Ciuibus expellunt, regique viriliter vrbem
Reſtituunt, & ne Kandulpho proditio ſit
Impunis vicos inuadunt eius & vſque
In nihilum redigunt pro tanta motibus ira
Nobile nec caſtrum Moritania tam ſpecioſum
Tam præmunitum, muriſque ſituque locali
Atq; viris, vires vt nullius eſſe timendas
Diceret ipſa ſibi, cauit commune periclum
Funditus à fundo exciſum & cum plebe ſepultum
Quique laborabant ipſam defendere ab intus
Omnes à Francis capti occiſi ve fuerunt.
Nunc vtinam nunc Phœbe velis Helyconidas omnes
Inſpirare mihi ſpirans ſpiramine ſacro
Quicquid cirreis ſacri ſpiratur ab antris
Quicquid Caſtalijs potus hauritur ab vndis.
O nunc Lucani ruat in me ſiue Maronis
Spiritus, aut ſaltem Thebani vatis imago
Non vt Pythagora vano phantaſmate laudes
Qui ſicut garrit Troiani tempore belli

Panthoides ephoribus erat, dum credit ab vno
Corpore poſſe animam transfundi in corpora multa:
Verbo quem ſolo terra cœliq; creator
Infundendo creat Deus infunditq; creando
Sed tantum vt merear veſtigia lambere ſola
Vnius ſimilis in carmine factus eorum
Ne ſenſus breuitate mei præclara Philippi
Fama relenteſcat præconij effecta minoris.
Occupat ecce manum libri diſtinctio noui
Qui geminos audet ſimul affectaſſe triumphos
Et licet ad primum trepidet nec ſufficiens ſit,
Vt totum capiat in ſe vix ecce ſecundum
Suſtinet vndecimi conſumet pagina libri
Tam feſtinanter cupit inſudare bouinus.
Rex vbi bellorum ſummam concluſit, & hoſtes
Marte triumphauit vno finaliter omnes
Quod quanto grauius tractari ſentio, tanto
Sponte minus ſubeo metuens ſuccumbere moli,
Ni tua Phœbe meos confortet gratia ſenſus
Te ſcio te ſolum noui penetrare superni
Poſſe patris ſolium, ſupera tu ſolus ab arce
Deſcendens gratis inſpiras quicquid habetur
Pectoribus vatum per totum ſcibile mundum.

LIBER DECIMVS.

Materia Decimi Libri.

VIncitur in decimo Rex Anglicus à Ludouico.
Transfretat ad Pictos quibus auxiliantibus ipſe
Robertum bello iuuenem capit inſidioſo:
Deuaſtat patriam veniente autem Lodouico
Turpiter à monachi confuſus rupe fugatur.
Agmina iam pugnæ componit & inſtruit Othoq;
Nec minus & Francos parat hortaturque Philippus,
Agmine confuſo poſt Francos aduolat Otho,
Rexque intermiſſo ſomno redit obuius illi.

AEolus obſcuro Zephyros emiſerat antro
Et iam roriſluis impragnans nubibus almum
Telluris gremium riſu meliore ſenecta
Temporis abiecta iuueneſcere fecerat annum
Iupiter atque pecus bethleum ſole recepto
Gaudebat lucem producere nocte retracta,
Et iam poſt ſacra conceptum virginis anni
Transierant vnus bis ſex & mille ducenti
Detinuiſſe vident hyemali horrore remoto
Æquora Rex Anglus acies & millia gentis
Congregat anquigena quos ſecum claſſe parata
Per mare veliuolum Rupellæ in littora transfert
Vt dum Bolonides Salebericus Hugo comeſque
Flandricus & reliqui quibus ipſe ſtipendia donat
Francorum irritant regem fallacibus armis
Nec conferre manum tamen audet marte propinquo,
Vt grauiora ferant ex lento tædia bello.

Ipſe procul poſitas in partes exerat arma,
Quo non de facili poſſint attingere Franci,
Regibus eſſe manus longas quaſi neſcius, ac ſi
Mittere non poſſit illuc vel adeſſe Philippus.
Protinus Augeus comites & Marchieus atque
Barones alij, quos nobilis educat illa
Inſtabilis fidei ſed valde bellica tellus
Reſtituunt illi ſolita leuitate fauorem.
Omnibus ergo ſimul ipſum comitantibus vrbem
Obſidet, & ſubitis ambit Nannetica ſignis
Nec Robertigena Britonum dux Petrus & eius
Robertus frater, & corda ferocia Francum
Militibus diues quos Francia miſerat illis
Audacesq; viri quos illa Britannia gignit
Obdere vel leuiter extrema repagula curant
Eius in occurſum potius in verone retecto
Egreſſi pugnam committere gnauiter audent.
Ille fugam capere & dubio non credere marti
Agmina paulatim ſua retrocedere malens
Cogitat inſidijs illorum, effringere vires
Quos bello vinci non poſſe videbat aperto,
Nec ſua ſucceſſu caruit meditatio fraudis:
Nam cum vidiſſet illos accedere Petrus
Nec tutum procul eſſe ſequi tot millia paucis
Agmina contraxit & in vrbis clauſtra reduxit,
Non nihil eſſe putans quod ſic exſerruit illos
Vt fugiant pauidi procul obſidione ſoluta
Non ſine iactura rerum hominumq; ſuorum.
At non Robertus voluit ſine laude reuerti,
Dum nimis inſequitur profugos improuidus vltra
Quam ſatis eſt donec pugnandi copia facta eſt
Cominus & multo Pictonum ſanguine mucro
Drocenſis rubuit multosq; in tartara miſit
Multos in terra moribundo corpore ſtrauit,
Iamque fatigatus à tanta ſtrage redibat
Cum ſocijs bis quinque viris, quibus eſſe timendum
Nil ſua permittit virtus fortiſſima rerum
Si ſciat inſidias edocta cauere, ſibique
Proſpiciens caſu prudens habeatur in omni.
Sed dum nil aliud niſi ſe producere curat
Nec mora eſt finis quando incipit, & comes eſſe
Non procuratur Diomedi ſemper Vlyſſes
Ignotos cadit in laqueos vir corpore fortis,
Dum nimis eſt ſimplex ſola vi corporis vti
Nec fraudem cauet in alio quam non videt in ſe
Non metuit falli qui nunquam fallere nouit
Nec timet inſidias vir neſcius inſidiari.
Proſiliere viri ſubito fulgentibus armis
Quos fruticum media Rex occultauerat Anglus
Inq; fatigatos exerunt arma recentes
Nec multum luctati omnes in vincula trudunt,
Quos mox infidus Rex miſit in Anglica regna
Vt magis anguſtet patrio procul orbe remotos.
Protinus Andegauim nullo munimine cinctam
Ingreſſus lapide incepit murare quadrato

Qua

Qua vix diuitior vrbs aut ornatior vſquam
Eſſe poteſt clari vel clarior vbere bacchi
Circumquaq; nihil † vbi vites impedit agros
Qua pariunt potum Normannis Britigeniſque
Nec dominos vnquam permittunt æris egere
Quam Liger argento prælucens ambit ab Auſtro
A Borea rubens mediam Meduana pererrat
Qui ſuus inde fluens quaſi per duo millia lapſus
In Ligerim nomen perdit mutatque colorem
Et ſic tres vnus Ligeris, Meduana, Vigenna
Efficitur fluuius qui rura Britannica multa
Fertilitate iuuans naualibus oppida ditat
Delicijs villas varijs & rebus adornat
Piſcoſoque ſinu gremium Nannetis inundans
Millia ſalmonum murenarumq; miniſtrat
Britiginis, quos inde procul commercia mittunt
Chara diu dum ſeruat eis galatina vigorem
Cum varijs redolens gariophila ginziber herbis
Tum facit innumeris pingueſcere mercibus vrbem
Vt toto in regno nihil illi debeat vrbi
Nec procul hinc vaſtum mare dum petit impete vaſto
De dulci ſubito fieri miratur amarus.
Tunc comes Herueus cui tot Rex dona Philippus
Tam latam donarat humum cum rege Iohanne
Fœdus init tacite, quamque illi erat vnica proles
Illius nato ſpondet ſponſalia nata.
Karolides igitur rumoribus excitus iſtis
Ocius in tota Viromannum Boloniique
Armis atq; viris per caſtra vrbeſque locatis
Qui regni fines tutentur ab hoſte propinquo .
Optans ſi caſus ſinat occurſare Iohanni
Feſtinanter adeſt Chinonem præterit, atq;
Londunum profugo parat intercludere claſſem
Sed colubri nullus iter inueſtigat & alto
Labentis fruſtra ſequeris veſtigia pinus
Pellaciſque viri motaque per aëra penna
Litus ar aeſi forte viam indagare laboras
Horum ſemper & eſt & erit via cognita nulli.
Iam fuga contulerat pauidum feſtina Iohannem
Burdigalos verſus fines Petragoras vltra.
Ergo gradu reduci † pictora rura cremando † Pictona
In Flandros Rex vertit iter quia iure timebat ,
Ne maiora ferat ſibi damna in partibus illis.
Iamque Thoartenſes rapiunt incendia vicos
Et cum Toleto Bercella Vietaque fumant
Oppida plura quibus addit fortuna crematrix;
Oppida diuitijs varijs & rebus opima ,
Oppida quadratis ſuper edita turribus atque
Mœnibus excelſis & aquoſis obſita foſſis
Vbertate ſoli nulli vnquam obnoxia terra
Nec ceſſant donec veniant Caſtrum vſq; Radulfi.
Hic procerum cœtu ſtipatus vtrimque fideli
Rex breuiter verbis illos affatur amicis.
Nate vides qualis nos vrgeat vndique caſus
Hic Pictana manus regiſque caterua Iohannis

† Niſi

Inde inſtant cum Bolonida Ferrandus & Otho
Regis & Anglorum frater cum mille cateruis
Quot omnes mihi Bolonius comes addidit hoſtes
Quot omnes in me armauit. Tu nate manebis
Hic cum militibus demptis de mille ducentis:
Aſt ego cum reliquis Othonem viſere vado
Innumeramq; manum quæ ſe commiſit eidem.
Dixerat, innumeras grates agit ille parenti,
Quod committit ei tam ſumma negotia ſoli
Materiamque ſibi virtutis ſuggerit, vnde
Perpetuam poſſit cum laude acquirere famam.
Vix bene Sequanium poſt terga reliquerat amnem
Rex cum Francigenis, cum iam latebroſa relinquens
Curſitat in plano vultus oſtendere gaudens
Millia mille viros ducens in bella Iohannes
Andegauim tranſit patriam deuaſtat aduſque
Credonem, Monachi rupem confundere demum
Funditur horreſcens armis verbiſque minatur,
Obſidet introitus & propugnacula multis
Iactibus irritat, muros conatur & arcem
Frangere tormentis, nec ceſſar:t tela, nec arcus,
Hac dum mittuntur, illi dum ſpicula mittunt
Aera per medium ſonitu ſtridere frequenti,
Nec minus obſeſſi celſis è turribus omni
Se vi nituntur defendere tela ſagittas
Truncata emittunt tabulata & robora quaque
Nec pariunt ipſis trabibus tigniſque domorum
Nec curant quæ damna ferant, dum damna repellunt.
Ingorrandus erat vir corpore maximus, ampla
Fronte patens, oculus ſaliente rubentibus igne,
Crine nigro, facie laruata, pectore groſſo
Turritis alte ſcapulis, ceruice reducta
Inflatus bucca, rictus deformis, aduncus
Naſo, membra rigens membris æquanda gygantum
Cordis inhumani tanta feritate tumeſcens
Tanta tumeſcens animi ruditate, quod inter
Humanam pecudumque necem nihil eſſe putares,
Qui quoniam aſſiduus violentus prædo rapinis
Fregerat eccleſias, fractura monaſteriorum
Addiderat nomen proprio famoſius illi.
Hunc præcedebat cum parma gracio ſub qua
Nil ſibi formidans obſeſſos damnificabat
Aſſidue, poterat nec ab illis damnificari
Aſſeribus latis dum parma protegit ipſum
Quam nexu taurina tegit ſeptemplice pellis.
Pontius è caſtro baliſta armatus & arcu
Contemplatur eum, miramque ſubinuenit artem
Texit in occulto tenui ſub tegmine biſſi
Funiculum quem nec facile quis rumpere poſſit,
Et quod mira magis res eſt comprendere viſu,
Tunc humili nodo ſtudet inde ligare ſagittam
Vnit vbi duplex capiti ſe penna cauato
Et ne ſucceſſu fruſtretur dextra cupito
Si volet incaſſum cum toto fune ſagitta
Se prope funiculi caput vnum in ſtipe nodat

Cum reliquo in parmam pennata volauit harundo
Pontius hæren. ėm lino parmam atq́; ſagitta,
Dum retrahet puro parmam in foſſata ſecuto
Neſcius extitit inopina occaſio mortis.
Aſt horam ſupra foſſati corpore nudo
Stans Engorrandus venientes non cauet ictus
Digna morte ruens multoſq́; occiderat ipſe
Pontius exclamat, nec riſum continet. hinc te
Rex procul amoueas & nos in pace relinquas,
Ne caſu te conſimili contingat obire.
Frendit & irarum rex vapulat intus & extra
Motibus exhortanſq́; ſuos aſtare parumper
Longius à caſtro & muri vicina cauere
Acriter obſeſſos punire minatur apertis
Ipſi ni foribus feſtinent reddere caſtrum.
Erigit & furcas ſignum terroris & iræ
Continuatq́; dies ſeptem ter in obſidione,
Non tamen his illi terrore minis ve mouentur,
Quin caſtrum prompti defendere ſint magis & ſe.
Interea Lodouicus adeſt cum præmemorato
Militiæ numero ſepties quem mille ſequuntur
Armati pedites, & equis duo millia vecti
Gnauiter edocti bellum inſtaurare clientes
Et licet in triplo numerus præcederet hoſtis
Illorum numerum, tamen illis regius hæres
Audebat conferre manum breuibusq́; Iohanni
Significare notis, aut accingaris oportet
Ocius ad pugnam, vel ab obſidione recedas.
Hæc ideo mandauit ei vir nomine dignus
Non indigna patri dignè ſuccedere proles,
Ne ſi fortè minus ipſum præmuniat ante
Quàm confligat ei, cum deniq́; vicerit illum
Non virtutis opus verum dolus eſſe putetur.
Reſcribit ei ſimili breuitate Iohannes,
Si venies, nos inuenies pugnare paratos
Quàm citius venies, citius veniſſe pigebit.
Dixit, & ad pugnam ſe præparat ordine certo
Agmina ſub propriis diſponens quæq́; magiſtris.
Fulgurat ex alia Lodouicus parte ſuorum
Agmina præcurrens equitum, cui qualibet hora
Longa videbatur, quæ pugna prorogat horam
Quem ſolus præit Henricus qui corpore paruus
Mente gygas hominis dignus maioris honore
Iura mareſcalli cunctis prælatus agebat.
Agmina Guillelmus Francorum pluribus augens
Agminibus ſequitur, dominans qui rupibus alti
Principium generis & nomen traxit ab illis.
Eiuſdem lateri gener illius vnicus hæres
Hæret Amalricus qui pulchro corpore fortis
Fortior eſt animo qui de Credone trahebat
Et genus & nomen & erat dominator eidem,
His parere dat a cum Sablolio Moliherna
Candeium, cum Segreio, Brio, Baugia, Luda
Durſcallumq́; vadis vbi ſarta adiunxus hiena
Te mixtum Liderice ſibi rapit in Meduanam

Quiq; ſuos poſuit muros prope flumina Salmur
Mixtus vbi Ligeri fluuio ingrente Vigenna
Amittit nomen ferrugineumq; colorem
His ſibi Guillelmus & Amalricus ſociatis
Quatuor auxerunt Lodouici millibus agmen.
Hi duo præ cunctis rupti maiora machinno
Indignabantur iactantia verba Iohannis
Illum admirantes tantum expectaſſe ſub armis
Qui nihil vſq; modò niſi furtim audere ſolebat,
Voce Thoarcites cui ſic aiebat acerba:
Te nimis audacem noui tibi copia pluſquam
Sit ſatis eſt gentis, tu regis Pariſiani
Audebis nato confligere qui venit ad te
Milite cum raro, ſi tu expectaueris illum
Aut eras aut hodie, quàm fortior ille ſit armis
Experire tuis, aut tu robuſtior illo,
Aſt mihi commodius ſatis eſt ſeruare Thoarcum,
Dum tu conaris monachi ſubuertere crotam,
Dum nondum ſentis valeat quid Sequana: flexis
In gyrum frænis, Francorum quàm fera virtus
Dixit, & vt prudens ſe tranſtulit inde Thoarcum.
Rex autem vt vidit regis vexilla proboſq;
Per ſua ſigna viros agnouit qui modo pugnax,
Qui mòdo victor erat ſcriptoq; tonabat & ore
Armis nudato proiectis vertice cum iam
Cepiſſent equites pugnare latenter abiuit
Conſuluitq; fuga ſola formidine victus
Arrepta tranſnans Ligerina fluenta faſelo.
Aufugiſſe ducem poſtquam ſenſere minores
Neglecto fugiunt poſt ipſum per vada bello
Intereuntq; vadis quamplurima millia, dum non
Poſſunt ad libitum præſto reperire faſelos,
Qui dum nare volunt armis ferroq; granati
Audaces nimium nimia formidine facti
Flumine depreſſi flatu priuantur & aura
Neptuniq; mori quam Martis turbine malunt
Intolerabilior quauis hac morte ſit illa,
Qua ſibi conſimilis animam non ſuſcipit aer
Nec minus interea clauis, mucronibus, haſtis
Afficiunt Franci diuerſis mortibus illos,
Qui ſubterfugiunt fluuiali flumine mergi
Quærentes aliquas ſibi per conuexa latebras.
Hoc in conflictu doluit cecidiſſe capella
Qui regis præerat ad ſacramenta ſacerdos
Et rupi dominans forti paganus, ab acto
Per corpus telo vulnus letale recepit,
Sed tamen ad rupem peruenit viuus ibiq;,
Poſt tempus modicum nimis indignatus obiuit,
Qui cum gente potens & auis ſpectabilis eſſet
Caſtellumq; rupemq; tenens qua fortior eſſe
Nulla poteſt, cum ſit nulli expugnabilis hoſti
Nunquam Francorum voluit ſubſcribere regi
Nunc iacet & rupes domino ſuccurrere fortis
Non potuit, quin rupe ferat mors fortior illum.
Hugoque paſſus idem quem plebs agnomine Brunnum

Lemonicana vocat vir nomine clarus & ortu
Diuitiis & honore potens dum marte Iohanni
Subuenit iniuſto Martem ſibi ſenſit iniquum
Cumq; iſtis obeunt multi quos prædicat alti
Nobilitas generis celat ve ignobilis ortus.
Egreditur caſtro poſt tædia longa ſatelles
Demum gauiſus ventos haurire ſalubres
Seq; bonis onerat variis & rebus opimis,
Quæ multa in caſtris fugiens neglexerat hoſtis
Vt leuius fugeret res protegentis & arma
Ex auro calices argentea vaſa virorum
Fulgida nobilium geſtamina, murice tincti
Ornamenta thori cophiniſq; repoſta ſeratis
Copia nummorum vena fabricata nitenti
Textaq; barbarico tentoria regia filo
Vaſa culinarum mortaria cuprea pelues,
Electro rubea ſqualentes ære lebetes
Armaq; per campos paßim iactata nitore
Argenti multoq; auri pretioſa rubore
Ad libitum vulgi manibus rapiuntur auaris.
Nec mora vicinis adduci portibus alnos
Imperat & rapidum Ludouicus tranſfretat amnem
Sed quia iam tulerat fuga maturata Iohannem
Longius à facie Francorum ſe retrahentem,
Cui nullo in caſu deſiderat obuius eſſe
Baroneſq; alios loca per diuerſa timoris
Sparſerat anxietas Francorum nobilis hæres
In patriam totam modò qui ſuſceperat Anglum,
Agmina diffundit vicos & caſtra Thoarci.
Victor & Andegauim poſt pauca reuertitur vrbis
Vt muros terra prorſus complanet eo quòd
Anglorum nuper rex ædificauerat illos,
Cumq; ſuburbanis in iura paterna reducit
Totius Andegauis comitatum, compedibuſq;
Alligat inuentos ex parte Iohannis ibidem
Indigenas verò tali ſub pace recepit,
Vt deinceps ipſi maneant patriq; fideles.
† Hæc *† Hoc nomen Lodouice tuum victoria toto*
Prædicat in mundo, tituloſq; meretur honori
Perpetuare tuo, fælixq; accommodet omen,
Quo tibi ſucceſſus ad bella ſequentia fiat
Has modò bellorum felix fæliciter actas
Excipe primitias immenſaq; gaudia mente
Concipe, qui tantum tot habentem millia gentis
Conflictu primo meruiſti vincere regem
Viſere nunc diuerſa ſtude caſtella viciſsim
Et patriam tutare tuam, dum magnus ad altum
Fulminat Eſcaldum, dum ſubiugat hoſtes,
Dum procul extremis Flandrorum pugnat in oris
Sicq; manum properat ſupremam apponere bello
Vt vix præueniat eius tua palma triumphum
Tam ſibi continuis exultat Francia palmis
Vt vix à prima poßit diſtare ſecunda
Vt qui duplicibus victos in fine reueſtit
Veſtra Deus gemino conſummet bella triumpho.

Sed dolea quoniam minuit tua gaudia funus
Triſte mareſcalli qui febre grauatus acuta
Non multo poſt tempus idem compage ſoluta
Corporis, indigno triſtauit funere Francos
Nulli militia, nulli probitate ſecundus,
Nulli ſiue fide ſeu poſtponendus honore,
Nullus honorare Eccleſiam Eccleſiaq; miniſtros,
Nullus erat regi ſeruire fidelior illo
Miles erat regis & Chriſti, ſicq; gerebat
Acta viatoris, vt mox de milite ciuis
Eſſe mereretur ſupera ſuſceptus in aula.
Albericus idem fidei, probitatis, honoris
Ipſius frater habuit, qui dum crucis olim
Obſequio inſiſtens Syriam cum rege profectus
Vt partas Acharon penetraret miſſus ab vrbe
Ignis eum vinclis abſoluit corporis, & ſic
Finales meruit decimas exoluere Chriſto
Vt cum martyribus ſe laureola redimitum
Decurſa brauium ſtadio gauderet adeptum.
Iam ſuper Eſcaldum tentoria reprobus Otho
Fixerat & tantis Moritania ſola cateruis
Non poterat praſtare ſinum properata remotis
Caſtra locis figunt ſtipulis & carice tecta
Pars ſolis ſolem ramalibus arcet & imbrem
Pars ſubeunt per rura caſas pulſiſq; colonis
Ad tempus dicunt iure ſibi ius aliena
Caſtrorum ritu ſibi cuncta licere putantes.
Territat inprimis noſtri canfinia regni
Othonis ſocer Henricus, cui mille cateruas
Exhibet & plures Brabancio, ſauior alter
Quo nuſquam eſt populus bello aut aſſuetior armis.
Excitat ex alia Lotharingos parte bilingues
Dux ſuus auriuolis replicantes aera ſignis

Sapientiores ſunt in opere quàm verbo.

Qui cum ſimplicibus ſoleant ſermonibus vti,
Non tamen in factis ita delirare videntur
Quos inter Gallos & Theotonicos ſpecioſa
Et fœcunda magis tellus alit vbere gleba
Millibus à Moſa diſtans, vbi Moſula paucis

Hoc habetur in principio libri paſſionis beati Quintini & Sanctorum Criſpini & Criſpiniani Fuſciani & Gentiani martyrum Domini.

Leucos & Methes ſpecioſis irrigat vndis,
At Treuerim Vogeſis quem Ricionarus ab oris
Præſidis officio fungens ſub Maximiano
Adueniens ſanctos pro Chriſti lege peremit
Tot ſimul & mediis immerſit fluctibus omnes
Vt miraretur fieri ſe Moſula rubram
Sanguine ſanctorum, laticis variante colorem.
Dux quoq; Lemburgis acies ciet Ardaniorum
Nec tamen ipſius Galeranus filius ipſo
Cum patre dignatur Othonis fautor haberi
Regis amicitiam & Francorum perdere nolens
Saxaneſq; ſuo furibundi cum duce tanta
Lætius arma mouent quo dudum compatriota,
Illorum fuerit & eiſdem ſanguine iunctus
Nondum rex nandum ſublimis facibus Otho.
Conradum comitem miſit Tremonia cuius
Imperio VVaphala parent regionis alumni

Et

Et quos Ruma rigat piſcoſo flumine tuq́;
Linquere Randerodas gaudes Gerande paternas
Francigenum vt bello poßis ſentire rigorem.
Nec minus Otho comes venit de Thinquane burco
Et comitem quem Theutonici dixere piloſum
Vt iuuet Othonem regio Traiectica miſit,
Moſa vbi maiori collapſus flumine, nomen
Non tamen amittit, ſed rerum nominis audens
Dimidio priuare ſui Rimoſa vocatur
Nemuricią; comes primaua ætate Philippus
Cognatus regis regem tamen impetit armis
Parte licet Petrus pater ipſius eſſet ab iſta
Altiſiodori dudum comes atq́; Niuerni
Conſtantinopolis qui poſt ad ſceptra vocatus
† præter *Imperiale manus † propter diadema recepit*
Sed non præualuit ſacro reſidere curuli
Durachii captus à principe Cumanorum.
Aſt Hugo cui Boloniæ iunctiſsimus hæret,
Qui vobis fuerat dominari natus at idem
Maluit & regis inimicus & exul haberi
Ciuili quam pace frui regią; ſubeſſe,
Cuius germanam faciens tibi collateralem
Participemq́; thori meretricis captus amore
Circumducebas bellorum tempore in ipſo
Qua generoſa nimis ſoldaria facta relicto
Coniuge caſtra ſuo priuabat ſignificato.
Regis & Anglorum frater, Saliberia cuius
Se gaudet ditione regi decies triplicata
Copulat anguigena ſecum tibi millia gentis,
Quorum tu numero temere confiſus & vmbra
Audes Othonis indignam promittere palmam
Et quis ſub numero comprendere poßit Ypres
Agminis examen acierum multiplicata
Millia, quæ portis vomuit Gandauus apertis
Belga quot, & rabies Blætina quot inſula turmas
Mittat Tſangrinuſq́; furor, Grauelinga quot addat
Agmina cum furnis, quot Brugia millibus agros
Contegat armatis, aut Audenarda propinquo
Viribus at fide Cortreio conſociata,
Quos equitum cœtus per vicos perq́; caſellas
Collectos armet in damnum Flandria regis
Corde tenens memori quales exolueris anno
Iacturas tunc pro meritis à rege Philippo.
Quando Ferrandus nummos ſuſcepit ab Anglis
Quos malè nunc vertis nec adhuc ſe pœna coercet.
Illum nauſifico eructans pedoris odore.
Hos multoſq́; alios quos enumerare moroſum eſt
Auxilium comiti Ferrando Flandria donat,
Vt ſolus regi videatur poſſe ſuiſq́;
Securè conferre manum tot millibus illum
Prateris ac cauſa merito confiſa Deoq́;
Non curat numerum Francorum viuida virtus.
Quos inter Barrenſis eras non vltimus vnus
Multorum ſupplens defectum viribus, & cum
Gerardo Sorophamalenicinus Petrus ille

Vt petra qui firmus verbo ſe firmat & actu
Nec te Rupenſis Guido nec Montinianum
Galonem taceam, qui menſe immobilis vt mons
Vexillum regale die portauit in illo.
Hugo Marolides cum fratre Iohanne Petruſq;
Reminii rector pagi cum pene ducentis
Militibus, quales Campanicus educat axis
Efficiunt animis ſcalam concorditer vnam
Præclariq; viri ſecum de Monte morenci
Quos eduxiſti Mathee comeſq; Iohannes
Bellimontenſis & Sacrocæſaris ortum
Et cognomen habens Stephanus vir nomine clarus
Seq; gradu generis referens à Rege ſecundum
Et dominans Hariis Michael Hugoq; Malannus
Poſt Campanenſes acie glomerantur in vna.
At Robertigena ſenior Robertus in Anglos
Quot quos habere poteſt equites agit vtpote cuius
Filius in vinclis anguſtabatur eorum,
Quem Beluacenſis comitatur Epiſcopus, eius
Frater, & amborum regali à ſtirpe nepotes
Laudunipræſul & quem Caſtellio nuper,
Nunc verò Sancti Pauli comitatus honorat
Gaucherus, quo nemo alius laudatior armis.
Pontiuum comitem comitantur in arma Poberi
Qui generoſus auis longè generoſior alti
Sanguinis extitit vxore ſorore Philippi
Magnanimi regis Richardi quæ fuit vxor,
Quam fratri intactam Richardus reddidit olim
Nauaria regis vt filia nuberet illi.
Hinc Sancti Thomas Galerici nobilis hæres
Gamachus dominans vicoſq; & plurima ſub ſe
Caſtra tenens, clarus dominatu, clarior ortu
Quinquaginta parat equites in bella, clientes
Mille bis, audaces animis & robore fortes.
Roboreus vero cum Thoma fratre Iohannes
In ſcala regis regi lateraliter hærent
Et longi Stephanus campi dominator & illi
Septuaginta equites regio quos Neuſtrica miſit
Neuſtria fida ſatis imò fidiſſima regi.
Parcere mordaci ſi lingua velles in illum.
Hinc fremitu maiore trahit Burgundicus Oldo
Belligeros in bella viros Burgundia quales
Natura dono producere nouit alumnos..
Cuius virtutis tremor & reuerentia fama
Creſcit in immenſum longè per regna, quod ipſe
Abſens diſtringit, & ſolo nomine terret
Trans Ararim populos quos flumen Duber oberrat,
Et quæ trans Rodanum regio iacet vſq; Viennam
Et Pontarlicios, abies quos plurima ditat
Fauce iugi poſitos vbi Duber ſuſcipit ortum
Atq; Salinenſes anguſta in valle ſedentes
Deſiccata quibus flammarum ardore miniſtrat
Limpha ſalem puteis, mirabile, tracta duobus
Vnde Biſuntina ſua condit edulia vallis
Lingones & Vogeſos tangens Alemannia fines

Totaq;

Totaq; terra patens à Francis vſq; ſub Alpes
Et regio dorſis quæ monſiculoſa rugoſis
Ambigue vana cupidam ſpe fallere mentem,
Ne ſolus duplici fallatur Apolline Crœſus.
Dehinc Otho, comites Ferrandum Boloniumq;
Secreto alloquitur & eis ſua vota reuelat,
Maioreſq; duces verbo non priuat eodem.
Si ſolus rex Francorum non eſſet, ab hoſte
Quolibet in mundo tuti poſſemus haberi.
Et totum mundum gladiis ſupponere noſtris
Quo ſolo contra nos impendente fauorem
Et cleri cauſam propriam quaſi ſemper habente
Nos ita præſumit anathemate Papa ferire,
Atq; fide noſtros proceres abſoluere noſtra,
Qui dum Sicanio ſe regi præſtat amicum
Audet in imperium vires extendere noſtrum,
Qui genus in noſtrum ſemper graſſatur & ipſum,
Qui tam largus opes pluit & donaria nobis
Regem præſumit exhæredare Iohannem.
Hinc igitur ſoli conatu inſiſtere toto
Expedit, hic ſolus primo occidatur oportet,
Qui ſolus noſtros prouectus impedit, & ſe
Opponit nobis omnisq; ſit hoſtis in hoſte
Quo mox extincto reliquos vincire poteſtas
Ad libitum regnumq; iugo ſupponere noſtro
Et ſic partiri nobis, quod tu Reginalde
Appropries tibi cum tota Viromanlife Peronam
Pariſium Ferrande tibi concedimus, Hugo
Beluacum Drocas habeat Salebericus heros
Caſtrum Nansonis Gaſtinetumq; Girardus
Cum VVlcaſino Conradus habeto Medontam
Et reliqui proceres habeant quod quilibet optat:
Nemo ex hoc numero niſi non donatus abibit.
At Senones & terra ferax à flumine Tiumna
Vſq; locum quo Sequanio lupa confluis amni,
Et quæ Moretum Monteinq; interiacet Argi
Herueo comiti volo dimittatur habenda.
Quam præconceſſit iam noſter auunculus illi.
Clerum autem & monachos quos ſic exaltat amatq;
Protegit, & vigili defendit corde Philippus
Aut occidamus, aut deportemus oportet,
Sic tamen vt pauci maneant, quibus arcta facultas
Sit ſatis oblata tantummodo qui ſtipe viuant
Villas & decimas maiores miles habeto,
Et quibus eſt curæ reſpublica, qui populos, qui
Pugnando faciunt in pace quieſcere clerum.
Illo quippe die quo me diademate primum
Reddidit inſignem patrum pater imperiali,
Hanc promulgaui legem in ſcriptiſq; redactam
Iuſſi per totum ſeruari firmiter orbem
Eccleſiæ decimas oblataq; munera tantum
Poſſideant, villas nobis & prædia linquant,
Viuat vt hinc populus habeatq; ſtipendia miles.
† clerus *Nunc quia lege mihi † clere non pares in iſta,*
Nonne grauare manum nunquid non debeo magnas

Cum villis decimas illi auferre licenter?
Nunquid non poſſum legem ſuperaddere legi?
Tu dite Karoli villas qui voluit illis
Tollere, ſi decimas ipſis tulit ille, mihi non
Villas cum decimis auferre licebit eiſdem?
Condere qui poſſum leges & iura nouare
Imperium ſolus teneo qui totius orbis
Nonne licet nobis hac clerum lege ligare
Rebus vt oblatis contenti primitiiſq;
Iam diſcant humiles magis eſſe minuſq; ſuperbi.
Quàm ſatius quàm commodius me iura nouante
Impiger hac tam culta noualia miles habebit
Et villas tot delitiis opibuſq; fluentes
Quàm genus hoc pigrum fruges conſumere natum
Otia quod ducit tecto quo marcet & vmbra
Qui fruſtrà viuunt, quorum labor omnis in hoc eſt
Vt Baccho Veneriq; vacent, quibus inflat obeſis
Crapula colla thoris oneratq; abdomine ventres
Vnde ego quamprimum prædicta in lege rebellis
Papa fuit nobis Montemflaſconis Aquamq;
Pendentem Bitral, Radichofonis, ardua Sancti
Quiriaci caſtrum, Biſterbica mœnia Biccum
Vicoſq; innumeros caſtellaq; plurima, diues
Roma quibus circumuallatur protinus ipſi
Fortior eripui, multoq; potentior armis,
Ipſo qua teneo nolente, diuq; tenebo.
Quamuis imperium mihi ſupplantare laboret
Præſumens noſtrum promittere ius Frederico.
Sed mora conſilii non eſt modò libera nobis
Ecce Bouinarum pontem poſt terga reliquit
Francigenum ductor, hodie ſua caſtra ſub vrbe
Tornaco figet, Scaldi prope fluminis vndas
Et licet illorum numerus qui baiulat arma
Militia vix eſſe queat pars tertia noſtra
Ecce ad nos veniunt vt nobis còngrediantur
Ecce nec expectant vt nos vadamus ad illos:
Tantum habet ille animi, tanta eſt præſumptio Franci
Militis, vt nullum dubitet tentare periclum
Quod dicunt, quod agnus exploratoris ab ore
Veridici totum mox noſtra infunditur auri.
Ignorant vt credo quot agmina noſtra ſequantur
Signiferi noſtra quàm fortia corpora gentis
† quot *Qui comites, qui † tot ve duces, quis Theotonicorum*
Sit furor in bello, quo turbine torqueat enſem
Corpora quàm rigido ferrata biperciat ictu
Sed veniant, vt eos hac omnia re doceamus
Pariſio nec ſit pudor à Saxone doceri.
Dixerat, at proceres vno concorditer ore
Sic fore promittunt iurantq; fideliter omnes
Obſeruaturos ſe quicquid dixerat Otho
Vtq; cauere queat magis vnuſquiſq; periclum
Vt certo ſocium ſigno diſcernat ab hoſte
Confeſtim per terga cruces & pectora ponit
Quiſq; ſibi pediteſq; manus famuliq; minores
Funiculis laqueis ornantur ſiue capiſtris

Quo facilè iniiciant victis iam vincula Francis
Quos in egreſſu primo vincire putabant:
Certificauit enim regem ſuper omnibus iſtis
Haud dubiæ fidei vir quidam religioſus
Illa nocte diem qua belli præueniebat
In caſtra occultè Louannorum à duce miſſus,
Qui licet Othonis ſocer eſſet homoq́ fidelis
Nuper erat tamen vxor ei data filia regis
Et quàm condenſis via ſit perplexa ſalictis
Quàm limoſa palus, quàm carice iuncus acuta
Impediat medios Moritana in rura meatus
Edocuit, quàm vix equus aut rota tranſeat illac.
Conſilium rex ergo nouat paucisq́ nouatum
Detegit, Otho iterum ne ſcire omnia iactet,
Tunc ait: Iſta nimis via pernicioſa quadrigis
Eſſe poteſt & equis, ſed eu ſine quis velit ire
Aut pugnare pedes à nobis ſit procul iſtud
Teutonici pugnent pedites, tu gallice pugna
Semper eques vertamus ſigna Deouinas
Prætereamus item Cameraci plana petamus,
Hoſtes vnde gradu facili poſſimus adire.
Abſit enim vt videam natalia rura priuſquam
Me duce Francus ouans Othonis dicta refellat,
Verius vt doceat Saxonem Pariſianus,
Quem Saxo iactat à ſe debere doceri
Et tibi dux Odo quereris qui ſæpe venire
Terminet vna dies Franco victore laborem.
Dixit, & audita velis tentoria Miſſa
Imperat & gelido ſub mane redire Bouinas.
Cur ita te iactas Otho? cur enſibus enſes
Theutonicos Francis fruſtra præferre laboras?
Francorum rubuit gladiis Saxonia dudum
Cum meritis ſubiit Karolo ſub vindice pœnas
Qui nullum ſupereſſe marem permiſit in illa
Illius gladio qui corpore longior eſſet.
Vix è conſpectu Tornaci ſe tulerat rex;
Cum ſuus Othonem petit explorator, & illi
Intimat attonitum nimio terrore Philippum
Francigenasq́ ſuos fugiendo redire Peronam
Deceptusq́ ſuum dominum decepit. At ille
Fruſtra concipiens animoſo gaudia corde
Arma rapit portasq́ furens poſt terga relinquit
Totus & egrediens exercitus vndiq́ denſis
More locuſtarum legionibus occulit agros
Non ramis perplexa virentis ſylua ſalicti
† cæcis *Non iuncoſa palus † cecis obſeſſa lacunis*
Non limo tellus, carecto, & glutine ſordens
Tardat eos, metuunt ne Franci tranſierint iam
Antea quàm poſſint illos attingere pontem
Inq́ vicem hortantur calcaribus acriter vti
Vt magis accelerent indiſcretiq́ propinquum,
Non metuunt caſum & meritò labuntur in ipſum.
Quo ruitis peritura manus, malè prælia tractat
Impetus; an regem ſic vertere terga putatis,
Quin vobis auſit verſa concurrere fronte?

Ipſe procul poſitas in partes exerat arma,
Quo non de facili paſſint attingere Franci,
Regibus eſſe manus longas quaſi neſcius, ac ſi
Mittere non poſſit illuc vel adeſſe Philippus.
Protinus Augeus comites & Marchieus atque
Baranes alij, quos nobilis educat illa
Inſtabilis fidei ſed valde bellica tellus
Reſtituunt illi ſolita leuitate fauorem.
Omnibus ergo ſimul ipſum comitantibus vrbem
Obſidet, & ſubitis ambit Nannetica ſignis
Nec Robertigena Britonum dux Petrus & eius
Robertus frater, & corda ferocia Francum
Militibus diues quas Francia miſerat illis
Andaceſq. viri quos illa Britannia gignit
Obdere vel leuiter extrema repagula curant
Eius in occurſum potius in verone retecto
Egreſſi pugnam committere grauiter audent.
Ille fugam capere & dubio non credere marti
Agmina paulatim ſua retrocedere malens
Cogitat inſidijs illorum, effringere vires
Quos bello vinci non poſſe videbat aperta,
Nec ſua ſucceſſu caruit meditatio fraudis:
Nam cum vidiſſet illos accedere Petrus
Nec tutum procul eſſe ſequi tot millia paucis
Agmina contraxit & in vrbis clauſtra reduxit,
Non nihil eſſe putans quod ſic exterruit illos
Vt fugiant pauidi procul obſidione ſoluta
Non ſine iactura rerum hominumq́. ſuorum.
At non Robertus voluit ſine laude reuerti,
Dum nimis inſequitur profugos improuidus vltra
Quam ſatis eſt donec pugnandi copia facta eſt
Cominus & multo Pictonum ſanguine mucro
Droeenſis rubuit multoſq. in tartara miſit
Multos in terra moribundo corpore ſtrauit,
Iamque fatigatus à tanta ſtrage redibat
Cum ſocijs bis quinque viris, quibus eſſe timendum
Nil ſua permittit virtus fortiſſima rerum
Si ſciat inſidias edocta cauere, ſibique
Proſpiciens caſu prudens habeatur in omni.
Sed dum nil aliud niſi ſe producere curat
Nec mora eſt finis quando incipit, & comes eſſe
Non procuratur Diomedi ſemper Vlyſſes
Ignotos cadit in laqueos vir corpore fortis,
Dum nimis eſt ſimplex ſola vi corporis uti
Nec fraudem cauet in alio quam non videt in ſe
Non metuit falli qui nunquam fallere nouit
Nec timet inſidias vir neſcius inſidiari.
Proſiliere viri ſubito fulgentibus armis
Quos fruticum medio Rex occultauerat Anglus
Inq. fatigatos extollunt arma recentes
Nec multum luctati omnes in vincula trudunt,
Quos mox infidus Rex miſit in Anglica regna
Vt magis anguſtet patrio procul orbe remotos.
Protinus Andegauim nullo munimine cinctam
Ingreſſus lapide incepit murare quadrata

Qua

Qua vix diuitior vrbs aut ornatior vſquam
Eſſe poteſt clari vel clarior vbere bacchi
† Niſi Circumquaq; nihil † vbi vites impedit agros
Qua pariunt potum Normannis Britigeniſque
Nec dominos vnquam permittunt æris egere
Quam Liger argento prælucens ambit ab Auſtro
A Borea rubens mediam Meduana pererrat
Qui ſuus inde fluens quaſi per duo millia lapſus
In Ligerim nomen perdit mutatque colorem
Et ſic tres vnus Legeris, Meduana, Vigenna
Efficitur fluuius qui rura Britannica multa
Fertilitate iuuans naualibus oppida ditat
Delicijs villas varijs & rebus adornat
Piſcoſoque ſinu gremium Nannetis inundans
Millia ſalmonum murenarumq; miniſtrat
Britiginis, quos inde procul commercia mittunt
Chara diu dum ſeruat eis galatina vigorem
Cum varijs redolens gariophila ginziber herbis
Tum facit innumeris pingueſcere mercibus vrbem
Vt toto in regno nihil vlli debeat vrbi
Nec procul hinc vaſtum mare dum petit impete vaſto
De dulci ſubito fieri miratur amarus.
Tunc comes Herueus cui tot Rex dona Philippus
Tam latam donarat humum cum rege Iohanne
Fœdus init tacite, quamque illi erat vnica proles
Illius nato ſpondes ſponſalia nata.
Karolides igitur rumoribus excitus iſtis
Ocius in tota Viromannum Bolonioque
Armis atq; viris per caſtra vrbeſque locatis
Qui regni fines tueantur ab hoſte propinquo.
Optans ſi caſus ſinat occurſare Iohanni
Feſtinanter adeſt Chinonem præterit, atq;
Londunum profugo parat intercludere claſſem
Sed colubri nullus iter inueſtigat & alto
Labentis fruſtra ſequeris veſtigia pinus
Pellaciſque viri motaque per aëra penna
Litus aracq; ſi forte viam indagare laboras
Horum ſemper & eſt & erit via cognita nulli.
Iam fuga contulerat pauidum feſtina Iohannem
Burdigalos verſus fines Petragoras vltra.
† Pictona Ergo gradu reduci † pictora rura cremando
In Flandros Rex vertit iter quia iure timebat,
Ne maiora ferat ſibi damna in partibus illis.
Iamque Thoartenos rapiunt incendia vicos
Et cum Toleto Bercella Vietaque fumant
Oppida plura quibus addit fortuna crematrix,
Oppida diuitijs varijs & rebus opima,
Oppida quadratis ſuper edita turribus atque
Mœnibus excelſis & aquoſis obſita foſſis
Vbertate ſoli nulli vnquam obnoxia terræ
Nec ceſſant donec veniant Caſtrum vſq; Radulfi.
Hic procerum cœtu ſtipatus vtrimque fideli
Rex breuiter verbis illos affatur amicis.
Nate vides qualis nos vrgeat vndique caſus
Hic Pictaua manus regiſque caterua Iohannis

Inde inſtant cum Bolonida Ferrandus & Otho
Regis & Anglorum frater cum mille cateruis
Quos omnes mihi Bolonius comes addidit hoſtes
Quos omnes in me armauit. Tu nate manebis
Hic cum militibus demptis de mille ducentis:
Aſt ego cum reliquis Othonem viſere vado
Innumeramq; manum qua ſe commiſit eidem.
Dixerat, innumeras grates agit ille parenti,
Quod committit ei tam ſumma negotia ſoli
Materiamque ſibi virtutis ſuggerit, vnde
Perpetuam poſsit cum laude acquirere famam.
Vix bene Sequanium poſt tergà reliquerat amnem
Rex cum Francigenis, cum èam latebroſa relinquens
Curſitat in plano vultus oſtendere gaudens
Millia mille viros ducens in bella Iohannes
Andegauinus tranſit patriam deuaſtat aduſque
Credonem, Monachi rupem confundere demum
Funditur horreſcens armis verbisque minatur,
Obſidet introitus & propugnacula multis
Iactibus irritat, muros conatur & arcem
Frangere tormentis, nec ceſſar.t tela, nec arcus,
Hac dum mittuntur, illi dum ſpicula mittunt
Aera per medium ſonitu ſtridere frequenti,
Nec minus obſeſsi celſis è turribus omni
Se vi nituntur defendere tela ſagittas
Truncata emittunt tabulata & robora quaque
Nec pariunt ipſis trabibus tignisque domorum
Nec curant qua damna ferant, dum damna repellunt.
Ingorrandus erat vir corpore maximus, ampla
Fronte patens, oculis ſaliente rubentibus igne,
Crine nigro, facie laruata, pectore groſſo
Turritis altè ſcapulis, ceruice reducta
Inflatus bucca, rictus deformis, aduncus
Naſo, membra rigens membris æquanda gygantum
Cordis inhumani tanta feritate tumeſcens
Tanta tumeſcens animi ruditate, quod inter
Humanam pecudumque necem nihil eſſe putaret,
Qui quoniam aſsiduus violentus prædo rapinis
Fregerat eccleſias, fractura monaſteriorum
Addiderat nomen proprio famoſius illi.
Hunc præcedebat cum parma gracio ſub qua
Nil ſibi formidans obſeſſos damnificabat
Aſsidue, poterat nec ab illis damnificari
Aſſeribus latis dum parma protegit ipſum
Quam nexu taurina tegit ſeptemplice pellis.
Pontius è caſtro baliſta armatus & arcu
Contemplatur eum, miramque ſubinuenit artem
Texit in occulto tenui ſub tegmine biſsi
Funiculum quem nec facili quis rumpere poſsit,
Et quod mira magis res eſt comprendere viſu,
Tunc humili nodo ſtudet inde ligare ſagittam
Vnit vbi duplex capiti ſe penna cauato
Et ne ſucceſſu fruſtretur dextra cupito
Si volet incaſſum cum toto fune ſagitta
Se prope funiculi caput vnum in ſtipe nodat

Cum reliquo in parmam pennata volauit harundo
Pontius harentem lino parmam atq; ſagitta,
Dum retrahit puro parmam in foſſata ſecuto
Neſcius exiſtit inopina occaſio mortis.
Aſt horam ſupra foſſati corpore nudo
Stans Engorrandus venientes non cauet ictus
Digna morte ruens multoſq; occiderat ipſe
Pontius exclamat, nec riſum continet. hinc te
Rex procul amoueas & nos in pace relinquas,
Ne caſu te conſimili contingat obire.
Frendit & irarum rex vapulat intus & extra
Motibus exhortanſq; ſuos aſtare parumper
Longius à caſtro & muri vicina cauere
Acriter obſeſſos punire minatur apertis
Ipſi ni foribus feſtinent reddere caſtrum.
Erigit & furcas ſignum terroris & ira
Continuatq; dies ſeptem ter in obſidione,
Non tamen his illi terrore miniſue mouentur,
Quin caſtrum prompti defendere ſint magis & ſe.
Interea Lodouicus adeſt cum præmemorato
Militia numero ſepties quem mille ſequuntur
Armati pedites, & equis duo millia vecti
Gnauiter edocti bellum inſtaurare clientes
Et licet in triplo numerus præcederet hoſtis
Illorum numerum, tamen illis regius hæres
Audebat conferre manum breuibuſq; Iohanni
Significare notis, aut accingaris oportet
Ocius ad pugnam, vel ab obſidione recedas.
Hac ideo mandauit ei vir nomine dignus
Non indigna patri dignè ſuccedere proles,
Ne ſi fortè minus ipſum præmuniat ante
Quàm confligat ei, cum deniq; vicerit illum
Non virtutis opus verum dolus eſſe putetur.
Reſcribit ei ſimili breuitate Iohannes,
Si venies, nos inuenies pugnare paratos
Quàm citius venies, citius veniſſe pigebit.
Dixit, & ad pugnam ſe præparat ordine certo
Agmina ſub propriis diſponens quæq; magiſtris.
Fulgurat ex alta Lodouicus parte ſuorum
Agmina præcurrens equitum, cui quælibet hora
Longa videbatur, qua pugna prorogat horam
Quem ſolus præit Henricus qui corpore paruus
Mente gygas hominis dignus maioris honore
Iura mareſcalli cunctis prælatus agebat.
Agmina Guillelmus Francorum pluribus augens
Agminibus ſequitur, dominans qui rupibus alti
Principium generis & nomen traxit ab illis.
Eiuſdem lateri gener illius vnicus hæres
Hæret Amalricus qui pulchro corpore fortis
Fortior eſt animo qui de Credone trahebat
Et genus & nomen & erat dominator eidem,
His parere data cum Sablolio Molsherna
Caudetum, cum Segreio, Brio, Baugia, Luda
Durſcallumq; vadis vbi ſarta aditus hiena
Te mixtum Liderice ſibi rapit in Meduanam

Quiq; ſuos poſuit muros prope flumina Salmur
Mixtus vbi Ligeri fluuio ingrente Vigenna
Amittit nomen ſirnigineumq; colorem
His ſibi Guillelmus & Amalricus ſociatis
Quatuor auxerunt Lodoici millibus agmen.
Hi duo præ cunctis rupti maiora machinno
Indignabantur iactantia verba Iohannis
Illum admirantes tantum expectaſſe ſub armis
Qui nihil vſq; modò niſi furtim audere ſolebat,
Voce Thoarcites cui ſic aiebat acerba:
Te nimis audacem noui tibi copia pluſquam
Sic ſatis eſt gentis, tu regis Pariſiani
Audebis nato confligere qui venit ad te
Milite cum raro, ſi tu expectaueris illum
Aut cras aut hodie, quàm fortior ille ſit armis
Experire tuis, aut tu robuſtior illo,
Aſt mihi commodius ſatis eſt ſeruare Thoarcum,
Dum tu conaris monachi ſubuertere crotam,
Dum nondum ſentis valeat quid Sequana: flexis
In gyrum frænis, Francorum quàm fera virtus
Dixit, & vt prudens ſe tranſtulit inde Thoarcum.
Rex autem vt vidit regis vexilla proboſq;
Per ſua ſigna viros agnouit qui modo pugnax,
Qui modo victor erat ſcriptoq; tonabat & ore
Armis nudato proiectis vertice cum iam
Cepiſſent equites pugnare latenter abiuit
Conſuluitq; fuga ſola formidine victus
Arrepta tranſnans Ligerina fluenta faſelo.
Aufugiſſe ducem poſtquam ſenſere minores
Neglecto fugiunt poſt ipſum per vada bello
Intereuntq; vadis quamplurima millia, dum non
Poſſunt ad libitum præſto reperire faſelos,
Qui dum nare volunt armis ferroq; grauati
Audaces nimium nimia formidine facti
Flumine depreſſi flatu priuantur & aura
Neptuniq; mori quam Martis turbine malunt
Intolerabilior quouis hac morte ſit illa,
Qua ſibi conſimilis animam non ſuſcipit aer
Nec minus interea clauis, mucronibus, haſtis
Afficiunt Franci diuerſis mortibus illos,
Qui ſubterfugiunt fluuiali flumine mergi
Quærentes aliquas ſibi per conuexa latebras.
Hoc in conflictu doluit cecidiſſe capella
Qui regis præerat ad ſacramenta ſacerdos
Et rupi dominans forti paganus, ab acto
Per corpus telo vulnus letale recepit,
Sed tamen ad rupem peruenit viuus ibiq;,
Poſt tempus modicum nimis indignatus obiuit,
Qui cum gente potens & auis ſpectabilis eſſet
Caſtellumq; rupemq; tenens qua fortior eſſe
Nulla poteſt, cum ſit nulli expugnabilis hoſti
Nunquam Francorum voluit ſubſcribere regi
Nunc iacet & rupes domino ſuccurrere fortis
Non potuit, quin rupe ferat mors fortior illum.
Hugoque paſſus idem quem plebs agnomine Brunum

Lemouicana vocat vir nomine clarus & ortu
Diuitiis & honore potens dum marte Iohanni
Subuenit iniuſto Martem ſibi ſenſit iniquum
Cumq; iſtis obeunt multi quos prædicat alti
Nobilitas generis celat ve ignobilis ortus.
Egreditur caſtro poſt tædia longa ſatelles
Demum gauiſus ventos haurire ſalubres
Seq; bonis onerat variis & rebus opimis,
Quæ multa in caſtris fugiens neglexerat hoſtis
Vt leuius fugeret res protegens & arma
Ex auro calices argentea vaſa virorum
Fulgida nobilium geſtamina, murice tincti
Ornamenta thori cophiniſq; repoſta ſeratis
Copia nummorum vena fabricata nitenti
Textaq; barbarico tentoria regia filo
Vaſa culinarum mortaria cuprea pelues,
Electro rubea ſqualentes ære lebetes
Armaq; per campos paſſim iactata nitore
Argenti multoq; auri pretioſa rubore
Ad libitum vulgi manibus rapiuntur auaris.
Nec mora vicinis adduci portibus alnos
Imperat & rapidum Ludouicus transfretat amnem
Sed quia iam tulerat fuga maturata Iohannem
Longius à facie Francorum ſe retrahentem,
Cui nullo in caſu deſiderat obuius eſſe
Baroneſq; alios loca per diuerſa timoris
Sparſerat anxietas Francorum nobilis hæres
In patriam totam modò qui ſuſceperat Anglum,
Agmina diffundit vicos & caſtra Thoarci.
Victor & Andegauim poſt pauca reuertitur vrbis
Vt muros terra prorſus complanet eo quòd
Anglorum nuper rex ædificauerat illos,
Cumq; ſuburbanis in iura paterna reducit
Totius Andegauis comitatum, compedibuſq;
Alligat inuentos ex parte Iohannis ibidem
Indigenas verò tali ſub pace recepit,
Vt deinceps ipſi maneant patriq; fideles.
†Hæc † Hoc nomen Lodouice tuum victoria toto
Prædicat in mundo, tituloſq; meretur honori
Perpetuare tuo, fœlixq; accommodet omen,
Quo tibi ſucceſſus ad bella ſequentia fiat
Has modò bellorum felix fœliciter actas
Excipe primitias immenſaq; gaudia mente
Concipe, qui tantum tot habentem millia gentis
Conflictu primo meruiſti vincere regem
Viſere nunc diuerſa ſtude caſtella viciſſim
Et patriam tutare tuam, dum magnus ad altum
Fulminat Eſcaldum, dum ſubiugat hoſtes,
Dum procul extremis Flandrorum pugnat in oris
Sicq; manum properat ſupremam apponere bello
Vt vix præueniat eius tua palma triumphum
Tam ſibi continuis exultat Francia palmis
Vt vix à prima poſſit diſtare ſecunda
Vt qui duplicibus victos in fine reueſtis
Veſtra Deus gemino conſummet bella triumpho.

Sed doleo quoniam minuit tua gaudia funus
Triſte mareſcalli qui febre grauatus acuta
Non multo poſt tempus idem compage ſoluta
Corporis, indigno triſtauit funere Francos
Nulli militia, nulli probitate ſecundus,
Nulli ſiue fide ſeu poſtponendus honore,
Nullus honorare Eccleſiam Eccleſiaq́ miniſtros,
Nullus erat regi ſeruire fidelior illo
Miles erat regis & Chriſti, ſicq́ gerebat
Acta viatoris, vt mox de milite ciuis
Eſſe mereretur ſupera ſuſceptus in aula.
Albericus idem fidei, probitatis, honoris
Ipſius frater habuit, qui dum crucis olim
Obſequio inſiſtens Syriam cum rege profectus
Vi portas Acharon penetraret miſſus ab vrbe
Ignis eum vinclis abſoluit corporis, & ſic
Finales meruit decimas exoluere Chriſto
Vt cum martyribus ſe laureola redimitum
Decurſo brauium ſtadio gauderet adeptum.
Iam ſuper Eſcaldum tentoria reprobus Otho
Fixerat & tantis Moritania ſola cateruis
Non poterat præſtare ſinum properata remotis
Caſtra locis figunt ſtipulis & carice tecta
Pars ſolis ſolem ramalibus arcet & imbrem
Pars ſubeunt per rura caſas pulſiſq́ colonis
Ad tempus ducunt iure ſibi ius aliena
Caſtrorum ritu ſibi cuncta licere putantes.
Territat inprimis noſtri confinia regni
Othonis ſocer Henricus, cui mille cateruas
Exhibet & plures Brabancio, ſauior alter
Quo nuſquam eſt populus bello aut aſſuetior armis.
Excitat ex alia Lotharingos parte bilingues
Dux ſuus auriuolis replicantes aera ſignis
Qui cum ſimplicibus ſoleant ſermonibus vti, — Sapientiores ſunt in opere quàm verbo.
Non tamen in factis ita delirare videntur
Quos inter Gallos & Theotonicos ſpecioſa
Et fœcunda magis tellus alit vbere gleba
Millibus à Moſa diſtans, vbi Moſula paucis
Leucos & Methes ſpecioſis irrigat vndis, — Hoc habetur in principio libri paſſionis beati Quintini & Sanctorum Criſpini & Criſpiniani Fuſciani & Gentiani martyrum Domini.
At Treuerim Vogeſis quem Ricionarus ab oris
Præſidis officio fungens ſub Maximiano
Adueniens ſanctos pro Chriſti lege peremit
Tot ſimul & mediis immerſit fluctibus omnes
Vt miraretur fieri ſe Moſula rubram
Sanguine ſanctorum, laticis variante colorem.
Dux quoq́ Lemburgis acies ciet Ardaniorum
Nec tamen ipſius Galeranus filius ipſo
Cum patre dignatur Othonis fautor haberi
Regis amicitiam & Francorum perdere nolens
Saxoneſq́ ſuo furibundi cum duce tanto
Latius arma mouent quo dudum compatriota,
Illorum fuerit & eiſdem ſanguine iunctus
Nondum rex nondum ſublimis facibus Otho.
Conradum comitem miſit Tremonia cuius
Imperio VVaphala parent regionis alumni

Et quot Ruma rigat piſcoſo flumine tuq;
Linquere Randerodas gaudes Gerarde paternas
Francigenum vt bello poßis ſentire rigorem.
Nec minus Otho comes venit de Thinquane burco
Et comitem quem Theutonici dixere piloſum
Vt iuuet Othonem regio Traiectica miſit,
Moſa vbi maiori collapſus flumine, nomen
Non tamen amittit, ſed rerum nominis audent
Dimidio priuare ſui Rimoſa vocatur
Nemuricíq; comes primaua atate Philippus
Cognatus regis regem tamen impetit armis
Parte licet Petrus pater ipſius eſſet ab iſta
Althiſiodori dudum comes atq; Niuerni
Conſtantinopolis qui poſt ad ſceptra vocatus
† præter *Imperiale manus † propter diadema recepit*
Sed non praualuit ſacro reſidere curuli
Durachii captus à principe Cumaniorum.
Aſt Hugo cui Boloni de iunctißimus hæret,
Qui vobis fuerat dominari natus at idem
Maluit & regis inimicus & exul haberi
Ciuili quam pace frui regiq; ſubeſſe,
Cuius germanam faciens tibi collateralem
Participemq; thori meretricis captus amore
Circumducebas bellorum tempore tu ipſo
Quæ generoſa nimis ſoldaria facta relicto
Coniuge caſtra ſuo priuabat ſignificato.
Regis & Anglorum frater, Saliberia cuius
Se gaudet ditione regi decies triplicata
Copulat anguigenæ ſecum tibi millia gentis,
Quorum tu numero temere confiſus & vmbra
Audes Othonis indignam promittere palmam
Et quis ſub numero comprendere poßit Ypres
Agminis examen acierum multiplicata
Millia, quæ portis vomuit Gandauus apertis
Belga quot, & rabies Blætina quot inſula turmas
Mittat Yſangrinuſq; furor, Grauelinga quot addat
Agmina cum furnis, quot Brugia millibus agros
Contegat armatis, aut Audenarda propinquo
Viribus at fide Cortreio conſociata,
Quos equitum cœtus per vicos perq; caſtellas
Collectos armet in damnum Flandria regis
Corde tenens memori quales exoluerit anno
Iacturas tunc pro meritis à rege Philippo.
Quando Ferrandus nummos ſuſcepit ab Anglis
Quos male nunc vertit nec adhuc ſe pœna coercet.
Illum nauſifico cruciaus pedoris odore.
Hos multoſq; alios quos enumerare moroſum eſt
Auxilium comiti Ferrando Flandria donat,
Vt ſolus regi videatur poſſe ſuiſq;
Securè conferre manum tot millibus illum
Prateris ac cauſa merito confiſa Deoq;
Non curat numerum Francorum viuida virtus.
Quos inter Barrenſis erat non vltimus vnus
Multorum ſupplens defectum viribus, & cum
Gerardo Soropha maleuicinus Petrus ille

Vt petra qui firmus verbo ſe firmat & actu
Nec te Rupenſis Guido nec Montinianum
Galonem taceam, qui mente immobilis vt mons
Vexillum regale die portauit in illo.
Hugo Marolides cum fratre Iohanne Petruſq;
Reminii rector pagi cum pene ducentis
Militibus, quales Campanicus educat axis
Efficiunt animis ſcalam concorditer vnam
Præclariq; viri tecum de Monte morenci
Quos eduxiſti Mathee comeſq; Iohannes
Bellimontenſis & Sacroceſaris ortum
Et cognomen habens Stephanus vir nomine clarus
Seq; gradu generis referens à Rege ſecundum
Et dominans Hariis Michael Hugoq; Malannus
Poſt Campanenſes acie glomerantur in vna.
At Robertigena ſenior Robertus in Anglot
Quot quot habere poteſt equites agit vtpote cuius
Filius in vinclis anguſtabatur eorum,
Quem Beluacenſis comitatur Epiſcopus, eius
Frater, & amborum regali à ſtirpe nepotes
Laudunus præſul & quem Caſtellio nuper,
Nunc verò Sancti Pauli comitatus honorat
Gaucherus, quo nemo alius laudatior armis.
Pontumis comitem comitantur in arma Poheri
Qui generoſus auis longè generoſior alti
Sanguinis exiſtis vxore ſorore Philippi
Magnanimi regis Richardi quæ fuit vxor,
Quam fratri intactam Richardus reddidit olim
Nauaria regis vt filia nuberet illi.
Hinc Sancti Thomas Galerici nobilis hæres
Gamachus dominans vicoſq; & plurima ſub ſe
Caſtra tenens, clarus dominatu, clarior ortu
Quinquaginta parat equites in bella, clientes
Mille bis, audaces animis & robore fortes,
Roboreus vero cum Thoma fratre Iohannes
In ſcala regis regũ lateraliter hærent
Et longi Stephanus campi dominator & illi
Septuaginta equites regio quos Neuſtrica miſit
Neuſtria fida ſatis imò fidiſſima regi.
Parcere mordaci ſi lingua velles in illum.
Hinc fremitu maiore trahit Burgundicus Oldo
Belligeros in bella viros Burgundia quales
Natura dono producere nouit alumnos.
Cuius virtutis tremor & reuerentia fama
Creſcit in immenſum longè per regna, quod ipſe
Abſens diſtringit, & ſolo nomine terret
Trans Ararim populos quos flumen Duber oberrat,
Et quæ trans Rodanum regio iacet vſq; Viennam
Et Pontarlieios, abies quos plurima ditat
Fauce iugi poſitos vbi Duber ſuſcipit ortum
Atq; Salinenſes anguſta in valle ſedentes
Defæcata quibus flammarum ardore miniſtrat
Limpha ſalem puteis, mirabile, tracta duobus
Vnde Biſuntina ſua condit edulia vallis
Lingones & Vogeſos tangens Alemannia fines

Totaq́, terra patens à Francis vſq́, ſub Alpes
Et regio dorſis qua monticuloſa rugoſis
Ambigue vana cupidam ſpe fallere mentem,
Ne ſolus duplici fallatur Apolline Crœſus.
Dehinc Otho, comites Ferrandum Boloniumq́,
Secreto alloquitur & eis ſua vota reuelat,
Maioreſq́, duces verbo non priuat eodem.
Si ſolus rex Francorum non eſſet, ab hoſte
Quolibet in mundo tuti poſſemus haberi
Et totum mundum gladiis ſupponere noſtris
Quo ſolo contra nos impendente fauorem
Et cleri cauſam propriam quaſi ſemper habente
Nos ita præſumit anathemate Papa ferire,
Atq́, fide noſtros proceres abſoluere noſtra,
Qui dum Sicanto ſe regi præſtat amicum
Audet in imperium vires extendere noſtrum,
Qui genus in noſtrum ſemper graſſatur & ipſum,
Qui tam largus opes pluit & donaria nobis
Regem præſumit exhæredare Iohannem.
Hinc igitur ſoli conatu inſiſtere toto
Expedit, hic ſolus primo occidatur oportet,
Qui ſolus noſtros prouectus impedit, & ſe
Opponit nobis omniq́, fit hoſtis in hoſte
Quo mox extincto reliquos vincere poteſtas
Ad libitum regnumq́, iugo ſupponere noſtro
Et ſic partiri nobis, quod tu Reginalde
Appropries tibi cum tota Viromanne Peronam
Pariſium Ferrande tibi concedimus, Hugo
Beluacum Drocas habeat Salebericus heros
Caſtrum Nantonis Gaſtinetumq́, Girardus
Cum VVlcaſino Conradus habeto Medontam
Et reliqui proceres habeant quod quilibet optat:
Nemo ex hoc numero niſi non donatus abibit.
At Senones & terra ferax à flumine Yonna
Vſq́, locum quo Sequano lupa confluit amni,
Et qua Moretum Montemq́, interiacet Argi
Herueo comiti volo dimittatur habenda.
Quam præconceſſit iam noſter auunculus illi.
Clerum autem & monachos quos ſic exaltat amatq́,
Protegit, & vigils defendit corde Philippus
Aut occidamus, aut deportemus oportet,
Sic tamen vt pauci maneant, quibus arcta facultas
Sit ſatis oblata tantummodo qui ſtipe viuant
Villas & decimas maiores miles habeto,
Et quibus eſt cura reſpublica, qui populos, qui
Pugnando faciunt in pace quieſcere clerum.
Illo quippe die quo me diademate primum
Reddidit inſignem patrum pater imperiali,
Hanc promulgaui legem in ſcriptiſq́, redactam
Iuſſi per totum ſeruari firmiter orbem
Eccleſia decimas oblataq́, munera tantum
Poſſideant, villas nobis & prædia linquant,
Viuat vt hinc populus habeatq́, ſtipendia miles.
† clerus *Nunc quia lege mihi † clere non parет in iſta,*
Nonne grauare manum nunquid non debeo magnas

Quo facilè iniiciant victis iam vincula Francis
Quos in egreſſu primo vincire putabant:
Certificauit enim regem ſuper omnibus iſtis
Haud dubiæ fidei vir quidam religioſus
Illa nocte diem qua belli præueniebat
In caſtra occulsè Louannorum à duce miſſus,
Qui licet Othonis ſocer eſſet homoq́; fidelis
Nuper erat tamen vxor ei data filia regis
Et quàm condenſis via ſit perplexa ſalictis
Quàm limoſa palus, quàm carice iuncus acuta
Impediat medios Moritana in rura meatus
Edocuit, quàm vix equus aut rota tranſeat illac.
Conſilium rex ergo nouat paucisq́; nouatum
Detegit, Otho iterum neſcire omnia iactet,
Tunc ait: Iſta nimis via pernicioſa quadrigis
Eſſe poteſt & equis, ſed eis ſine quis velit ire
Aut pugnare pedes à nobis ſit procul iſtud
Teutonici pugnent pedites, tu gallice pugna
Semper eques vertamus ſigna Deouinas
Prætereamus item Cameraci plana petamus,
Hoſtes vnde gradu facili poſsimus adire.
Abſit enim vt videam natalia rura priuſquam
Me duce Francus ouans Othonis dicta refellat,
Verius vt doceat Saxonem Pariſianus,
Quem Saxo iactat à ſe debere doceri
Et tibi dux Odo quereris qui ſæpe venire
Terminet vna dies Franco victore laborem.
Dixit, & audita vel his tentoria Miſſa
Imperat & gelido ſub mane redire Bouinas.
Cur ita te iactas Otho? cur enſibus enſes
Theutonicos Francis fruſtra præferre laboras?
Francorum rubuit gladiis Saxonia dudum
Cum meritis ſubiit Karolo ſub vindice pœnas
Qui nullum ſupereſſe marem permiſit in illa
Illius gladio qui corpore longior eſſet.
Vix è conſpectu Tornaci ſe tulerat rex,
Cum ſuus Othonem petit explorator, & illi
Intimat attonitum nimio terrore Philippum
Francigenasq́; ſuos fugiendo redire Peronam
Deceptusq́; ſuum dominum decepit. At ille
Fruſtra concipiens animoſo gaudia corde
Arma rapit portasq́; furens poſt terga relinquit
Totus & egrediens exercitus vndiq́; denſis
More locuſtarum legionibus occulit agros
Non ramis perplexa virentis ſylua ſalicti
† cæcis *Non iuncoſa palus † cetis obſeſſa lacunis*
Non limo tellus, carecto, & glutine ſordens
Tardat eos, metuunt ne Franci tranſierint iam
Antea quàm poſsint illos attingere pontem
Inq́; vicem hortantur calcaribus acriter uti
Vt magis accelerent indiſcretiq́; propinquum,
Non metuunt caſum & meritò labuntur in ipſum.
Quo ruitis peritura manus, malè prælia tractat
Impetus; an regem ſic vertere terga putatis,
Quin vobis auſit verſa concurrere fronte?

Non decet vt terror veſtri deterreat illum,
Non decet vt propter vos aufugiſſe putetur,
Qui ſolum hoc optat, vt vobis fortè repertis
In plano planè bello confligat aperto
Inq; breui id vobis nuda ratione patebit.
Vltimus exierat poſt omnia ſigna Garinus
Qui Syluanectenſis nondum ſacratus ad vrbis
Electus cathedram regis ſpecialis amicus
Ardua tractabat cum rege negotia regni.
Hic dum præcedunt criſpantibus agmina ſignis
Poſtremo tacitè digreſſus ab agmine paulum
Cepit iter verſus Moritania tendere rura
Cumq; noui cupiens aliquid deprendere caſus
Paſſus millenos iam perrexiſſet ad auſtrum
Vicecomes Meledunenſis, miles peroptimus & nobilis.
Cum paucis quos interérat Meleduncus Adam
Aſcendit tumulum quo campus fortè tumebat
Luminis vnde procul emittere poſſit acumen.
Et cum vidiſſet acies feruere per agros
Nec poſſet viſos vno defigere viſu
Tot clypeos præferri aſtris ſplendoribus auſos
Tegmina tot capitum ſolis, replicantia lucem
Ambiti.i.circumpoſiti lateribus armatorum.
Tot latera ambiti liuere viredine ferri,
Tot vexilla leui motu irritantia ventos
Tot cætus equitum, tot equorum ferrea membris
Tegmina proceris circumdata dixit ad Adam:
Hi veniunt nec ſe credunt attingere poſſe
Tempore nos ſatis optato, tu colle ſub iſto
Expectabis adhuc intellecturus eorum
Plenius & numerum & mentem, dum vado Philippum
Certificaturus, alii non crederet ipſe.
Sic fatus volat ad regem; vix ſuſtinet ille
Credere, præſumat quod quis tractare ſacrato
Bella die, ſoli ſibi quem Deus ipſe ſacrauit.
Continet ergo gradus, & præcedentia ſtare
Signa iubet, loquiturq; ſuis hoc ordine charis:
Ecce quod optabam Dominus mihi contulit vltro
Ecce ſupra meritum, præter ſpem gratia nobis
Sola Dei confert quod votum præterit omne,
Quos per circuitus ſpatioſus perq; viarum
Diſcurſus varios modò conabamur adire
Ecce ad nos vltro Domini miſeratio ducit
Frangat vt ipſe ſuos per nos ſimul & ſemel hoſtes
Hoſtibus ille ſuis noſtro mucrone ſecabit
Membra ſibi faciet nos inſtrumenta ſecandi
Ille idem percuſſor erit, nos malleus, ille
Totius auctor erit belli, nos verò miniſtri
Nec dubito quin ſe victoria conferat illi
Quin hoſtes proprios quibus eſt infenſus & ipſe
In nobis vincat, & nos vincamus in ipſo
Iam patris patrum gladio meruere feriri
Qui præſumpſerunt illum ſpoliare, ſuiſq;
Eccleſiam priuare bonis, ſolidoſq; quibus ſe
Nunc quoq; ſuſtentant clero monachiſq; tulerunt
Pauperibuſq; dei, quorum maledictio damnat
Et damnabit quorum querimonia cælum

Dum

Dum penetrat coget illos ſuccumbere nobis
E contra nobis communicat & precibus nos
Adiuuat Eccleſia & Domino commendat vbiq;
Per loca certa tamen pro nobis pronius orant,
Maior in affectu quibus eſt dilectia noſtra
Vnde ſpei ſolido rogo robore conſolidati
Haſtes Eccleſiæ vos haſtibus exhibeatis.
Non mihi ſed vobis & regna vincere noſtra
Pugna velit, regni curam & diadematis vnus
Quiſq; gerens caueat proprium ne perdat honorem
Pugna tamen cordi minus eſt mihi, quòd maculari
Iſta ſacra dies aſpergine ſanguinis odit.
Dixerat, & Franci læti clamore paratos
Se pugnare ferunt pro regni & regis honore
Conſilium tamen hoc ſedet omnibus, vſq; Bouinum
Vt proficiſcantur, hoſtis ſi fortè dici.
Parcere ſacratæ velit & differre duellum,
Donec lux bello licitam ſe craſtina præſtet;
Præterea locus eſt munitior ille tuendis
Sarcinulis, rebuſq; aliis quæ caſtra ſequuntur,
Cum nuſquam pateat à dextris atq; ſiniſtris
Continuis ſpatiis iter impediente palude
Tranſitus, excepto ſatis arcto ponte Bouinæ,
Qua quadrupes ſe ſiue bipes euoluat ad auſtrum.
At parte ex illa latis patet area campis
Grataq; planities cereali gramine vernans
Quæ protenſa ſatis ſpatio per rura patenti
Sanguineum à Zephiro ceſonam tangit ab Euro
Dignus cæde locus & ſanguine commaculari
Sanguinis & cædis medius communis vtriq;
Continuo pontem rex ſic facit amplificari
Corpora quod bis ſex lateraliter ire per ipſum
Cumq; ſuis paſſent tractoribus octo quadriga
Eccleſiam Petri ſacratam nomine iuxta
Fraxinea rex Sole calens reſidebat in vmbra
Haud à ponte procul, quem iam pars maxima cœtus
Dilatam ſperant in craſtina tempora pugnam
Tranſierat mediumq; diem Sol altus agebat.
Dumq; pararet ibi modice indulgere quieti
Nuncius accurrens curſu feſtinus anhelo
Agmen extremum clamat iam proſilit hoſtis,
Nil Campanenſis acies, nil ſufficiunt hi
Quos modo miſiſtis vt eos retropellere poſſint,
Dumq; illis obſtant & eos tardare laborant
Continuo egerunt bis iam duo millia paſſu.
Motus ad hanc vocem rex ilico ſurgit, & intrat
Eccleſiam Dominoq; ſuum commendat agonem
Finitaq; breui prece mox egreſſus, Euntes
Feſtinemus, ait, ſociis ſuccurrere noſtris,
Non iraſcetur Deus arma quando feramus
Illos, ſi contra ſacrato tempore qui nos
Impugnant, ſed nec Machabeis eſt reputatum
Ad culpam, quod ſe per Sabbata ſancta tuendo
Hoſtiles ſancto vires repulere tropheo,
Immo die pugnare magis nos conuenit iſta

In qua pro nobis Domino generaliter omnis
Supplicat Eccleſia, cui nos præſtamus amicos.
Hæc dicens armis corpus præmunit, & alto
Inſilit albus equo, lituumq; horrente boatu
Circa ipſum curſu reduci feſtinat in hoſtem.

LIBER VNDECIMVS.

Materia Vndecimi Libri.

VNdecimus varias ſtrages habet imperiali
Standardo mundi dominum ſe diſputat Otho
Sub ſerie certa diſponunt agmina reges
Euticioq; ſua mox improbitate perempto,
Ferrandus prima ſuperat Campania pugna
Coram rege cadit Stephanus Salebericus alto
Præcipitatur equo Beluaci præſulis ictu.
Rex cadit, Otho fugit, Francis victoria cedit,
Bolonius capitur poſt omnes denique victus.

CHriſtophori Iacobiq; dies poſt gaudia feſti,
Primus erat Domini cui dant à nomine nomen
Chriſticolæ, verum gentiles ſolis eundem
Eſſe volunt, primam qui ſibi dicat illius horam:
Nomen enim dat cuiq; ſuum planeta diei,
Cui primam dat quæq; dies ſpecialiter horam
Ordine quo priſci deſignant tempora vates.
Vidit vt Otho ſuo Francos cum rege leuatis
Ad pugnam ſignis ita feſtinanter adeſſe
Quos ſolo audierat victos terrore reuerti
In patriam fugiendo ſuam miratur & exſpes
A læua paulum retrahit veſtigia parte
Componensq; acies greſſus obliquat ad arcton,
Quas ita continua ſerie protendit in amplum
Occupet vt prima armatorum fronte virorum
Directè extenſa paſſus duo millia terræ.
Sic etiam rex ipſe ſuæ protendere frontis
Cornua curauit ne fortè præanticipari
Aut intercludi eam multo poſſit ab hoſte.
Mox Otho imperii declarans ſigna volensq;
Iam quaſi promeriti rem prælibare trophæi
Standardum ædificat miroq; inſignit honore
Imperii vt faſces tanto illuſtrante paratu
Se dominatorem totius diſputet orbis,
Erigit in carro palum paloq; draconem
Implicat, vt poſſit procul hinc atq; inde videri
Hauriat & ventos cauda tumefactus & alis
Dentibus horreſcens rictuſq; patentis hiatu
Quem ſuper aurata volucer Iouis imminet ala
Tota ſuperficies cuius nitet aurea ſolis
Aemula quo iactat plus ſe ſplendoris habere.
Aſt regi ſatis eſt tenues criſpare per auras
Vexillum ſimplex cendato ſimplice textum
Splendoris rubei, letbania qualiter vti
Eccleſiana ſolet certis ex more diebus

Quod cum flamma habeat vulgariter aurea nomen
Omnibus in bellis habet omnia ſigna praire,
Quod regi praſtare ſolet Dionyſius Abbas
Ad bellum quotiens ſumptis proficiſcitur armis.
Ante tamen regem ſignum regale tenebat
Montiniacenſis vir fortis corpore Galo
Seque acies ambæ directè reſpiciebant
A ſe diſtantes modico diſcrimine campi
Vultibus oppoſitis, nec adhuc vox vlla ſonabat.
Otho magnanimus contra è regione Philippum
Stabat in ornatu valde aureus imperiali
Drocarum dominus cum Gamachienſibus & cum
Pontiniis à rege procul ſic ſtantibus vt non
Ipſius à ſerie ſeries diſtaret eorum
Bolonio comiti ſe contra ponit & Anglis,
Cui magis infenſus odiis erat ipſe veternis,
Et Læuum cornu conſerto marte coronant;
At dextro in cornu ſpaciis à rege remotis
Fulminat in Flandros acies Campanica, duxque
Allobrogum, & Sancti Pauli comes, atque Iohannes
Bellimontenſis & quos Medardicus Abbas
Miſerat, immenſa claros probitate clientes
Ter denos decies, quorum exultabat in armis
Quilibet altus equo gladioque horrebat & haſta
Valle Sueſſonica quam fortia corpora ſurgunt,
Quos inter regémque viri virtute coruſci
Aſtant continua ſerie, ſcalaſque ſuorum
Quique magiſtrorum denſant dum buccina ſaunum
Obſtrepat, vt celeri leuitate ferantur in hoſtem.
Interea electus leuis iſtos ambit & illos
Hortaturq; ſua vigilent vt quiſque ſaluti
Fortiter vt patria pugnent & regis honori,
Sintq; ſua memores gentis quæ ſemper in omni
Conflictu victrix hoſtes confregit, id autem
Summopere caueant, ne ipſos numeroſior hoſtis
Cornua protendens forte intercludere poßit,
Ne ſerie ſeries ſit longior hoſtis eorum,
Ne ſcutum miles faciat de milite, ſed ſe.
Quiſque ſuo fronte oppoſita ſponte offerat hoſti.
Cumque morarentur nec dignarentur aperto
Credere ſe campo ſerie ne excedere Flandri
Impatiens Sueſſona Phalanx ſuadente Garino
Cornipedes quanto potuerunt currere curſu
Inuadunt illos, nec miles vt omnis illis
Flandricus vt motum aliquod dat corpore ſignum
Indignans nimium quod non à milite primus,
Vt decuit fieret belli concurſus in illos
Neue verecundentur ab his defendere ſe ſe
Prorſus abhorreſcant, cum ſit pudor vltimus alto
Sanguine productum ſuperare à plebis alumno.
Immoti ſtatione ſua non ſegniter illos
Parcendùm ducunt famuli, ſed turpiter illos
Excipiunt, ſternuntq; ab equis, pluresq; nec illis
Iam perturbatos ſtationem ſoluere cogunt
Seque velint nolint defendere ſicque ſuperbos

Nobilitate viros & maieſtate verendos
Non puduit demum pugnare minoribus ipſis
Afficiuntque illos atque afficiuntur ab illis
Ictibus & plagis famuliſque denique ſpretis
Et genus & proauos Euſtatius à Maquelinis
Qui trahit egregios ſe contulit æquore plano
Sæpius ad montem Francorum voce ſuperba
Ingeminans ſequitur Galterus cum Buridano,
Hic de Guſtella de Furnis venerat ille
Flandrinique equites odium quibus improba regis
Flandria magnanimi teneris infudit ab annis
Militibus properant rapido occurſare volatu.
Iamque perhorruerat lituorum clangor, & omnes
Hinc atque inde acies commixta in fata ruebant
Harmenſis Michael clamanti funera Francis
Obuiat & medium forat illius egidis haſta,
Aſt illum inferius Euſtatius impetit atque
Per ſellam, per equi coſtas agit improbus haſtam
Et domini per vtrumque femur cadit hic, ruit ille
Vixque poteſt haſtile ſuis euellere coxis.
Hugo Malaunites accurrit Remmudeſque
Petrus quos ſequitur acies Campana comeſque
Bellimontenſis cum ſacro cæſarienſi
Nec mora te Gauchere tenet dominumque Morencij
Se quibus opponunt Flandrorum mille cohortes
Ferranduſque ſuis animos dum pugnat adaugens
Haſtis confractis mucronibus atque cutellis
Inſiſtunt daciſque ſecuribus excerebrant ſe
Ictibus alternis & equorum viſcera rumpunt
Demiſſis gladijs, dominorum corpora quando
Non patitur ferro contingi ferrea veſtis,
Labuntur victi lapſi vectoribus, & ſic
Vincibiles magis exiſtunt in puluere ſtrati,
Sed nec tunc acies valet illos tangere ferro
Ni prius armorum careat munimine corpus
Tot ferri ſua membra plicis tot quiſque patenis
Pectora, tot corijs, tot gambeſonibus armant.
Sic magis attenti ſunt ſe munire moderni,
Quam fuerint olim veteres, vbi millia mille
Vna ſæpe die legimus cecidiſſe virorum.
Nam mala dum creſcunt creſcit cautela malorum
Munimenque nouum contra noua tela repertum eſt.
At Michael ſocijs tellure iuuantibus ipſum
Se leuat & quamuis coxam grauet eius vtramque
Plaga duplex commendat equo ſua membra recenti
Inuento vt multis alijs ſeſſore carenti,
Cuius humi dominum proſtrauerat Hugo Malaunus.
Aſt Hugonis equi Galterus in ilibus enſem
Demittit, peditemque facit pedes ergo pedumque
Se greſſu firmans hoſti vicinat, & ictus
Ingeminans ipſum cogit ſe dedere victum;
Cum quo etiam capitur Buridanus qui quaſi ludens
Clamabat, nunc quiſque ſua memor eſto puella.
Tunc Michael illum qui mortificauerat eius
Cornipedem vulnuſque duplex inflexerat illi

Quærit,

Quærit, & inuentum rigidis ſic implicat vlmis
Et galea abſtracta vultum cum gutture nudat
Quod vita ſit Franci gladio, qui dum necat illum,
Vt tua nunc ſaltem Euſtati præſumptio ceſſet
Mortem quam Francis inclamas accipe dixit,
Te perimit Francis ſerio dum fata minaris,
Huius cauſa necis tibi ſola ſuperbia lingua eſt,
Nec te ſeruari ſinit ad commercia viuum
Vt multos alios qui te moriente ligantur.
Aſt alia dux parte furens Burgundicus, inter
Hoſtiles cuneos agili circumrotat enſem
In Flandros Henoaſque manu, ſed dum nimis audax
Fortuna ſecurus & hos proſternit & illos,
Oblitusq́ ſui nimium prorumpit in hoſtes,
Admiſit gladios doluit vectoris in aluum
Qui ruit, atque ducem ſecum in tellure volutat.
Qui dum multiplici latus vndiq́ malleat ictu
Hoſtilis rabies, aſſunt perniciter alæ
Valde corpulentus erat. *Allobrogum, dominoque ferunt in tempore gratum*
Subſidium, pars carne nimis ferroque morantem
Surgere ſuſtollunt, pars pugnat & amouet hoſtem
Qui nimis inſtanter illum retinere laborat
Pars alium quo ſcandat equum perniciter aptat
Et iam factus eques requiem captare rogatur
Donec ſe modicum recreet flatúmque reſumat,
Immo, ait, amiſſi dum me vectoris in hoſtem
Dedecorisq́ mei memorem calor excitat iræ
Dedecori decus eſt vindictam reddere noſtro.
† medios *Dixit & in † medio velut amens ſe iacit hoſtes:*
Nec minus audacter Flandrum ruit agmen in illum
Denſantur cunei Allobrogum, dominique ruina
Vectorisque ſui fieri vult quilibet vltor.
Tantaque ſit totis pugnantum immixtio campis
Tam prope ſe inueniunt percuſſi & percutientes
Quod vix elongare manum quo fortius ictus
Inculcare queat ſpatium datur aut locus vllis
Quaque armatura veſtis conſuta ſupremo
Serica cuique facit certis diſtincta ſignis
Sic percuſſa patet, ſic interciſa minutis
Pictatijs pendet, dum demolitur eandem
Tunſio crebra nimis clauæ mucronis & haſtæ
Quod vix à ſocijs hoſtes dignoſcere poſſunt
Cruribus inuerſis iacet reſupinus harena.
Hic latere obliquo ruit, alter vertice prono
Labitur atque oculis exhaurit & ore ſaburam
Hic eques ille pedes vinclis ſe mancipat vltro
Dum perimi magis odit ibi quam viuere victus.
Quadrupedes autem paſſim per rura videres
Exufflare animas, alij diſrupta per aluum
Exta vomunt, alij procumbunt poplite flexo.
Abſque ſuis alij dominis diſcurrere, ſeque
Gratis ſeſſori cuiuis offerre vehendo.
Vix aliquis locus eſt quo non aut corpora ſtrata
Inuenias vel equos extremam in morte gementes.
Et quis erit dignus dignè memorare vigorem

Gaucheri comitis, quo ſummis viribus ille
†Quodq; *† Quique illum ſequitur armati militis agmen*
Per medias acies per confertiſſima Flandra
Millia militia triſidi tranſiuit ad inſtar
Fulminis, imbelleſq́; velut diſpergit anates
†Ac *† Accipiter quando atra fames tecur vlcerat eius*
Quoslibet oppoſitos ſibi diſſipat alter Ogerus,
Perque hoſtes medios mucrone manu ſibi nudo
Ampliat, inſtantes à dextris ſiue ſiniſtris:
Obruit hos, iſtos occidit, vulnerat illos
Inde ſinu facto miranda ſtrage peracta
Parte aliâ rediens ſimili probitate quirites
Implicat innumeros, quaſi piſces rete retentos,
Vtque aſcendentes fallit Gaubertus aloſas
Retibus oppoſitis vada ſub piſcoſa Medonta:
Sic facit implicitos equites vel fata ſubire
Gaucherus, vel ſic victori offerre ligandos:
Reſpiciensque ſuis ex conſocialibus vnum
Eminus in numero proſpexit ab hoſte teneri,
Id eſt, equi *Mox caput inflectens collumque amplexus † biberi*
Per medias acies iterum prorumpit, at illum
Dum ruit hoſtilis non ceſſat dextra ferire
†dextram *Non tamen ille caput aut † ſubrigit ante*
Quam venit ad ſocium, tunc ſe leuat enſeque ſtricto
Omnes qui ſocium retinebant ſternit, & illum
Liberat & ſecum viuum ſanumque reducit.
Tunc primum Flandri cœpere timore moueri,
Pondus enim belli totum ſe inclinat in illos,
Non tamen aut campo diſcedere, terga vel hoſti
Oſtentare volunt, tanto indignatio mentes
Obſidet illorum ſeruandique ardor honoris,
Vt malint pugnando mori vel vincla ſubire
Cadereque & cadi quam ſe fugiſſe notari.
Et dum ſe laxant acies Flandrique tepeſcunt
Hugo Marolides acienſis Gilo per hoſtes
Ferrando medios properi confligere tendunt
Vulnere qui laſus tam multo lentius ibat
Perque diem totum requiem non fecerat armis,
Cum quibus ipſe diu luctatus denique victus
Forti fortuna cedens ſe, ne perimatur
Dedidit, aſt eius omnes tunc ſigna ſequentes
Mors inuiſa rapit vbi ſeſe dedere nolunt.
Taliter in dextro Bellona furebat
Et ſe Francigenis vultu victoria lato
Pollicitabatur caſu tamen ante ſecundos
Euentus illis ſe demonſtrabat amaro
Vt ſit amabilior latus poſt triſtia finis
Prateritique mali praſtent obliuia riſus.
Interea pugna in medio Rex enſe relicto
Fulgurat Othoni oppoſitus, qui millibus ante
Se peditum triplici firmauerat obice vallum
Bolonideſque ſibi ſimili proſpexerat arte
Inque chori ſpeciem pedites triplicauerat ipſos,
Vt quotiens vellet per eos inuaderet hoſtem
Seque receptaret quotiens opus eſſet in illis.

Cumque moram faceret regi confligere nolens
Otho prior, Rex impatiens dilatio nunquam
Cui placet, & pugnæ deſiderio nimis ardens
Theutonicos medio peditum præſumit adire,
Dumque nimis properat aciem penetrare pedeſtrem
Mox haſtas haſtata manus configit in illum
Quarum cuſpis erat longa & ſubulæ inſtar acuta
Et nonnulla velut verubus dentata recurvis
Cuſpidis in medio vncos emittit acutos
His igitur regem pedites inceſſere telis
Non ceſſant, nequeunt tamen eius flectere corpus
In dextrum læuumue latus vel pellere ſella
Enſe nec impediunt quin illos diſgreget vltra
Progrediens multos ſternens, populosque trucidans
Sicque viam ſibi per medios nihilominus hoſtes
Sternit, ad Othonem properat dum tramite recto,
† Et videtur abundare.
Donec ei quidam reliquis audacior, † inter
Pectus & ora ſidit maculas coracis & vſque
Qua ligno iunctum eſt ferri tranſegit acumen
Per collare triplex & per thoraca trilicem
Impulſu valido menti regione ſub ipſa
Carni contiguum prohibens a vulnere ferrum
Dumque ad ſe vellet haſtam reuocare trahendo
Reſtitit vncino maculis hærente plicatis
Viribus ille trahit maioribus, auxiliumque
Dante ſibi turba prolapſum corpore toto
Ora facit prono terræ procumbere regem
Sternitur indigno ſtratum regale loco, nec
Strati calce frui ſinitur quem calcibus inde
Quadrupedes, manus hinc contundit barbara telis
Mox tamen erectum rectis inſiſtere plantis
Vis innata facit, ſed adhuc ſub gutture fixa
Hærebat cuſpis maculis implexa reductis
Et ſupremæ plicis tunica ſuper arma nitentis
Quam dum Francigenæ retrahunt hoſteſq; repellunt
Dumque paratur equus quo Rex aſcendere poſſit
Ecce Otho veniens furibundaque Theutonicorum
Sæuities, regem mortis puniſſet ibidem
Proh ſcelus & triſtis triſtaſſent funere mundum
Et perimi ſatis à facili potuiſſet ab illis
Dum iacet èque ſolo ne ſe leuet impedit hoſtis,
Ni Barrenſis eques feſtinans Francigenæque
Gloria ſe gentis interpoſuiſſet eiſdem
Qui proceſſerunt paucis cum rege relictis
Theutonicoſque coegerunt in fine fateri
Se vere Francis collato marte minores
Debeat vt ſuper hoc fieri collatio nulla.
Vt ſaltu Rex præpeti equo ſe reddidit, ira
Totus inardeſcens totuſque in limine pœna
Pediti ſingulare pro plurali collectiue.
Quam mox inſligat pediti qui ſtrauerat illum
Sæuior effectus lapſuq; nocentior ipſo
Illos in pedites ſtudet exercere furoris
Primitias ipſi fuerat qui cauſa ruina
Quam varijs omnes plagis affecit, vt omnis
Qui vel forte manum temere præſumpſit in illum

Mittere vel ſacrum telis perſtringere corpus
Corpore truncata Stygias eat exul in vmbras
Pœna diſcat, vt hac quam ſit temerarius vſus
Pollutis manibus perſonam attingere ſacram.
At læuo in cornu qui nulli marte ſecundus
Bolonides pugna inſiſtit cui fraxinus ingens
Nunc implens dextram vix vlli baiula qualem
In bachi legibus portaſſe capanea cunas
Quam vix fulmineo deiecit Iuppiter ictu.
Nunc culter vita impatiens nunc ſanguine pugni
Mucro rubens gemina è ſublimi vertice fulgens
Cornua conus agit ſuperaſque eduxit in auras
E coſtis aſſumpta nigris quas faucis in antro
Branchia balena britici colit incola ponti,
Vt qui magnus erat magna ſuperaddita moli
Maiorem faceret phantaſtica pompa videri,
Ac velut in ſaltus ſcopuloſa bieria ſaltu
Præcipiti mittit ingenti corpore ceruum,
Cuius multifidos numerant à cornibus annos
Menſe ſub Octobri nondum Septembre peracto,
Annua quando nouis Venus incitat ignibus illum,
Curſitat in ceruos ramoſa fronte minores
Omnibus vt pulſis victor ſub tegmine fagi
Connubio ceruam ſolus ſibi ſubdat amatam.
Haud ſecus è peditum medio quibus ipſe rotundo
Vt caſtro cauta ſe circumſepſerat arte
Proſiliens volat in Thomam Robertigenaſq;
Drocarum comitem Beluacenumq; Philippum
Bolonides, quos Francigenis magis omnibus odit,
Ipſius à regno fuerant qui cauſa fugandi
Cui latus aſtipat heros Saleberiens Hugo
Bobigena Arnulphus Audenardenus & Angli
Militis examen patris minus arma volentis
Stant contra oppoſitis Thomas Galericius armis
Gamachios Wermoſque ſciens Robertigenaq;
Pontiniuſque comes Drocenſes atque Propheros;
Quiq; ſuos factis & voce hortantur in illos
Haſtis contectis, ſtrictis mucronibus ambæ
Se ſibi continuant acies repetuntq; viciſſim
Ictus alternos crudoque cruore cruentas
Compellunt herbas variare rubore virorem.
Interea Rex Otho manu furibundus vtraque
In Francos dum cæca ſinit fortuna ſecurim
Vibrat, dumque iſtos ſternit, dum vulnerat illos;
Non tamen illorum potis eſt effringere vires
Terroremq; animis inducere fortibus vllum.
Qualiter ille Brias flegreis horridus armis
Centenis manibus fidens & corpore grandi
Terrigenis animos audax audacibus addens
Auſus cœlicolis bellare Iouique ſuperno.
Vt vero iuſtas ſuperum regnator in iras
Exarſit, dextram iaculis cæleſtibus armans
Fulmina pro manuum numero iaculatur in ipſum,
Nec vita vult prorſus eum priuare, ſed igne
Cæleſti ambuſtum ſupponit rupibus Æthnæ

Ignes perpetuos vomiturum fauce ſupina
Non ſecus in Francos Otho deſæuit eorum
Per medium fruſtra ſperans impunis abire
Inq; ipſum regem ſimili ſæuire flagello
Quem circumuallant furibunda milia gentis
Hic claua horrendus, hic formidabilis enſe
Hic ſudibus, telis hic dimicat, ille bipenni,
Hic verubus, cultris alter ſubularibus arctas
Scrutatur torace vias galeaq; feneſtris
Qua ferro queat immiſſo terebrare cerebrum.
Nec minus Othonem pergebat adire Philippus
Nil aliud cupiens niſi ſolis poſſit vt ipſi
Alter vt Æneas turno pugnare ſecundo
Et iam deſtructo primo in certamine vallo
Haſtigeriſq; viris diuerſa ſtrage peremptis
Per medios equites iam feſtinabat ad ipſum
Sed neutri ad reliquum eſt via libera tam glomerato
Agmine, tam iunctis pars vtraque dimicat armis.
Sternuntur plures, ſed ſtrages Teuthonicorum
Denſior eſt, cum more ſuo Barrenſis in illos
Sæuiat impinguans effuſo ſanguine campos
Et Petrus Malenecinus fortiſque Girardus
A ſue cognomen non dedignatus habere.
Cum reliquis quorum mens vinci neſcia, ſolum
Optat vt aut vincat aut pugnando moriatur.
Quos contra comes Otho furit cui Tinquaneburgis
Parebat regio, Guirardus Randerodenſis
Et quo Teuthonicos inter præſtantior vllus
Non erat aut maior membris aut corde Girardus
Hoſtimalis contra Francos emiſſus ab oris
Qui tanta fama, qui tanti nominis erat
Vt vix Othonem Saxonia præferat illi.
Innumeriq; alij qui dum victoria micat
Dum vultu fortuna pari blanditur vtriſque
Viribus immenſis ſolitoq; furore reſiſtunt
Francigenis, nec adhuc rabies Alemanica quam ſit
Francorum virtute minor, ſe ſcire fatetur.
Aſt vbi Saxonum tandem Rex attigit agmen
Francigenique ſuum viderunt ſe prope regem
Quem tanta leuitate in equum aſcendiſſe ſtupebant
Theutonicis horror Francis audacia creuit
Eius in aduentu feruore calentis & ira
Ergo reuiuiſcit pugna ac ſi nulla fuiſſet
Hactenus alternis ſternuntur ſtragibus agri:
Sternuntur domini quidam ſine vulnere, multos
Et dominos & equos lapſu mors tollit in ipſo,
Vt moriens vecto faciat ſolatia vector
Ne domino amiſſo ſcandi indignetur ab hoſte.
Sunt qui interfectis proprijs vectoribus ipſi
Dum pedibus ſtantes pugnant quos caſus eiſdem
Errantes offert in equos aſcendere gaudent
Nec curat proprio priuatus ſorte repertus
An ſit equus ſocij cui ſe commendat an hoſtis
Tam feſtinanter properant in bella redire.
Hic Longi Stephanus campi dominator, iniquo

Sydere cui filum iam rumpere Parca parabat
Cum membris eſſet immenſis, atque vigorem
Adderet immenſo, vires audacia fortis,
Ante ipſum regem multo circundatus hoſte
Obſtantes nunc enſe ſecat, nunc corpora forti
Prenſa manu, quando ſpatium non inuenit ictus
Hinniſonis depellit equis, nunc mixta peremptis
Viua coaceruans aliena tabe voluptas.
Nunc multos lapſis & ferri pondere preſſos
Inque ipſo lapſu fracto quandoq; cerebro,
Aut collo, aut coſtis vita ſine vulnere priuat
Et quaſi ſe ſoli victoria debeat illi.
Dum deſæuit in hos, & ab his ſe vertit in illos
Nec requiem capit & nec ad horam ceſſat ab ictu
In cerebrum caſu ferrum ſubulare recepit
Incertum cuius dextra impingente feneſtras
Per galeæ medias quibus eſt ocularia nomen
Per quas admittit ocularis pupula lumen
Quando nuſquam alias in toto corpore præſtant
Armamenta viam qua ſtringant vulnera corpus
Frigore continuo letali membra rigeſcunt
Hoſtilemque ſuper ſtragem quam ſtrauerat ipſe
Fundit equus dominum, cuius rapit ignea ſurſum
Vis animam, corpus terrenum terra recepit.
At Barrenſis eques cum iam ſubiecta cruore
Arua cruentaſſet multo, faſtidit inertes
Et vinci faciles, quorum ſpreto agmine ſolum
Tendit in Othonem, ſed iam per lora tenebat
Petrus eum Maleuicinus, deque agmine denſo
Fortiter implexis dextra luctante lupatis
Extricare volens turba impediente nequibat
Aduolat & ſtrictum dat eidem ſcropha cutellum
Pectoris in medio, nec cedere ferrea ferro
Arma volunt, quibus Otho ſuos muniuerat artus
Replicat inque ictum dextra indignante Girardus
Acrius inſurgit, ſed equus ceruice leuata
Obuiat & caſu venientem ſuſcipit ictum
Perque oculum in cerebri medio lethaliter ictus
Se leuat inque pedes ſtans vt capra poſteriores
De Petri manibus ruptis extricat habenis
Et conſternatus girauit ſe retro ſtrano
Caſtigare genas rupto nequeunte ſuperbas
Dumque calor plagaque grauis dolor attonat illum
Vi rapit à turba dominum: ſed proxima cum mors
Longius ire vetet, terra procumbit, & vna
Othonem ſecum moriens in puluere fundit.
Oſtimarenſis adeſt curſu rapiente Girardus
Deſcenderſque ſuum domino vectoris egenti
Præſtat equum pedes ipſe manens, ô mira fideli
O Laudanda fides in milite, ne pereat Rex
Exponit miles ſeſe ſpontaneus hoſti
Seu victus duci, ſeu morti occumbere certus
Barrenſique auſus concurrere, grauiter illum
Impedit Othonis fuga ne impediatur ab illo
Qui ſibi vir e timens lateri non parcit equino

Dum memor eſt celeri ſolum ſaluare fuga ſe.
Nec curat quantos belli in diſcrimine charos
Negligat expoſitos cædi mortiſque periclo
Doctior ad præſens propriam curare ſalutem
Quam certus vinci fruſtra ſuccurrere victis.
Inſtat enim Guillelmus et requieque negata
Iam tenet acer eum per poſteriora thoroli
Arma humeri galeamque inter colliq; tumorem
Fortiter infixis digitis à vertice commi
Vellere dum vellet & guttura rumpere ferro
Ecce piloſus adeſt comes & Guirardus & Otho
Tinquaueburnites & quem Tremonia miſit
Et numeroſa manus Saxonum qui fugientem
Conſociant dominiq; fugæ ſolacia præbent
Vt ſociatus eis habeat minus ipſe pudoris
Hi ſe Guillelmo obijciunt ſocialibus omnes
Auxilijs, nec mille vni pugnare pudebat.
Quem quia non poterant equitem ſuperare, per eius
Ilia vectoris gladios in viſcera mergunt,
Vixque manu ipſius dominum eripuere tenaci,
Qui rurſus mandare fugæ ſua terga ſtudebat.
Aſt illi Guillelmum obeunt vnumque putabant
De facili peditem tam multo milite vinci.
Ille autem pedes in medio veſtigia firmat
Seq; habet inter eos irati more leonis
Nunc cultro, nunc enſe furens, nec ſe pedes illis
Exhibet audacem minus aut virtute minorem
Quam ſi ſtaret equus tanta leuitate cæteruam
Circumuallantem ſe prociter impetuoſas
Illorum rabies animoſo robore frangens
Cumque diu ſolus ſe defendiſſet ab illis
Et per circuitum multos ſtrauiſſet eorum
Succurſurus adeſt illi Galericius heros
Cumque illo pedites duo millia robore fortes
Inſtructique armis dominoq; per omnia fidi
Quos cum militibus decies ſex aſſociari
Ex omni ſibi gente ſua curauerat ipſe.
Nec mora Barrenſis in equum conſcendit eoq;
Dimiſſo cuneus modo qui circundabat ipſum
Laxatur repetuntq; fugam haud indemniter omnes
Nam ſummi inter eos Otho comes atque piloſus
Corradus Waphalus, Guerardus Randorodenſis
Cum multis alios qui nobilitate præſtabant
Sponte manus in vincla dabant ipſique teneri
Vincirique orant potius quam perdere vitam.
Franci etenim tantis inſtabant cædibus ipſis
Quod quicunque fuga neglecta forte reſiſtent
Dedere ſe vel pro vita ſupplicare moratur
Confeſtim quam ſit guſtatio mortis amara
Sentit & ingreditur ſedes nouus hoſpes auernas.
At procul hinc acies in læuo prælia cornu
Æquis miſcebant animis, & vtrique parti ſe
Impendebat adhuc parti fortuna fauore
Sanguineis Bellona rotis vtroſque pererrans
Tincta cruore manus veſtes, & pectus & arma

Effuſosque auida ſorbeſcens fauce cruores
Millia mille neces & vulnera ſpargit vbiq;
Speq; ſui incerta partem ſuſpendit vtramque
Caſtra ſuper dubijs victoria dum volat armis.
Sed cunctata breui diuino numine vultum
Mutat, & in Francos totum fluxiſſe volatum
Gaudet & aduerſa penitus ſpem tollere parti.
Nam Beluacenſis vt vidit Epiſcopus Angli
Germanum regis, cui cum ſit viribus ingens
Angligena longo dederant agnomen ab enſe
Sternere Drocenſes & damnificare frequenti
Cæde ſui fratris acies dolet, vtque tenebat
Clauam forte manu, ſic illum diſsimulato
Præſule percuſsit in ſummo vertice fracta
Caſside, quod ſterni tellure cogit eundem
Corporis & longi ſignare caractere terram.
Et quaſi celari facti tam nobilis auctor
Poſsit, neve queat præſul gerere arma notari
Diſsimulare ſtudet quantum licet, atque Iohanni
Seruit adhuc patrum cui iure Nigella ſuorum
Hunc vincire iubet, & ſumere præmia facti
Sic pleroſque alios claua ſternebat eadem
Militibus ſuper hoc titulum palmamque reſignans,
Accuſaretur operam ne forte ſacerdos
Geſsiſſe illicitam, cui nunquam talibus inter
Eſſe licet, ne cæde manus oculoſque prophanet
Non tamen eſt vetitum defendere ſeque ſuosque
Dum dum excedat poſitos defenſio fines.
Angligenæ dominum poſtquam videre ligari
Nimirum attoniti quos crapula dona q; bachi
Dulcius alliciunt, quam duri munia Martis,
Se campum nudant fugiuntque per auia ſparſim
Quo fuga præcipites quo mixto horrore timori
Caſus agit ſociumque fugæ Bolonicus Hugo
Se facit illorum, nec eum fugiſſe pudebat
Qui modo præ cunctis bellum affectabat, & ipſum
Bolonidam irridens timidum infidumque vocabat,
Quod diſſuaderes pugnandum, nec fore tutum
Diceret in plano vires opponere Francis,
Quorum virtutes quorum bene nouerat actus:
Tu fugies, aiens, lepus vt fugitiuus, ego autem
Aut interfectus aut paſſus vincla manebo.
Hac ergo Ardanida longi Saxones ab illa
Parte fuga intendunt Waphali cum Teuthonicorum
Millibus inde abeunt, hinc ſe Brabancio curſu
Subducit Francis, hac Flandricus, Anglicus illac,
Nec reperire dolent aliquas per plana latebras
Crudæ quibus lateant ſaltem dum vulnera ſtringant
Horrendi ſaltem, dum tranſeat hora furoris
Dum ſatur ad loculi gladius velit ora reuerti,
Dum Franci modica ceſſent à cæde vel hora
Qui perſiſtebant hos cædere, funibus illos
Innodare ſuis, quibus ipſi Francigenarum
Impete ſub primo dextras arctare putarunt
Cumque latus belli fuga iam nudaſſet vtrumq;

Stabat

Stabat adhuc peditum medio ſe ſæpe receptans
Bolonides, nec ſanus adhuc ceſſabat amica
Damnificare ſuo cognataque pectora ferro
Hoſtis amicorum patriæque exoſus alumnos
Nec patrij dulcedo ſoli, nec ſanguinis vlla
Communis pietas, nec amica vincula carnis
Nec regi & domino iuratio præſtita dudum
Mollierant diram fundenda à ſanguine mentem
Nec vinci à quoquam virtus effrana ſinebat
Et cuicunque manum vinciſſet victor abibat
Tam caute tam ſe prudenter adebat in armis
Tam liquido Francis traxiſſe parentibus ortum
Belligerando ipſum probitas innata probabat
Degeneremque licet ſibi culpa effecerit ipſum
Non tamen iſtius pudeat te Francia culpa
Nec facies ſuper hoc rubeat tua non modo primum
Incipiunt partus parientibus eſſe pudori
Sæpe fit vt pariat prauos bona mater alumnos,
† Mala. *Et † male ſæpe parens ſanctas alit vbere natos*
In peditum vallo totiens impunè receptus
Nulla parte comes metuebat ab hoſte necari
Haſtatos etenim pedites inuadere noſtri
Horrebant equites dum pugnant enſibus ipſi
Atque armis breuibus; illos vero haſta cutellis
Legior & gladijs & inextricabilis ordo
Circuitu triplici murorum ductus ad inſtar
Caute diſpoſitos non permittebat adiri.
Quæ Res vt regi patuit ter mille clientes
Haſtis armatos in equis emiſit in illos
Vt perturbatos ſtationem ſoluere ſeque
A tam perplexa faciat laxare corona
Exoritur clamor nimius ſtrageſque cadentum
Armorumque fragor audiri non ſinit æris
Clangentis ſonitum, cadit omne in vulnera vulgus
Quo ſe Bolonida ſterili vallauerat arte
Dum putat in vanum Francis illudere ſolus
Ipſe quibus pugnare alijs fugientibus audet
Nec vitam dignare fuga dignatur inerti
Nil miſeros longa arma iuuant nil dacha bipennis
Nil comes ipſe ſuum nequiens defendere vallum.
Nil priuare poteſt virtutem fine cupito
Sola eſt quæ ſuperat finaliter omnia virtus
Cui vis nulla vel ars robur ve ſu fine reſiſtit,
Omnia ſuppeditat, ſupereminet omnibus vna
Hæc Francus ſemper comes eſſe domeſtica gaudet
Hæc Francos in fine facit gaudere triumpho.
Omnes interimunt, omnes in tartara mittunt
Bolonidamque ſuo diſcludunt prorſus aſilo.
Ille autem vt totas fugientibus vndique campos
Feruere conſpexit & vix ſupereſſe decem ter
Ex equitum peditumque omni legione ſuarum
Ne vel velle capi ſeu vinci ſpante putetur
Francigenas ruit in medios, quem quinque ſequuntur
Vix ſocij reliquos cingentibus vndiq; Francis
Quoque ligarentur ſpatium vix dantibus ipſis

Et quaſi ſolus eos iam vincere debeat omnes
Tanquam nulla die geſſiſſet prælia toto
Viribus & niſu toto furibundus in illos
Sæuit & ad regem medio feſtinat eorum
Vitam non dubitans eius pro morte paciſci
Affectansque ſimul illo moriente mori.
Ibat forte pedes Petrus, cuius nomen & ortum
Inſignem Turella dedit victore perempto
Dum nimis hoſtiles audet prorumpere turmas.
Qui fieri miles & origine dignus & actu
Charus habebatur & clarus regis in aula.
Hic cum Bolonidem bellum renouare videret
Et conferre manum, nec adhuc ſe dedere velle
Immo renaſcenti virtute reſiſtere multis
Feſtinans acceſſit eò, læuaque leuauit
Tecturam ſumbus qua latus ferrea latam
Ventrem velat equi teneroque ſub inguine dextra
Mucronem impegit & equi vitalia rupit
Enſeque retracto lato manantis hiatu
Infecit virides aſperſio ſanguinis herbas.
Quo viſo quidam fidus ex eius amicis
Aduolat & comitem prenſis ardenter habenis
Inuehitur dictis & amico famine in ipſum
Qui nolente Deo fugientibus vndique cunctis
Staret adhuc ſolus victores vincere certans
Procurans proprio ſibimet ſuſpendia facto
Non metuens merita ſe præcipitare ruina
Quam leue cum reliquis poſſet fugiendo cauere.
Talia proſequitur, & eum per fræna ſeorſum
Nolentem retrahit, vt equo mandare nouato
Terga fugæ faciat, cui tota mente reſiſtit
A bello nequiens animum reuocare ſuperbum
Malo inquit, ſaluo vinci pugnando pudore
Vincere quam fugiens, vitam poſtpono pudori
In bellum redeo quicquid mihi fata minentur.
Dixerat, at veruis iam ſe laxantibus vltra
Stare nequibat equus, tum condumta Iohannes
Adueniens cum fratre ſuo quanonc frequentes
Ingeminant ictus comiti caua tempora circum
Cumq; ſuis ipſum vectore & milite pronis
Verticibus ſtrauere ſolo, tacuitq; ſupinus
Ipſe comes preſſa ſub equino pondere coxa.
Dumque ligant fratres comitem venit ecce Iohannes
Cum vera re nomen habens à robore verum
Qui comitem velit aut nolit ſe dedere cogit
Cumque moraretur à terra ſurgere fruſtra
Auxilium expectans & adhuc euadere ſperans
Affuit è famulis electi garcio quidam
Ipſum præcedens Cornutus nomine fortis
Corpore, mortifero horrebat cui dextra cutello
Hic ocreis vbi ſe iungit lorica, volebat
Immiſſo comiti vitalia rumpere ferro
Sed thorax ocreis conſuta patere cutello
Indiſſuta negant Cornuti vota fefellit
Circuit atque alias ſe garcio vertit ad arces

Cornibus

Cornibus amotis balene & caſside tota
Ingenti faciem nudatam vulnere ſignat,
Iamq́; parabat ei guttur reſecare, nec vllus
Arcet eum, quin mox occidat ſi queat illum
Oppoſita tamen ipſe manu comes obſtat, & à ſe
Quantumcunq; poteſt mortem elongare laborat
Sed rapido curſu veniens Electus abegit
Ipſius à iugulo ferrum famuliq; repreſsit
Ipſe ſui dextram; quem cum nouiſſet, ad ipſum
Exclamat comes: O ne ſic Electe necari
Me bone permittas, ne me patiaris iniquo
Sydere damnari, ne garcio funeris auctor
Gaudeat eſſe mei, melius me Curia regis
Damnet, & infligat merui quam incurrere pœnam.
Dixerat. Electus è contra taliter ille:
Non morieris, ait; Sed cur ita ſurgere tardas
Surge citò, regi iam præſentari oportet.
Hæc dicens terra nolentem ſurgere caſum
Cogit, & aſperſum vultus & membra cruoris
Flumine vix in equum ſua membra leuare valentem
Cum magno tollit planſu vix denique victum
Atq; Nigellenſi dat eum ſeruare Iohanni
Qui gratum regi munus præſentet eundem.

LIBER DVODECIMVS.

Materia Duodecimi Libri.

PArtitur prædas duodenus. Corde benigno
Rex comitem recipit, grauiterq; redarguit ipſum.
Gaudia regali referuntur vbicumq; triumpho
Mors optata nimis trahit in ſua iura Iohannem
Symonis indigno triſtatur funere mundus
Petrus Amalricum Britonum dux Marte triumphat.
Territat igniuomus Francorum corda cometes
Rex obit, vnde dolent omnes, in gaudia luctum
Conuertunt regis miracula ſanctificati
Et regni nouitas Lodouico cœlitus vncto.

FRancorum gladios nimia iam cæde rubentes
Vix foruli agnoſcunt, quosq; emiſere nitentes
Tabo ſordentes mutatos pene repellunt,
Iam deſunt reſtes, iam deſunt vincla ligandis
Turba ligandorum numero præit ipſa ligantes
Iamq; parante ſuam luna producere bigam
Solis ad Oceanum curuo quadriga rotatu
Ibat & eius equi laxo themone diurni
Non procul antidotum gaudebant eſſe laboris
Quos expectabat gremio refouere tepenti
Thetis ouans poteratq́; via iam meta videri
Qua placidè ſperans ſe commendare quieti
Protinus in reditum litui ſua claſsica mutant
Et reuocant ſparſas tonitru lentore cateruas
Signa reuertendi grato reuocamine dantes
Tunc demum licuit Francis inſiſtere prædæ

Et ſpoliis armiſq; hoſtes ſpoliare iacentes.
† dextrarius *Iſti præda places † dexterrius ardinis illi*
Runcinus caput ignoto dat fune ligandum.
Hi neglecta legunt per campos arma nitentis
Prædo fit hic clipei, gladii vel caſsidis ille.
Hic ocreis contentus abit, lorica fit illi
Præda placens, veſtes & tegmina colligit alter
Fortior & ſorti magis eſt obnoxius ille
Sarcinulatorum qui prædo meretur equorum
Eſſe, vel abſconſi forulis prægnantibus æris
Aut carpentorum, quæ primum Belga putatur
Carpentaſſe ſibi cum regna coercuit olim
Aurea vaſa quibus & non temnenda ſupellex
Et multo ſerum ſudata labore latebant
Veſtimenta peregrinis regionibus ad nos
Quæ deferre ſolet animi mercator auari
† quacunque *Multiplicare ſtudens ex re † quemcunq; lucellum*
Vnamquamq; rotis camera internecta quaternis
In nihilo patitur thalamo differre ſuperbo
Quo noua nupta nouum ſibi vult hymenea parari
Vimine tam nitido ſplendet contexta patenti
Tot res ventre capit, tot edulia, tot pretioſos
Ornatus, ſpoliis tot ſufficit vna vehendis
Vt vix ſufficiant iumenta bis octo trahenda.
Carrus quo reprobus erexerat Otho draconem
Quem ſuper auratis aquilam ſuſpenderat alis
Cogitur innumeras in ſe ſentire ſecures
Fragminibuſq; dolet ignis cibus eſſe minutis
Nec ſaltem vt ſuperent faſtus veſtigia tanti
Cumq; ſuis pereat damnata ſuperbia pompis.
Aſt aquilam fractis reparatam protinus alis
Rex hora regi Frederico miſit eadem
Hoc ſciat vt dono faſces Othone repulſo
† ipſum *Iam nunc diuino tranſlatos munere in † ipſam.*
Continuò ſpoliis ornatus morte propinqua
Cœtus ouans in caſtra redit, regiq; ſuperno
Gratus agit grates grato rex corde, tot hoſtes
Qui tam propitio dedit illi vincere natu
Fiat & vt tantæ memor ætas poſtera palmæ
Syluanectenſis extra vrbis mœnia cellam
Condit, & imponit illi Victoria nomen
Quæ largis dotata bonis ſe canonicali
Religione regens Abbatis gaudet honore,
Conuentuſq; ſacri quos de Victoris ouili
Angelico aſſumpſit regis prudentia dignos
Commendare Deo ipſius populiq; ſalutem
Moribus inſignes mundum carnemq; peroſos
Per quæ ſola duo nos improbus allicit hoſtis.
Hiſq; triumphatis leuis eſt cum Dæmone pugna
Cum nil vincendum niſi ſola ſuperbia reſtet.
O pietas, ô mira fides in rege quis vnquam
Rex Hebræorum, quis princeps, quis populi dux
Tanta pace animi, tanta pietate refulſit
Vt non puniret capitalem protinus hoſtem
Maieſtate reum læſa dominiq; peremptor

Vnde quidã dicit:
Cum bene pugnaris cum cuncta ſubacta putabis
Quæ nos infeſtat vincenda ſuperbia reſtat.

Qui

Hæc eſt pœna parricidæ, claudebatur in ſacco cum ſimia, gallo, & colubro, & deinde iaciebatur ſic in fluuium.

Qui fieri voluit, & perducturus ad actum
Si licuiſſet erat conceptum mentis iniquæ
Vaſallo infido voluit rex fidus haberi,
Qui ſeruare fidem iuratam noluit illi,
Quem licitè poterat quouis extinguere letho
Cui debebatur culeus & ſimia, culpam
Rex pius indulſit pro pœnis præmia, pacem
Pro bello, vitam indigno pro morte rependens,
Quinetiam verbis pauidum ſolatur amicis.
Ne paueas, fido fac vixeris amodo corde
Flagitiiſq; nouis me non accenderis in te
Aſſiſtes lateri noſtro non vltimus immo
Quam prius extiteris mihi charior efficieris
Tu tibi tu caueas recidiua labe relabi
In laqueos ſimileſq; iterum patrare reatus,
Ne tibi deterius poſſit contingere teq;
Indignum omnino clementia noſtra repellat.
Sic ait, & vinclis ſeruari iuſſit honeſtis.
Poſt triduum verò rege exiſtente bapalmis
In reditu à bello, fuit illi fortè relatum
Neſcio quo reſegente dolos miſiſſe latenter
Othoni comitem poſt bellum veſpere ſero
Et regi & regno præiudicialia ſcripta
Quo mox comperto nimiam commotus in iram
Subiecto terrore ſonos rex exit in iſtos:
Tu genitorq; tuus corrupti munere dudum
Anglorum regi Henrico fauiſtis, & in me
Nataliſq; ſoli conciues arma tuliſtis,
Qui rex veſter eram, cui vos feudaliter ambos
Iure ligabat honor comitatus militaris
Cingula, qui dederam tibi primitialia iuris
Pace reformata nos inter, poſtea pacis
In præiudicium poſt patris fata tui, me
Bello impugnaſti renouato rege parentis
Richardo poſt fata ſui mihi bella mouente.
Quo mox extincto factus mihi denuo amicus
Vxorem tibi iam cum gratia noſtra dediſſet
Bolonia toto comitiſſam cum comitatu
Non multo poſt hac elapſo tempore factum eſt,
Vt ſimul à nobis comitatus quinq; teneres
Et tua nata mei coniunx eſt facta Philippi,
Eſt & facta tui neptis mea Symonis vxor
Sic mihi te donis, ſic te per chara ligabam
Pignora, te contra ne me ſcrupuloſa moueret
Suſpicio ad vomitus ſolitos ne forte redires
Cum ſe peruerſi facilè in conſueta reuoluant.
His tamen ingratus cuncta hæc à mente relegans
Proq; bonis mala retribuens me ſponte relicto
Cum membris Belial qui pacem odere Deumq;
Nequitia fœdus patriæ deſertor iniſti,
Complicibuſq; tuis conniuens in caput iſtud
Coniuratus es ſicarius arma tuliſti:
Cumq; tibi hoc totum ſola pietate remittens
Immeritam merita vitam pro morte dediſſem
Auſus es exacto vix veſpere nocte ſequenti

Paſt bellum renouare dolos, mentiſq; venenum
Inſtillare notis ſcriptoq; retexere fraudem
Othoniſq; animum prece ſollicitare doloſa
Vt bellum renouet noſq; impugnare retentet.
Talis es & maculis macules cum talibus orbem,
Quamuis indignus ſis amodo viuere, vitam
Non tamen amittes iugiq; in carcere viues,
A ſcelere vt ſaltem dum ſis in compede ceſſes
Et ſi mente nequit propelli praua voluntas
Conſueta ſaltem manus impediatur ab actu
Affectuq; ſuo careat ſuggeſtio lingua.
His dictis, neq; enim comitem mutire patrati
Conſcia mens ſceleris, aut reſpondere ſinebat,
Mox incluſit eum ferrata in turre Perona,
Compedibus vinctum geminis breuibuſq; cathenis
Seruariq; iubet poſito cuſtode fideli
Milite ſe decimo Guillelmo Pruniacenſi.
Regis & Anglorum Drocenſis fratre recepto
Turris honoratur vt patri reddere natum
Quandoeunq; ſuo cupiat pro fratre Iohannes
Nannetis inſidiis quem circumuenerat, & mox
Cum ſociis vinctum bis ſenis trans mare mittens
Iam cuſtoderat in carcere tempore multo
Hoc tamen ille diu concedere diſtulit, vt qui
Semper erat cum fratre ſuum genus omne peroſus,
Egregioſq; indigna pati malebat ephebos
Exeat à pœnis quàm commutatus vterq;.
Aſt alios comites VVaphalum cum Radorodenſi
Tynquaueburgenſi Othonem comitemq; piloſum
Ingenuoſq; viros, proceres, equiteſq; minoris
Nominis innumeros diuerſa per oppida regni
Seruari mandat rex ob commercia cenſus
Propria prout redimi ſinat vnumquemq; facultas
Largiter indulgens quicquid natura vel vſus
Nobiliumve petat ſibi conſuetudo virorum
Nulla vt perſonis vel honori iniuria fiat.
At Ferrandus equis euectus fortè duobus
Lectica duplici themone vehentibus ipſum
Nomine quos illi color æquiuocabat, vt eſſet
Nomen idem comitis & equorum, Pariſianis
Ciuibus offertur Lupra claudendus in arce
Cuius in aduentu clerus populuſq; trophæum
Cantibus hymniſonis regi ſolemne canebant.
Tunc patuit Ferrande tibi Pytonicus error
Compulit in vanum qui te ſperare quòd vrbs te
Exceptura foret magno regalis honore.
Lege quidem fati non eſt lex æquior, æquo
Omnia iudicio Deus ordinat, æquius iſta
Sorte nihil quod eos voto conformis eorum
Sors ligat in villis quos Otha ſpoponderat illis
Quaſq; daturus erat iurati fœdere pacti
Lætificaſſet eum pede ſi victoria dextro
Fitq; vt quiſq; loco tormentis ſeruiat illo
Cui dominaturum cupida ſe mente putauit,
Fitq; locus pœna qui ſperabatur honoris

† Com-

† Commutatus

†*Committatq́ ſpei confuſio gaudia luctu.*
Agmina Pompeius olim pyratica fregit
Et Mithridatem nato mediante ſubegit
Cunctantem ſumpto mortem accelerare veneno
Ne ſub Romanis notum regnare videret
Vel nato efficeret ipſum ſors dura minorem
Poſtmodo regnà ferè peſſundedit omnia Roma
Quæ mare trans Græcum pars tertia continet orbis.
Cæſar poſt Gallos, poſt plurima regna labore
Conquiſita graui quibus imminet occiduus Sol
Latè dilatans ius imperiale per orbem
Terga licet flauis oſtenderit ipſe Britannis
Pompeium vicit, vt magno maior, & omni
Prælatus capiti princeps foret vnicus orbis
Vt dominaretur ſuper omnes Roma ſub ipſo:
Roma tamen neutri ſic exultauit eorum
Nec tam lætifico cecinit Pæana canore
Intraturo in equis Capitolia quatuor albis,
Francia quàm celebri poſt conſummata Bouinis
Bella, ſuo exhibuit feſtum ſolenne Philippo
Nec tam magnificos meminit iubilaſſe triumphos.

idest, Hieruſalē ſic dicta ab Elyo imperatore qui eam reædificauit.

Poſt ſed cum Titus & Veſpaſianus helya
Funditus euerſa temploq́ in plana redacto
Iure tibi Iudæa locum gentemq́ tulerunt
Qui candelabrum, tabulas, & fœderis archam
Et Domini menſam cum multo pignore ſancto
Procurauerunt Romanis addere gazis
Atq́ Aaron virgam, quæ cum foret arida prorſus
Fronduit & ſubito produxit amygdala flore
Virginis intactæ typicans noua gaudia partus
Semper & in ſeruos pretio venundare vili
Teq́ tuumq́ genus & in omnem ſpargere ventum
Sic peccata Deo tua caſtigante per ipſos.
Hanc tibi finalem meruit caluaria pœnam
Qua præſumpſiſti noſtrum crucifigere caluum
Hanc præſignauit vrſorum irriſio facta
In pueros Bethlehem ſancto conuicia nati
Dum faciunt caluumq́ vocant, hæc omnia dudum
Ora Prophetarum tibi præcinuere tuorum,
Ne vel neſcires quantum peccare parares
Quantaue tam diros ſequeretur pœna reatus
Peccareſq́ minus ſaltem formidine pœnæ
Ingrueretq́ minor peccato pœna minori.
Sola dabat plauſus in tempore regibus illo
Roma ſuit, nec cura aliis erat vrbibus vlla
Aut Romanorum ſaltem exultare trophæis
Aut ſumptus aliquos illorum impendere pompis
Nunc quocunq́ loco lati patet area regni
Oppida quæ tot habet, in ſe tot caſtra, tot vrbes
Tot ſceptris dignos comitatus, totq́ Ducatus
Quæ tam multa ſubeſt patribus prouincia tantis
Iura diœceſibus quorum vnuſquiſq́ miniſtrat
Pluribus annuceras dictans edicta per vrbes
Quælibet vrbs, vicus, caſtellum, pagus eodem
Exigit affectu communis gaudia palmæ

Et ſibi dat proprium commune quot omnibus extat
Vt generalis eat loca per ſpecialia plauſus
Et ſimul vna ferat victoria mille triumphos.
Nil toto ſonat in regno niſi plauſus vbique
Omnis condicio, fortuna, profeſſio, ſexus,
Ætas hymniſonis intendunt cantibus omni
Gloria laus & honor regi cantátur ab ore.
Nec ſolum cantu vel geſtu corporis, ardor
Exprimitur mentis, verum per caſtra, per vrbes
Claſsica, per vicos reſonant, vt multiplicato
Concentu maiore ſono ſe vota reuelent.
Neve putes illos expenſis parcere, miles
Ciuis, villanus radiant in mirice, nullum
Indumenta tegunt niſi ſammi, byſſus, & oſtrum.
Ruſticus ornatu dum fulget imperiali
Se ſtupet & ſummis componi regibus audet,
Ex habitu tantum ſibi mens pręſumit, vt ipſum
Eſſe hominis veſtis mutare aliena putetur.
Nec ſatis eſt vlli ſociis par eſſe nitore
Si nulli è multis aliquo pręfulget amictu
Sic ſibi concertant pręcellere veſtis honore.
Cerea non ceſſant per totam lumina noctem
Cunctorum in manibus tenebris clarere fugatis
Vt nox in faciem conuerſa repente diei
Tantis luminibus tanto fulgore dieſcens
Stellis & lunæ nil vobis debeo dicat.
Talia per cunctas attollere gaudia villas
Sola quidem populos dilectio regis habebat
Pariſius verò pręcunctis vrbibus addit
Plauſibus & iubilis & lætitia generali
Sumptus maiores, & delectabiliori
Ludos exequitur ſtudio celebresq́ choreas
Pręcipuè quos Palladii dulcedo laboris
Allicit alma ſequi vita documenta beata
Plenius & multo ſe ſplendidiore paratu
Accingunt palma, vt feſtum regalis honorent
Perq́ dies octo totidemq́ celebria noctes
Gaudia continuant, & eo deuotius inſtant
Lætitiæ quo rex magis eſt dilectior illis
Cuius eis cura pacis pręſtante quietem
Securi cirre dominis in ſeq́ fruuntur
Solius vt ſtudium circa vexentur eorum
Pectora diuerſas non admittentia curas.
Pax erat in toto populis gratiſsima regno
Rexq́ gubernabat regnum populumq́ paterno
Affectu cunctos & amans, & amatus ab illis,
Nulli damnoſus, nulli grauis, omnibus æquus
Omni pręcipuè cleri protector ab hoſte
Sicq́ benignus erat quod amico pacis amicos
Corde fouens malefactores puniret acerbè
Vnde vocabatur omni reuerenter ab ore
Cleri rex, patriæ pater Eccleſiaq́ columna:
Nec ſciri poterat mage diligat an populum rex
An regem populus, & erat contentio dulcis
Inter eos ſuper his vter vtri charior eſſet

Quem

Quem penes alterni vis eſſet maior amoris
Tam puro nexu dilectio colligat ambos.
Iamq; bouinei poſt belli tempora quartus
Annus erat, cum rex poſt tot patrata per ipſum
Crimina priuatur regno vitaq; Iohannes,
Pellitur à patria trans Humbri flumina longè
Damnatus cleri populiq; examine iuſto.
Nam proprio fuerat genitori occaſio mortis,
Proditor & fratris, interfectorq; nepotis
Illo qui fuerat ad regnum iuſtior hæres.
Sublimare loco cuius gens Angla volebat
Te Lodouice ſuum tibi patre negante fauorem
Pontificis nolens offenſam incurrere ſummi
Qui nitebatur releuare ad ſceptra Iohannem.
Sic igitur regni priuatus honore Iohannes,
Atq; ſui iuxta prænoſtica nominis, expers
Omnino terra tandem malefactor haberi
Ceſſat eiq; malos mors demiq; terminat actus
Cui mox Gualo vicem qui patrum patris agebat
Ipſius prolem Henricum ſuccedere fecit.
Qui cum vix annos bis quinq; ætatis haberet
Vngitur & Papæ per iuramenta ligatur
Subditus vt ſit ei ſemper ſoluatq; tributum
More ſui patris ab eodem ſceptra tenendo.
Non minus hoc ipſo ſub tempore reprobus Otho
Brunſii ægrotans tam longo anathemate demum
Abſolui meruit, & amara reconciliato
Corporis atq; animæ conſortia diſſociat mors.
Non multo poſthac Symon, magis vnde dolendum
Martyris in palma ratio niſi flere vetaret
Inclytus ille comes Tholoſanam dum obſidet vrbem
Quæ fidei noſtræ contraria ſuſcipiebat
Hæreticos, nec adhuc peſtes euitat eorum
Raptus ab hac ſubito lachrymarum valle beato
Martyrio ad ſedes meruit migrare ſupernas,
Gaudia Martyribus addens concius eorum
Factus, vbi æthereâ cum Chriſto regnat in aula.
Viſio cuius eum ſic paſcit ſola, quòd ipſo
Dum ſemper fruitur nunquam faſtidia ſentit.
Cuius ab interitu valde pars catholicorum
Infirmata dolet, & pars aduerſa ſuperbit.
Sed nec Amalricus eiuſdem nobilis hæres
Patris onus ſubiens ætate inſufficienti
Tot contra ſortes ſolus pugnare valebat.
Tunc rex magnanimus pereunti in partibus illis
Compatiens fidei pietatis ſemper abundans
Viſceribus ſuper afflictos tam grande periclum
Antidotare volens ad ſola ſtipendia fiſci
Sexcentos equites & millia dena clientes
Armis inſtructos animoq; & corpore fortes
Miſit Amalrico ſuccurſum in tempore gratum
Et ſic ad tempus vis hæreſiana repreſſa eſt
Catholicuſq; vigor etiam nunc præualet illic.
Elapſis poſthac annis penè duobus
Multos turbantes vſq; ad meditullia regni

Emergens ſubito diſcordia particularis
In Britonum regione maris qua littore Thetis
Orbis terrarum & regni confinia finit.
Theologicè cognoſcitur. *Nec patet vlterius quicquam, niſi pontus & aer*
Qui quantum pateant vltra nullatenus vlli
Noſſe datum nulli ſatis indagabile factum eſt.
Expediens nempe eſt, licet id ſcit ſcibile paucis,
Bellorum motus etiam patientibus ipſum
Cum Deus in toto ſine cauſa nil agat orbe
Nil fieri faciat quod non aliquos ferat vſus
Qui cum cauſarum ſit cauſa immobilis ipſe
Fixas mobilibus cauſas dat rebus ineſſe
Qui mala quæ patimur noſtrum conuertit in vſum,
Elicit & nobis ex noſtris commoda damnis
Qui facit vt bellum patientibus vtile fiat
Ne vitiis alimenta quies diuturna miniſtret,
Occupet & nimio torpore ignauia mentes.
Nam virtus exercitium quo creſcere poſſit
Semper amans capit ex ipſo crementa labore
Præſentiq; malo noſtri ferrugo reatus
Lenius excoquitur, ad tempus vt erudiat nos
Pœna breuis, multoq; minor quam flamma gehennæ
Quæ ſine fine reos pœnis diſtringit amaris.
Turbandæ pacis occaſio prima fuerunt
Britigenæ comites Conanus cum Salomone.
Iuſta tamen belli fuit illis cauſa mouendi.
Nam Britonum dux Petrus eos ſpoliarat auitis
Fortior ipſe bonis, nec eis dimiſerat, vnde
Caſtigare famem frigusq; repellere poſſent
Qui fuerant nati dominari pluribus alto
Sanguine progeniti, factis & nomine clari.
Nec minus eſſe pater quod dux in parte fuiſſet
Iuſtus eis quoniam multa ipſi forte tenebant
Quæ potius dux debuerat de iure tenere
Sed vir gente potens & eiſdem fortior armis
Indignante ferens animo ſibi iuſta negari
Subripuit cum iure ſuo ſibi ius alienum
Nec ſeruare modum nouit vis effera, quando
Omnia das forti qui ius negat arma tenenti.
Abſtulit ergo viris totum patriaq; fugauit
In nemora & valles deſertaq; luſtra ferarum.
Qui quotiens poterant illi dare damna ſuiſq;
Pluribus adiuti ſociis, abducere prædas
Inſtabant, vincire homines, euertere villas.
Quot cum Dux vellet confundere funditus, ecce
Mouit Amalricus bellum Credonicus illi
Qui proclamabat in quodam ius ſibi caſtro
Quo dux dicebat illum nil iuris habere
Coram rege ſuper hoc iuri ſtare paratus
Viribus ille ſuis fidens non in dictorum
Ambiguo fini ſtrepitu ciet arma ſuperbo
Atq; Ducis terram ferro populatur & igni
Guerchinoſq; capit muros caſtrumq; briant.
Dimiſſis igitur Conano cum Salomone
Quorum iam partem Britonum pars magna iuuabat

Dux in

Dux in Amalricum conuertit bella, ſuoſq;
Cum conſanguineis proceres inuitat, vt ipſi
Impertire velint contra tot bella iuuamen,
Cumq; dura duos duraſſet guerra per annos
Dux incurrebat diſpendia multa, nec vlla
Part indemnis erat aut intacta Ducatus
Quippe Leonenſes hac illum ex parte fatigant
Cumq; Trecoritis Gœlunes & Rhohanita:
Hinc ſub Amalrico Cenomanenſis & omnes
Andegauenſis eques Turoniq; & quiſquis ab vſq;
Carnoto laudis aliquid vel honoris habebat
Francorumq; manus quammaxima cum Sagienſi
Agmine, Biturigumq; caterua comeſq; Niuerni
Quot commune genus vel amor ſociauerat illi
Vel cenſus, quo nulla magis res nutrit amorem,
Nil magis accendit equites, nil fortius armat,
Ignauos animat, vires imbellibus addit
Audaces pungit, in mortem trudis inermes,
Liuorem membris depellit, vulnera ſanat
Potio nulla animos leuire ſalubrior agros.
Illum autem ſequitur Britonum part maxima qui ſe
Intrepido præſtant animo dominoq; Duciq;
Quorum ſubſidio fretus monituq; fideli
Ingentes animo regali concipis auſus
Propoſuitq; ſemel patriæ ſuccurrere toti.
Non curans igitur quantum Conanus in ipſum
Saniat aut Salomon, aut quanta in partibus illis
Prædarum aut hominum patiatur damna per ipſos
Iam finire parat tam longa tædia guerra
Et ſimul atq; ſemel aut vinci aut vincere quærent
Audax in campo iuxta vineta Briani
Pugnat Amalrico & clara virtute triumphum
Conſequitur capiens ipſum multoſq; quirites
Et proceres, vinci quos nemo poſſe putauit
Cum numerus maior numero ducis eſſet eorum
Ipſiq; inuicti cum ſummo laudis honore
Hactenus extiterint conflictu ſemper in omni.
Sic Britonum probus auxilio laudabile nomen
Promeruit, patriamq; ſuam ſaluauit ab hoſte
Verè Francigenam verò regalis alumni
Se generis probitate probans pronepos Lodouici
Nobiliorq; nimis patrueli rege Philippo.
Inde Leonenſes ex hoc certamine quamuis
Illorum valde part debilitata vacillet
Guerrificare ducem per ſe nihilominus audent
Perq; dies illi multos virtute reſiſtunt
Longanimi, demumq; bona lis pace fugatur
Qua redeunte duci ſolito ligantur amore
Et ſua reſtitui ſibi iura merentur ab illo.
Quid lachrymas, quid mœſta doles, cur ora relaxas
Singultu occulto, cur cœlo lumina figis
Muſa? quid ignotos aſtrorum ſuſcipis ortus?
Cur rutilare nouum ſic admirare cometem
Ecce Philippei præceſſit funeris aſtrum,
Aſtrum quo mundus dolet & cœleſtia gaudent

Hoſpitis aduentu tanti exhilarata propinquo,
Ecce vocant illum nubes & ſydera cæli,
Certus vt ipſe ſua per tam manifeſta ſalutis
Signa ſuos actus placitos ſciat eſſe ſuperno
Aſtrorum Domino ne ſortè ſubhorreat eius
Spiritus aut trepidet luteo de vaſe reſolui,
Seq; creatori victis iam dæmone, mundo,
Carnis & illecebras victrici reddere leto
Et ſi ſortè alias legimus minitante cometes
Crine, rei euentum præſignificare futura,
Non tamen vſq; adeo aut tanto fulſere rubore
Vt cum nocte dies ſeptena reluxerit aſtri
Lumine flammiuomo commixta nube rubori,
Vt ſolet ardenti fumo lucente caſella,
Stramineam ſi ſortè domum vis corripit ignis
Flammeus, immixtas vapor eructare fauillas.
id eſt, ſeptenariũ. *Hunc ſigni numerum poſcebat vita Philippi*
Hoc meritum numero voluiſti pandere ſerui
Chriſte tui ſciat vt ſe terq; quaterq; beatum
Corpore vt atque animo fælix tranſcendat ad aſtra
Quem bene completus hic ſeptenarius, illam
Ducit ad octauam quæ ſurſum eſt neſcia finis.
Non igitur ſtupeas, non te dolor anxiet, immo
Si contriſtauit te mors, victoria mortis
Lætificet, cum iam videas crebeſcere ſigna
Per quæ cum Chriſto victa iam morte probatur
Viuere, cui vita dignè ſeruiuit in iſta
Et ſi vita eius ſtuduiſti geſta referre
Maiori ſtudio referas & mortis honorem
Quemq;, ipſo viuente, librum finire putaſti
Exequialis honor fac terminet, & ſpecialis
Gloria, Chriſtus eum quo ſine beatificauit.

De Cometa qui præuenit infirmitatem Regis.

Terruerat populos radio noua ſtella minaci
Nec vulgus ceſſabat adhuc variare tumultus
Quid portenta noui non intellecta ſequatur
Nec dum menſis erat poſt hoc elapſus, & ecce
Inuadit febris regis quartanica corpus
Quem cum quarta dies æſtu torqueret anhelo
Ceſſabat mediis tamen ægrotare diebus
Et ſic febris erat interuallata, vigorem
Quòd nec membra ſuum perdebant ſiue colorem,
Nec minus ipſe ſua leuitate & viribus vtens
Sollicituſq; ſui curare negotia regni
Oppida more ſuo diuerſa ſtudebat & vrbes
Viſere, præſertim quibus ille reædificandis
Impendens operam muros fabricabat & arces.
Quotquot enim fiſcus vrbes habet, oppida, vicos
Ad proprios ſumptus murauit, & omnia vidit
Impenſis murata ſuis dum viueret, idq;
Plus admirandum ſonat auditoris in aure
Laudariq; magis dignum quod in omnibus iſtis
Vexauit nullum cenſus exactio, nullum

Vt fieri ſolet à multis angaria læſit
Cuiuſcunq; domus, fundus ſeu vinea propter
Foſſas aut turres periit ſeu mœnia, damni
Totius pretium patiens à rege recepit.
Et licet hæc regni emendatio publica cunctis
Ciuibus & populo communiter vtilis eſſet
Noluit vt fieret aliis oneroſa, ſed omne
Sola ſubiuit onus pia munificentia regis.
Qui poſtquam primos rigores ſenſit, & eius
Sacra repenſe tremor febrilis viſcera torſit
Continuo ſcopat hominis vas interioris
Hoſpitiumq; parat mundum quo cœlitus hoſpes
Gaudeat adueniens placita ſibi ſede morari
Delitias reputat qui corde quieſcere mundo
Nec venit ad mentes niſi lotas ſorde fugata.
Mox teſtamento finali quicquid habebat
Mobilis ipſe rei proprio determinat ore
Et diſpenſandam terra Ieroſolymitana
Pauperibuſq; Dei ſcripto deſignat aperto
Diuiſim faciens quis quid ferat inde notari.
Inde ferè totum vexatas febre per annum
Nec minus officio membrorum gnauiter vtens
Attigerat quintum menſem quo ſirius agris
Ingeminare ſolet ſolis cum febre calores
Et poſtquam verbum caro factum eſt tertius annus
Currebat cum quinq; quater poſt mille ducentos.
Iamq; propinquabat lux mundo flebilis in qua
Se viduaturus erat orbis regna Philippus
Qui iam regnauit annis fœliciter actis
Quadraginta tribus, iuſtis pius, acer iniquis,
Corripiens reprobos cum manſuetudine ſemper
Corde pio ſolitus æquum præferre rigori
Quem Chriſto vita cum dilexiſſet in omni
Tempore, dilectum ſibi plus in fine probauit.
Nam rex Ieruſalem & qui ſumma negotia ſummi
Pontificis vice diſponens contra hæreſiarchas
Miſſus erat, partes Tholoſanas qui maculabant,
Totius & regni Sanctorum concio patrum
Concilium tunc Pariſius generale tenebat
Procurante ſtatum Eccleſiæ reparare Philippo
Quem mare peruerti citra lugebat & vltra
Quo ſine cum reliqui nil definire valerent
Quamuis torreret ipſum intolerantia febris
Continua, proprio geminata & temporis æſtu
Communi propriam poſtponens vtilitatem
Pariſius medicis contradicentibus ibat
Paciacoq; mouens ad concilium properabat
Summam virtutum cupiens hanc eſſe ſuarum
Vt per eum ſtatus Eccleſiæ fideiq; reſurgens
Catholicum ſumat ipſo moriente vigorem.
Quem fidei ſimilis Martini feruor agebat
Qui ſibi cum præſcita dies foret vltima vitæ
Fratribus & ſanctis hoc prædixiſſet, adire
Non ideo metuit Candatum, vt pacificaret
Schiſma quod Eccleſiam vico turbabat in illo

Eccleſiæ pacem cleroq́; relinquere gaudens
Voto haud diſsimili properans rex vſq; Meduntam.
Venerat, hic illi ſacra poſt myſteria poſtquam
Vitalis vitæ dedit euchariſtia paſtum
Occurrit ſuprema dies auiq; beati
Terminus hic illum ſpecioſa morte reſoluit
Hic ſanctæ voluit animæ Deus eſſe receptor
Craſtina quintiles data cum produceret idus.
Exoritur clamor, reſonant lamenta, fatiſcunt
Guttura ſingultu, lachrymis ſinus omnis inundat
Planctum non eſt qui proprium leuet, aut alienum,
Nec minui poſſunt nimii per verba dolores,
Dum cogit linguam anxietas hærere palato
Nil ſonat in tota niſi vox funeſta Meduntæ.
Nulla domus, vici pars nulla, vel angulus eſt, qui
Non obſurdeſcat gemitu fletuq; madeſcat.
Luctum cauſa mouet eadem, dolor omnibus idem
Quos tamen excruciat ſpecie non vna doloris:
Hic pectus feriens vlulat, ſecat ille genarum
Vngue ſuperficiem, veſtes hic, ille capillos,
Sunt qui præ nimio mærore nec hiſcere poſſunt
Promentes labiis tantum ſuſpiria laſsis
Quos eiulari cordis timor impedit, intus
Abſorbente ira quod plangi debuit extra.
Sunt quibus aſſuetas vires rapit extaſis vmbra
Mortis imagineæ pauimenti in puluere preſsis.
Et quis contineat lamenta? videns Lodouicum
Flumine completum lachrimarum hinc, inde Philippum
Et proceres comiteſq; & forti corde Senatum
Et cum militibus famulos aulaq́; magiſtros
Implere attonitam mæſtis mugitibus aulam.
Sic qui ſubdiderant gentes & regna Philippo.
Nulla quibus potuit feritas obſiſtere, quorum
Viribus edomitæ peſtes & monſtra quieſcunt,
Edomat extincti regis dolor atq; ita turbat
Vt meminiſſe ſui immemores ſint atq; ſuorum
Vix eſt qui poſcat aut præſtet aromata, vix eſt
Balſama qui memoret infundere, ſic rationem
Obtenebrat mentis vix incentiua doloris.
Corpore condita regaliter, inde feretro
Vt decet impoſitam mærens proceſsio glebam
Principis inuicti ſcapulis ſubuectitat altis.
Cumq; foris portam quæ Pariſiana vocatur
Exiſſent, quantum ter agat baliſta ſagittam,
Depoſuere ſolo cum ſancto faſce feretrum
Alternos oneri dum ſe ſupponere certant,
Aſsignantq; locum quo crux erecta Philippi
Nomine ſacretur quadris celata columnis
Quo fieri cœpere loco miracula nuper
Crebra, Deo meritum mox declarante Philippi
Eccleſiamq́; nouam requiem quæ regis honorent
Protinus ædificant infra breue tempus ibidem
Perſonaſq; ſacras & religione probatas
Inſtituunt Domino vt ſemper famulentur in illa
Inde iterum tendunt ſancto cum corpore ſurſum

Gau-

Gaudeat vt Sanctus Dionyſius hoſpite tanto
Eccleſiam decorare ſuam qua corpus humatum
Petra tegit iuxta Dagobertum, ſpiritus aula
Fulget in angelica ductore receptus eodem
Idque patri patrum Dyonyſius ipſe ſequenti
Nocte reuelauit, ne quis regnare Philippum
Cum Chriſto dubitet re tanto teſte probata.
Ampliat exequias multoque inſignit honore
Bertrandus ſummi qui Pontificis vice fungens
Se praneſtinam decorabat praſule plebem
Baſilica regione ſatus, vix nobilis ortu,
Religione ſacer, habitu Ciſtercius, aſſunt
Regni primores proceresque virique potentes
Sanctorumq́; fere patrum omnis concio, nutu
Spiritus occulto quos ſanctus adegerat illuc
Ex multa cauſam ob aliam regione gregatos:
Omnibus vt certo conſtet ratione, ſub vmbra
Concilij quod Pariſius celebrare putarunt
Procuraſſe Deum decus exequiale Philippi
Scilicet vt tot honoraret magnatibus illum
Cuius honorari finem debere ſciebat:
Debet enim qua principium mediumque ſibi res
Eſt ſortita bonum, finiri fine beato:
Totum quippe bonum bonus exigit exitus eſſe.
Affuit & ſummo vir honore & laude Iohannes
Rex Acharon Francus atauis, Campanicus ortu
Debuerat quo rege regi Iheroſolyma qua nunc
Ægypti dolet & Syriæ ſeruire tyrannis
Quæ mala nos per noſtra quidem peccata meremur
Dum nec abhorremus ingrati viuere Chriſto
Nec culpis ceſſamus adhuc ſuperaddere culpas
Quarum nos meritum meritos amittere nuper
Reddidit Ægypti regionem cum Damyeta
Vnde modo pulſus citra mare venerat idem
Rex, imploraret vt opes à rege Philippo,
Qui donauit ei ſanctiſque iuuantibus ipſum
Fratribus hoſpitij Templique à nomine dictis
Cura quibus ſpecialis ineſt pro poſſe ſepulcrum
Viuendo ſacra ſub religione tueri
Millia marcharum quinquogeſies triplicata
Diſpenſanda cruci famulantibus atque ſepulchro.
Vnde fide certa fas eſt præſumere nobis
Quod famulis immenſa ſuis miſeratio Chriſti
Sanctam reſtituet terram mediante Philippi
Et merito & cenſu, nec ad hoc mora longa futura eſt.
Nec minus archipater Remorum cum Senonenſi
Galtero Guillelmus adeſt qui regis in aula
Præcipui, clarum genus alto ſanguine ducunt.
Nec non Bituricus Turono cum præſule, Primas
Et qui Rothomago Theobaldus præſidet vrbi
Vir precibus vix flexibilis nimijq; rigoris
Et Lugdonenſis, quo Gallia tota ſolebat,
Vt fama eſt, Primate regi, cauſaſque referre
Difficiles, vt ibi lis vltima litibus eſſet,
Nec mittebatur Romam lis vlla niſi quam

Lugdunenſe forum per ſe finire nequiſſet
Cuius honoris adhuc memorem epigramma ſigilli
Quique monetatur datur ad commercia cenſus.
Sacratiq; pati es quos ſuffraganeus illis
Ordo lege dedit ſubici metropolitana
Quorum prima duos tetigit quos mentio, tanta
Gratia, tantus honor inſignes reddit, vt alter
Lingonica de ſede ſit ad Remenſe vocatus
Ex inſperata regnum mereatur vt idem
Bis ſenis ſibi ſubiectis gaudere cathedris.
At Galtere tibi cum confirmata fuiſſet
Pariſiani apicis electio, mox Senonenſem
Ad cathedram raperis, vt dum te lingua malorum
Inſequitur, profis tibi neſcia, qua mediante
Pluribus vt praſis cathedra priuatus es vna.
Quique tibi fieri non erubuere rebelles
Nunc tibi ſubiectos premit indignatio maior
Afficit & grauior confuſio cum videant te
Sic ſublimatum, ſic Chriſto actore potentem
Illos vt maiore queas diſtinguere freno
Quam ſi Pariſius ſpecialis Epiſcopus eſſes.
Sed tibi non talis eſt vultus non eadem mens.
Non ita Pariſij te, non ita tu docuiſti
Pariſios, non hos ſacra dat tibi lectio
Ore tibi docto multos celebrata per annos,
Vt mala compenſare malis ſtimulante vel ira
Vel rancore velis odij meminiſſe benigna
Non eſt mentis opus quam miti in pectore geſtas,
Quo poſuit thronum tibi Philoſophia perennem
Quo perfecta viget vtriuſque ſcientia legis
Quam toti mundo legis ore manuq; fideli.
Nec Guillelme tibi Cathalauni praſul auaro
Copia pracipuos cornu diffudit honores.
Qui Thoma lugenda tui poſt fata nepotis
Inuida quem rapuit primauo in flore tibi mors
Angligenum fines aggreſſum cum Ludouico
Dignus es inuentus & Epiſcopus & comes eſſe
Sufficienter onus diſpenſaturus vtrumq;
Subſit vt heredi iuſto tibi Perticus axis
Vt cui nobilitas gemina, eſt à ſanguine regum
Nobilitatis apex gemino ſplendeſcat honore.

Quod Papa ſciuit mortem regis per miraculum.

Signiga eſt ciuitas Tuſciæ in valle Spolitana.

TEmpere magnanimi quo regis humatio facta eſt
Signiga tunc Papa moram faciebat in vrbe
Talis vbi facta eſt oſtenſio cælitus illi
Quidam ciuis erat in eadem nobilis vrbe
Cui Iacobus nomen, vir honeſtus, & illius hoſpes
Qui ſummi vice Pontificis peccamina punit
Æger & extincta ſic ductus ad vltima vita
Quod reualeſcendi ſpes nulla dabatur amicis
Cumq; oleo ſancto quaſi iam moriturus inunctus.
Iuxta quem Iacobi commendat epiſtola ritum

Stramine ſuppoſito morientum more iaceret,
Viſio cæleſtis confortat taliter illum
Viſus ab æthereâ Sanctus Dionyſius illi
Arce venire fuit, magno ſplendore relucens
Quem præcedebant induti veſtibus albis
Angelici ciues, ipſe autem veſte rubebat
Quem prope Rex ſtabat candente Philippus amictu
Corporeo viſu quem nunquam viderat ille,
Sed tamen auditu famam bene nouerat eius.
Tunc prior hæc Sanctus, Feſtina ſurgere, vade,
Dic Iacobo Papæ vice qui delicta reorum
Audit & abſoluit confeſſos rite reatus
Congrua diuerſis adhibens medicamina morbis
Sum Ieromartyr ego Dionyſius, iſte Philippus
Francorum Rex eſt luteo qui faſce ſolutus,
Hunc fuit ante diem, facias abſoluat vt ipſum
Papa, poteſtatis illius numine ſoli
Quæ fuit à Chriſto cum claui tradita Petro
Fac domino commendet eum, miſſamque celebret,
Cuius in culpis venialibus ipſe pietur.
Miles ad hæc; Quis ego tanta vt myſteria poſſim
Ferre rei, qui nec de lecto ſurgere poſſum
Mortis in articulo poſitus, nec credere Papa
Nec Iacobus volet ipſe mihi, delirus habebor
Si præſumo viris proponere talibus iſta.
Sanctus item: Fili ceſſet timor omnis, habeto
Firmam corde fidem ſtabili, ſanatus ad illos
Ibis, & hac inopina ſalus tibi læta repente
Et Papam & Iacobum faciet tibi credere prorſus.
Dixit, & vt vere ſciretur quod bonus eſſet
Spiritus ægrotum plene ſanando probauit
Aſpergensque locum ſuaui perfudit odore.
Proſilit ille thoro ſanus, veſtigia morbi
Nulla manent, gaudet ſimul & miratur in omni
Parte ſui nullum ſe iam ſentire dolorem,
Fitque palam Iacobo verbum ſummoque per ipſum
Pontifici faciuntque fidem miracula verbo
Nullaque diuinis veniunt obſtacula viſis.
Altiſiodoro monachorum Sanctus in vrbe
Conuentus Sancti Germani nomen honorant
Eccleſiam cuius auſi temerare latrones
Veſpere victorem doluit quo Flandria regem
Clam præſumpſerunt Res exportare ſacratas
Deinde ſacriſta loci capſam ſtans ante beati
Præſulis, ipſius lachrymoſa voce vocabat
Nomen, & eiulans clamabat: Cur ita ſeruum
Damnaſti Germane tuum, quem criminis huius
Importuna reum damnabit opinio fratrum?
Quo te contuleras, vbi te diuerſus habebas
Dum tua præſumunt violare ſacraria fures?
Quæ noſtra in tantum potuit te offendere culpa
Vt ſubterfugeres ſolito nos more tueri?
Protinus è ſacra talis vox reddita theca
Tunc ait, hæc nobis cum damna illata fuerunt
Iuxta Ceſonam procul haud à ponte Bouino

Cum Sanctis Francos alijs regemq; iuuabam
Cui fuit auxilio victoria præſtita noſtro,
Quique ipſum per nos fecit ſuperare tot hoſtes
Iam faciet rebus vos exultare repertis.
Tot ſanctos patres, tot prætextata virorum
Millia nobilium Rex procurauit adeſſe
Cæleſtis ſanctis ſupremo regis honori.
Ac velut Ambroſio Martini nobile funus
Atque Seuerino patuit diuinitus olim:
Sic regis palmam tam longe nunciat vno
Veſpere Germanus ſic & Dionyſius ipſi
Papa commendat poſt ſacrum funus eundem:
Sic voluit ſanctos teſtes Deus illius eſſe
Sanctorum meritis quem vita nouerat æquum.
Sic certis illum ſignis deſignat amicum
Eſſe ſuum, vt liuor atro qui felle tumeſcens
Paſcitur in viuis, ſaltem poſt fata quieſcat
Vt nihil inueniat quod in illo mordeat vltra
Dente veneuato, qui quod diuina poteſtas
Prædicat in toto populi clamoribus orbe
Aut negat aut aliqua peruertere nititur arte
Publica quem dudum iubet obmuteſcere fama
Ingeniumque fides occulta retundit amarum.

Concluſio Operis exhortatiua Ludouico nouo Regi.

HAc ſatis eſt Lodouice tenus ceciniſſe parentis
Me tibi geſta tui dilucida poſcimus ecce
Ilia ducit equus crebro ſalientia pulſu.
Plurima ſunt digeſta quidem, ſed plura ſuperſunt
Quæ tu committes alijs tractanda Poëtis
Vberiore ſcient qui vena excudere verſus
Qui melius poterunt ac plenius omnia digno
Magnificare ſtilo ſancti miracula regis
Signaq; virtutum quibus illum cælica virtus
Mirificat ciuemque probat de milite factum.
Hi plectro grauiore canent exordia regni
Clara tui, quantis iubilis & plauſibus omnes
Iocundata nouum ſuſcepit Gallia regem
Quam celebri ſumptu, quo lumine, quam ſpeciali
Ornata fuerint ſolemnizata diebus
Gaudia continuus toto celeberrima regno.
His tu materiam præbebis carmine dignam
Cum Baccho Rupella rubens potuque ſuperba
Claſſe frequentatur, quo nuſquam crebrius alter
Anniſioque nihil caprio debente Lyæo
Se tibi ſubiciet, cum iuris apoſtata noſtri
Succumbet victus tibi cum Xantone Moretus
Cum poſt retrofluum pelago creſcente Gerunnam
In Pyrineo figes tentoria monte
Quo Pipinus te ſub nomine fixus vtriſque
Certa ſit vt regnis diſtinctio Gallica, certus
Limes ab Hiſpanis diſcriminat arua colonis,
Dilatare tuos fines huc vſque teneris
Ius patrum vt teneas nullo mediante tuorum

Poſſideatque nihil in finibus aduena noſtris.
Nec regem regnare ſines in pace nouellum
Qui modo præſumis Anglorum ſceptra tenere
Quæ genitori eius ſubducta examine iuſto
Te ſolum repetunt, tibi ſe quandoque reſeruant
Vxoris pro iure tuæ tibi debita ſoli,
In quibus Angligena concors electio cleri
Et populi ac procerum tibi ius ſpeciale parauit.
Te vocat iſte labor tibi iam poſt Paſcha paratus
Treugarum cum finis adeſt ſuplicamine multo
Quas iterum obtinuit à veſtro patre Iohannes
Omine tunc dextro fæliciter arma capeſcens
Auſpicijs genitoris ient, ius incipe regni
Integrare tui & regnum ſuperaddere regno
Prima Thoarcenis indicens prælia muris
Vt tibi Burdegalam leuior via fiat ad vrbem,
Quam tu Marcheio comiti dabis, ille fidelis
Cum tuus exiſtet, atque illum debeat eius
Vxori propter nuptum donatio facta
Quando fuit regi dudum ſponſata Iohanni.
Tumque tibi fuerit Aquitannia ſubdita tota
Cum nihil in regno poſſederit aduena noſtro,
Victrices alas Tholoſanas transfer in oras
Facq; vt vera fides in partibus audeat illis
Oſtentare caput, ritusque abolere prophanos
Hæreſis vt toto regno procul exulet omnis
Nec tibi det requiem, donec puer Anglicus armis
Victa quibus nil iuris habet tibi ſceptra reſignet,
Solus vt in regnis habeas regnare duobus,
Eradicato de noſtris funditus hortis
Serpentis niuei toto cum ſtirpe veneno,
Vt Britonis tibi promittunt præſagia vatis.
Hic honor, hæc virtus, iſta excellentia, cuncta
Hæc certa tibi dona fide promiſſa fuerunt
Hæc Deus Helisabeth ſigno patefecit aperto
Cum ſacrum portaret adhuc te pondus in aluo
Quæ Carnotenſi Domina dum ſupplicat, & te
Eius in Eccleſia precibus commendat eidem
Senſit vbi primum ſancto te ventre moueri
Cælitus accenſæ in eadem quatuor hora
Ignis corripuit nullo accendente lucernas
Ipſius ante oculos populique aſtantis ad aram
Luxque ſatisfaciens regina cælica voto
Et quanti ipſa eſſet meriti monſtrauit aperte
Et prouenturos tibi præcurrebat honores.
Sors etenim cæleſtis ad hoc iam te illa ligabat
Vt quæ bella pater inconſummata reliquit,
Conſummanda tuis ſint omnia protinus armis
Finalemq; dabunt ſuper his tibi fata triumphum
Tu tantum virtute velis & viribus vti.
O mihi tunc ô ſi maneat pars vltima vitæ
Spiritus exacta, tua conér vt acta referre
Digna quibus ſtudeat Sophocles vel Hybera poeſis.
O ſi Galterus illo vel Egidius eſſet
Tempore, quam claro niteant tua bella coturno

Totus Alexander & qui proceſſit ab illo
Antiochus bis ſexque duces plebs eſſe dolebunt
Reſpectus ſplendore tui ſuccumbet & ipſa
De te compoſito mordax girapigra libello
Horum ſi ſimilem mereatur habere Poëtam.

Karloto Theſaurario & Philippi Regis filio.

AT tu cuius amor omni mihi creſcit in hora,
Vt libro ſine laude tua ſupponere finem
Arbitror eſſe nephas, animi qui nobilitate
Argumenta refers generis clarique parentis
Te liquido vt liqueat genitum genitore Philippo
Qui carie lotus omni cariſmate carus
Karlotus verum meruiſti agnomen habere
Qui proprium vero decorans agnomine nomen
Moribus exponis & vita nomen vtrumq;
Dogmata quem docus primum puerilia cuius
Tam dociles habilis fœcundat gratia ſenſus
Vt mihi iam dignus habearis doctor haberi,
Quintus adhuc decimus tibi vix licet annus agatur.
Ad te currenti tibi ſe per vota liganti
Porrige Petre manum vultuque recollige librum
Propicio, dignumque legi fac protinus ipſum
Natura ſtudioque data tibi vi rationis
Dux & corrector fieri digneris eidem
Quæ deſtituit ſupplens, ſecare ſuperflua callens.
Hic patris fratriſque tui præconia Regum
Excolit, hic ſtirpem Pipini & Francigenarum
Laudibus exequitur primaque ab origine gentis
Succeſſiua ſequens generatim nomina primo
Carmen in octaui Lodouici terminat anno.

Expliciunt Geſta Philippi Regis Franciæ.

ANNO DOMINI MILLESIMO DVCENTESIMO, VIceſimo tertio, defuncto pridie Idus Iulij rege Franciæ Philippo famoſiſſimo qui Normannos ſubiugauit: Ludouicus eiuſdem primogenitus ex Yſabella filia Balduini Comitis Hannoniæ, eidem ſuccedens in regno, octauo idus Auguſti prædicti anni, ſcilicet in feſto Sancti Sciricy Remis à Guillermo Remenſi Archiepiſcopo cum Blancha vxore ſua præſente Iohanne Rege Iheruſalem & regni Principibus in Regem Franciæ coronatur, Anno ætatis ſuæ tricesimo ſexto. In hoc ergo rediјt regnum ad ſtirpem Karoli magni Imperatoris, de qua originem ex parte matris dignoſcitur contraxiſſe.

Quædam recapitulatio de origine Regum Francorum. Rubrica.

FRanci namq; origine Troiani adhuc paganorum ritu dediti regnum ſuum in Gallias ſtabilierunt, vt in præſenti cernitur, quæ nunc ab eiſdem Francia nominatur. Anno itaq; Domini 484. Childerico eorum rege mortuo, qui ciuitatem Treuerim cepit; Clodoueus filius eius regnum Franciæ fortiter tenuit & ampliauit: qui à Sancto Remigio baptiſmi gratiam cum ſuis ſubiectis percipiens regnauit ipſe & eius progenies in regno fœliciter vſq; ad annum Domini ſeptingenteſimum quinquageſimum. Excepto quod per annos fere octoginta, octo à tempore Clodouei ſiue Ludouici regis mariti Sanctæ Batildis reginæ regibus à ſolita fortitudine

titudine degenerantibus, tegni potentia per maiores domus diſponebatur. Vnde factum eſt vt Pipinus pater Caroli magni ex tegali proſapia deſcendens per Blitildem filiam Chlotarij primi, maior domus ſub Hilderico rege inſenſato efficeretur. Quo Hilderico à Francis reprobato, & in monaſterio retruſo, Pipinus auctoritate Apoſtolica, & electione Francorum in Ecclefia ſancti Dionyſij in Francia à Papa Stephano cnm vxore & filiis in regem vngerentur, eorumque generatio in hæreditatem tegalis ſucceſſionis in perpetuum benediceretur, & omnis alienigena ab eius inuaſione Apoſtolico anathemate interdiceretur. Regnauit autem eorum progenies in regno Francorum, vſque ad annum Domini nongenteſimum viceſimum ſextum. Tunc Hugone Caputio comite Pariſienſi & duce Francorum regnum inuadente, translatum eſt de genealogia Carolorum in progeniem comitum Pariſienſium, qui de genere Saxonnm proceſſerunt. In geſtis etiam Sanctorum Richarij & Valarici legitur, quod eorum corpora translata ſunt à ſuis Eccleſiis in Eccleſiam beati Bertini apud ſanctum Audomarnm in Flandria. ibique timore Normannorum & Danorum, qni pene Franciam vaſtauerant, repoſita tanquam in loco tutiori: Cumque Normanni tempore Caroli ſimplicis conuerſi eſſent ad fidem Chriſti, reportati ſunt ad ſuas Eccleſias. Attamen cum ea monachi ſui repeterent, monachi S. Bertini ea per violentiam Arnulphi comitis Flandriæ detinebant. Tunc S. Valaricus Hugoni magnò Pariſienſi comiti, patri ſcilicet Hugonis Caputij, apparuit in ſomnis, & dixit ei: Vade ad Arnulphum comitem Flandrenſem, & dic ei, quod de S. Bertini Eccleſia remittat corpora noſtra in Eccleſias noſtras: plus enim loca noſtra diligimns quã aliena. Requiſitus ab Hugone quis eſſet vel quis eius ſocius? Ego, inquit, vocor Valericus, ſocius autem meus Pontinenſis Richarius. Quod ergo tibi præcepit per me Deus, age feſtinanter, & ne diſſimules. Hugo igitur ad Arnulphum pergens, quæ ſibi mandata fuerant indicat. At ille ſuperbo animo Sanctorum corpora reddere recuſat. Tunc Hugo conſtanti animo dixit Arnulpho: Vide vt illo die & illo loco corpora Sanctorum honeſte mihi deferas animo ſpontaneo; quod ſi non feceris ſpontaneus, poſtea facies inuitus. Tunc Arnulphus timore Hugonis & potentia conſtrictus, duas thecas auro & argento decorauit, in quibus prædictorum Sanctorum reliquias depoſuit, ac die condicto ad monaſteriolum ſupra mare, quod caſtrum regis Franciæ eſt, Hugoni decenter retulit. Ille vero vnumquemque in ſuis locis reſignauit. Seqnenti nocte ſanctus Valericus in ſomnis iterum Hugoni apparuit, & ei dixit: Quoniam feciſti ſtudioſe quæ præcepta ſunt tibi, & nos ad loca noſtra retuliſti, ſucceſſores tui in regno Francorum vſque in ſeptimam generationem regnabunt. Poſſumus autem præciſe ab Hugone Caputio rege filio iſtius Hugonis comitis vſque ad Ludonicum iſtum ſeptem generationes inuenire. Nam idem Hugo Caputius rex primus de genealogia Hugonis comitis, genuit Robertum, Robertus Henricum, Henricus Philippum primum, primus Philippus Ludouicum Groſſum, Ludouicus Groſſus Ludonicum iuniorem, Ludouicus iunior Philippum ſecundum patrem iſtius Ludouici de quo agimus. Qui Philippus rex ipſum Ludouicum genuit, vt dictum eſt, ex Eliſabeth ſiue Iſabella filia Balduini comitis Hanoniæ. Nam idem Balduinus proceſſit de progenie Emeniardis comitiſſæ Namurciæ filiæ Caroli ducis Lotharingiæ patrui Ludouici regis vltimi de genere Caroli magni ſine hærede defuncti, contra quem Hugo Caputius regnum vſurpauit, & Aurelianis in carcere mori fecit, & vſque ad quem progenies Pipini & Caroli magni Imperatoris in regni poteſtate perſeuerauit. Cum igitnr iſte Ludouicus in regno ſucceſſerit patri, pater regnum in ipſo redactum ad progeniem Caroli magni, & ex prædicta etiam ſanctorum corporum relatione & iuſſione, videtur illa regni translatio facta fuiſſe per Domini voluntatem. In geſtis etiam Aquitanorum legitur, quod ideo Caroli progenies reprobata creditur, qnod iam Dei gratiam negligens, Eccleſiarum potius neglectrix fuerit, quam creatrix videretur. Sed hoc Dei iudicio relinquamus, qui tempora mutat & transfert regna. Sicut ſcriptum eſt. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos. Et iterum: Sedes Ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere facit mites pro eis. Et ideo ad

propoſitum redeamus. Ludouicus igitur rex ſtatim poſt coronationem ſuam, regnum ſuum circumiens, homagia hominum circumquaque recepit.

Incidentia. Circa idem tempus Amalricus comes Montis fortis de partibus Albigenſium in Franciam propter inopiam victualium rediens, Carcaſſonem vrbem munitiſſimam & alia caſtra quæ cum labore maximo & ſumptu inęſtimabili ſuper Albigenſes hæreticos fuerant acquiſita, & per annos quatuor à Francigenis poſſeſſa reliquit. Eodem anno Iohannes rex Hieruſalem prima Dominica Quadrageſimæ Turonis baculum peregrinationis accipiens, ad S. Iacobum in Galicia profectus eſt. Qui inde reuertens per Hiſpaniam, accepit in vxorem dominam Berengariam ſororem regis Caſtellæ neptem Blanchæ reginæ Franciæ.

Quomodo Ludouicus Rex in Pictauiam duxit exercitum & cepit Rochelam.

ANNO Domini M.CCXXIIII. Ludouicus rex Franciæ tertio Nonas apud Pariſios Parlamentum generale tenuit; in quo Honorius Papa indulgentiam quę in Lateranenſi Concilio contra Albigenſes hæreticos fuerat inſtituta auctoritate propria ad tempus reuocauit, & Raymundus comitem Tholoſanum fide catholicum approbauit. Nec multum poſt in feſto ſancti Iohannis Baptiſtæ, ipſe Ludouicus rex cum Epiſcoporum, baronum & ſeruientium ac militum infinito exercitu Turonum vrbem adiit, & inde Moſter Iohanni caſtrum tendens, treugam vſque annum cum Hamerico vicecomite Toarcij reformauit. Quo facto in vigilia beati Martini æſtiualis Niordum caſtrum obſidet: ibique machinis applicatis Sauaricum de Malo leone & alios qui munitionem illam defendebant, in tantum lapidibus fulminauit, quod illi ſe dedentes caſtrum illud nobile tradiderunt. Sed ſaluis omnibus exeuntes, ne contra regem Franciæ vſq; ad ſequens feſtũ omnium Sanctorũ in aliquam munitionẽ niſi apud Rochelã ſe opponerent regi ſuper S. Euangeliũ iurauerunt. Sic rex Ludouicus capiẽs & poſtea muniens Niordũ caſtrum, S. Iohannem de Angeliaco feſtinus adiit. Sed oppidani timentes ſibi, ſua ſeq; regi dedentes, eum honorifice ſuſceperunt. Rex vero ita proſperis clarus ſucceſſibus, Idus Auguſti Rochelam obſidet, & machinis ad muros applicatis Sauaricum de Maloleone & alios fere trecentos milites ac ſeruientes innumeros qui intus aderant grauiter impugnat, & ab eis multotiens impugnatur. Tandem cum idem Sauaricus & alij qui intus erant cum eo ſe crederent pecuniã ab Henrico rege Angliæ recepiſſe, archas quas eis miſerat plenas lapidibus & furfure dicitur, receperunt: Sicq; inter illos & Anglicos, qui ex parte regis Anglię illic aduenerant, diſcordia ſeminatur. Dum hęc taliter agerentur, diuino nutu in caſtro [*feſto*] beati Petri ad vincula apud Pariſios, vniuerſi ac ſinguli ab Eccleſia beatæ Mariæ, vſq; ad S. Anthonium proceſſiones ſolemniter celebrarunt, vt rex & triũphator omnium, triumphũ concederet regi ſuo. Huic autẽ proceſſioni interfuerunt tres reginæ: ſcilicet Yſamburgis quondã vxor Philippi regis Francię, & domina Blancha regina vxor Ludouici regis cum filiis ſuis ac regina Hieruſalẽ, domina Berengaria neptis Blanchæ reginæ Franciæ. Quarum nec non & populi lachrymoſa ſuſpiria Deus vltionum velociter exaudiuit. Nam ſequenti die Ludouicus rex dato conductu Anglicis Rochelam in deditionem accepit, nec non & villæ Burgenſium iuramenta. Sic Anglici qui in illa cauda Aquitaniæ regionis diu latitauerant, amiſſa cauda illa à toto regno Franciæ penitus ſunt excluſi. Lemouicenſes etiam & Petragoricenſes, nec non omnes Aquitaniæ Principes, exceptis Gaſconibus, qui vltra Garonnam fluuium commorantur, fidelitatem regi Ludouico vultu deuotiſſimo promiſerunt & ei fideliter adhæſerunt.

Incidentia. Infra octauas aſſumptionis beatę Mariæ apud Montempeſſulanum auctoritate Apoſtolica Conciliũ celebratur. Nam Honorius Papa Narbonenſi Archiepiſcopo dederat in mandatis, quod ibi modum pacis quã Raymundus comes Tholoſanus & alij Albigenſes ſanctæ matri Eccleſiæ offerebant, audiret, & quod inde faceret, remandaret. Qui conuocatis totius prouinciæ Epiſcopis & Abbatibus, ac clericis vniuerſis, à comite Tholoſano aliiſq; baronibus iuramenta recepit,

quod

quod terram ſecuram & obedientem Romanæ Eccleſiæ redderent, & clericis redditus ſuos in integrũ reſtaurarent, eiſq; pro damnis quindecim millia marcharũ infra tres annos perſoluerent, & de hæreticis confeſſis vel cõuictis iuſtitiam facerent indilatam, ac pro poſſe ſuo per vniuerſam prouinciã prauitatem hęreticam extirparent. In octauis beati Martini hyemalis inter Ludouicum regem Franciæ & Henricum regem Alemanniæ filiũ Friderici Imperatoris, qui de nouo iuſſu & voluntate patris Franc. [*Frid.*] in regẽm Alemanniæ coronatus apud Vallem coloris Conciliũ celebratur. ibiq; ambo multa de vtroq; regno tractantes, ſed . . . par . . proficiſci peragentes ad ꝓpria redierunt. Interim autẽ dum Saluaricus de Malolerne in Angliã transfretaret, ſuccurſum à rege Anglię Henrico petiturus, Anglici qui cum illo erant de illius adiutorio diffidentes eũ latenter capere tẽtauerunt: ſed à propoſito defraudati, inefficaces in Angliam deuenerũt. Saluaricus vero de manibus Anglorum ſic euadens, & pluries infidelitatẽ eorum expertus, regi Franciæ Ludouico ſe ſubmiſit, eiq; in natali Domini homagiũ ſuum fecit. Præterea Henricus rex Anglię regniq; eius proceres de amiſſione regis Aquitaniæ condolentes Cõcilium in regno ſuo generale cõuocant, ad ſuccurſum Aquitaniæ pro rege ſuo ab vniuerſis & ſingulis auxiliũ poſtulantes. Qui vnanimiter regi ſuo cõpatientes inter ſe tam clerici quam laici decreuerũt, & fideliter promiſerunt ad auxiliũ ipſius rerum omnium ſuarum mobilium partẽ quintamdecimã ſe daturos. Quo facto rex collecto exercitu armatorũ nauigium parat, & fratrẽ ſuum Richardum cum trecentis nauigium armatorũ apud vrbem Burdegalã delegauit. Qui mari tranquillo protinus illuc applicatus, caſtrum quod Sanctũ Macharium dicunt, obſidet & expugnat. Quo completo regionẽ circumiacentem deſtruens, Rorollam villã obſidet & moleſtat. Sed gens villæ illius armis admodum erudita, ei reſiſtit viriliter & repugnat. Quam villam cum diu moleſtaſſet frater regis Angliæ diuerſis aſſultibus, nihilq; penitus profeciſſet; Ludouicus rex Franciæ prædictæ villæ compatiens cum mareſcallo ſuo ſtipendiarios milites illic miſit, in quorum aduentu Richardus ab obſidione recedẽs, eis ſupra ripam Dordaniæ fluminis obuiauit. Franci vero vlterius propter fluuium tranſire non valentes, Limolium caſtrum obſident & expugnant, dominumque de Bragerat regis ſui Ludouici ſubiugant ditioni. Quod Anglici percipientes & cum eis confligere non audentes, in Angliam reuerſi ſunt.

Incidentia de quodam, qui finxit ſe eſſe Balduinum Imperatorem Conſtantinopolitanum.

ANNO Domini M.CCXXV. menſe Aprili, venit quidam homo in Flandriã qui dicebat ſe eſſe Comitem Balduinum quondã Imperatorem Conſtantinopolitanum, & ſe de Gręcorum carcere quaſi per miraculũ liberatum. Quem videntes quãplurimi multaq; ſigna comitis Balduini quaſi in eo deprehendentes, multa etiã geſta & dicta pręfati comitis, nec non & inter ſigna ab eo audientes & ea veraciter cognoſcentes, eum quaſi dominũ receperunt, & comitiſſam filiam Balduini comitis quam exoſam diu habuerant ab omni fere comitatu Flandrię protinus eiecerũt. Illa vero quaſi comitatu perdito deſolata regem Franciæ Ludouicum adiit, multũ deprecans & plura oſtendẽs, vt ei ſuum reſtitueret comitatũ. Qui eidẽ acquieſcens pluribus gentibus apud Peronam adunatis venit, ibiq; illum qui fingebat ſe Balduinum comitem Flandriæ dato conductu ad colloquiũ conuocauit. Qui ibidem adueniẽs cum multitudine gentiũ, dum in præſentia regis ac legati & multorũ aliorũ de multis rebus inquireretur, ad ea reſpondere corã omnibus dedignatus eſt. Quo viſo rex vehementer accenſus, eum infra tertium diem de regno ſuo iubet egredi, dans ei conductum & licentiam redeundi. Ipſe vero apud Valentinianas rediens à ſuis deſeritur, & tandem ſub ſpecie mercatoris per Burgundiam fugiens â quodam milite captus, comitiſſæ redditur & carcere mancipatur. Quem ſui poſtea diuerſis pœnis afficientes, ad vltimum patibulo ſuſpenderunt.

Eodem anno in feſto Apoſtolorum Petri & Pauli Romanus ſancti Angeli diaconus Cardinalis legationis officio fungens in Francia Turonis venit, & ſequenti tertia die cum rege Franciæ Ludouico Caynonem perrexit. vbi rex cũ Hamerico

viceeomite Toarcij vſq; ad feſtum Magdalenæ treugas prolonganit. Statimq; rege in Franciam remeante & Parlamentum Pariſiis conuocante in vigilia beatæ Marię Magdalenæ vicecomes Toarcij Pariſios veniens, coram legato & regis Angliæ núciis præſentibus homagiũ regi fecit. Circa vero purificationẽ beatæ Mariæ Ludouicus rex & magnates regni Franciæ plurimi & Archiepiſcopi & Epiſcopi & barones Pariſiis adunati contra Albigenſes hęreticos crucis ſignum per manum Romani Cardinalis aſſumpſerunt.

Quomodo Ludouicus Rex cepit Auignionem, & in reditu ſuo defunctus eſt.

ANNO Domini M. CCXXVI. Ludouicus rex Franciæ & omnes cruce ſignati Bituris conueniunt. & inde procedentes per Niuernam & Lugdunum ciuitates apud Auignionem vrbem fortiſſimam & quaſi inexpugnabilẽ ab Eccleſia Romana per VII. annos excommunicationi ſubiectam propter hæreticam prauitatem peruenerit. Cum igitur rex crederet pacificum per Auignionem tranſitum habiturum propter quaſdam præuias pactiones quas cum illis de ciuitate habuerat, illi portas ſuas clauſerunt, & regem cum ſuis exterius excluſerunt. Rex miratur, & ſpiritu virtutis aſſumpto villam obſidet obſide tripertito in vigilia S. Barnabæ Apoſtoli, quæ fuit quarta feria Pentecoſtes machinæ eriguntur, trabucheta, petrariæ, mangonelli parum proficiunt, quia ij qui intus erant viriliter ſe defendunt. durat obſidio vſq; ad feſtum Aſſumptionis beatæ Mariæ. ibidem tamen mortalitate maxima pullulante de noſtris circa duo millia telorum imbribus & lapidum volatu, & infirmitate propria moriuntur. Moritur ibidem Guido comes S. Pauli percuſſus lapide petraria; vir armis ſtrenuus, catholicus, & honeſtus. Moritur etiam ibi Epiſcopus Lemouicenſis, & comes Campaniæ redit ad propria ſine regis licentia vel legati. Tunc Auignienſes regis magnanimi conſtantiam attendentes, quod cum ſuis proceribus iuramento firmauerat ſe non receſſurum donec villa caperetur vel redderetur, ducentis datis obſidibus de melioribus ſuæ ciuitatis iurant ſtare Eccleſiæ ſe mandato. Ad mandatum igitur legati & rege imperante foſſata implentur, trecentæ domus turrales, quæ in villa erant, & omnes muri circumquaq; ſolo diruti coæquantur, villa abſoluitur, & legatus inducit in ea multas bonas & laudabiles conſtitutiones. Magiſter vero Nicolaus de Corbeia monachus Cluniacenſis in ipſius loci Epiſcopum conſecratur. Rex inde amoto exercitu progreditur per prouinciam, & redduntur ei pacifice ciuitates, fortericiæ, & caſtra omnia vſq; ad leucas quatuor à Tholoſa. Rex vero loco ſui Himbertũ de bello ioco toti illi præficiẽs regioni redire in Franciã properauit. Die autẽ Iouis ante feſtum omnium Sanctorũ regem ad propria redeuntem infirmitas mortalis inuaſit, & die Dominica ſubſequenti, ſcilicet in octauis omnium Sanctorum dum eſſet apud Monrpancier in Auernia anno Domini M. CCXXVI. migrauit ad Chriſtum. Vir vtiq; catholicus & miræ ſanctitatis omnibus diebus vitæ ſe non maculauit præterquam cum vnica vxore ſua ſibi legitimo matrimonio copulata. Ibi dicunt completam fuiſſe prophetiam Merlini qua dicitur: In ventris monte morietur leo pacificus. Quo in loco non eſt auditum ante ipſum regem aliquem deceſſiſſe. Corpus vero eius ſui ad eccleſiam beati Dionyſij in Francia transferentes, eum iuxta patrem ſuum Philippum Regem Auguſtum honorifice ſepelierunt.

GESTA SANCTI LVDOVICI FRANCORVM REGIS DESCRIPTA PER FRATREM GVILLERMVM DE NANGIS monachum ſancti Dionyſij in Francia.

Geſta ſanctæ memoriæ Ludouici Regis Franciæ.

REGVM & Principum geſta recordatione digniſſima, qui antiquis tẽporibus regnauerũt, ne ab humana memoria viderent excidere, & edaci vetuſtate ea cõ-

tineret aboleri, labor & diligentia hiſtoriographorum ſtuduit literarum traditionibus tradere ad exemplum. Cum enim modernorum Regum ac Principum talia recitantur auribus, quid aliud agitur, niſi breuis quædam & tacita exhortatio, vt ipſi pe actus conſimiles efficiantur magnanimi, & ipſis moribus & vita ſe conforment. Ido ego frater Guillermus de Nangis Eccleſiæ ſancti Dionyſij in Francia indignus monachus, prædictorum hiſtoriographorum veſtigia ſequi deſiderans, quia tamen ſcholaſticus non eram, imo pauper & modicus in ſcientia literarum, ad inſtar illius recolendæ mulieris Ruth ad agros cucurri ſcripturarum, ſpicas inde recolligens merentium doctorum, quas nobis poſt tergum ſuum de induſtria reliquerũt. Cõgregaro igitur quod collegi, placuit mihi vnius libelli manipulum de geſtis ſanctæ recordationis & bonæ memoriæ Ludouici regis Franciæ glorioſi, cuius incli- a vita extat in Eccleſia bonorum operum forma in exemplum mihi & poſteris præparata. Dominus enim Gilo de Remis commonachus noſter principia geſtorum eius inchoans, quia morte præuentus eſt, terminare non potuit. Frater vero Gaufredus de Bello loco ordinis Prædicatorum, ea quæ ad mores pertinebãt, vitam ipſius regis ſanctiſſimam, abſque geſtis prœliorum & negotiorum ſecularium prudenter ac religioſe ſcribere procurauit. Et quia de prædicto rege nõnulli alia aliqua ſcripſerunt, quæ ad multorum notitiam non venere, ego omnium ac prædictorum quorum potui fragmenta in vnum ſtudui colligere ne perirent. Ad venuſtatem tamen hiſtoriæ plura per incidentiam appoſui quæ in diuerſis mundi partibus ſuo tẽpore euenerunt. Præterea lectorem huius operis expoſtulo, vt non moueat ipſum tam rudis hominis ſcribentis auctoritas, nec quis dicat, ſed quæ dicuntur, attendat. Vtile vero non iudicatur dubiis verborum ſententiis hiſtoriæ ſeriem tradere, ſed plano & ſimplici loquendi genere, vt ſimplicibus & peritis intellectus capacitas ſit communis. Et quia tamen de tam bona arbore Ludouico rege ramus peroptimus Philippus rex eiuſdem filius egreſſus eſt, qui patri ſucceſſit in regno, acta eius poſt geſta patris laboraui cognitioni tranſmittere poſteriorum. Præſertim cum ad virtutem plerunque liberi patrum prouocentur exemplo, parentumque probitas velut quædam ſcintilla transfuſa in cordibus filiorum licet in quibuſdam ſopita ſit, & quaſi præmortua, facile tamen multoriens in eorum memoria conualeſcit. Et ob id antiquitus Romani patrum domi conſeruabant imagines, vt anteceſſorum eis acta ſemper occurrerent, puderetque degenerem ſequi laſciuiam ac turpi languere deſidia, & amplectendæ virtutis quaſi quandam neceſſitatem præ oculis retinerent. Quod opus vobis domine Rex Francorum Philippe illuſtriſſime, videndum pariter & legendum tranſmitto, vt cognoſcentes tantorum principum aui & patris ſtrenuos & commendabiles actus, eos in exemplum virtutis quaſi ſpeculum habeatis gaudeatiſq; in Domino vos de tam bono & laudabili ſanguine originem protraxiſſe.

Nobiliſſimo atque ſtrenuiſſimo rege Franciæ Ludouico, filio illuſtriſſimi Philippi Auguſti regis Francorum, qui Normanniam ſubiugauit, apud Montpancier in Auernia in reditu de terra Albigenſium defuncto. Ludouicus eius filius, qui nõdum ætatis ſuæ annum duodecimum attigerat, regni Francorum faſtigium eſt adeptus, & infra menſem poſt patris obitum Remis prima Dominica aduentus per manum venerabilis patris domini Iacobi Sueſſionenſis Epiſcopi, vacante ſede Remenſi, coronatus & inunctus fuit. anno videlicet ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto. Qui ſummæ ingenuitatis puer velut ſurculus ex dulciflua abſciſſus arbore in primæuo flore radicem figens, cœpit odoriferos gratiſſimæ pueritiæ flores emittere, & ſub diſciplina egregiæ & venerabilis matris ſuæ Blanchæ, quæ eum ſub protectione curatoria prudenter & diligenter educabat, liberalem animum ad ſapientiam informare. Ab illicitis vero pectoris ſui motus nobili reprimens continentia, ſpretis imbecillis ætatulæ diſcurſibus ſapientum tractatibus corde vltraneo inhærebat. Si quid vero probitatis vel prudentię aure captabat, prout tempus dictabat, ſagaci memoriæ protinus committebat. Vnde ab initio regni ſui ſapientia à Deo ſibi diuinitus inſpirata, conſiliarios & aſſeſſores tam clericos quam laicos electiſſimos tam fidelitate quam vita & ſapientia habere voluit, &

vndecunque poterat eligi faciebat. Audierat quidem de quodam Imperatore qui fertur dixiſſe, minus fore malum Imperatorem ſiue Regem habere malum quàm conſiliarios malos: quia de facili plures vnum attrahunt, non plures vnus.

De conſpiratione facta contra Regem Ludouicum.

EODEM anno quo coronatus fuit Ludouicus rex, Hugo comes Marchiæ & Theobaldus comes Campaniæ, nec non & Petrus comes Britanniæ contra ipſum regem & dominum ſuum conſpirantes, fœdus ad inuicem inierunt. Vnde comes Britanniæ ex conſenſu comitis Campaniæ, qui abſque licentia imo contra voluntatẽ & præceptum regis iam defuncti Ludouici de terra Albigenſiũ redierat, caſtellumq́ quod S. Iacobum de beueron nominant, quod vna cum alio quod Veleſinum dicitur, ſibi rex defunctus Ludouicus diu ante in cuſtodia tradiderat, prout melius poterat firmabat, & victualibus muniebat. Sed cõfœderationem & in regnũ ſuum eorum machinationem peſſimam nouus rex adhuc iuuenis peragnoſcens, aſſeruit iurans in brachio fortitudinis ſuæ, quod defenderet ſe de omnibus. habitoque cum ſuis conſilio, contra illos incredibilis multitudinis ducens exercitum, vſque ad Careriam de Curcetio quãtocius properauit. Rex ſiquidem Romanũ Cardinalem ſedis Apoſtolicæ tunc legatum in Francia, comitemq́ Bolonię Philippum auunculũ ſuum, nec non Robertum comitẽ Drocenſem fratrẽ comitis Britanniæ in ſuo habebat comitatu. Cum autẽ vidiſſet comes Campaniæ exercitum regis mirabilem, dominumque ſuum naturaliter pertimeſcens, à ſuo prauo propoſito reſipiſcens adhęrensq́ regi Francię, à comitũ Marchiæ & Britannię cõſortio celeriter reſiliuit. Quia [*Quem*] rex ad amicitias priſtinas hilari vultu recepit: Deinde duos prędictos comites videlicet Marchiæ & Britannię fecit regali edicto ad ſuum parlamentum conuocari. Sed qui iam aduerſus eum & reginam matrẽ eius confœderati fuerant, regis mandatũ vilipendentes, & ad eius parlamentum venire penitus contemnentes, mandauerunt ei quod apud Chinoniũ, ſi ſuæ placeret voluntati aduentarẽt. Sed hoc incaſſum. Nam ad diem pręfixã nec perſonaliter acceſſerunt, nec per ſeipſos ſufficienter mittere voluerunt. vnde ſecundo etati [*hortati*] & à ſuis affinibus perſuaſi quod ad regis domini ſui parlamentum accederent, mandauerunt ei quod Turonis coram ipſo libenti animo comparerent. Sed mandatum de die in diem adimplere differentes, rex nobilis iratus vehementer, communicato cum ſuis baronibus conſilio ne aliquid contra iura agere videretur, tertio iuſſit eos ſuo parlamento intereſſe. Et tunc primo ſtultam ſuam ſuperbiam, & domini ſui regis clemẽtiam perpendentes, mandauerunt ei humiliter & deuote quod apud Vindocinum, ſi vellet, in ſuam præſentiam cõparerent, & de omnibus ſibi ipſi fore fecerant, emẽdarent. Quod vt ore promiſerunt, opere cõpleuerunt. Rex vero prout erat innatæ manſuetudinis, nolens malum pro malo reddere: ipſis pœnam conſpirationis & inobedientiæ miſericorditer relaxauit. Hic igitur rex in principio regni ſui de hoſtibus ſuis, abſque humani ſanguinis effuſione per Dei gratiam mirabiliter triumphauit. Sed anno ſubſequenti iterum diſſenſio inter ipſum & barones Franciæ orta fuit, quæ in rerum mutationibus oriri multoties cõſueuit. Inuidebant enim quod regina Blancha mater regis, tutelam regni & filij videbatur habere. Vnde quadam die cum rex eſſet apud caſtra ſub monte Laterici, ſciens fere omnes barones Franciæ in malum ſuum machinari, cum paucis militibus, quos ſecum duxerat, voluit [*noluit*] remeare, ſed congregans vndecunque exercitum, vallatus multitudine armatorũ cum armis & bellico apparatu Pariſios honorabiliter repedauit. Et ita diſpoſitione diuina, qua dies anni & tempora diſponuntur, ſic actum eſt, vt toto illo anno contra dominum ſuum regem barones Franciæ, videntes quoniam manus Domini eſſet cum illo, nihil facere attentarent.

Quomodo Ludouicus Rex venit in auxilium comitis Campaniæ contra barones Franciæ, qui in odium ſui eundem obſederant.

ANNO igitur II. regni ſui, qui fuit annus incarnati verbi M. CCXXVIII. quidã barones Francię dolentes q̃d comes Cãpanię contra comitũ Marchię & Britãnię volunta-

voluntatem, ac fœdus quod cum ipſis inierat, regi Ludouico adhæſiſſet, & eorum nefandiſſima conſilia regi denudaſſet, infinitum exercitum collegerunt, & intrantes terram Comitis Campaniæ in fortitudine graui caſtella, villas, vicos & municipia igne conflagrantes vaſtauerunt. Et ita terram illam debacchando deſtruentes vſque ad Chanoſiam, quæ ſita eſt inter Barrenſem villam ſuper Sequanam & vrbem Trecenſem pertexerunt & cœperunt eam obſidentes fortiter impugnare. Videns autem Comes Campaniæ baronum tyrannidem increuiſſe, nuntios ad regem Ludouicum dominum ſuum tempeſtiue mittere procurauit, ſignificans ei mala quæ ſibi barones Franciæ inferebant, & rogans eum, vt dominũ ſuum regem, quatenus ſeipſum & terram ſuam, quam in eius dedecus vaſtantes intrauerant defendere dignaretur. Vnde rex cogitans quod eadem fidelitate qua ſubditus ad dominum & dominus ad ſubditum teneretur, auxilium ei de iure non valuit denegare. Qua de cauſa ad barones tranſmiſit nuntios, mandans eis per ſuas literas patentes, ne vltra aliquo modo Comitem Campaniæ præſumerent infeſtare: ſed quaſi ſemi apertis auribus & ſemi clauſis oculis regias literas videntes & audientes, ab obſidione prædictæ villæ recedere noluerunt. Quod vt audiuit rex animo audaci, ſicut decuit, collecta multitudine militum armigerorum ac ſatellitum armatorum iter arripiens, cœpit aduerſus dictos barones in manu forti & brachio extento cum indignatione animi properare. Cuius aduentum agnoſcentes, ſed ipſum minime expectantes, a ſede quantocius receſſerunt, quod rex vt veraciter comperit Pariſios remeauit.

Quomodo Petrus Comes Britanniæ inſurrexit contra dominum ſuum regem Franciæ Ludouicum.

EVOLVTO ſiquidem poſtea non longo dierum eiuſdem anni curriculo, Petrus Comes Britanniæ fretus auxilio & conſilio baronum Franciæ ad tantam deuenit ſuperbiam, quod contra dominum ſuum regem Ludouicum iterum inſurgens, Henricum regem Angliæ in auxilium ſuum cum maxima multitudine Anglicorum aduerſus regem Franciæ pugnaturus, mare fecit tranſmeare. Et tunc iuxta vires ſuas exercitum colligentes, terram Chriſtianiſſimi regis Francorum Ludouici hoſtiliter intrauerunt: ſed ad tantæ præſumptionis execrandæ vindictam rex æſtuans zelo iuſtitiæ & feruore animatus, primo Comitem Britanniæ, qui illius malitiæ caput eſſe videbatur diſponens debellare, bellicoſorum militum Franciæ phalanges robuſtiſſimas ad ſe regali edicto ocius conuocauit. Quibus circumſeptus & vallatus, aduerſus prædictum Comitem, vt eius repelleret tyrannidem, vſque ad caſtrum quod Beleſinum dicitur properauit. Illud autem caſtrum a rege Ludouico defuncto, vt dictum eſt, idem Comes acceperat in cuſtodia, ſed reddere non volebat, affirmans illud ad ſuam iuriſdictionem pertinere. Rex ilico caſtrum celeri obſidione cingens, erectis petrariis groſſos lapides iacientibus, ipſum cœpit fortiter expugnare. Vnde paucis diebus reuolutis, factum eſt, vt ii qui intus ad defendendum caſtrum prius erant promptiſſimi, regis exercitus fortitudinem admirantes, videnteſque quod diu eius non poſſent reſiſtere poteſtati, & quod nulla euadendi facultas eis ex aliqua parte poterat ſubuenire rogantes ea quæ paci ſunt, prædictum caſtrum in breui tempore neceſſitate coacti regiæ excellentiæ reddiderunt: iam enim caſtrum ictibus tormentorũ concuſſum in aliqua ſui parte ruinam imminentem minabatur, & ideo obſeſſi pauitantes & formidoloſi reddebantur. Et tunc rex Angliæ cum pudore & ignominia verſus Angliam cum ſuis Anglicis regem Franciæ pertimeſcens, velociter transfretauit. Sic igitur caſtrum contra ſpem plurimorum, eo quod inexpugnabile videbatur, tum propter ſitum naturalem, tum propter murorũ & turrium fortitudinem, tum propter defendentiũ probitatem, paucis diebus rex Ludouicus ſibi regia fortitudine ſubiugauit. Quicquid vero caſtri defenſores in regiam maieſtatem deliquerant, rex benignitate ſua inclyta ciſdem miſericorditer cõdonauit. Hoc etenim totum factum fuit tempore hyemali, quo adeo vehemens algor frigoris increuerat, quod ex præcepto reginæ Blanchæ matris domini regis, mulieris admodum callidæ & ingenii perſpicacis, quæ ibi

erat, ignis in circuitu equorum fuit accenſus non modicus, ne præ magnitudine frigoris interirent. Hæc enim fuit omni mulierum ſui temporis prudentiſſima, veneruntque omnia bona regno Franciæ pariter cum illa.

Incidentia. Eodem tempore quo rex Franciæ Beleſinum caſtrum expugnauit: Iohannes de vineis homo fideliſſimus, & in armis ſtrenuiſſimus colligens exercitum in Normannia, & ducens *a la haye-Paenele*, eam infra paucos dies domino ſuo regi Franciæ Ludouico potenter ſubiugauit. Circa idem tempus Honorius Papa moritur: & poſt mortem eius Huquelinus Epiſcopus Hoſtienſis eligitur ad Papatum, & alternato nomine Gregorius nonns huius nominis appellatur. Eodem anno quo ſupra in feſto ſanctorum Vedaſti & Amandi obiit venerabilis & beatæ memoriæ Petrus de Antolio abbas Eccleſiæ beati Dionyſii Areopagitæ, & in feſto ſanctæ Scholaſticæ fuit electus Odo Clementis in abbatem eiuſdem Eccleſiæ, eodem die confirmatus a domino Romano Cardinali ſedis Apoſtolicæ legato. Item eadem die recepit regalia. in craſtino fuit benedictus ab Epiſcopo Carnotenſi.

Quomodo Comes Britannia ſecundo contra regem Ludouicum rebellauerit.

ANNO Domini M. CC. XXIX. regni Ludouici tertio, Petrus Comes Britanniæ, vt præſumptuoſus & ſuperbus, adiecit iterum, non tamen impune, terram ſereniſſimi regis Francorum Ludouici domini ſui infeſtare. Quod rex non valens pacifice ſuſtinere, magno exercitu congregato aduerſus eum vſque ad caſtrum, cui Adon vocabulum eſt ire citius cum apparatu regio feſtinauit. Quod obſidens circumquaque in breui tempore per fortitudinem ſuam expugnauit. Quo capto, ad aliud quod Caſtiácianus nominatur, duxit exercitum. Sed qui illud paullo ante defendere conabantur, videntes regis Franciæ exercitum fortem, nimis timuerunt, vnde claues caſtri afferentes, ſe ipſos cum caſtro regis beneuolentiæ tradiderunt. Quos ſtatim recipiens, quicquid in ſe deliquerant eiſdem, vt pius & miſericors condonauit: ſed caſtrum muniens ſua gente, longo poſtea tempore cuſtodiuit. Sic igitur Petro Comite Britanniæ, necnon cæteris Franciæ baronibus perdomitis, Ludouicus rex Francorum magnanimus regnum ſuum auxiliante Domino, qui in terra pacem donat hominibus bonæ voluntatis, tranquilla pace per annos quatuor & eo amplius gubernauit. Eodem anno rex Arragonum cepit inſulam, vbi beatus Vincentius martyrizatus fuit, & inde expulſis Sarracenis, Chriſtiano nomini dedicauit. His quoque temporibus ſancta Elizabeth filia regis Hungariæ coniunx Landeg Thoringiæ Ducis, & beatus Antonius de ordine fratrum Minorum claruerũt.

Quomodo Ludouicus rex fundauit Eccleſiam montis regalis, & cur reges Franciæ portant in armis ſuis florem lilij.

ANNO Domini M. CC. XXX. regni ſui quarto Ludouicus rex Franciæ iuuenili ardens caſto amore, vtpote cuius anima, ſicut ceruus ad fontes aquarum, deſiderabat ad Dominum, conſtruxit ſumptuoſam & admirandi operis abbatiam in Epiſcopatu Beluacenſi prope Pellimontem, in loco qui Cuimont dicebatur, quæ modo a regis nomine nominatur Mons regalis; in qua ab initio nouitatis ſuæ abbatem cum XX. monachis de ordine Ciſtercienſi ad ſeruiendum Domino ibidem inſtituit, & Eccleſiam intrinſecus conſtructam ornamentis eccleſiaſticis mirifice decorauit. Et vt diuinis laudibus monachi Dei cultores in eadem aſſidue commorantes per inconuulſa tempora libetius deuotiuſque vacarent, eidem loco plurima & ingentia prædia, vnde poſſent ſuſtentari miſericorditer erogauit. Eodem anno magna diſſenſio Pariſius inter clericos & burgenſes fuit orta: nam burgenſes quoſdam de clericis occiderunt, & ideo clerici Pariſius recedentes per diuerſas mundi prouincias diſperſi ſunt. Videns autem rex Franciæ Ludouicus quod ſtudium literarum & philoſophiæ, per quod theſaurus ſcientiæ, qui cunctis aliis præeminet & præualet acquiritur, receſſiſſet Pariſiis, quod primo venerat ab Athenis Romam, & a Roma cum militiæ titulo in Galliam, grauiter cœpit dolere; metuenſque rex piiſſimus ne tantus & talis theſaurus a regno ſuo elongaretur, eo quod diuinæ ſalu-

tis ſa-

tis ſapientia & ſcientia, & ne ipſi aliquando a Domino diceretur: Quia repuliſti ſcientiam, repellam te, ſupra dictos iam clericos mandans redire, redeuntes clementiſſime recepit, & ab ipſis burgenſibus quicquid antea clericis fore fecerant, fecit ipſis celeriter emendari. Sic [Si] enim tam pretioſiſſimus theſaurus ſapientiæ ſalutaris, quod olim de Græcia ſequendo Dionyſium Areopagitam Pariſiis ad partes Gallicanas deuenerat cum fide & malitiæ titulo, de regno Franciæ tolleretur, maneret vtique libatum ſignum regis Franciæ, quod trini floris folio depictum eſt, in vna parte ſui mirabiliter deformatum: nam ex quo Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus voluit tribus prædictis gratiis, ſcilicet fide, ſapientia, & militia, ſpecialius quam cætera regna, regnum Franciæ ſua gratia illuſtrare; conſueuerunt reges in ſuis armis & vexillis florem lilii depictum cum tribus foliis comportare; quaſi dicerent toti mundo, fides, ſapientia, & militiæ titulum abundantius quam regnis ceteris ſunt regno noſtro Dei prouiſione & gratia ſeruientes. Duplex enim par flos lilii ſapientiam & militiam ſignificat, quæ duo ſequentes de Græcia in Galliam Dionyſium Areopagitam cum fide, quam ibidem Dei gratia ſeminauit tertium florem lilii facientem cuſtodiunt & defendunt: nam fides gubernatur & regitur ſapientia, ac demum militia defenſatur. Quamdiu enim prædicta tria fuerint in regno Franciæ fortiter & ordinate ſibi inuicem cohærentia, ſtabit regnum. Si autem de eodem ſeparata fuerint, vel chil auulſa, omne illud in ſeipſum diuiſum deſolabitur atque cadet.

De renouatione Eccleſiæ ſancti Dionyſij per conſilium Ludouici regis, & de compaſſione quam pro amiſſione ſancti claui demonſtrauit.

ANNO Domini M.CC.XXXI. regni Ludouici Franciæ quinto, Odo Clementis abbas ſancti Dionyſii in Francia cepit ex conſilio regis Ludouici & reginæ matris eius dominæ Blanchæ, aliorumque virorum proborum & religioſorum Eccleſiam beati Dionyſii renouare, quod antea ſine conſilio non audebat facere, quia ſciebat eandem Eccleſiam dedicationis myſterium a Domino recepiſſe. Sequenti anno ſanctiſſimus clauus Domini, vnus de illis ex quibus corpus Dominicum cruci affixum dicitur extitiſſe, qui a tempore Caroli Calui regis Franciæ & Imperatoris Romani, in eadem ſancti Dionyſii Eccleſia dono ipſius permanebat, cecidit de vaſe ſuo dum daretur gentibus ad oſculandum; & ſic perditus fuit inter multitudinem oſculantium, tertio Kalendas Martii; ſed primo die Aprilis ſequentis, multis prodentibus miraculis inuentus ad prædictam Eccleſiam cum gaudio & magna exultatione, in die ſancto Paraſceues eſt allatus. Huius claui ſanctiſſimi amiſſione dolor & compaſſio quæ regi Ludouico & matri eius reginæ, ac multis accidit, non puto omittendum. Audientes vero rex & regina mater eius tam pretioſiſſimum theſaurum in regno ſuo fuiſſe perditum, vehementer doluerunt, dicentes quod ſibi nihil penitus potuiſſet nuntiari, vnde poſſent, aut deberent grauius moleſtari. Illuſtriſſimus autem & pius iuuenis rex Ludouicus tandem præ doloris magnitudine exclamaſſe dicitur, ſe maluiſſe optimam regni ſui ciuitatem hiatu terræ funditus periiſſe: qui ſtatim viros eloquentes & eruditiſſimos a latere ſuo mittit, qui dolorem & fletum abbatis & conuentus ſancti Dionyſii, quos inconſolabiliter contriſtatos audierat, verbis bonis & conſolatoriis leuigarent. Ipſe quoque in propria perſona venire voluit, ſed diſcreta ſuorum conſideratio non permiſit. Qui confeſtim clamari voce præconis per plateas ciuitatis Pariſiis iubet, vt ſi quis clauum Dominicum inuenerit, cito reddat, & ſecurus de vita de fiſco regio percipiet centum libras. Quid referam, quanta doloris ac mœroris anxietas audito tali nuntio, Pariſienſes afflixerit? Omnis ſexus, omnis ætas, omnis conditio, atq; ſcholarium ibidem ſtudentium innumera multitudo in lachrymas reſoluuntur; concurrunt ad Eccleſias, diuinæ bonitatis ſuffragium, ſub tam graui periculo flagitantes. Erit ita commune damnum, tanquam ſpeciale & proprium vnuſquiſq; deplorabat: nec ſolum Pariſiis, ſed vbicunque per regni prouincias rumor iſte, fama prouolitante, veniebat, tam nobiles, quam ignobiles: tam clerum, quam populũ dolore

conſimili perſtringebat. Timebant etenim quamplurimi de ſapientibus, ne forte infortunium quod in capite regni contigerat, toti regno aliquod graue incommodum, vel etiam generale excidium, quod auertat Omnipotens, præſignaret. Anno ſequenti, ſcilicet anno Domini M. CC. XXXIII. regni Ludouici regis ſeptimo obiit Philippus Comes Boloniæ, filius Philippi regis, & ſepultus fuit in Eccleſia ſancti Dionyſii Areopagitæ.

Quomodo Ludouicus rex deſponſauit Margaretam filiam Comitis Prouinciæ. Rubrica.

ANNO Domini M. CC. XXXIIII. regni Ludouici regis Franciæ VIII. ætatis vero ſuæ XIX. cupiens idem rex de fructu ventris ſui proceſſurum aliquem, qui poſt ipſum in regni ipſius ſolio reſideret, non cauſa libidinis, ſed prolis optandæ vxorem ducere cogitauit. Et tunc miſit Galterum Senonenſem Archiepiſcopum, & dominum Iohannem de Nigella militem ſuum, ad Comitem prouinciæ, hominem in armis ſtrenuum, ſimplicem, rectum, ac timentem Deum, mandans ei quatenus filiam ſuam Margaritam iuuenem, quam ipſe rex volebat ducere in vxorem, ſibi mittere non differret. Quibus auditis præfatus Comes lætatus eſt valde, & fide nuntiorum filiam ſuam quam a rudimentis infantiæ ſecundum Euangelium erudierat, & Dominum metuere docuerat, tradidit gratulanter. Et ſic accepta a parentibus licentia, regii nuntii Margaritam puellam facie pulchram, ſed fide pulchriorem, Dominum timentem, bonis moribus perornatam, omnium mulierum ſui temporis dapſiliorem, Ludouico regi excellentiſſimo adduxerunt. Quam rex paucis diebus reuolutis apud Senonenſem vrbem in vxorem ducens legitimam, vt Francorum dominam & reginam a Galtero ciuitatis Senonenſis Archiepiſcopo inungi & regali diademate fecit ſolemniter coronari.

Quomodo Comes Campaniæ exercitu congregato diſpoſuit regem Ludouicum expugnare. Rubrica.

ANNO ſequente, Theobaldus Comes Campaniæ colligens exercitum aduerſus dominum ſuum Ludouicum regem inſurgere attentauit. Quod rex agnoſcens regni ſui Ducibus & Comitibus conuocatis Pariſiis ſuum exercitum congregans contra prædictum Comitem, ad ipſius reprimendam ſuperbiam vſque ad nemus Vicinarum cum his qui ſecum erant, cœpit celeriter proficiſci. Sed poſtquam hoc Comes Campaniæ veridica comperit relatione, animo turbatus & anxius, eo quod contra dominum ſuum ligium regem Francorum leuare calcaneum præſumpſiſſet, attendens Francorum audaciam & virtutem quid agere deberet penitus ignorabat. Tandem bonum habens conſilium & ſalubre, ſciens non eſſe turpe cum re mutare conſilium, ad dominum ſuum regem tempeſtiue nuntios delegauit, mandans ei & obnixius rogitans, vt iram & indignationem quam aduerſus eum conceperat, deponere dignaretur: & vt in oculis eius gratiam poſſet celerius inuenire, eidem duas villas cum forteritiis ſuis, ſcilicet Brayum ſuper Sequanam & Monſterolium enforſdione in ſignum ſubiectionis omnimode tradidit in perpetuum abſque inquietatione aliqua poſſidendas. Nam quemadmodum in rebelles & ſuperbos iuſtitiã: ita ſibi in ſubditos humiles & pacificos regis cognouerat pietatem. Sic igitur Comes Campaniæ, qui per ſuam ſuperbiam dominum ſuum regem offenderat, ipſum ſua humilitate præuia ſine aliquo congreſſu meruit pacificare. Et tunc rex cum gente ſua Pariſios remeauit.

Quomodo rex Harſacidarum miſit quoſdam Harſacidas in Franciam ad occidendum regem Franciæ Ludouicum.

ANNO Domini M. CC. XXXVI. Diabolus cui ſemper eſt proprium melioribus inuidere, videns regis Ludouici ſanctitatem & proſperitatem in gubernatione regni ſui, cœpit in malum ipſius regis periculum nouum & quaſi ineuitabile vt occultus machinator & peſſimus procurare. Nam Vetulus de montanis rex Harſacidarum cœpit, a diabolo circumuentus de morte Ludouici regis Franciæ pertractare.

ctare. Habitabat vero iſte rex peſſimus & maleuolus in confinio Antiochiæ & Damaſci, in caſtris munitiſſimis ſuper montes: qui multum erat reueritus a Chriſtianis & Sarracenis propinquis ac remotis, propter hoc quod multoties principes eorum indifferenter interficere per nuntios faciebat: nam quoſdam pueros de terra ſua faciebat in palatiis educare, & ibi addiſcebant idiomata, & docebantur dominum ſuum ſuper omnia timere, eique vſque ad mortem obedire, vt ſic poſſent ad gaudia Paradiſi peruenire. Quiſquis in obedientia moriebatur, a gentibus terræ pro Angelo colebatur. Vnde factum eſt, vt mitteret in Franciam nuntios Harſacidas, præcipiens eis, vt quocunque modo poſſent regem Franciæ occiderent Ludouicum. Sed Deus omnipotens, præſcius futurorum, qui mutat tempora, & quod prædeſtinauit non mutat conſilium, qui conſilia gentium diſſipat, & conſilia principum reprobat, quique mutat conſilia peſſimorum, qui conſilio Architofel conſilium Chuſi præferri voluit, & malum Holofernis conceptum prudentia beneuolentis fœminæ Iudith ne perduceretur ad effectum impediuit, iniqui regis Harſacidarum veneno ſum conſilium ſuæ diſpoſitionis induſtria taliter immutauit. Nam in corde veluti regis immiſit cogitationes pacis, & non occiſionis. Vnde alios nuntios poſt primos quantocius rex Vetulus deſtinauit, mandans regi Franciæ, quatenus ſe a primis nuntiis cuſtodiret. Quo audito, rex de ſe metuēs, tactus dolore cordis intrinſecus quamplurimum turbabatur. Salubri tamen conſilio corpus ſuum per homines cupreas clauas aſſidue deportantes fecit diligentiſſime cuſtodiri. Interim primos nuntios cœperunt alii curioſi perquirere, & inuentos ad regem Ludouicum adduxerunt. Quibus viſis rex exultans præ gaudio, vtroſque muneribus honorauit; deinde regi Harſacidarum xenia regalia & dona quamplurima pretioſa in ſignum pacis & amicitiæ delegauit.

Quomodo Ludouicus rex Franciæ fecit Robertum fratrem ſuum nouum militem, & ei conceſſit Comitatum Atrebatenſem.

ANNIS duobus ſequentibus conceſſa ſibi pace ab hoſtibus ſuis, quos omnes ſuppeditauerat, requieuit in regno ſuo pacifice rex Ludouicus; & anno duodecimo regni ſui, ſcilicet anno Domini M.CC.XXXVIII. dominum Robertum fratrem ſuum maiorem natu poſt ipſum apud Compendium fecit nouum militem, quem paulo ante filiæ Ducis Brabantiæ Matildi nomine legitimo fecerat matrimonio copulari; & tunc eidem fratri ſuo Atrebatum ac totam terram d'Artois cōceſſit iure hæreditario in perpetuū poſſidendam. Ibi fuit fere tota regni Franciæ vtriuſque ſexus mandato regio perurgente nobilitas congregata. Vnde Federicus Romanus Imperator, qui regi Franciæ Ludouico mandauerat, vt vſque ad Vallem coloris ire nullatenus omitteret cum ipſo colloquium habiturus, audiens quod rex Franciæ duo millia militum bellatorum cum innumerabili peditum & ſeruientium multitudine, quos omnes ſecum apud Compendium habebat, in ſuo vellet ducere comitatu, mandauit regi quod nec ad diem præfixum, nec ad locum quem ipſe nominauerat, valeret aduenire. Vnde milites Franciæ, qui tantæ nobilitati interferant congregati, accepta a rege licentia ſe ſinguli ad ſua loca propria receperūt. Imperator quidem regem paucos ſecum ducere milites ſperabat, quod & toto animo affectabat, eo quod, vt a pluribus dicebatur, quemadmodum malitioſus ac ſeductor in regem Franciæ & in regnum machinari ſatagebat. Sed nefanda conſilia quæ contra regnum Franciæ cogitabat, Domino impediente propter ſeruum ſuum regem Ludouicum, quem vbiq; protegebat, non valuit ſtabilire.

Quomodo ſancta Corona Domini ſpinea, ac magna pars ſanctæ crucis & ferrum lanceæ quod lateri Domini infixum fuit, allata ſunt Pariſios.

VIDENS autem Ludouicus rex Franciæ, quod requiem de ſuis hoſtibus ſibi Dominus tribuiſſet, non ingratus nec immemor beneficiorum ſibi ab ipſo Domino collatorum, anni regni ſui tertiodecimo, & ætatis ſuæ XXIIII. ab incarnatione vero Domini M. CC. XXXIX. per ſolemnes & certos nuntios de

partibus Conſtanrinopolitanis fecit coronam ſacratiſſimam quas Chriſtus filius Dei pro noſtris enormitatibus in paſſione ſua coronari voluit, apportari. Et a nemore Vicenarum quinta feria poſt aſſumptionem beatiſſimæ Mariæ virginis ipſam rex & fratres ſui cum maximo cleri plebiſque tripudio, nudis pedibus vſque ad Eccleſiam ſacratiſſimæ Mariæ virginis matris Domini Pariſios attulerunt: ibi enim ex præcepto regio Odonem Clementis abbatem Eccleſiæ ſancti Dionyſii cum ſuis monachis oportuit intereſſe. Qui monachi illuceſcente aurora in nemore Vicenarum quinta feria prœlibata ſe albis & capis induentes groſſos in manibus tenentes cereos, boneſtius cæteris cunctis proceſſionibus, qui ibi aderant cum rege & clero Pariſios deuenerunt. Proceſſio quidem monachorum beati Dionyſii in media naui Eccleſiæ beatæ Mariæ Pariſienſis remanſit a cæteris proceſſionibus ſeparata. Cantor vero Eccleſiæ ſancti Dionyſii a nemore Vicenarum vſque ad Eccleſiam ſacratiſſimæ virginis, ranquam ſpecialis cantor præ cæteris cantoribus aliarum proceſſionum omnes cantus incipiebat. Et tunc maxime in naui Eccleſiæ matris Domini, Antiphonam ad honorem eiuſdem matris & virginis Mariæ, ſcilicet, *Aue Regina cælorum*. intonans inchoauit, quod omnes obſtupuerunt audientes. Inde vſque ad capellam, quam dominus rex in ſua domo Pariſiis mirabili & ſumptuoſo opere ſibi conſtrui fecerat, monachi ſancti Dionyſii ſacroſanctam coronam cum hymnis & canticis dulciſonis deduxerunt, vi ad honorem ſanctiſſimæ coronæ cereos, quos geſtabant in manibus in conſpectu omnium qui ibi aderant deuote & humiliter obtulerunt. Non multum poſt audiens & intelligens deuotiſſimus rex Ludouicus, quod Conſtantinopolitanus Imperator quandam ſummam pecuniæ mutuo ſumpſerat, & poſuerat in loco pignoris vexilla Dominicæ paſſionis, ſcilicet maximam partem ſanctiſſimæ crucis, in qua Chriſtus pro nobis pependit, & ſpongiam cum qua aceto in ſiti ſua ſuſpenſus potatus fuit, & ferrum lanceæ ſanctiſſimum, quod latus ipſius ſacratiſſimum pro noſtrarum ſanandis animarum vulneribus perforauit: tantarum reliquiarũ metuens alienationem vilipenſis huius mundi diuitiis, vt Chriſtum lucrifaceret, per perſonas authenticas & honeſtas redemptas ſuis opibus ſacroſanctas reliquias, quæ noſtræ ſunt veriſſima redemptionis inſignia ſibi fecit Pariſiis apportari; & ſicut ſanctam coronam, vt ſuperius dictum eſt, ſic & iſtas pretioſas reliquias archiepiſcoporum, pontificum & abbatum caterua vallatus mirabili vſq; ad capellam domus ſuæ cum proceſſione cleri & populi deuotiſsime & humiliter deportauit, & cappam pretioſam & admirabilem ex auro & argento lapidibus pretioſis intextam ad prædictas ſacras reliquias honorifice recondendas fecit ſubtili & admirabili operum varietate fabricari. In eadem vero capella canonicos & capellanos, qui ibidem diuinum ſeruitium in perpetuum celebrarent inſtituit atque magnos redditus eiſdem, vt inde ſuſtentarent ſicut decebat maieſtatem regiam aſsignauit. Pro his & conſimilibus bonis operibus inuenit gratiam in oculis regis regum Domini Ludouicus rex Francorum, qua meruit hoſtes ſuos vel ad pacem conuertere, vel hos qui pacem oderant penitus debellare.

Quomodo Ludouicus rex miſit Iohannem de Bello monte militem contra Albigenſes, qui aduerſus gentem ſuam rebellauerant.

PER idem ferme tempus accidit, quod peſsimi apoſtatæ de terra Albigenſium inſurrexerunt contra Chriſtianos & gentes regis Frãciæ Ludouici, qui ex præcepto eius munitiones illius terræ propter ipſos apoſtatas conſeruabant. Vnde eos ſæpiſsime inuadentes, caſtella quæ ex parte regis cuſtodiebant, ipſis auferre quotidie conabantur: ſed ipſi apoſtatarum videntes multitudinem eorumque infidelitatem peſsimam attendentes, inito conſilio ad regem excellentiſsimum Franciæ dominum ſuum Ludouicum nuntios tranſmiſerunt, eidem ſignificantes per ipſos quot & quantas infeſtationes a prædictis apoſtatis ſuſtinebant. Quibus auditis rex Franciæ Chriſtianiſsimus Ludouicus ira nimia ſuccenſus, fidelem ſuum dominum Iohannem de Bello monte conuocans præcepit ei, vt aduerſus apoſtatas Albigenſes iter arripere non differret. Qui confeſtim regis imperium cupiens adimplere, collecta

collecta multitudine armatorum, regnum Franciæ celeriter pertranſiens, in proximo, vſque ad terram Albigenſium deuenit; qui protinus caſtrum fortiſſimum nomine Montem regalem obſidens, erectis circumquaque petrariis, mangonellis & aliis ad hoc aptis diuerſi generis inſtrumentis, illud infra paucos dies viriliter expugnans, peroptime tam gente, quam victualibus confeſtim muniuit: & ad alia caſtra, quorum hic nomina breuitatis gratia ſubticentur, ſe conuertens, ipſa in fortitudine ſua non tamen ſine labore maximo, regis Franciæ dominio ſubiugauit. Deinde terram illam adeo potentiſſime peragrauit, vt de ipſo veraciter poſſet dici; In fremitu hic conculcat terram, in furore obſtupefaciens gentes. Itaque Albigenſibus Apoſtatis perdomitis, ad dominum ſuum regem cum triumpho celeriter remeauit. Rex vero de tanta aduerſus fidei Chriſtianæ inimicos lætus victoria, gratias retulit omnium creatori.

Quomodo Barones Franciæ profecti ſunt in terram ſanctam.

EODEM anno Theobaldus Comes Campaniæ, qui de nouo rex Nauarræ creatus fuerat, poſt deceſſum ſui auunculi regis Nauarræ ſine hærede mortui, comes Britanniæ, comes Barri, & comes Montis fortis Amalricus, ac fere tota nobilitas baronum & militum regni Franciæ, qui ante quatuor annos cruce ſignati fuerant, Hieroſolymam profecturi transfretarunt. Cumque comes Britanniæ & aliqui adhærentes eidem, & communi neglecto conſilio miſiſſent exploratores, & receſſiſſent ab aliis pro quadam villa vel ciuitate deprædanda, & eis omnia proſpera ſucceſſiſſent, Amalricus comes Montis fortis, Henricus comes de Barro, Richardus de Caluo monte, & Anſelmus de Inſula famoſi & ſtrenui milites, comitis Britanniæ & ſuorum moti inuidia, cum ſuis complicibus de communi exercitu & conſilio recedentes ſimile peragere tentauerunt; cumque per totam vnam noctem equitaſſent, & mane in locis ſabuloſis prope Gazam deueniſſent, ab illis de Gaza, qui per exploratores aduentum eorum perſenſerant, itineris nocturni labore fatigati, omnes capti vel interfecti ſunt. In illo enim conflictu comes Barri miles ſtrenuiſſimus mortuus vel captus nuſquam poſtea eſt repertus. Comes Montis fortis & quamplures alii nobiles Chriſtiani ibidem capti fuerunt. Igitur quia vanis laudibus temporalis militiæ inhiantes, ſicut mos eſt hodie militibus noſtris, non attenderunt, vt deceret congrue commodum terræ ſanctæ, a communi conſilio recedentes, iuſto Dei iudicio ceciderunt: & quia non habuerunt ſapientiam, propter ſuam inſipientiam perierunt. Comes vero Richardus frater regis Angliæ Henrici cum ſuo exercitu tunc ad ſubſidium terræ ſanctæ ſuperuenit: qui audiens & videns ita turbatum & deſperatum Chriſtianorum exercitum, quod reuerti intendebant, terræ ſanctæ valde compatiens, cōmunes treugas inter Chriſtianos & Saracenos iniri, & captiuos liberari ſagaciter procurauit. Item fecit & procurauit, quod Chriſtianus exercitus in ſecuro conductu ciuitatem ſanctam, & ſepulchrum Domini viſitaret. Et ſic illis diebus parum aut nihil proficui in terra ſancta operati ſunt. Almaricus vero comes Montis fortis de carcere liberatus, dum rediret Romam, veniens eſt defunctus, & in baſilica beati Petri decenter & honorabiliter tumulatus.

De contentione quæ fuit inter Fredericum Imperatorem & Romanam Eccleſiam, & quomodo quidam prælati e regno Franciæ capti fuerunt a filio.

HIs quoque temporibus, inter Romanam Eccleſiam & Fredericum Imperatorem magna diſſenſio fuit orta: nam idē Imperator Curiæ Romanæ in quātum poterat, exiſtebat in omnibus contrarius, & eidem a retroactis tēporibus perſecutiones multimodas & iniuſte, quas ſcribi longum eſſet, acrius ſolito inferebat, propter quod beatæ memoriæ Papa Gregorius nonus deſtinauit in Franciā quendam album monachum nomine Iacobum Epiſcopum Peneſtinum Apoſtolicę ſedis legatum, vt in dictum Fredericum Imperatorem, quem ipſe Papa excommunicauerat, excommunicationis ſententiam per totam Franciam promulgaret. Pro-

Mm

mulgata vero ſententia videns Cardinalis Imperatorem in ſua malitia induratum, & adeo obſtinatum, quod excommunicatione vilipenſa nullo modo a ſuo nefando propoſito vellet reſilire, quoſdam Archiepiſcopos, Epiſcopos & Abbates ſuper tam arduo negotio conſilium habiturus, & aliqua per ipſos & cum ipſis tractaturus apud ciuitatem Meldenſium conuocauit. Et tunc cunctis præſentibus, præcepit quibuſdam ex ipſis in virtute obedientiæ ex parte Domini Papæ, quatenus cunctis negotiis poſtpoſitis perſonaliter cum ipſo iter arripientes nullatenus omitterent ire Romam. Ipſe vero ibidem ſpopondit & affirmauit, quod apud Viennam vrbem de nauibus, nautis, & cæteris, quæ ad nauigium pertinerent, vt liberius ſecuriuſque per mare, quam per terram, eo quod Romanus Imperator omnes paſſus per terram occupauerat, quos & diligentiſſime cuſtodiri faciebat, vt rei exitus declarauit, eiſdem commode prouideret. Sed Imperator præagnoſcens & perpendens quod per prælatos Franciæ ipſum Papa Gregorius intenderet condemnare, Ludouico regi Franciæ literas delegauit, mandans ei, quod perſonis Eccleſiaſticis regni ſui, ſed & cunctis, quos prædictus Cardinalis ſecum Romam ducere affectabat, ire liberum tam per mare, quam per terram denegabat. Deinde non ſolum terras, imo mare tam diligenter obſeruari imperauit, quod abſque ſuæ gentis licentia nulli dabatur facultas alicubi illis in partibus commeandi. Interim prælati Franciæ cum legato ſupradicto iter arripientes per dietas ſuas ad Viennam ciuitatem multis diebus elapſis, ſed non ſine magnis laboribus & expenſis deuenerunt. Et tunc inibi comperto defectu nauium, hominumque ſubſidio non reperto, per quos poſſent de gentibus Imperatoris defendi, tranſire vltra timuerunt. Vnde Archiepiſcopus Turonenſis & Bituricenſis, necnon & Carnotenſis Epiſcopus, & multi procuratores periculo ſe ponere metuentes, redierunt: alii vero illud quod Dominus dicit in Euangelio; Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non poſſunt, ſed potius timete eum, qui poteſt & corpus & animam mittere in gehennam, attendentes, & ideo animæ magis, quam corporis periculum, & Dominum plus quam hominem mortalem metuentes, intrãtes mare, ſeſe corporali diſcrimini tradiderunt: nam vnus de filiis Imperatoris qui non erat legitimus cum copia nauium maxima, hominumque multitudine armatorum ſemitas maris perambulans, ne prælati per mare poſſent euadere, curioſiſſime obſernabat. Vnde quadã die per pelagus nauigantes, dictus filius Imperatoris ipſos percipiens iuxta Piſas atrociſſime inuaſit. Tandem poſt bellum aſperum, ſibi prælatos Franciæ reſiſtere non valentes capiens, ipſos diuerſis patris ſui munitionibus, prout idem pater diſpoſuit, mancipauit. Prælatis itaque incarceratis multis tribulationibus vndique preſſus, viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt Papa Gregorius. Cui ſucceſſit Celeſtinus tertius: ſed ſoluens debitum humanæ conditionis Eccleſiam Dei ſanctam vltra XVII. dies non valuit regere, idcirco quia morte prohibitus eſt permanere. Poſt cuius obitum ſedes Romana orbata ſuo antiſtite, per XX. & duos menſes vacauit. Eodem tempore apud Cremonam facta eſt tempeſtas maxima, ceciditque lapis grandinis, in quo erat crux & imago Saluatoris expreſſa, deſuperque literis aureis ſcriptum, Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum. Cecidit autem in monaſterio ſancti Gabrielis, qui de aqua in aquam liquefacto, inunxerunt monachi oculos cuiuſdam fratris cæcutientis, & ſtatim clare vidit.

Quomodo Ludouicus rex mandauit Frederico Imperatori, vt liberaret Prælatos regni Franciæ per filium ſuum captos, & in priſione detentos.

VIDENS autem pius & deuotus rex Ludouicus Eccleſiam Dei humano auxilio deſtitutam compatienſq; prælatis regni ſui, diuerſis Frederici Imperatoris carceribus mancipatis, abbatẽ Corbeiæ, & dominum Geruaſium de Eſcrinis miſit ad Imperatorem, mandãs ei, quatenus prælatos regni ſui, quos tenebat in carcere, ſuarum precum interuentu liberaret. Sed tunc dictus Imperator preces regis non exaudiens, immo cõgregans omnes incarceratos de diuerſis locis apud Neapolim

regi

regi Franciæ ſic mandauit; Non miretur regia celſitudo, ſi prælatos Franciæ in anguſto Cæſar tenet Auguſtus, qui ad Cæſaris anguſtias trahebantur. Quod rex Ludouicus audiens, & vehementer admirans, quia ſuis precibus Imperator minime acquieuiſſet, mandauit eidem iterum per abbatem Cluniaci in hunc modum; Tenuit hactenus indubitanter noſtra fiducia quod inter regnum & imperium noſtrum longo tractu temporis nulla poſſet exoriri materia odium vel ſcandalum peritura; cum prædeceſſores noſtri fœlicis memoriæ reges vniuerſi, vſque ad tempora noſtra imperii ſublimitatem zelauerint, & nos qui poſt ipſos, Deo volente regnamus, in eodem propoſito permanemus: ſed vos vnitatem pacis & concordiæ diſrumpentes, prælatos regni noſtri ad ſedem Apoſtolicam accedentes, cui tam ex fide, quam ex obedientia tenebantur, nec eius poterant recuſare mandata, in mari, quod moleſte ferimus, capi feciſtis, & ipſos ſub graui cuſtodia detineris. Nam ſicut ex literis eorum didicimus, nil contra Imperialem Celſitudinem excogitauerant, etiamſi ſummus Pontifex eſſet ad aliqua minus debite proceſſurus. Vnde cum in eis nulla noſtri cauſa grauaminis inueniatur, decet altitudinem noſtram dictos prælatos regni noſtri debite reſtituere libertati. Prouideat igitur Imperialis prouidentia & ponat in ſtatera iudicii, quæ mandamus, ne velit trahere locum a potentia vel voluntate: nam regnum Franciæ non eſt ita adeo debilitatum, quod ſe permittat veſtris calcaribus perurgeri. Cuius verba & rationes Imperator intelligens omnes, licet inuitus, pariter liberauit, regem Ludouicum offendere pertimeſcens.

Quomodo Ludouicus rex fecit fratrem ſuum Alphonſum nouum militem apud Salmurum & quomodo Comes Marchia renuit eidem facere homagium.

ANNO ab incarnatione Domini M. CC. XL. regni Ludouici excellentiſſimi regis Francorum XIIII. & ætatis ſuæ viceſimo quinto ſuſcepit idem rex filiam in tranſlatione ſancti Benedicti, nomine Blancham, ex coniuge ſua nobiliſſima Margareta. Et anno ſequenti apud Salmurum Archiepiſcopos, Epiſcopos, & Abbates quamplurimos: ſed & totam fere regni ſui militiam conuocauit. Tunc inibi dominum Adelfonſum fratrem ſuum nouum faciens militem, quem multis diebus iam tranſactis, filiæ Comitis Tholoſæ Iohannæ nomine, maritali lege fecerat ſolemniter ſociari, conceſſit eidem terram Auerniæ, Pictauiæ, & terras Albigenſium perpetuo poſſidendas. Ibi plures præpotentes & diuites feſto & lætitiæ intendendo diuitias, quaſi pro nihilo reputantes expendebant & veſtiebantur milites purpureis & ſericis. Sed & ipſi pontifices & abbates prout melius poterant ſe in omnibus exornabant. His peractis petiit rex Ludouicus ab Hugone Comite Marchiæ, vt homagium pro terra ſua, quam habebat in Pictauia, ſicut debebat, faceret fratri ſuo domino Alphonſo Comiti Pictauenſi. Sed dictus Comes Marchiæ vento ſuperbiæ inflatus nullo modo aſſeruit ſe facturum. Innitendo enim ſe ſuper baculum arundineum confractum, ſcilicet regem Angliæ Henricum, cuius matrem Comes ipſe habebat vxorem, meditabatur per eius opem contra dominum ſuum regem Franciæ rebellare. Vnde rex ſereniſſimus Ludouicus iratus vehementer cum indignatione maxima, quia paratus non erat ad eum debellandum, cum gente ſua Pariſios remeauit. Eodem anno ſecunda die Martis quadrageſimæ ſuſcepit rex de coniuge ſua domina Margareta filiam nomine Yſabellam.

Quomodo Ludouicus rex pugnauit contra Comitem Marchia & regem Henricum Angliæ.

ANNO igitur Dominicæ incarnationis M. CC. XLII. Ludouicus rex non immemor ſuperbiæ & exoſæ præſumptionis Hugonis Comitis Marchiæ, totã regni ſui militiam aduerſus eum circa anni principium congregauit. Et tunc cum infinita tam equitum, quam peditum multitudine bellatorum, quibus facies terræ veluti locuſtis aperiebatur, in terram Marchiæ Comitis introiuit. Et primo caſtrum quod M[illegible]olum in Gaſtina dicitur, obſidens, paucisque diebus in obſidione commorans, illud in breui tempore ſibi potenti virtute ſubiugauit. Deinde ad turrim Berugiæ, quæ fortiſſima & munita peroptime erat ſe conuertens, fixis tentoriis & regiis papilionibus ſtatim ſuos manganellos & alia ingenia quamplurima iuſſit in ipſius

turris circuitu eleuari: turris vero defenſores fortiter ſe habẽtes, Francorũ impetus viriliter [illegible] ebant. Veruntamen pauco tẽpore elapſo ipſam turrim cum vniuerſis armis copiaque victualium [illegible] ma, quæ in illa erat, cepit: poſtea rex conſiderans quod [illegible] prædicta turris multa mala intuliſſet, & adhuc inferre poſſet, ipſam dirui fecit, & ad nihilum [illegible] anter. Poſt captionem Monſterioli & turris, Berugiæ ſupra Comitem Marchiæ factam, videns rex, quod Dominus cum ipſo eſſet, ad quæcunque ambulabat firmans regnum eius potentiſſime; aliud caſtrum, ſcilicet Fontenaium, quod Ga[illegible]fridus de Lixeugnio tenebat, qui erat in auxilium Comitis Marchiæ, cœpit fortiter expugnare, & elapſo breuis temporis interuallo, illud in ſuam redegit poteſtatem. Deinde aliud caſtrum eiuſdem Gaufridi fortiſſimum, quod Nouentum nominatur, ſibi potenter ſubiecit. Videns autem Comitiſſa vxor Comitis Marchiæ quod maritus ſuus Comes regi reſiſtere non valeret, ſeruientes donis & promiſſis illectos ad Curiam regis tranſmiſit cum veneno, vt regem & fratres eius, quos maritus ſuus Comes armis vincere non valebat, ipſa potu occideret venenoſo: ſed quod latenter facere cogitauerat, non potuit adimplere. Nam deprehenſos nuntios cum veneno præcepit rex atrociſſimo carceri mancipari. Rex ſiquidem videns exercitum ſuum nimis magnum & fortem promptiſſimumq; ad bellum, quaſi leo paratus ad prædam, Fontenaium caſtrum fortiſſimum duobus paribus murorum muratum, fortiſſimiſque turribus & groſſis firmatum, fecit potenti[illegible]ſſime obſidere. Sed qui caſtrum defendebant, regis exercitum nobiliter receperunt. Vnde rex caſtri fortitudinem & defendentium probitatem audaciamque conſiderans, turres ligneas iuſſit illico eleuari, vt per ipſas ſuus poſſet exercitus contra caſtri defenſores fortius dimicare. Eleuatis itaque ligneis turribus, erectiſque circumquaque petrariis, mangonellis, & aliis ingeniis cœpit rex caſtrum prædictum viriliter expugnare. Sed illi qui intus erant ad defenſionem caſtri vt nobiles defenſores conflictum inimicorum potenter ſuſtinebant. Vnde quidam baliſtarius quartellum ad turrim iaciens, fratrem regis Comitem Pictauenſem in pede grauiter vulnerauit. Quo viſo rex iratus vehementer, dictum caſtrum iuſſit acrius impugnari. Ad cuius præceptum milites Franciæ fortiſſimi bellatores ipſum caſtrum fortius & aſperrime inuadentes caſtrum in breui tempore cum ſuis defenſoribus, videlicet vno de filiis Comitis Marchiæ, qui non erat legitimo matrimonio natus cum quadraginta & vno militibus, & quater viginti ſeruientibus, aliiſque minoribus quamplurimis, excellentiſſimo regi Ludouico domino ſuo reddiderunt; quos rex partim Pariſius, & partim alibi iuſſit in diuerſis locis diligenter cuſtodiri. Caſtrum autem vſque ad vltimum lapidem fecit protinus deſtrui & euerti. Poſtea rex inde pertranſiens caſtrum de Villaribus cum his qui intus aderant ad defenſionem caſtri, ſibi potenter ſubiecit. Erat quidem illud caſtrum Guidonis de Rupeforti, qui Marchiæ Comiti adhærebat, & ideo fecit rex [illegible] ud dirui feſtinanter; quo deſtructo aliud caſtrum, cui Preic vocabulum eſt, ſuo circumcingens exercitu, ſibi celeriter ſubiugauit. Quo ſibi ſubiecto, vſque ad caſtrum, quod nominant ſanctum Gelaſium pertranſiuit: quod obſidens ſibi infra paucos dies adquiſiuit. Deinde ad aliud caſtrum, quod Tannaium dicitur ſupra montanam acceſſit, & illud capiens pauco elapſo tempore, ſuam in illo poſuit garniſionem. Et tunc rex [illegible] mus ſentiens & veraciter perpendens quod Dominus iter ſuum dirigebat & ſe comitabatur, acceſſit ad Mauras caſtrum comitis Marchiæ, quod expugnans, [illegible] ibi erat forti[illegible]ma, euertit funditus & deſtruxit. Turie vero euerſa & [illegible] redacta vſque ad [illegible] caſtrum Ebulonis de Ru[illegible] ceſſit: ſed fortitudinem regis qui caſtrum c[illegible]odiebant agnoſcentes, [illegible] entes [illegible] ue quod [illegible] modo poſſent reſiſtere [illegible] am eius incurrere metuentes, nudi & inermes [illegible] ca[illegible] ſtri e[illegible] eũtes ſuis omnibus relictis, caſtrum Ludouico regi humiliter reddiderunt. Rex autem illud munie[illegible] uagẽte, ad [illegible] us A[illegible] cer[illegible] m pe[illegible] perauit, quo [illegible] us diebus euolutis [illegible] iciens d[illegible] penitus [illegible]. Poſtea vero cum [illegible] quodam mareſ[illegible] pontes [illegible] et eleuari [illegible] vltra verſus regem A[illegible] ciuitate Xanctonen[illegible] alteret tra[illegible] re, [illegible] o incómo[illegible] pie [illegible] pportunitatem trai [illegible] non habito conſilio tra[illegible] redit in vigilia

Magda-

Magdalenæ verſus Taileburgum caſtrum Gaufridi de Ranconio ſitum ſuper aquam Charantæ. Cumque fixiſſet ibi tentoria ſua ſuper ripam aquæ ipſius, baliſtarii Anglicorum, qui in altera ripa ſtabant, & rex Angliæ Henricus ſimiliter cum fratre ſuo Richardo, & Hugone Comite Marchiæ Symoneque de Monte forti cum aliis ſuis militibus & grandi multitudine Anglicorum, quos vna cum rege eorum Comes Marchiæ in præſidium aduerſus regem Franciæ dominum ſuum fecerat transfretare, ab ipſa ripa aquæ recedentes, licet rex Angliæ paratus eſſet ad bellum, tamen dominum ſuum regem Ludouicum pertimeſcens, per tractum duarum baliſtarum & eo amplius cum ſuis militibus ſe retraxit. Quod percipientes Francigenæ, quingentos ſeruientes cum baliſtariis, & magna multitudine peditum armatorum ſecerunt per pontem prædictum celerrime pertranſire. Quos videns frater regis Angliæ Comes Richardus illico armis depoſitis verſus Francos accelerans, petiit vocari Comitem Atrebatenſem, vt cum ipſo de treuga capienda loqueretur. Sed tunc non ad Comitem Richardum, imo ad regem Ludouicum fratrem ſuum pro conſilio ſuper hoc habendo, acceſſit Comes Atrebatenſis. Et ſtatim Anglici pauore nimio conſternati, non expectantes reſponſionem Comitis Atrebatenſis de treuga capienda, verſus Xanctonas curſu velociſſimo fugerunt. In craſtino vero ſcilicet in feſto Mariæ Magdalenæ rex Franciæ pontem aquæ cum ſuo exercitu pertranſiens, ſuos vſque ad Xanctonas præcepit currere forratores. Quod quidem Comiti Marchiæ, qui erat in burgo cum gente ſua per deuerſus Francorum exercitum vnus garcio nuntiauit. Quo audito Comes Marchiæ ſtatim armatus cum tribus filiis ſuis militibus Scotis, Anglicis, & Gaſconibus, qui in eius auxilium cum rege Anglicano deuenerant, regis Franciæ forratoribus, eos in malum ſuum inuaſerunt protinus. Quod agnoſcens Comes Boloniæ, qui ex alia parte erat, & cui primo fuerat intimatum in illos qui Forratores regis Franciæ inuaſerunt, fecit impetum ante omnes. Et in principio Caſtellanus Xanctonenſis, qui vexillum Comitis Marchiæ deferebat, fuit protinus interfectus. Ibidem autem duo reges cum ſuis exercitibus adunati, bellum durum & aſperum, ſed non ſine ſtrage Anglorum maxima commiſerunt: nam Franci vehementer indignati eo quod eos Anglici ad bellum laceſſere præſumpſiſſent, in ipſos cum vehementi impetu irruebant. Et tunc ictus aſperrimos ingeminantes in eos, confeſtim agmina fecerunt rareſcere Anglicorum, hinc inde bello difficili exiſtente. Tandem dum pondus prœlii verſum eſſet in Anglicos, rex Franciæ Ludouicus extitit triumphator: nam Anglici Francorum fortitudinem non valentes ſuſtinere, terga vertentes, fugerunt. Rex vero Angliæ ictibus Francigenarum perterritus, illic morari vel pugnare vlterius non præſumpſit: quinimo pluribus de ſuis interſectis, & multis vulneratis, captis, & retentis, viginti duobus ſcilicet militibus, & tribus clericis eius diuitibus, cum centum viginti ſeruientibus, verſus vrbem Xanctonenſem arripuit turpem fugam. Quod ſui percipientes, pauore nimio agitari, fugæ præſidium aſſumpſerunt: Franci vero ipſos vno agmine perſequentes, quoniam non adunati fugiebant, plurimos occiderunt. Anglicis itaque verſis in fugam, ſuos rex Franciæ bellatores Francigenas recollegit, qui nimis auide perſequebantur Anglicos fugientes. Poſtea vero priſiones ſuos præcepit diligenter cuſtodiri, & poſtmodum diuerſis regni ſui munitionibus mancipari. Rex namque Angliæ & Comes Marchiæ noctu de ciuitate Xanctonenſi recedentes, caſtrum vacuum reliquerunt. Et tunc ciues ipſius ciuitatis in mane ad regem Franciæ accedentes ipſi claues ciuitatis reddiderunt, in qua ſtatim rex ſuam fecit ponere garniſionem. Sic igitur rex Franciæ infra breue tempus maximam partem totius terræ Comitis Marchiæ in ſuam redegit poteſtatem. Sed de ſuo exercitu multi ſtrenui milites, & etiam ſeruientes propter æſtum vehementem & aëris maximam intemperiem magnamque corruptionem ad Dominum migrauerunt. Die vero Martis poſt ſeſtum beati Iacobi Apoſtoli, dominus Regnaudus de Pontibus, regis fortitudine & victoria perterritus, ad regem in villa de Columberiis, diſtante a pontibus per vnam leucam veniens publice coram baronibus regis fecit homagium Comiti Pictauenſi. Eadem die venit filius Comitis Marchiæ primogenitus Hugo miles ad regem Franciæ cum ipſo de pace

ſub hac forma tractaturus; videlicet quod tota terra quam rex acquiſierat ſuper patrem ſuum Comitem Marchiæ, fratri regis & eius hæredibus remaneret Comiti Pictauenſi, & de reſidua terra ſua ipſe Comes Marchiæ & vxor eius cum filiis ſuis regis ſtarent omnimode voluntati: ita tamen quod dictus Comes tria caſtra fortiſſima, ſcilicet Melpinum & Croſanum atque caſtrum Achardi regi traderet; in quibus ſuam garniſionem ad caſtrum ipſius Comitis rex haberet. Et quia Comes Marchiæ non erat præſens, ipſe Hugo filius eius remanſit in hoſtagium apud regem, donec prædictus pater eius veniret in craſtino completurus. Comes quidem illuſtriſſimi regis Francorum clementiam & cordis pietatem eximiam non ignorans, in craſtino vna cum vxore ſua ad regem deueniens cum lachrymis, ſuſpiriis, ſingultibus, genu flexo, præſente Hugone filio ſuo primogenito & duobus aliis filiis, quos de nouo rex Angliæ fecerat milites, cœpit coram rege humiliter proclamare; Depone, Domine mi rex clementiſſime, iram tuam, & ne amplius contra me mouearis: Deſinat, rex dulciſſime, iam indignatio tua, & miſerere mei: Cognoſco, domine, culpam meam, quàm inique & ſuperbe egi aduerſum te; tu mihi ſecundum multitudinem miſerationis tuæ dimitte iniquitatem. Ad hæc rex ſicut manſuetiſſimus & ineffabili pietate, miſericordia motus, quibus totus ſemper in viſceribus erga miſeros & humiles affluebat, tam non valens in ira ſuam miſericordiam continere, non potuit prædicti Comitis illico non miſereri: imo quicquid erga ipſum idem Comes deliquerat, humilitatem eius conſiderans, ipſi miſericorditer condonauit. Munitiones vero & caſtella, quæ ſuper ipſum rex acquiſierat, quitauit Comes Marchiæ in continenti Comiti Pictauenſi. Et ne Comes Marchiæ in aliquo regem vlterius offendere præſumeret, vnde ipſe Comes penitus exultet, ſibi rex tria iam caſtra prædicta retinuit, & ſua gente muniuit. Hæc enim prædicta tam Comes, quam Comitiſſa vxor ſua, & filii eorum de ſeruitio regi & Comiti Pictauenſi fratri ſuo a modo fideliter faciendo iurauerunt ſe tenere: nam & per prædictam pacem, quam fecit Comes Marchiæ cum rege Franciæ Ludouico homagia quæ fuerant ipſius Comitis, ſcilicet homagium Renaudi de Pontibus, Gaufridi de Rauernio, Comitis Augi de terra quam habet in Pictauia feodi Gaufridi de Lixenqueio, de Maruento, & de Nouento ipſi regi Franciæ remanſerunt. *His peractis in feſto ſancti Petri ad vincula, rex Franciç apud pontes in pratis vltra villam pernoctauit: & ibidem venerunt ad ipſum Dominus Mirabelli, & dominus Mauritaniæ, in quorum caſtris rex Angliæ cum vxore ſua & gentibus morabatur in aduentu ſuo, & tunc fidelitatem domino regi Franciæ iurauerunt, & fecerunt homagium Comiti Pictauenſi, ſimiliter & omnes alii facientes, rex vſque ad Girundam ſibi & fratri ſuo Comiti Pictauenſi homagia acquiſiuit. Eadem die rex Angliæ & frater ſuus Richardus Comes, qui erant apud Bauiam, audito quod rex Franciæ deberet venire contra eos, Scotos ſuos & Gaſcones Girundam verſus Bordellam fecerunt celeriter pertranſire. Poſtea rex Anglorum perterritus, cœpit ſtudioſe laborare, quomodo regi Franciæ Ludouico, quem per ſuam ſuperbiam offenderat, poſſet reconciliari. Nam quorundam relatione intellexerat, quod rex Franciæ vſque ad Gaſconiam terram eius propoſuerat pertranſire, volens eam ditioni ſuæ penitus ſubiugare. Quod metuens, ab ipſo per quamplurimos treugas fecit flagitare, quas, quanquam rex Ludouicus multorum precibus premeretur, non potuit impetrare. Tandem vero piiſſimus rex Francorum attendens, quod nemo duri cordis adeptus eſt ſalutem, ipſi treugas quinquennes conceſſit, multorũ deuictus interuentu.

Incidentia. Eo tempore Tartari, vaſtata Georgia, India, & Armenia maiori, cum per xx. annos per vnum de baronibus ſuis ſucceſſiue regnum Turquiæ expugnaſſent, omnes ſimul in vnum congregati, Arſeron primam Turquiæ ciuitatem inuadentes obſederunt. Eſt autem, vt dicitur, Arſeron terra iis, in qua quondam beatus Iob dicitur habitaſſe, & in ea regnaſſe. Cumque ciuitatis huius habitatores a Tartaris obſeſſi, ſuccurſum a domino ſuo Soldano, prout erat neceſſe, non haberēt, nec aduerſus Tartarorum multitudinem præualere poſſent, cogitauerunt inter ſe Tartaris reddere ciuitatem, eo pacto, vt nulli eorum aliquam læſionem vel mortem inferrent, ſed vt ſeruos ſuos tenerent illos atque ſaluarentur. Ad

hoc au-

hoc autem offerendum & firmandnm, miſerunt eis *ſaana*, id eſt, ciuitatis baiulum. Quorum petitioni Tartari annuentes, & ſecundum modum ſuum iurantes omnia petita ſe firmiter ſeruaturos promiſerunt. Intrantes aute in vrbem ſtatim confœderationem præfatam ruperunt, & omnes habitatores ciuitatis occiderunt. Indeque ad Arſangam ciuitatem properantes eandem fraudulentam pacem & pactum fecerunt. Sed cum ingreſſi fuiſſent ciuitatem, omnes Turcos occiderunt. Contigit autem vt in illa ciuitate capti eſſent duo Franci Chriſtiani, cumque tenerentur captiui, quidam Tartarorum qui audierant quod Franci fortes bellatores eſſent, ſuggeſſerunt ceteris maioribus, vt illi duo pugnarent inter ſe, quia modum pugnandi eorum libenter aſpicerent, congaudentes vtique eorum interfectioni ſicut putabant manibus ipſorum faciendæ. Itaque de communi maiorum aſſenſu, armaturis & equis, prout fieri melius potuit, competenter præparatis, non in ſe ipſos, vt Tartari putabant; ſed in Tartaros illico irruerunt; primo quidem lanceis, poſtea gladiis eos percutientes, ex ipſis quindecim occiderunt, & alios triginta grauiter vulneratos antequam à Tartaris interfecti fuiſſent, ibidem reliquerunt. Propter quod ex tunc timuerunt Francos Tartari, ſimiliter autem Turci. Indeq; Tartari vſq; ad Cęſaream Cappadociæ peruenientes, omnia deuaſtauerunt. & in anno ſequenti vſque ad Sauaſtre & Yconium regiam ciuitatem, ſibi Turcos & Turquiam ſubiecerunt. Turci vero poſtquam à Tartaris fuerunt vaſtati eiſq; ſubiecti, adeo illorum iugo depreſſi ſunt ac debilitati, vt licet adhuc eſſent in numero multi, tamen nulli fuerunt in vigore. Vnde à multis creditur, quod ſi rex Franciæ Ludouicus mare tranſiens recto tramite veniſſet in Turquiam, libere & abſque vlla contradictione reddidiſſent ei terram. Nam & Ægypti terra quam primo aggreſſus eſt, eſt multum periculoſa. Eodem temporis concurſu Tartari per vnum de Principibus ſuis nomine Baſto, vaſtauerunt Poloniam & Hungariam, & iuxta mare Ponticũ Ruſſiam & Gazariam, cum aliis triginta regnis; & vſque ad fines Germaniæ peruenerunt. Cum autem Hungaros timentes reſponſum quærerent Dæmonibus immolantes, vtrum in Hungariam tranſire deberent, reſponſum eſt eis: Ite ſecuri, quia ſpiritus diſcordiæ & incredulitatis vos præcedent, quia turbati Hungari vobis non præualebunt. Sicque factum eſt. Ante introitum enim ipſorum, Rex & Principes, clerus & populus inuicem diffidebant, & ideo parare ſe noluerunt. Vnde pauore concuſſi hinc inde fugientes multa millia occiſi ſunt; tantaque poſt illam debacchationem fames inualuiſſe dicitur in Hungaria, vt homines viui comederent mortuorum corpora: canes etiam & catos edebant, & quicquid tale inuenire poterant.

De ortu Ludouici primogeniti filij Regis Ludouici.

ANNO Domini M.CCXLIII. regni Ludouici regis ſeptimodecimo, ætatis vero ſuæ viceſimo octauo, ſexto Calendas Martij in die feſtiuitatis beati Matthiæ Apoſtoli, quo die feſtum dedicationis Eccleſię beati Dionyſij Areopagitę factę per Dominum celebratur, peperit regi Ludouico filium diu optatum ſibi deſponſata venerabilis Margareta. Poſtquam autem regia proles proceſſit ad ortum, ſtatim rex Guillermum Pariſienſem Epiſcopum, & Odonem Clemenns Abbatem ſancti Dionyſij ad ſe vocari præcepit, vt idem Epiſcopus tantam prolem & regni Francorum hæredem baptizaret, & dictus Abbas tanquam verus patrinus ſuper fontem ſacri lauacri propriis manibus teneret. Rex vero nomine patris ſui Ludouici, præfatum puerum filium ſuum iuſſit vocari Ludouicum. Tunc ortum regalis prolis per diuerſa regni loca curſores regij nunciantes, corda Francorum ineffabili gaudio & lætitia repleuerunt.

De creatione Innocentij quarti Papæ, & de infirmitate Ludouici Regis apud Pontiſaram.

CVM igitur, ſicut dictum eſt, ſedes Romana paſtore poſt mortem Celeſtini Papæ per viginti & duos menſes vacaſſet, videntes Cardinales ſanctæ Dei Eccleſiæ periculum imminere, beatæ & felicis vitæ Innocentium quartum, qui

tunc dictus erat Senebaldus presbyter Cardinalis ſancti Martini in monte In Papam & rectorem Eccleſiæ elegerunt. Qui propter tyrannidem Romani Imperatoris, ſicut ſuperius dictum eſt, anno Domini M. CCXLIIII. cœpit in Franciam aduentare. Sed parum antequam Lugdunum deueniſſet, cœpit deuotiſſimus rex Ludouicus Francorum menſe Decembri die ſabbati, ante feſtum ſanctæ Luciæ virginis, valida febre & vehementer fluxu ventris apud Pontiſaram vehementer infirmari. Poſtquam autem fama nuncia præuolante Francorum auribus rumor inſonuit, quod fidei Chriſtianæ & Eccleſiæ ſanctæ Dei defenſor in terra ſingularis, præ ægritudinis pondere periclitaretur, corda eorum non modica repleuit amaritudine & dolore. Archiepiſcopi autem, Epiſcopi & Abbates quamplurimi, nec non barones Franciæ, prout decebat, compatientes regi ſuo, Pontiſaram quantocius aduenerunt, expectantes per duos dies, quid Deus de dicto rege diſponere dignaretur. Sed regis infirmitatem videntes creſcere, placuit ipſis vt diuinam clementiam implorarent, quatenus Deus qui omnia ſolus poteſt, virtutem ſuam circa infirmum regem oſtendere dignaretur. Deſtinantur igitur nuncij per Eccleſias cathedrales, vt in illis eleemoſynæ & orationes ac ſolemnes pro rege fierent proceſſiones. Sed regis ægritudine poſtea ingraueſcẽte, creditus fuit rex per magnum vnius diei ſpacium ſpiritum exhalaſſe, ſtatimque totum palatium repletũ fuit clamoribus dicentium regẽ migraſſe ad Dominum. Cum autẽ de diuerſis partibus ibi multi præſentes adeſſent, tantus clamor celari non potuit: Quinimo vſque ad aures ſanctiſſimi Papæ Innocentij tunc apud Lugdunum commorantis pertranſiens, ipſum dolore nimio reddidit mirabiliter conſternatum. Nec mirum, cum illum audiſſet expiraſſe, qui ſanctam Eccleſiam illis diebus anguſtiarum flatibus & procelloſis tempeſtatum fluctibus mirabiliter cõcuſſam, ſuæ virtutis brachio ſingulariter tuebatur. Sed tandem ille qui ventis & mari imperat, qui quondam intrans domum Symonis imperauit febri qua ſocrus ipſius Symonis tenebatur, & dimiſit illam, pulſatus lachrymis, eleemoſynis, orationibus, ſuſpiriis & gemitibus plurimorum, regis infirmitati imperans, ipſum aliquantulum alleuiauit. Vt autem ab illa ectaſi ad ſeipſum rediit, crucem protinus tranſmarinam inſtanter petiit & accepit. Tandem quia regis ægritudo adeo grauis erat vt medici deſperarent de ipſo, rex & ſereniſſima mater eius domina Blancha regina petierunt Odonem Abbatem Eccleſiæ Macharij Dionyſij, vt ſacratiſſima corpora Dionyſij, Ruſtici & Eleutherij, quorum patrocinio tota gaudet regio, regni ſtat potentia, deſcripta in qua quieſcebant, vt ſuis precibus regi ſanitatem impetrarent à Domino, tollere & eleuari facere non differret. Rex ſiquidem poſt Dominum & ſacratiſſimam virginem matrem eius, in ipſis, vtpote in ſuis & regni ſui aduocatis & protectoribus confidentius ſperabat, nec immerito. Quid enim poſſet Dominus beato Dionyſio denegare, qui eidem in carcere propter fidem catholicam retruſo dixerat: Dilectio & benignitas quam habes ſemper pro quibuſcunq; petieris impetrabis. Tunc Odo Clementis Abbas prædictæ Eccleſiæ, regis deuotionem erga beatum Dionyſium conſiderans, ipſius petitioni annuens, die Iouis proxima ante feſtum Dominicę natiuitatis ad ſuam Eccleſiam properauit. quam illico cereis circumquaque poſitis quemadmodum in præcipuis ſolemnitatibus fieri ſolet, vt in craſtino ad tam ſanctas remouendas reliquias deuotio aſtantium & animi ad Deum excitarentur, & vt ipſis Martyribus congruus honor dignanter exhiberetur, precioſiſſimis iuſſit palliis adornari. Sed dum iſta in prædicta Eccleſia die Iouis ante natiuitatem Domini parabantur, auditum fuit Pariſiis, quod pro ſalute regis beatorum corpora martyrum, quæ nũquam niſi ſolummodo pro ſalute regis Franciæ, vel regni ſui periculo de loco ſuo extrahuntur, eſſent in craſtino extrahenda & ad proceſſionem deportanda. Vnde accurrit in craſtino vtriuſque ſexus virorum ac mulierum ad tam ſanctum ſpectaculum copioſa multitudo. Sed & tam clerici quam laici ruebant cateruatim, glorioſos Martyres cernere cupientes. Sic igitur aſtantibus reuerendis patribus Carolo Nouiomenſi & Petro Meldenſi Epiſcopis ac Odone eiuſdem Eccleſiæ ſancti Dionyſij Abbate, aliiſque perſonis glorioſis quamplurimis & honeſtis, die Veneris ante feſtum Dominicæ natiuitatis facta oratione leuata fuerunt & extracta illa pretioſiſſima corpora

pora

pora deſcripta, quæ ſubtus pyramides [illegible] vbi in [illegible] ul's cle[illegible] o [illegible] pore quieuerant diligentiſſime ſig[illegible]lata, & ſu p[illegible]r altare ipſorum [illegible]artyrum pretioſis palliis decora[illegible]m c[illegible]llocata. D[illegible]nde [illegible]ceſſi[illegible]ne præp[illegible]tata [illegible] fuit nudis pedibus, ſuſpiriis, ſingultibus & lachrymi[illegible] plu[illegible]q[illegible]am pſalmis ad D[illegible]in[illegible]m reſonantibus, fuerunt ad proceſſionem, ob regis [illegible]tem, quam idem rex ſibi peſtabat per dictos Martyres impetrari, per clauſtrum & Eccleſiam deportata. Nec fuit rex fraudatus à deſiderio ſuo. Nam ex quo ſancti Martyres ad aures benigni Ieſu pulſauerunt, viſitauit ipſum Dominus re[illegible]ordatus miſericordiæ ſuæ. Et ex illa hora qua corpora ſacroſancta glorioſorum Martyrum ſancti Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij ad proceſſionem deportata ſunt, paulatim ægritu[illegible]ne regis decreſcente, cœpit rex melius ſe habere. Cuius ſanitas in breui totaliter ſubſecuta, corda Francorum & omnium fidelium e[illegible]ltatione læ[illegible]ia quamplurimum hilarauit. Quæ regi tunc illa infirmitas ex profundo conſiliorum Domini tam ſal[illegible]bri quam neceſſaria prouiſione à multis creditur [illegible]roueniſſe. Nam ex inc[illegible]odo præcedenti ſequentis fructus habilitas multiplex collecta eſt, vt fuit terræ ſanctæ [illegible]dium, & regni eius melioratio, vt pateb[illegible].

Incidentia. Eodem anno factus eſt Egi[illegible]ius Cornu poſt mag[illegible]ſtrum Galterum fratrem ſuum Archiepiſcopus Senonenſis. Iubel[illegible]us quoque Arch[illegible]iepiſ[illegible]opus Turonenſis factus eſt Arch[illegible]piſ[illegible]opus Re[illegible]e[illegible]ſis [illegible] Odo Clementis Abbas ſancti Dionyſij, Archiepiſcopus Rothomagenſis; Ab[illegible]aſ[illegible]ue Clunia[illegible] [illegible] eſt Epiſcopus Lingonenſis. Eodem tempore ve[illegible]nt qu[illegible]m n[illegible]re[illegible]les de vltramarinis partibus, rumores veros quidem [illegible] peſſimos [illegible] dam infideles, qui Groſſomi vocabantur, te[illegible]am ſa[illegible]am intrauer[illegible]nt, [illegible] a ciuitate Hieruſalem furialiter debacchantes, proh dolor, no[illegible] ſo[illegible]m[illegible] [illegible]n ciuitatem, ſed etiam Eccleſiam ſancti ſepulchri [illegible]ngu[illegible]ne fidelium repleuera[illegible]t, co[illegible]ditioni, ſexui vel ætati non parcentes. Tunc adimpletum eſt illud quod [illegible] et Prophetam diu ante fuerat peroratum: Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam; pol[illegible]uerunt templum ſanctum tuum; poſuerunt m[illegible]ticinia ſeruorum tuorum, eſcas volatilibus cœli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem ipſorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem & non erat q[illegible]i ſepeliret. Iidem etiam infideles conflictum habuerant in Gazara cum noſtris Chriſtianis, in quo non ſolum templi militia ceciderat, verum etiam H[illegible]tal's potentiumque & nobilium terræ ſanctæ non modica multitudo. Vnde & [illegible]uamplurimum timebat[illegible]r, ne ipſi infideles infra breue tempus tota[illegible]am te[illegible]ta[illegible] caperent & deſtruerent, quæ tot Chriſtianorum ſanguinibus & ſudoribus fuerat a[illegible]uiſita.

Anno Domini M. C C X L V. regni ſeren[illegible] regis Francorum Ludouici XIX. & ætatis ſuæ XXX. vltima die menſis Aprilis, [illegible] dies vigi[illegible] æ beat[illegible]m Apoſtolorum Philippi & Iacobi, peperit de nocte [illegible]un[illegible] Ludouico reg[illegible] Francorum vxor ſua Margareta. Quem idem rex nomi[illegible] a[illegible] ſ[illegible] Philippi regis iuſſit P[illegible]ilippum nominari.

Quomodo Fredericus Imperator cond[illegible]mnatus fuit in Concilio Lugdune[illegible].

EODEM anno celebrauit ge[illegible]erale Co[illegible]us Papa Innocētius IIII apud Lugdunēſem vrbe[illegible]. I[illegible] q[illegible]um [illegible]tribus Cardin[illegible]b[illegible]s ſacroq; cōuentu Prælatorū deliberatione præhabi[illegible]a d[illegible] [illegible]per Frederici tunc tēporis Romani Imperatoris nefandis exceſſibus, ipſum die lunæ ante feſtū beatę Mariæ Magdalenæ omni dignitate indignum pronuntiauit, & ſentētiando priuau[illegible] omneſq; qui eidē Frederico iuramento fide[illegible]a[illegible]s aut co[illegible]d[illegible]t[illegible]ionis erant aſtricti a iuramēto huiuſmodi abſoluit, auctoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne qu[illegible] ua[illegible] dicto Frederico à die illa tanquā regi vel Imperat[illegible] obediret [illegible] omnes qu[illegible]ſi deinceps tanquam Imperatori aut re[illegible] conſilium vel aux[illegible]ium aut fauorem pr[illegible], ipſo facto denunciauit excōmunicationis vincu[illegible]ia[illegible]ere Sed & ill[illegible]s ad quos in eo[illegible] imperio Imperatoris ſpectaba[illegible] electi[illegible] eli[illegible]nd[illegible] berā ann[illegible] pot[illegible]ſtatē. Cur autem [illegible] tantū hominē tam crudelem ſententiam dictus Papa tunc intul[illegible]t, [illegible]x[illegible]ſa fuit. Sed vt ad plenū de ceteris eius ſceleribus ob lectoris tędiū euitandum taceatur,

ſolummodo quatuor grauiſſima ab ipſo commiſſa, quæ nulla tergiuerſatione celari potuerunt huic libello inſerere dignum duxi, ne dictus Papa inuidiæ dictus l... re vel odio hoc feciſſe videatur. Prima cauſa fuit, quia cum feciſſ... homagium ... manę Eccleſiæ pro regno Siciliæ ſibi ab eadem Eccleſia ..., & demum c... m per ipſam imperij coronam adeptus fuiſſet, iurauit coram Pr... & n... bus imperij, quod honores, iura, & poſſeſſiones dictæ Romanæ ... pro poſſe ſuo protegeret ac fideliter obſeruaret, & quod ex dictis poſſeſſ... eiſdem ſpecialiter nominans, quæ ad manus ſuas deuenirent ſine difficultate aliqua reſtituere procuraret, horum iuramentorum extitit temerarius violator, ... prodirionis nota, & læſæ crimine maieſtatis. Nam Papam Gregorium IX. & fratres eius Cardinales Romanæ Eccleſiæ per ſuas literas pluribus directas præſu... pſit multipliciter diffamare, & eos qui fidelitatem & homagium fecerant Romanæ Eccleſiæ pro poſſeſſionibus quas tenebant à dicta Eccleſia deierare compulit, faciens eos per ſe & officiales ſuos prędictam fidelitatem abiurare, ſibique prętare violenter fidelitatis huiuſmodi ſacramentum. Secunda cauſa fuit, quod pacem inter Eccleſiam & imperium reformatam temere violauit. Nam cum diu ante tempore pacis inter ipſum & Eccleſiam reformare iuraſſet coram duobus Cardinalibus, præſentibus multis prælatis & principibus, quod ſtaret & pareret præciſe abſque vlla conditione omnibus mandatis Eccleſię ſuper his, pro quibus erat vinculo excommunicationis aſtrictus, cauſis excommunicationis eiuſdem expreſſis per ordinem corã ipſo remittẽdo omnem pœnam & offenſam hominibus Theutonicis & regni Siciliç, ac quibuſcunque aliis qui Eccleſiæ contra ipſum adhęſerant, & quod nullo tempore offenderet, vel offendi faceret ipſos pro eo quod Eccleſię adhęſiſſent, poſtmodum iuramenta & pacem huiuſmodi non ſeruauit, nequaquam erubeſcens periuriis irretiri. Nonnullos enim ex ipſis hominibus tam nobiles quam ignobiles capi fecerat, & eis bonis omnibus expoliatis vxores eorum & filios captiuauerat, ac terras Eccleſiæ contra promiſſionem quam dictis Cardinalibus fecerat, inuaſerat imprudenter, licet ipſi ex tunc in eum prçſentem ſi contrauenirer, aliquando excommunicationis ſententiam promulgaſſent. Et cum iidem Apoſtolica auctoritate ſibi mandaſſent, vt nec per ſe nec per alium impediret, quin poſtulationes, electiones & confirmationes Eccleſiarum ac monaſteriorum per regnum & imperium libere fierent ſecundum ſtatuta Concilij generalis, & quod nullus deinceps in eiſdem regno & imperio viris eccleſiaſticis ac rebus eorum imponeret tallias vel collectas. Et quod nullus ibidem clericus vel perſona eccleſiaſtica de cetero in ciuili vel criminali cauſa conueniretur coram iudice ſeculari, niſi ſuper feodum quod ciuiliter haberetur. Ac Templariis, Hoſpitalariis, & aliis perſonis eccleſiaſticis ſatisfaceret compe... r de damnis & iniuriis eiſdem per ſe & ſuos irrogatis, ipſe mandatum huiuſmo... contempſerat adimplere. Nam ipſo procurante vndecim aut plures Archiepiſ... ſedes, & multæ Epiſcopales, Abbatiæ quoque & aliæ eccleſiæ in reg... o & imperio vſque ad Concilium præfatum vacauerant, in graue ipſarum præiudicium & per... ulum animarum. In quibus non ſolum facultates & bona fecerat prout vol... rat occupari, ſed etiam cruces, calices, th... tibula & alios ſacros earum theſauros & pannos ſerice... s velut cultus diuini nominis contemptor auferri. Clerici quoque mi... ipliciter collectis tallis & affligebantur; nec ſolum ad ſeculare iudicium r... ahebantur, ſed vt aſſerebatur, ſ... bire duellum cogebantur, incarcerabantur, occidebantur, & patib... ſi... nfuſionem & opprobrium clericalis ordinis cruciabantur. Præfatus autem Templariis, Hoſpitalariis, & al is perſonis eccleſiaſticis de dam... eiſdem illatis & in... ab ipſo non fuerat ... tisfactum. Tertia cauſa fuit, quod ſacrilegium perpetrauit. Nam cum Otho Portuenſis & Iacobus Prænestinus Card... es, Epiſcop... Apoſto... cæ ſedis legati, & quamplures eccleſiarum prælati, & cl... tam re... g... qu... ſeculares ad Apoſtolicam ſedem irent per mare pro Con... rando, quod prius id... m Fredericus petierat conuocari, viis terræ & maris o... nin... præcluſi, ipſ... ſacrilego capi fecerat; quibuſdam ipſorum præl... & aliis in illa captione ſubmerſi, nonnullis etiam interemptis, & aliquibus hoſtili infeſtatione fugatis, reliquis autem bonis omnibus ſpoliatis & de loco ad

eo ad locum in regno Siciliæ opprobrioſe deductis, ac ibidem diris carceribus mā cipatis; quorum aliqui miſerabiliter defecerant inedia preſſi & ſqualoribus manci pati. Quarta condemnationis eius cauſa fuit, hæretica prauitas, de qua non dubiis & leuibus, ſed difficilibus & enitentibus argumentis ſuſpectus non immerito habebatur. Nam poſtquam excommunicationis ſententiam à prædictis duobus Cardinalibus prolatam incurriſſet, & dictus Papa Gregorius nonus ipſum anathematis vinculo innotaſſet, ac poſt Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, Prælatorum, & clericorum ac aliorum ſicut ſupra dictum eſt ad ſedem Apoſtolicam venientium captionem claues Eccleſiæ contempſerat, ſibi faciens celebrari, vel potius quantū in ipſo erat, diuina prophanari. Conſtanter enim aſſeuerauerat ſe præfati Gregorij Papæ ſententiam non vereri, latamque ab eo in ipſum non ſolum contemptis Eccleſiæ clauibus non ſeruando, verum etiam per ſe & officiales ſuos, & illam & alias excommunicationis & interdicti ſententias, quas idem omnino contempſerat, cogebat alios non ſeruare. Et ſic priuilegium quod beato Petro & ſucceſſoribus eius in ipſo tradidit Dominus Ieſus Chriſtus, videlicet; Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis; & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis; In quo vtique auctoritas & poteſtas Eccleſiæ Romanæ conſiſtit, pro viribus ſuis diminuere vel Epiſcopis Eccleſiæ auferre ſatagebat. Præterea coniunctus erat amicitia deteſtabili Sarracenis: Nuncios quidem & munera pluries eiſdem deſtinauerat, & ab eis viciſſim eum honorificentia & hilaritate ſuſceperat, ipſorumque ritus amplectebatur, illos in quotidianis ſuis obſequiis notabiliter ſecum tenens, eorumque etiam more vxoribus quas habebat de ſtirpe regia deſcendentibus eunuchos, quos, vt dicebatur, caſtrari fecerat, cuſtodes non erubuerat deputare. Et quod execrabilius fuit, ipſe priuſquam fuiſſet condemnatus, exiſtens in partibus tranſmarinis, facta compoſitione quadam, imo colluſione verius eum Soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus & noctibus publice permiſerat proclamari. Et poſtea nuncios Soldani Babyloniæ, & poſtquam idem Soldanus Terræ ſanctæ ac Chriſtianis eius habitatoribus per ſe ac ſuos damna grauiſſima & inæſtimabiles iniurias irrogaſſet, fecerat per regnum Siciliæ eum laudibus ad eiuſdem Soldani excellentiam, ſicut ferebatur, honorifice ſuſcipi & magnifice procurari; aliorumque infidelium pernicioſis & horrendis obſequiis contra fideles abutebatur; & illis qui damnabiliter vili pendentes Apoſtolicam ſedem ab vnitate Eccleſiæ diſceſſerant, procurabat affinitate & amicitia copulari. Inſuper claræ memoriæ Ducem Bauariæ ſpecialem Romanæ Eccleſiæ deuotum fecerat, ſicut pro certo aſſerebatur, Chriſtiana religione deſpecta, per aſſeſſinos occidi, & Vaſtachio Dei & Eccleſiæ inimico, à communione fidelium per excommunicationis ſententiam, cum adiutoribus, conſiliatoribus, & fautoribus eius ſolemniter ſeparato, filiam ſuam tradiderat in vxorem. Catholicorum Principum actus & mores reſpuens, negle&ctor ſalutis & famæ, non intendebat operibus pietatis. Nonne igitur hæc nō leuia, ſed efficacia fuerūt argumenta de ſuſpectione hæreſis contra ipſum, cum hæreticorum vocabulo ius ciuile illos contineri aſſerat, & latis aduerſus eos ſententiis debeant ſuccumbere, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare. Et ideo cum de eius nefariis diſſolutionibus melius ſit tacere quam loqui, ſtylus ad alia conuertatur.

De crucis ſignatione facta poſt Concilium Lugdunenſe.

SEQVENTI menſe Auguſti poſt Concilium deſtinauit Pariſiis Innocentius Papa magiſtrum Odonem de caſtro Radulphi Epiſcopum Tuſculanum ſedis Apoſtolicæ legatum, qui prius Pariſienſis Cancellarius fuerat, vt per totam Franciam prędicaret, quatenus nobiles Francigenę bellatores pro liberatione Dominici ſepulchri & vrbis ſanctiſſimæ Hieruſalem, de qua noſtros Chriſtianos Groſſomi infideles, vt ſupra dictum eſt, expulerant, ſignum crucis acciperent ſacroſancta. Eodē anno infra octauas ſancti Dionyſij conuocauit Rex Francorum Ludouicus grande Pariſiis parlamentū, in quo prędictus legatus & plures regni Francię Archiepiſcopi

Pontifices,& Abbates,barones quoque & comites affuere. Et tunc ad præfati legati prędicationem,& Chriſtianiſſimi Francię regis Ludouici exhortationem Iubellus Remorum Archiepiſcopus, Philippus Bituricenſis Archiepiſcopus, Robertus Beluacenſis, Garnerus Laudunenſis, Guillermus Aurelianenſis Epiſcopi: Dominus Robertus frater regis Franciæ comes Attrebatenſis, vir clariſſimus, Hugo de Caſtellione comes ſancti Pauli & Bleſenſis, Galcherus nepos eius, Iohannes de Barris vir nobilis, Petrus comes Britanniæ, Iohannes filius eius, Hugo comes Marchiæ, Iohannes Montis fortis, Radulphus de Conciaco,& multi alij tam clerici quã laici, & ſi non omnes ſimul, proceſſu tamen temporis ſignum crucis Dominicę aſſumpſerunt. Tunc quoque circa fines Hanoniæ vel Alemanniæ prædicabatur crux hominibus auctoritate domini Papæ, vt irent contra Conradum Frederici filium, in auxilium Landegrauij Thuringiæ Ducis, qui de nouo cum aſſenſu & fauore ſummi Pontificis electus erat in regem Alemanniæ. Hoc etiam tempore miſſi fuerunt quidam fratres de ordine Minorum & Prędicatorum ex parte domini Papæ cum literis Apoſtolicis ad exercitum Tartarorũ; in quibus hortabatur eos Papa vt ab hominum ſtrage deſiſterent,& fidei veritatem reciperent. Qui fratres prædicti ſitum terræ Tartarorum, geſta, actus & mores ipſorum ſcripſerunt, quorum nimis longum eſſet hic hiſtoriam recitare.

Quomodo Ludouicus Rex iuit apud Lugdunum viſitare Papam Innocentium, & de coniugio Caroli fratris ſui Comitis Andegauiæ.

IN diebus illis reuoluto modici temporis interuallo, vir Deo amantiſſimus Rex Franciæ Ludouicus flagrans deſiderio videndi ſummum Pontificem, conuocata multitudine non modica militiæ regni ſui, fratribuſque ſuis cum regina Blancha matre eorundem iter aggreſſus eſt, & vt ſuum huiuſmodi propoſitum adimpleret, Lugdunum properauit. Sed quam nobiliter & glorioſe fuerit circumuallatus gente ſua in itinere prædicto, non puro ſub ſilentio prætereundum. Videns igitur viros induſtrios in armis ſtrenuos & expertos, magnifico & decenti armorum & virium apparatu per diuerſas phalanges antecedere regem ſuum in manu fortitudinis, ſicut conſueuerunt incedere caſtrorum acies ordinatæ. Trifarie enim procedentes ſimilitudinem exercitus prætendebãt. Centum ſiquidem præibant cum baliſtis, in equis decentiſſime phaleratis,& centum cum teſtudinibus ſiue targis in armis lucidis,& in equis loricali tunica coopertis ſequebantur. Veniebat poſtmodum tertius centenarius munitus armis omnibus, habens in manibus gladios fulgurantes. Ipſe autem rex nobiliſſimus cum incredibili & glorioſa multitudine militum regni ſui quarto agmine procedens, Lugdunum ſic introiuit. Ad quem locum vniuerſalis Eccleſię Pontifex ſummus acceſſerat, vt ibidem cum dicto rege de negotiis ſanctę matris Eccleſiæ loqueretur; habitoque inter eos ſecreto & latente conſilio, idem rex ſereniſſimus benedictione à ſummo Pontifice percepta, eique humiliter valedicto, in Franciam remeauit. Sed dum vellet regredi, miſit partem militiæ ſuæ copioſam, quæ Beatricem ſororem iuniorem reginæ Franciæ Margaretæ quam orbatam patre, ſcilicet comite Prouinciæ, rex Aragoniæ armato circumuenerat exercitu,& obſederat impudenter, vt eam ſuo, ſicut dicebatur, filio traderet in vxorem, de manu ipſius in gladij fortitudine liberaret. Redeunte interea illuſtri rege Franciæ ad propria, negotio pro quo milites prædicti deſtinatj fuerant, contra regem Aragoniæ potenter & celeriter conſummato, idem excellentiſſimus rex Francorum conſilio hinc inde habito, inquiſita prius prædictæ filię comitis Prouinciæ voluntate, miſit Carolum fratrem ſuum cum innumerabilis militiæ venuſtate, vt eidem puellæ nobili coram ipſius famoſiſſimis auunculis, comite ſcilicet Sabaudiæ, & Thoma quondam Flandrenſi comite, nec non Archiepiſcopo Lugdunenſi, aliaq; eius inclyta parentela, in eiuſdem matris præſentia ſolemni matrimonio iungeretur. Quantus honor quantave lætitia quantaque feſtiuitas illic ſit habita, non eſt meæ poſſibilitatis euoluere vel referre. His taliter expletis, anno ſequenti, ſcilicet anno Domini M.CCXLVI. in die ſanctæ Pentecoſtes accerſita baronum & nobilium

bilium non pauca multitudine apud caſtrum Meledunum Ludouicus rex Francorum illuſtriſſimus anno regni ſui viceſimo Carolum fratrem ſuum iuniorem militem nouum fecit, & eidem comitatus Cenomanenſis & Andegauiæ largitus eſt.

Eodem tempore Turci & Armenij fecerunt confœderationem cum Tartaris, ſpondentes eiſdem annuatim reddere magnam ſummam pecuniæ cum ingenti copia pannorum ſericorum pro tributo. Anno Domini M.CCXLVII. menſe Iunio accidit miraculum quoddam apud Yconium Turquiæ ciuitatem, in loco communi vbi crux erat ſculpta in quodam palatio. Quidam enim ioculator ibidem ſtabat, & in facie omnium aſtantium cum vrſo ludebat. Vrſus autem leuato crure ſuper crucem prope ipſum exiſtentem, minxit, ſtatimque omnibus videntibus ibidem expirauit. Cumque Chriſtiani aſtantes ſuper id quod acciderat Dominum benedicerent atque laudarent, quidam Sarracenus indignatus eſt valde quod ibi ſuper miraculo facto Chriſtum attollebant. Ideoque accedens in impetu, tanquam in contemptum ipſius crucis & Chriſtianorum, cum manu crucem percuſſit; ſtatimque brachium eius cum tota manu qua illam percuſſerat, totaliter exaruit. Iterumque Sarracenus quidam alius ebrietati vacans, illamque Chriſtianorum admirationem & laudem vilipendens, continuo quaſi amens à potatione ſurrexit, & in contemptum Chriſtianitatis ſuper crucem mingere volens, morte ſubitanea percuſſus interiit. Sicque Chriſtianorum multitudine Dominum magnificante ſuper tribus miraculis iam ibidem oſtenſis, quidam Græcus inſpiratione diuina inflammatus, acceſſit ad baiulum ciuitatis, rogans vt illum locum vbi crux prædicta erat inſculpta, venderet, in quo ad honorem Dei & ſanctæ crucis eccleſiam promitteret ædificare, pro quo etiam, ſi id ſibi facere concederet, promiſit quod viginti duo millia ſoldanorum Soldano daret. Quod Epiſcopus Turquorum audiens, fieri omnibus modis quibus potuit, impediuit.

Eodem anno mortuus eſt Landegrauius Thuringiæ Dux, qui electus fuerat in regem Alemanniæ: ac ſubſequenter poſt ipſum electus eſt in regem Guillermus comes Holandiæ. Sanctus etiam Ethmundus Cantuarienſis Archiepiſcopus, cuius ſacri corporis gleba in Ponteigniacenſi monaſterio requieuerat, de terra eſt eleuatus: qui nimirum anno præcedenti auctoritate Apoſtolica fuerat canonizatus, & in catalogo Sanctorum deputatus.

De prima profectione Ludouici in tranſmarinis partibus.

ANNO Domini M.CCXLVIII. Rex Franciæ Ludouicus iter tranſmarinum arripuit. Ab illo enim tempore nunquam indutus eſt ſqualeto vel panno viridi ſeu bonneta, nec pellibus varijs; ſed veſte nigri coloris vel camelini ſeu perſei. Et quia veſtes huiuſmodi minoris valoris eſſe videbantur ad dandum pauperibus, quam aliæ pretioſiores quibus vti ſolebat, prout reges Franciæ conſueuerunt, inſtituit quod ad recompenſationem huiuſmodi veſtium, eleemoſynarius ſuus erogaret quandam ſummam pecuniæ æquipollentem pretio veſtium precioſarum vltra id quod erogare ſolebat. Nolebat enim pius Rex quod propter humiliationem ſuam exteriorem, aliquid pauperibus deperiret. Similiter ex tunc nunquam vti voluit calcaribus vel frænis, niſi omnino albis & ferreis abſque aliqua auratura, nec ſellis ad equitandum, niſi albis ſine omni pictura. Receſſit igitur de Pariſiis in ſexta feria poſt Pentecoſten, multis eiuſdem vrbis proceſſionibus eum vſque ad ſanctum Anthonium comitantibus. Iueruntque cum eo venerabilis Odo Tuſculanus Epiſcopus Apoſtolicæ ſedis legatus, & duo fratres eiuſdem regis, videlicet Robertus comes Attrebatenſis, & Carolus comes Andegauiæ, cum vxoribus ſuis, multique regni Franciæ barones & Epiſcopi. Alphonſus quoque dicti regis frater comes Pictauenſis crucem aſſumpſerat tranſmarinam, ſed illo anno cum domina Blancha regina matre ſua remanſit ad regni cuſtodiam. Tranſiens ergo Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus per Burgundiam vſque ad Lugdunum, Dominum Papam Innocentium ibidem commorantem ſecundo viſitauit. Indeque recedens benedictione eius recepta, venit ad rocham

quæ dicitur *Donglui*, vbi erat caſtrum fortiſſimum ſuper Rodanum. Quia igitur dominus caſtri illius à tranſeuntibus per Rodanum exactiones illicitas extorquebat, & eos bonis ſuis indebite ſpoliabat, rex illud obſedit, & in deditionem accepit. Illud autem in parte deſtruens, pôſtea domino dicti loci cautione ſibi facta, quod de cetero ab iniuriis & exäctionibus illicitis abſtineret, illud reſtituit. Tandem rex ad portum aquarum mortuarum perueniens die martis in craſtino beati Bartholomæi Apoſtoli nauem cum ſuis intrauit, & duobus diebus ſequentibus inibi moram faciens, ventum proſperum expectauit. Porro ſequenti die veneris à portu recedens & duce Deo nauigans die Iouis ante feſtum ſancti Matthæi Apoſtoli de nocte in Cypro Nimothium applicuit. At comitiſſa Attrebatenſis cum eſſet prægnans, de portu Aquarum mortuarum in Franciam rediit, ibique vſque ad comitis Pictauenſis tranſitum expectauit. Rex autem Ludouicus in Cypro terram capiens, de conſilio baronum ſuorum, ac baronum & terrarum Cypri, quia naues & galeæ ſuæ cum baliſtariis ac gentibus ſuis nondum aduenerant in Cypro diutius expectauit, & propter inſtantiam hyemis & propter alias cauſas concurrentes, vſque ad tempus Paſchale iter ſuum aduerſus Sarracenos diſtulit. Rex quoque Cypri & omnes fere nobiles illius regni atque prælati crucis ſignaculum aſſumpſerunt, ſeq; cum rege Franciæ ſuper Sarracenos, adueniente præfixo termino, profecturos, quo eos vellet ducere, iurauerunt.

Eo tempore Soldanus Babyloniæ, qui verſus partes Damaſci per terram Chriſtianorum venire parauerat; auditis de aduentu regis Francorum rumoribus, iter propoſitum renocauit. Erantque inimicitiæ inter prædictum Soldanum, & illum qui fuit Sòldanus Damaſci, & etiam Halapmos. His temporibus obierunt de peregrinis Robertus Epiſcopus Beluacenſis, & Comes Montis fortis Iohannes, Comes quoq; Vindocinenſis, Guillermus de Merloto, & Guillermus de Barris, dominus etiam Archembaldus de Borbonio, & Comes Drocenſis, & alij quamplures milites, quorum numerus vſque ad ducentos & quadraginta æſtimatur. Sed & Comes Andegauiæ, Carolus frater regis Franciæ, quartana in Cypro laborauit. Cum autem inter Archiepiſcopum Nicorſienſem & milites regionis Cypriæ eſſet controuerſia, propter quam omnes fere milites illi erant excommunicati, prædictus Odo Apoſtolicæ ſedis legatus inter partes mediatorem ſe faciens, pacem reformauit, dictoſque milites abſoluit faciendo. Archiepiſcopus quoque Græcorum in Cypro, qui tanquam ſchiſmaticus & inobediens Archiepiſcopo ſuo Latino iamdiu ab Eccleſia ſua exulauerat, tunc temporis eſt reuerſus, & tam ipſe quam alij Græci qui excommunicati fuerant, ad obedientiam redierunt, & abſoluit eos legatus, qui & coram ipſo quaſdam hæreſes abiurauerunt. Multi etiam Sarraceni qui detinebantur in Cypro captiui, Baptiſmum inſtanter petentes, inſigniti ſunt charactere baptiſmali.

De nunciis Tartarorum miſſis Ludonico Regi in Cypro. Rubrica.

VENERVNT autem circa Natale Domini ad Regem Franciæ Ludouicum miſſi quidam nuncij à quodam magno viro Ercalthay nomine de gente Tartarorum, qui ei apud Nichoſſiam commoranti literas eiuſdem magnatis præſentauerant. Ibidem præſens aderat frater Andreas de Louciumel de Ordine fratrum Prædicatorum, qui maiorem ex illis nunciis nomine Dauid, nouerat, vtpote qui viderat eum in exercitu Tartarorum, quando ipſe & alij quidam fratres miſſi fuerunt ex parte domini Papæ, ſicut ſuperius dictum eſt, ad Tartaros. Rex autem literas ſibi præſentatas in lingua Perſica & literis Arabicis in Latinum per eundem fratrem transferri fecit, earumque tranſcriptum ſub contraſigillo ſuo clauſum matri ſuæ Reginæ Blanchæ in Franciam miſit. Nunciauerunt itaque prædicti nuncij, quod Rex magnus Tartarorum, qui dicebatur Cham, circa tres annos completos à die Epiphaniæ proximo præterita, factus erat per Dei gratiam Chriſtianus, & tam ipſe quam alij magnates plurimi, & maxima pars populi exercitus eorundem Tartarorum ſacrum

Baptiſmum

Baptiſmum ſuſceperant, fidem catholicam profitentes. Dictus etiam Ercalthay iam antea per annos aliquot ſimiliter fidem Chriſtianam & baptiſmum ſuſceperat, & nunc veniebat miſſus à dicto rege Cham, cum maxima multitudine bellatorum. Erat enim ipſius intentio fidem Chriſtianam promouere & roborare, & omnium crucem adorantium vtilitatem & liberationem procurare, omneſque aduerſarios eiuſdem crucis expugnare. Multum vero deſiderabat ſe regis Francorum eſſe beneuolum & amicum. Audierat enim de ipſo quod applicare deberet in Cyprum. Dicebant enim idem nuncij ſe credere, quod dictus Ercalthay circa proximum Paſcha ciuitatem Baldath obſidere deberet, in qua Calyphus habitabat, à quo Soldanus Babyloniæ pluries ac ſpecialiter olim in obſidione Damietæ ſuccurſum magnum & auxilium habuerat. His & aliis tam per nuncios quam per literas intellectis, rex gauiſus nuncios honorifice ſuſceptos perendinare fecit, eiſque liberaliter neceſſaria miniſtrari. In die Natalis Domini cum rege fuerunt ad Miſſam in Eccleſia, & ad prandium in curia. Similiter in Epiphania cum eo ad Miſſam erant, & ſicut videbatur, bene ſe habebant, ac more Chriſtianorum ſe gerebant.

Exemplar epiſtolæ ſiue literarum Regis Tartarorum ad Regem Franciæ Ludouicum. Rubrica.

PER potentiam Dei excelſi miſſi à Rege terræ Cham verba Ercalthay Regi magno prouinciarum multarum ſtrenuo propugnatori orbis gladio Chriſtianitatis, victoriæ religionis Apoſtolis defenſoris, legis Euangelicæ filio Regi Franciæ, Augeat dictus dominium ſuum, & conſeruet ei regnum ſuum annis plurimis, & impleat voluntates ſuas in lege & in mundo, nunc & in futurum per veritatem diuinæ conductricis hominum & hominum Prophetarum & Apoſtolorum, Amen. Centum millia benedictionum & ſalutum. Ex hoc rogo quod recipiat ſalutes ſiue ſalutationes iſtas, vt ſint grandes apud ipſum. Faciat autem Deus vt videam hunc Regem magnificum qui applicuit. Creator autem excelſus ſic occurſum noſtrum in charitate fieri faciat, vt congregemur in vnum. Poſt hanc autem ſalutationem, nouerit quod in hac epiſtola non eſt intentio noſtra niſi vtilitas Chriſtianitatis, & corroboratio manus regum Chriſtianorum, Domino concedente. Et peto à Deo, vt det victoriam exercitibus regum Chriſtianitatis, & triumphet eos de aduerſariis ſuis contemnentibus crucem. Ex parte autem regis ſublimis ſublimet eum Deus, videlicet de præſentia Kyocay augeat Deus magnificentiam ſuam. Volumus cum poteſtate & mandato, vt omnes Chriſtiani ſint liberi à ſeruitute, & tributo, & andegaria & pedagiis & conſimilibus, & ſint in honore & reuerentia, & nullus tangat poſſeſſiones eorum, & Eccleſiæ destructæ reædificentur, & pulſentur tabulæ, & non audeat aliquis prohibere vt orent corde quieto & libenti pro regno noſtro. Iſta autem hora adhuc venimus pro vtilitate Chriſtianorum & cuſtodia, dante Deo excelſo. Miſimus autem hæc per fidelem noſtrum virum venerabilem Sabeldim Mouffath Dauid, & per Marchum, vt annuncient iſtos bonos rumores & quæ ſunt circa nos dicent ore ad eos. Filius autem recipiat verba eorum, & credat eis & literis ſuis. Rex terræ augeatur magnificentia ſua, ita præcepit quod in lege Dei non ſit differentia inter Latinum & Græcum, Armenium, Neſtorium, Iacobinum, & omnes qui adorant crucem: Omnes enim ſunt vnum apud nos. Et ſic petimus vt Rex magnificus non diuidat inter ipſos, ſed ſit eius pietas ſuper omnes Chriſtianos. Duret eius pietas & clementia. Datum in Fouemercharam. Et erit bonum concedente Domino.

Huic Epiſtolæ conſonabant & aliæ quædam literæ, quæ paulo ante Regi Ludouico à Rege Cypri & Comite Ioppenſi fuerant præſentatæ, quarum etiam tranſcriptum vna cum tranſcripto literarum & Calthay tranſmiſit Odo venerabilis Apoſtolicæ ſedis legatus domino Papæ Innocentio quarto. Harum literarum exemplar talia continebat.

quæ dicitur *Dongloi*, vbi erat caſtrum fortiſſimum ſuper Rodanum. Quia igitur dominus caſtri illius à tranſeuntibus per Rodanum exactiones illicitas extorquebat, & eos bonis ſuis indebite ſpoliabat, rex illud obſedit, & in deditionem accepit. Illud autem in parte deſtruens, pòſtea domino dicti loci cautione ſibi facta, quod de cetero ab iniuriis & exactionibus illicitis abſtineret, illud reſtituit. Tandem rex ad portum aquarum mortuarum perueniens die martis in craſtino beati Bartholomæi Apoſtoli nauem cum ſuis intrauit, & duobus diebus ſequentibus inibi moram faciens, ventum proſperum expectauit. Porro ſequenti die veneris à portu recedens & duce Deo nauigans die Iouis ante feſtum ſancti Matthæi Apoſtoli de nocte in Cypro Nimothium applicuit. At comitiſſa Attrebatenſis cum eſſet prægnans, de portu Aquarum mortuarum in Franciam rediit, ibique vſque ad comitis Pictauenſis tranſitum expectauit. Rex autem Ludouicus in Cypro terram capiens, de conſilio baronum ſuorum, ac baronum & terrarum Cypri, quia naues & galeæ ſuæ cum baliſtariis ac gentibus ſuis nondum aduenerant in Cypro diutius expectauit, & propter inſtantiam hyemis & propter alias cauſas concurrentes, vſque ad tempus Paſchale iter ſuum aduerſus Sarracenos diſtulit. Rex quoque Cypri & omnes fere nobiles illius regni atque prælati crucis ſignaculum aſſumpſerunt, ſeq; cum rege Franciæ ſuper Sarracenos, adueniente præfixo termino, profecturos, quo eos vellet ducere, iurauerunt.

Eo tempore Soldanus Babyloniæ, qui verſus partes Damaſci per terram Chriſtianorum venire parauerat, auditis de aduentu regis Francorum rumoribus, iter propoſitum reuocauit. Erantque inimicitiæ inter prædictum Soldanum, & illum qui fuit Soldanus Damaſci, & etiam Halapmos. His temporibus obierunt de peregrinis Robertus Epiſcopus Beluacenſis, & Comes Montis fortis Iohannes, Comes quoq; Vindocinenſis, Guillermus de Merluto, & Guillermus de Bartis, dominus etiam Archembaldus de Borbonio, & Comes Drocenſis, & alij quamplures milites, quorum numerus vſque ad ducentos & quadraginta æſtimatur. Sed & Comes Andegauiæ, Carolus frater regis Franciæ, quartana in Cypro laborauit. Cum autem inter Archiepiſcopum Nicorſienſem & milites regionis Cypriæ eſſet controuerſia, propter quam omnes fere milites illi erant excommunicati, prædictus Odo Apoſtolicæ ſedis legatus inter partes mediatorem ſe faciens, pacem reformauit, dictoſque milites abſolui faciendo. Archiepiſcopus quoque Græcorum in Cypro, qui tanquam ſchiſmaticus & inobediens Archiepiſcopo ſuo Latino iamdiu ab Eccleſia ſua exulauerat, tunc temporis eſt reuerſus, & tam ipſe quam alij Græci qui excommunicati fuerant, ad obedientiam redierunt; & abſoluit eos legatus, qui & coram ipſo quaſdam hæreſes abiurauerunt. Multi etiam Sarraceni qui detinebantur in Cypro captiui, Baptiſmum inſtanter petentes, inſigniti ſunt charactere baptiſmali.

De nunciis Tartarorum miſſis Ludouico Regi in Cypro.
Rubrica.

VENERVNT autem circa Natale Domini ad Regem Franciæ Ludouicum miſſi quidam nuncij à quodam magno viro Ercalthay nomine de gente Tartarorum, qui ei apud Nichoſſiam commoranti literas eiuſdem magnatis præſentauerant. Ibidem præſens aderat frater Andreas de Loueiumel de Ordine fratrum Prædicatorum, qui maiorem ex illis nunciis nomine Dauid, nouerat, vtpote qui viderat eum in exercitu Tartarorum, quando ipſe & alij quidam fratres miſſi fuerunt ex parte domini Papæ, ſicut ſuperius dictum eſt, ad Tartaros. Rex autem literas ſibi præſentatas in lingua Perſica & literis Arabicis in Latinum per eundem fratrem transferri fecit, earumque tranſcriptum ſub contra ſigillo ſuo clauſum matri ſuæ Reginæ Blanchæ in Franciam miſit. Nunciauerunt itaque prædicti nuncij, quod Rex magnus Tartarorum, qui dicebatur Cham, circa tres annos completos à die Epiphaniæ proximo præterita, factus erat per Dei gratiam Chriſtianus, & iam ipſe quam alij magnates plurimi, & maxima pars populi exercitus eorundem Tartarorum factum

Baptiſmum ſuſceperant, fidem catholicam profitentes. Dictus etiam Ercalthay iam antea per annos aliquot ſimiliter fidem Chriſtianam & baptiſmum ſuſceperat; & nunc veniebat miſſus à dicto rege Cham, cum maxima multitudine bellatorum. Erat enim ipſius intentio fidem Chriſtianam promouere & robotare, & omnium crucem adorantium vtilitatem & liberationem procurare, omneſque aduerſarios eiuſdem crucis expugnare. Multum vero deſiderabat ſe regis Francorum eſſe beneuolum & amicum. Audierat enim de ipſo quod applicare deberet in Cyprum. Dicebant enim idem nuncij ſe credere, quod dictus Ercalthay circa proximum Paſcha ciuitatem Baldach obſidere deberet, in qua Calyphus babitabat, à quo Soldanus Babyloniæ plnries ac ſpecialiter olim in obſidione Damietæ ſuccurſum magnum & auxilium babuerat. His & aliis tam per nuncios quam per literas intellectis, rex gauiſus nuncios honorifice ſuſceptos perendinare fecit, eiſque liberaliter neceſſaria miniſtrari. In die Natalis Domini cum rege fuerunt ad Miſſam in Eccleſia, & ad prandium in curia. Similiter in Epiphania cum eo ad Miſſam erant, & ſicut videbatur, bene ſe habebant, ac more Chriſtianorum ſe gerebant.

Exemplar epiſtolæ ſiue literarum Regis Tartarorum ad Regem Franciæ Ludouicum. Rubrica.

PER potentiam Dei excelſi miſſi à Rege terræ Cham verba Ercalthay Regi magno prouinciarum multarum ſtrenuo propugnatori orbis gladio Chriſtianitatis, victoriæ religionis Apoſtolis defenſoris, legis Euangelicæ filio Regi Franciæ, Augeat dictus dominium ſuum, & conſeruet ei regnum ſuum annis plurimis, & impleat voluntates ſuas in lege & in mundo, nunc & in futurum per veritatem diuinæ conductricis hominum & bominum Prophetarum & Apoſtolorum, Amen. Centum millia benedictionum & ſalutum. Ex boc rogo quod recipiat ſalutes ſiue ſalutationes iſtas, vt ſint grandes apud ipſum. Faciat autem Deus vt videam hunc Regem magnificum qui applicuit. Creator autem excelſus ſic occurſum noſtrum in charitate fieri faciat, vt congregemur in vnum. Poſt hanc autem ſalutationem, nouerit quod in hac epiſtola non eſt intentio noſtra niſi vtilitas Chriſtianitatis, & corroboratio manus regum Chriſtianorum, Domino concedente. Et peto à Deo, vt det victoriam exercitibus regum Chriſtianitatis, & triumphet eos de aduerſariis ſuis contemnentibus crucem. Ex parte autem regis ſublimis ſublimet eum Deus, videlicet de præſentia Kyocay augeat Deus magnificentiam ſuam. Volumus cum poteſtate & mandato, vt omnes Chriſtiani ſint liberi à ſeruitute, & tributo, & andegaria & pedagiis & conſimilibus, & ſint in honore & reuerentia, & nullus tangat poſſeſſiones eorum, & Eccleſiæ deſtructæ reædificentur, & pulſentur tabulæ, & non audeat aliquis prohibere vt orent corde quieto & libenti pro regno noſtro. Iſta autem bora adbuc venimus pro vtilitate Chriſtianorum & cuſtodia, dante Deo excelſo. Miſimus autem hæc per fidelem noſtrum virum venerabilem Sabeldim Mouffath Dauid, & per Marchum, vt annuncient iſtos bonos rumores & quæ ſunt circa nos dicent ore ad eos. Filius autem recipiat verba eorum, & credat eis & literis ſuis. Rex terræ augeatur magnificentia ſua, ita præcepit quod in lege Dei non ſit differentia inter Latinum & Græcum, Armenium, Neſtorium, Iacobinum, & omnes qui adorant crucem: Omnes enim ſunt vnum apud nos. Et ſic petimus vt Rex magnificus non diuidat inter ipſos, ſed ſit eius pietas ſuper omnes Chriſtianos. Duret eius pietas & clementia. Datum in Fouemercharram. Et erit bonum concedente Domino.

Huic Epiſtolæ conſonabant & aliæ quædam literæ, quæ paulo ante Regi Ludouico à Rege Cypri & Comite Ioppenſi fuerant præſentatæ, quarum etiam tranſcriptum vna cum tranſcripto literarum & Calthay tranſmiſit Odo venerabilis Apoſtolicæ ſedis legatus domino Papæ Innocentio quarto. Harum literarum exemplar talia continebat.

Alia epiſtola miſſa Regi Cypri.

EXCELLENTI & potenti viro Henrico Dei gratia regi Cypri, & chariſſimæ ſorori ſuæ Emelinæ reginæ, nobili viro Iohanni de Ybelim fratri ſuo Coneſtabularius Armeniæ ſalutem & dilectionem. Noueritis, quod ſicut ad iter agendum pro Deo & vtilitate Chriſtianitatis me expoſui; ſic ipſe Chriſtus vſque ad villam, quæ vocatur *Santequaut* me conduxit. Multas quippe terras videntes, Indiam retro nos dimiſimus, & tranſiuimus Bandatb tota̅ q̃ terram eius duobus arrepti itineris menſibus. Ciuitates plurimas vidi quas vaſtauerunt Tartari, quia nemo poſſet opulentiam vel amplitudinem æſtimare. Vidimus enim aliquas magnas villas itinere trium dierum, & pluſquam centum millia aggeres magnos & mirabiles oſſium à Tartaris interfectorum, nobiſque videtur, quod ſi Deo diſponente, Tartari qui paganos ſic deſtruxerunt, non aduenissent, ad totam terram ciſmarinam implendam & acquirendam ſufficerent. Tranſiuimus vnum de Paradyſi fluminibus maximum Geon appellatum, iuxta Scripturam, cuius arena durat vndecunque per vnam magnam dietam. De Tartaris vero ſciatis quod innumerabiles ſunt, nec æſtimari ab homine poſſunt. Optimi ſunt arcberij, terribiles forma, pluriumque facierum. Nec vobis poſſemus deſcribere literaliter ritus eorum. Nunc quidem octo ſunt menſes quod de die ac nocte ambulamus, & nunc dicitur nobis quod ad medium terræ noſtræ & terræ Cham maioris domini Tartarorum non peruenimus. Intelleximus pro certo, quod iã ex quo mortuus eſt Cham pater huius Cham, qui nunc eſt, quinque anni tranſierunt, ante cuius tempus barones & milites Tartarorum ita ſe per terras & regiones effuderant, quod infra dictos quinque annos, vt dictum, Cham iuniorem inthronizarent vix in vnum locum congregari potuerunt. Quidam enim eorum erant in India, alij vero in terra de Cbata, alij in Ruſſia, & alij in terra de Chaſrat & de Tangatb. Hæc eſt terra, de qua tres reges in Bethlehem venerunt Chriſtum adorare, & Chriſtiani ſunt homines illius terræ. Ego ſiquidem fui in Eccleſiis eorum, & vidi Ieſum Chriſtum depictum; tres quoque Reges, vnum aurum, alium thus, & alium myrrham offerentes. Per illos itaque tres reges habuerunt illi fidem Chriſti, ac per illos Cham & omnes ſui modo facti ſunt Chriſtiani. Vnde & ante portas ſuas habent Eccleſias, pulſant campanas, ac percutiunt tabulas: ita quod euntes ad dominum ſuum Cham primo quidem oportet ire ad Eccleſiam & ſalutare Dominum Ieſum Chriſtum, poſtea vero ire ſalutare Cham. Inuenimus etiam multos Chriſtianos effuſos per terram Orientis, & multas Eccleſias pulchras, altas, & antiquas, quæ vaſtatæ fuerant à Tartaris. Vnde Chriſtiani terræ illius venerunt in præſentia Cham iſtius qui modo regnat, quos ille cum honore magno ſuſcepit, & libertati donauit, & ne quis verbo vel facto contriſtaret eos, prohiberi fecit. Et quia peccatis exigentibus non habebat Chriſtus qui nomen ſuum prædicaret in illis regionibus, ipſemet pro ſeipſo prædicauit, & prædicat ſanctiſſimis ſuis virtutibus; ita quod gentes illarum regionum credunt in Chriſtum. In terra vero Indiæ quam beatus Apoſtolus Thomas conuertit, eſt quidam Chriſtianus rex, qui inter alios reges, vtpote Sarracenos, erat in anxietate magna poſitus: nam vndique faciebant ei violentiam, donec Tartari venerunt in terram illam, & ipſe factus eſt homo illorum, acceptoque exercitu ſuo & Tartarorum Sarracenos inuaſit, tantumque in terra Indiæ acquiſiuit, quod tota Orientis terra plena ſit ſclauis Indicis. Horum enim pluſquam quingenta millia Indi, quos rex dictus ceperat & mandauerat venundari. Sciatis etiam dominum Papam miſiſſe nuncium prædicto Cham, & mandauit ei dici vtrum Chriſtianus eſſet, & cur gentem ſuam ad orbis conculcationem ac necem miſiſſet. Cui reſpondit Cham: Quod Deus auis ſuis & ſibi mandaſſet, quod gentem ſuam ad interficiendas gentes peſſimas mitteret. Super hoc autem quod mandauerat, vtrum eſſet Chriſtianus, reſpondit, quod hoc ſciebat Deus, & ſi Papa ſcire vellet, veniret & videret, & ſciret. Huc vſque exemplar epiſtolæ Conneſtabularij Armeniæ.

De quibuſ-

De quibuſdam interrogationibus quas fecit Ludouicus Rex nunciis Tartarorum ſibi miſſis. Rubr.

QVÆSIVIT autem rex Franciæ Ludouicus à prædictis nunciis Ercalthay de ipſo, à quo tempore baptiſmum ſuſcepiſſet, & vbi eſſet modo. Quęſiuit etiam de ſtatu Tartarorum, & quæ fuerit cauſa motiua aduentus eorum, & qua occaſione ſuum, id eſt, ipſius regis Francorum cognouiſſent aduentum. Ad quę ſic reſponderunt. A Soldano, inquiunt, Muſſulæ, quæ ſcilicet olim vocabatur Niniue, miſſæ fuerunt literæ quædam ad magnum regem Cham, quas receperat à Soldano Babyloniæ: in quibus Babyloniæ Soldanus mentionem de applicatione regis Francorum faciebat; mendaciter aſſerendo, quod ſexaginta regis Francorum naues per violentiam ceperat, & in Ægyptum deduxerat. Per id oſtendere volens, quod idem Muſſulæ Soldanus in aduentu regis Francorum confidere non debebat. Hac igitur occaſione dictus Ercalthay audito regis Francorum aduentu, nuncios miſit ad eum, qui denunciarent ei in hoc omne propoſitum Tartarorum, vt in æſtate proxima obſiderent Calyphum Badarh, rogabantque regem vt Ægyptum aggrediẽs impugnaret, ne dictus Calyphus ab Ægyptiis in aliquo adiuuari poſſet. Dixerunt etiam iidem nuncij, quod iſti qui nunc appellentur Tartari, exierunt de terra ſua tranſactis quadraginta annis, quæ nõ habet ciuitates aut oppida ſeu villas, ſed abundat in paſcuis, & ob hoc incolæ ſunt intenti tantum in pecoribus alendis. Diſtatque per quadraginta dietas à terra quam nunc inhabitat ille rex magnus Cham, & in qua poſuit ſedem ſuam. Quæ ſcilicet terra Tartar vocatur, vnde & nunc Tartari nominantur. Dicebant quoque quod iidem Tartari primo debellauerunt filium Iohannis presbyteri regis Indiæ, ipſumque cum exercitu ſuo peremerunt in ore gladij. Dicebant etiam quod ille Cham habet ſecum fere omnes capitaneos populorum cum innumerabili multitudine equitum & hominum & animalium, & ſunt in tentoriis ſemper, quia nulla ciuitas eos capere poſſet. Equi vero illorum & alia ſemper commorantur in paſcuis, quia non poſſunt hordeum & paleam inuenire, quod ſufficere poſſet equis ſuis. Capitanei ſui præmittunt homines qui ſibi regiones ſubiiciant, & ipſi cum rege magno remanent. In cuius poteſtate & voluntate eſt, vt quando moritur quis, regem inſtituat aliquem de filiis vel nepotibus ſuis. Dixerunt etiam quod iſte qui nunc agit in ſceptris, habuit matrem nomine Quiorthay Chriſtianam, regis Indiæ, qui presbyter Iohannes vocabatur, filia. Ad cuius exhortationẽ, & cuiuſdam Epiſcopi ſanctiſſimi, qui Malaſſias vocabatur, ſuſcepit ſacramẽtum Baptiſmi, & cum ea decem & octo filij regum, & plures alij maximi capitanei. Multi tamen adhuc inter illos ſunt, qui nondum ſacramentum fidei ſuſceperunt. Ercalthay vero qui nuncios miſerat, Chriſtianus erat iam ex pluribus annis, & non erat de ſemine regio; ſed tamen magnus & potens agebat in finibus Perſidis à parte Orientis. Requiſiti vero nuncij de Bachon Duce, cur ſic male recepiſſet domini Papæ nuncios: Reſponderunt, quia homo paganus erat, & Sarracenos habebat conſiliarios. Sed iam poteſtatem tantã vt prius non habebat, quia modo ſub Erchathay poteſtate conſtitutus erat. Præterea requiſiti de Soldano Moyſac ſiue Muſſulæ, quæ quondam Niniue dicta eſt, an Chriſtianus eſſet, dixerunt eum fuiſſe cuiuſdam Chriſtianæ filium, & quod ex corde Chriſtianos diligeret, ac feſta illorum obſeruaret, nec in aliquo legi Machometi obediret, & credebatur quod ſi tempus & oportunitatem haberet, libenter Chriſtianus fieret. Dicebant etiam quod ſummi Pontificis nomen apud Tartaros celebre iam eſſet, & quod Ercalthay domini ſui propoſitum erat, vt in æſtate proxima Calypham impugnaret, & iniuriam Domino Ieſu Chriſto illatam vindicaret.

De legatione nunciorum Regis Franciæ ad Tartaros.

TANDEM habuit Rex Francorum conſilium vt ad ipſum Regem & ad Erchaltbay nuncios ſuos cum literis & iocalibus mitteret, ita quod aliquis eorum ab Erchalthay ad ipſum Regem Ludouicum directe redirent, & alij ad Re-

gem Cham dite&ctilde;e procederent. Significantibus autem Tartarorum nunciis, quod rex Cham valde charum & gratum haberet de ſcarleta tentorium ſiue capella, fecit eam rex Ludouicus præparari ac fieri ſpecioſam, & quoſdam pannellos habentes leuem atque ſubtilem brodaturam: in qua ſcilicet brodatura tentorio affixa, ea quæ Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro nobis in corpore ſuo geſſit, erant ſatis boneſtiſſime exarata. Hæc igitur & alia ad ornamentum capellæ & cultum diuinum pertinentia miſit rex Ludouicus regi Cham, ad deuotionem fidei Chriſtianæ in eo excitandam. Inſuper etiam de ligno ſanctæ crucis miſit eidem & Ercalthay per nuncios ſuos cum literis ad vtrumque directis, hortantibus vt eum qui per gratiam ſuam ad cognitionem nominis ſui eos vocauerat, debita veneratione colerent, & in eius amore iugiter permanerent. Sed & dominus Odo Apoſtolicæ ſedis legatus eidem magno regi Cham & matri ſuæ & Ercalthay ac prælatis eorundem deſtinauit epiſtolam; denuncians eis, quod ſacroſancta Eccleſia Romana libenter vt filios chariſſimos reciperet, audiens gratulabundam conuerſionem eorum ad fidem catholicam, dummodo fidem orthodoxam vellent firmiter tenere, & eam confiteri matrem omnium Eccleſiarum, eique præſidentem Ieſu Chriſti vicarium eſſe, & quod eidem vicario cuncti qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, merito debeant obedire. Prælatos etiam illorum admonuit ſpecialiter, vt idipſum omnes ſaperent, & in eis ſchiſmata non eſſent; ſed in veritate fidei, ſcilicet in quatuor primis generalibus Conciliis editæ, & à ſede Apoſtolica approbatæ inuiolabiliter permanerent.

Fuerunt autem huius legationis nuncij videlicet à Rege Francorum ad principes Tartarorum deſtinati prædictus frater Andreas cum duobus aliis fratribus eiuſdem Ordinis, & duobus clericis, ac duobus ſeruientibus Regis. Qui parati & inſtructi paulo ante purificationem profecti ſunt vna cum prædictis Tartarorum nunciis. Octauo Kalendas Februarij à Rege licentiam acceperunt, ac tertia die Nicoſiam exierunt. Super autem omnes frater Andreas capitaneus & magiſter à Rege Ludouico conſtitutus, non multo poſt ad eundem Regem literas miſit, quarum tranſcriptum Dominus Rex matri ſuæ Blanchæ reginæ in Franciam vna cum tranſcripto literarum Ercalthay tranſmiſit.

De diſcordia quæ erat inter Soldanos Babyloniæ & Halapiæ.

INTEREA Soldanus Babyloniæ intellecto quod Rex Franciæ hyemaret in Cypro, ſtatim iter arripuit veniendi verſus partes Damaſci, per ciuitatem Hieruſalem tranſitum faciendo, ad hoc intendens modis omnibus & aſpirans vt Halapiæ Soldanum & alios eidem adhærentes ſibi pacificos & confœderatos attraheret, eoſque ſecum in auxilium ſuum contra Chriſtianos adduceret. Ad hoc etiam nuncios ſuos Calyphas Baldacenſis & ſenex de monte dominus Arſacidarum deſtinauerant, vt illos ad concordiam reuocarent. At Soldanus Halapiæ cognoſcens verſutiam & malitiam Soldani Babyloniæ, non eſt auſus in ipſo confidere, nec pacem aut compoſitionem cum eo voluit inire. Propter quod idem Soldanus Babylonicus in iram motus, vrbem Camele, quæ pertinet ad Soldanum Halapiæ, per gentem ſuam obſidere fecit, & ipſe Damaſcum rediit. In qua ſcilicet obſidione, idem Soldanus Babylonicus propter hyemem ac pluuias & Beduinorum incurſus fertur in hominibus ac rebus & animalibus ſuis multa diſpendia ſuſtinuiſſe. Dum itaque Babylonicus exercitus in obſidione dicta permaneret, Soldanus Halapiæ præparato exercitu ſuo venit vt eos ab obſidione remoueret. Ad quem accedens nuncius Calyphæ, monuit eum vt cum Soldano Babyloniæ pacem firmaret, proponens ei pericula multa, quæ Sarracenis imminebant hoc tempore, eo quod exercitus Chriſtianus ad perdendum gentes ad legem Mahometi pertinentes conueniſſent. Et ſi itaque ipſi Sarraceni taliter in ſemetipſos bella conuerterent, hæc illis ad incommodum & confuſionem, & Chriſtianis eorum aduerſariis ad profectum cederet. Cum hæc & alia multa nuncius Calyphæ propoſuiſſet, & de hoc iam plures

ries cum eodem Soldano Halapiæ tractaſſet, ille nullatenus verbum pacis admittere voluit, dicens quod quandiu in eius domiuio Babylonii morarentur, ſuper hoc aliquatenus non tractaret, & niſi recederent die craſtina, proculdubio cum eis prœlium & conflictum iniret. Videns itaque dictus nuntius quod nihil in tractatu pacis proficeret, receſſit, ac feſtinans ad exercitum Babylonicum imminentis eis belli periculum nuntiauit, & ſic eos ab obſidione recedere fecit: qui cum maxima confuſione in Damaſcum receperunt ſe, vbi tunc morabatur Soldanus Babyloniæ graui detentus infirmitate. Inter hæc autem magiſter militum templi & mareſcallus Hoſpitalis ſcripſerunt Ludouico regi Franciæ, quod Soldanus Babyloniæ cum exercitu ſuo venerat in partes Gazæ ad conciliandum ſibi Soldanum Halapiæ & Damaſci, timebantque ne forte Ioppem vel Cæſaream intenderet obſidere. Poſtea quoque ſcripſit idem magiſter regi Franciæ, quod Admiraldus quidam Soldani Babyloniæ ad ipſum venerat, vt eiuſdem regis Francorum voluntatem inquireret, eo quod dominus ſuus libenter pacem cum ipſo haberet. Quod regi omnibuſque baronibus diſplicuit valde, præſertim cum a quibuſdam diceretur Soldanus ad requiſitionem eiuſdem magiſtri prædictum Admiraldum ad ipſum miſiſſe. Itaque rex incontinenti præfato magiſtro per literas ſuas inhibuit, ne de cætero tales nuntios abſque mandato ſuo ſpeciali reciperet, aut cum eis colloquium habere præſumeret. Dicebatur enim ab omnibus qui factum Syriæ nouerant, quod quantumcunque oppreſſi eſſent Syri, nunquam primi faciebant verbum de treugis, ſed tunc primo quando cum inſtantia magna requiſiti ſuper hoc erant a Turcis. Ideoque quod dictus magiſter, vt dicebatur, prior inde mouerat verbum, ex hoc Chriſtianorum conditio deterior facta fuerat, præſertim quia Turci ex hoc ipſo poterant credere, quod ſe rex viribus inferiorem exiſtimans quacunque cauſa vel occaſione inuenta feſtinaret ad propria remeare.

Incidentia, dum Rex Franciæ eſſet in Cypro.

DVM rex Franciæ Ludouicus eſſet in Cypro cum regina Margareta vxore ſua moram traheret, Armeniæ rex intellecto eius aduentu, miſit eidem nuntios ſolemnes, quendam ſcilicet Armenium Epiſcopum, & alios domeſticos ſuos cum literis ſuis & xeniis, ſe offerens eius voluntati: quos ille prout decuit honorabiliter recepit. Cum autem intellexiſſet eſſe diſcordiam inter ipſum regem Armeniæ, & Principem Antiochiæ grauem plurimum atque damnoſam, quæ iam longo durauerat tempore: propter hoc & alia quædam miſit nuntios proprios ad vtrumque. Poſtea vero procedente tempore accedentibus ad eum vtriuſque nuntiis inita eſt inter ipſos coram illo treuga, ab inſtanti Natiuitate ſancti Iohannis per duos annos duratura. Quia vero Turcomagni paulo ante terram Antiochiæ depopulati fuerant, Patriarcha & Princeps Antiochenus a rege Francorum auxilium petierunt, eiſque a rege ſexcenti baliſtarii miſſi ſunt. Eodem tempore accidit in Cypro, quod oriretur diſcordia inter Vicecomitem Caſtriduni & marinarios ſuos inſtigante diabolo, & ex parte Ianuenſium a baliſtariis Vicecomitis interfecti ſunt duo, quorum vnus erat magnus & nobilis homo. Idem quoque Vicecomes neſcio quo ſpiritu ductus, habito tractatu cum Comite Montis fortis, voluit ad partes Aconenſium transfretare cum militibus multis. Quod vbi rex Franciæ agnouit, ipſi cunctiſque militibus ne hoc facerent, inhibuit; quoniam hac occaſione totus poſſet exercitus diſſolui, & Chriſtianitatis negotium impediri. Cumque Vicecomes quoquomodo id quod propoſuerat implere vellet, rex galeas ſuas armari fecit; & dominis nauium ne Vicecomitem aut complices ſuos aliquatenus attentarent, ferre prohibuit. Tunc idem Vicecomes ad aliud ſe conuertit, & nauem vnam cum omnibus quæ in ea erant ſaiſiuit, aſſerens quod ſecundum conuentiones inter ipſos & dominos nauis habitas, tam nauis, quam ea quæ ibi erant, ipſius eſſe debebant. Porro mediante rege tractatum fuit, vt in duos bonos viros vtraque pars compromitteret, & rex tertium poneret. Sed quia conſenſum pretium obtinere non valuit, ideo dicta diſcordia tunc ſedari non potuit. Tandem ad inſtantiam regis & legati Vicecomes poſt Paſcha nauem, quam ſaiſierat, Ianuenſibus reſtituit;

qui & promiſerunt ſub pœna duorum millium librarum, quod iuri ſtarent in Curia regis Franciæ, ſuper querelis, quæ vertebantur inter ipſos & vicecomitem ante dictum. Interea vero miſerat rex Franciæ Ludouicus apud Acon & alia loca maritima ad marinarios & naues atque vaſſella conducenda. Cumque nuntii hac de cauſa in Acon Dominica die in quadrageſima veniſſent, nullatenus Ianuenſes ac Venetos ad hoc flectere potuerunt, quod rationabile pretium in vaſis ſuis ponere vellent. Hiſque diebus inſtigante diabolo inter Ianuenſes ex vna parte, & Piſanos ex altera ſeditio grandis exorta fuit, ita quod vnus Conſul Ianuenſis telo percuſſus interiit. Sed & paulo ante ſeditio fuerat exorta inibi inter Venetos & Bailliuum regni Cypri. Itaque rex Francorum ſecundo miſit Patriarcham Hieroſolymitanum ac Sueſſionenſem Epiſcopum ſuumque Conneſtabulatium, cum aliis quibuſdam in Acon pro vaſis & marinariis conducendis, & pro ſedandis ſeditionibus antedictis. In Cypro quoque fabricari fecit parua quædam naſella, ad terram hoſtium capiendam neceſſaria. His autem diebus capti ſunt quidam in Cypro, qui confeſſi ſunt, quod ipſi & quidam alii a Soldano Babyloniæ miſſi fuerant, vt regem Franciæ, & maiores ſui exercitus veneno maleficioſe necarent.

Quomodo Chriſtianus exercitus de Cypro receſſit, & cepit portum Damietæ.

ANNO itaque Domini M. CC. XLIX. dum rex Ludouicus eſſet in Cypro, venerunt ad ipſum circa Aſcenſionem Domini naues vaſaque conducta. Venerunt etiam de inſulis naues quamplurimæ, & multi barones ac milites, aliique peregrini, qui moram in inſulis fecerant in hyeme iam tranſacta. Itaque die ſabbathi poſt Aſcenſionem Domini, cum iam in naui ſua eſſet rex congregans ibidem maiores exercitus, de ipſorum cōſilio publicatum fuit per exercitum, quod apud Damietam vniuerſi cum Dei adiutorio dirigerent iter ſuum. Die ſiquidem Aſcenſionis, prout ordinatum fuerat, aſcenderunt naues, ſed vſque ad diem Mercurii ſequentem adhuc in portu remanſerunt, quia tempus oportunum nauigandi non habebant, nec adhuc gentes illorum paratæ totaliter erant. Eadem itaque die velo facto receſſit rex a portu Nimocii, cum nauium & vaſſellorum copioſa multitudine: at poſtea per aliquot dies cum difficultate ac ventorum contrarietate procedentes, venerunt prope Paphum ciuitatem Cypri, tantaque fuerat temporis contrarietas, vt oporteret illos prope Nimocium bis reuerti. Venitque ad eos tunc princeps Achaiæ cum gentibus & vaſſellis quampluribus in ſubſidium illorum ac terræ ſanctæ: & cum eo ſimiliter Dux Burgundiæ, qui in partibus Romanis moram fecerat in hyeme. Expectauerunt igitur peregrini apud Nimocium, & congregauerunt ibidem exercitum ſuum, per incommoditatem temporis diſperſum. Tandem in feſto ſanctæ Trinitatis vela ventis dare fecerunt, & habito ſatis congruo tempore nauigauerunt. Ita quod in ſequenti die Veneris apparuit eis terra Ægypti, & poſt paullulum ciuitas Damieta. Appropinquantes itaque iuxta ciuitatem in portu ſteterunt, & naues ſuas anchorauerunt. Eadem die cum viderent portum magna Turquorum equitum ac peditum multitudine munitum, & os fluuii Nyli, quod de prope eminebat, ex abundantia galearum armatum, conſilium habuit rex cum maioribus de exercitu, vt in craſtino ſummo mane exirent in inſulam ad terram capiendam, in parte illa videlicet, vbi terram ſimiliter illi ceperant, qui in alia obſidione Damietæ cum Iohanne rege Hieruſalem fuerant, ita quod fluuius eſſet inter ipſos & ciuitatem. In ipſo igitur craſtino peregrinis intrantibus galeas cæteraque vaſſella parua, quotquot intrare potuerunt, accinctis ad prœliādum, vt decuit, & armatis; rex cum legato ſacroſanctam crucem Domini triumphalem nudam & apertam in quodam naſſello erat, præcedente quoque iuxta ipſos in alio naſſello beati Dionyſii martyris vexillo, fratribuſque regis cum cæteris baronibus & baliſtariis ac militibus circumquaque comitantibus. Deinde viriliter in nomine Domini verſus terram, de Dei miſericordia & virtute ſanctæ crucis non modicam habentes fiduciam, inſultus plurimos tam ſagittarum emiſsionibus, quam aliis facientes contra hoſtium ferociam proceſſerunt. Cumque naſſella ipſa in quibus erant, propter nimiam maris planitiem, vſque ad ſiccum attingere non poſſent, Chriſtia-

nus exercitus in nomine Domini relictis naſellis in mare ſaliendo ſe miſit, & vſque ad ſiccam terram cum armis ſuis pedes venit. Sarraceni vero qui littus occupauerant nitentes defendere terram, noſtris appropinquantibus & exeuntibus de naſellis ſuis ſagittas & tela fortiter iaciebant, & eum gladiis feriebant. Sed noſtri præualentes, intrauerunt & occupauerunt terram hoſtibus repulſis, paucis & quaſi nullis noſtrorum vulneratis aut læſis, multis vero Sarracenorum & equis eorum pluribus lethaliter vulneratis & interfectis. Inter quos etiam de maioribus ipſorum ceciderunt aliqui, videlicet vnus qui erat villæ capitaneus & duo admirati. Soldanus autem ibi præſens non erat, quia de nouo e Damaſci partibus veniens, ſtabat in quodam loco qui per vnam leudam a ciuitate Damietæ diſtabat, vbi etiam quadam infirmitate languebat. In ipſa vero die occupauerunt os fluuii galeæ noſtrorum, fugientibus galeis Sarracenorum ae fluuium aſcendentibus. Fixis autem rex Franciæ ac peregrini tentoriis ſuis ſuper littus pernoctauerunt ibidem, & in craſtino videlicet die Dominico ibidem commorantes ordinauerunt, vt gentes ipſorum & equi, qui adhuc in nauibus erant, illa die deſcendere ae venire in exercitum poſſent.

Qualiter rex Franciæ Ludouicus cepit Damietam.

HVIC autem fœlici principio fœliciora Dominus Ieſus adiecit populo ſuo catholico: nam Sarracenis, qui erant in ciuitate Damieta diuina virtute perterritis, ſubito illa nocte populus, & in craſtino die Dominico magnates & omnes alii ex dicta vrbe exierunt, & in fugam conuerſi eam circumquaque poſito igne penitus reliquerunt. Quo ſtatim a noſtris percepto, multi de exercitu commoti, ſimul currentes intrauerunt vrbem per quendam pontem nauium, quem dimiſerant Sarraceni ſatis integrum, niſi quod in ipſo erat interruptio vna, quę ſtatim fuit a noſtris gentibus reparata. Rex inſuper habita certitudine de præmiſſis, aliquos de ſuis quos ad hoc duxit eligendos illuc miſit, ac per totam ciuitatem garniſionem ſuam ponere fecit. Poſtea recedens a littore in quo erat, eadem die verſus pontem ciuitatis ſe traxit, ibique ante pontem ipſum tentoria ſua poſuit, vt, ſi neceſſe eſſet, illis qui erant in vrbe tempeſtiue ſuccurrere poſſet. De victualibus autem garniſionis Sarracenorum, quæ erant in ciuitate, licet multa per ignem quem circumquaque ciuitatem iniecerant deperierint, multaque amota fuerint & ſubtracta, plurimum tamen adhuc remanſit ex eiſdem, quoniam ad longum tempus ciuitas a Sarracenis munita fuerat, abundarant. Eratque ciuitas ipſa tam ob fluminis Nyli interpoſitionem, quam murorum & turrium fortium circuitum fortiſſima, multumq; poſtquam alias capta fuerat inforciata. Vnde videbatur multis quod parum expugnari vel capi nullatenus potuiſſet, niſi Deus miraculoſe per virtutem ſuam id fieri permiſiſſet. Nam quandiu intus aliqui eſſent victualia ſufficienter habentes, tenere ciuitatem & ibidem morari quantum vellent potuiſſent. Mundata igitur ciuitate a quorundam mortuorum ac beſtiarum cadaueribus & extincto igne, legatus vna cum Patriarcha Hieroſolymitano, necnon Archiepiſcopis & Epiſcopis, qui præſentes aderant & magna parte clericorum ac religioſorum, Ludouicus rex Franciæ cum pluribus aliis proceſſionaliter nudis pedibus præſentibus & rege Cypri pluribuſque baronibus & aliis hominibus ciuitatem Damietæ intrauerunt. Et imprimis locũ in quo erat Mahomeria legatus cœpit reconciliare, quia dudũ in altera eiuſdem vrbis captione beatæ Mariæ virginis Eccleſiæ deputatus fuerat & appropriatus. Deinde redditis inibi de impenſis beneficiis gratiarũ actionibus Altiſſimo, celebrata fuit miſſa ſolemniter in honore beatæ Mariæ virginis matris Domini a legato. Propoſuit etiam ibidem rex Franciæ Domino conſtituere prælatum & canonicos debitum aſſidue famulatum Domino reddituros. Capta eſt autem ciuitas Damieta anno ſupra notato in octaua die poſt feſtũ ſanctæ Trinitatis. Illic ergo ſtetit rex Franciæ Ludouicus per totã æſtatem cũ exercitu Chriſtiano. Non volebant inde recedere vſq; ad decreſcentiam Nyli fluminis, quod tunc, ſicut dicebatur, terram occupare debebat; quoniam alias tempore Iohannis regis Hieruſalem illis in partibus per eius decreſcentiam damnum incurrerat exercitus Chriſtianus. Eodem anno circa feſtum Iohannis Baptiſtæ Alphonſus Comes Pictauenſis frater

regis Franciæ Ludouici iter tranſmarinum arripuit,& regina Blãcha mater eorum, ad regni Francorum cuſtodiam ſola remanſit: ita quod dictus Comes cum exercitu magno in craſtino ſancti Bartholomæi Apoſtoli mare apud Aquas mortuas intrauit,& die Dominico ante feſtum Apoſtolorum Symonis & Iudæ apud Damietam applicuit.

Qualiter rex Franciæ Ludouicus apud Maſſoram aduerſus Sarracenos proceſsit.

REx autem Franciæ Ludouicus & Chriſtianus exercitus deliberato communi conſilio tam nauali, quam terreſtri exercitu præparato, viceſima die Nouembris de Damieta receſſerunt, & aduerſus exercitum Sarracenorum congregatum, & caſtra metatum in loco qui Maſſora dicitur, proceſſerunt. Et in ipſo quidem itinere Sarracenorum inſultus aliquos ſuſtinuerunt, in quibus iidem Sarraceni aſſidue ſuorum detrimentum non modicum receperunt. Intellexerunt etiam in ipſo itinere Soldanum Babyloniæ de nouo miſeram vitam finiſſe: qui & ad filium ſuum tunc in Orientis partibus commorantem, vt in Ægyptũ veniret, miſerat, & a cunctis maioribus ſui exercitus iuramenta fidelitatis eidem fieri fecerat, relicta totius exercitus ac terræ ſuæ cuſtodia cuidam ádmirato, nomine Facardino. Accedentes igitur noſtri ad locum prædictum die Martis ante natiuitatem Domini, primo quidem acceſſum habere nequiuerunt ad Sarracenos eoſdem, propter quendam fluuium inter vtrumque exercitum defluentem, qui ſcilicet fluuius Thaneos dicitur, & in loco illo a magno flumine deriuatur. Inde inter vtrumque fluuium poſuit exercitus Chriſtianus caſtra ſua a maiori fluuio ad minorem procedẽtia. Vbi aliquando conflictu habito cum Sarracenis, multi ex eis ceciderunt interfecti noſtrorum gladiis, maxima quoque illorum multitudine ſubmerſa in aquis Nyli validis & profundis. At vero quia fluuius Tháneos vadabilis non erat propter aquarum profunditatem, & riparum altitudinem, cœperunt noſtri ſuper eum facere calciatam, vt exercitui Chriſtiano pateret tranſitus per eam. Dum igitur ad hoc multis diebus cum immenſis laboribus & periculis ac ſumptibus inſiſterent: Sarraceni contra, totis conatibus reſiſtentes, machinis noſtrorum quas ibidem erexerant, machinas quamplures oppoſuerunt, quibus & caſtella lignea quæ ſuper paſſum eundem collocari fecerant, conquaſſata viribus, lapidibus & confracta Græco igne totaliter combuſſerunt. Quo facto fere omni ſpe fruſtrata per calciatam illam taliter tranſeundi, tandem per quendam Sarracenum ab Ægyptiorum exercitu venientem datum fuit noſtris intelligi, locum aliquantulum interius vadabilem eſſe, quo poterat exercitus Chriſtianus fluuium tranſmeare. Inde communicato conſilio die carnis primi mane ordinatis aciebus venientes ad locum, tranſierunt fluuium, non tamen ſine graui periculo, quia profundior ac perículoſior erat locus, quam eis fuerat intimatum: nam & equos illorum ibi natare oportebat, & propter altas & lutoſas ripas exitus prædicti fluminis periculoſus erat. Itaque tranſacto fluuio ventum eſt ad locum, vbi iuxta prædictam calciatam erant machinæ Sarracenorum, habitoque cum Sarracenis congreſſu, noſtri qui præcedebant non parcentes ſexui vel ætati multos ex ipſis trucidarunt: inter quos & capitaneum illorum & quoſdam alios admiratos ibidem interfeecerunt. Denique vero diſperſis aciebus noſtrorum, quidam ipſorum per hoſtium caſtra diſcurrentes, venerunt vſque ad villam quæ Maſſora dicitur, quotquot hoſtium occurrebant gladiis occidentes. Sed tandem Sarraceni percepto eorum inconſulto proceſſu reſumptis viribus irruerunt in eos, & vndique circumuallantes oppreſſerunt ipſos: vbi noſtrorum ſtrages non modica tam baronum, quam militum ac aliorum facta eſt. Ibi namque Robertus Comes Atrebatenſis frater Ludouici regis Franciæ alios præueniens, vt vidit villam apertam, ſe infra eam impetuoſe & nimis caute ingerens, inter manus hoſtium incidens, temporaliter eſt amiſſus. Itaque die illo Sarracenis vndique ſuper noſtros irruentibus & imbrem ſagittarum emittentibus, vſque ad horam circiter nonam graues illorum ſuſtinuerunt inſultus. Tandem deficientibus Sarracenis, & ſubſidio baliſtariorum noſtrorum, multis illorum vulneratis ac equis eorum pro maiori parte lauciatis vel

occiſis,

occiſis, noſtri auxiliante Domino campum obtinuerunt, ſuorum viribus recollectis, ibique iuxta Sarracenorum machinas, quas acquiſierant illa die caſtra ſua poſuerunt, vbi & die illo pauci numero cum rege moram fecerunt, facto prius de lignis ponte, per quem poſſent ad ipſos illi qui erant vltra fluuium tranſmeare. In craſtino vero plures ex illis de mãdato regis tranſeuntes fluuium caſtra metati ſunt iuxta regem. Et tunc deſtructis Sarracenorum machinis, licias & pontes nauales fecere, per quos noſtri de vno exercitu ad alium libere tranſire poterant & ſecure. Sequenti vero die Veneris Sarracenis congregatis ex omni parte viribus ſuis cum infinita multitudine ad noſtrorum licias conuenerunt, & tantos tamque terribiles inſultus quantos, vt a pluribus dicebatur, nunquam viderant facere Sarracenos, ex omni parte Chriſtiani exercitus fecerunt. Quibus tamen noſtri reſtiterunt ordinata copia bellatorum ex omni parte exercitus, & repulerunt ipſorum impetus maxima eorum multitudine noſtrorum gladiis occumbente.

Quomodo Ludouicus rex Franciæ captus fuit apud Maſſoram.

POSTMODVM elapſis aliquot diebus aduentauit apud Maſſoram Soldani filius veniens de partibus Orientis. In cuius aduentu tympanizantes ac lætantes Ægyptii, receperunt illum in dominum: & ex hoc augmentata eſt non modicum fortitudo Sarracenorum. Noſtris autem poſtea occulto Dei iudicio ſucceſſerunt omnia in contrarium: nam peſte, diuerſarum ægritudinum & etiam mortalitatis generalis tam in hominibus, quam in equis ita afflicti ſunt, vt in exercitu eorum vix aliqui eſſent, qui mortuos vel ægrotantes ad mortem non plangerent. Vnde pro magna parte diminutus fuit Chriſtianus exercitus atq; conſumptus. Tantus etiam erat defectus victualium apud illos eo tempore, quod quamplures inedia deficiebant & fame: non enim ad exercitum naſellæ naualia de Damieta tranſire poterant, impedientibus Sarracenorum galeis & vaſis pyraticis, quæ per terram in prædicto flumine collocauerant. Sicque quampluribus noſtrorum prius a Sarracenis in flumine captis, tandem duas Carauennas ſucceſſiue ceperunt, deferentes victualia & alia multa bona ad exercitum, cæſa multitudine marinariorum & aliorum in totius noſtrorum exercitus detrimentum. Vnde omnino deficiente ſuffragio victualium & annonæ equorum, cœperunt deficere fere omnes, in deſolationem ac terrorem non modicum incidentes. His igitur incõmodis noſtros arctatos ineuitabilis neceſſitas illos induxit a loco prædicto recedere, & ad partes Damietæ redire, ſi Dominus prouidiſſet. At vero dum quinto die Aprilis, anno ſcilicet Domini M. CC. L. eſſent in itinere reuertendi, Sarraceni cum infinita multitudine armatorũ Chriſtianum illum exercitum ſunt aggreſſi. Accidit quoque permiſſione diuina, peccatis fortaſſe aliquorum exigentibus, vt rex Ludouicus cum duobus fratribus ſuis, qui ſupererant, videlicet Alphonſo Pictauenſi & Carolo Andegauenſi Comitibus, ac cæteris qui cum eis redibant, in manus Sarracenorum inciderint & capti ſint. In illo enim inſtanti, cum videret rex Chriſtianiſſimus horam diei nonam declinare ad veſperam, petiit a quodam ſuo capellano iuxta ſe ſtante breuiarium, vt horæ quæ præterierat laudes Domino decantarent: magis enim erat ſollicitus deuotus rex quomodo Creatori ſuo ſeruitium impenderet, quam fugæ & euaſionis præſidium prepararet. Itaque per terram nemo penitus euaſit, ſed omnes capti ſunt & carceribus mancipati, non ſine maxima ſtrage noſtrorum, & effuſione ſanguinis Chriſtiani. Maior etiam pars illorum, quæ reuertebatur per fluuium ſimiliter fuit capta vel interfecta, naſellis naualibus quamplurimum diſſipatis, in quibus ægrotantium multitudinem doloroſam, incendii flamma combuſſit. Itaque gens illa ſceleratiſſima propter blaſphemias, quas in contumeliam creatoris proferebant, in conſpectu populi Chriſtiani crucem flagellis cædentes, in eam ſpuebant, & in opprobrium fidei Chriſtianæ viliter pedibus conculcabant. Denique non eſt ſilendum, quod quando rex captus fuit, grauiter ægrotabat illa mortifera & generali infirmitate, qua maxima pars exercitus illis diebus eſt defuncta,

ira quod de vita ipſius modicum ſperabatur. Sed eo capto prouidente ipſo qui diligentibus ſe omnia cooperari facit in bonum, Soldanus per medicos ſuos, qui melius quam noſtri nouerant artem curationis huiuſmodi, fecit eum diligenter cuſtodiri & ſanari, & omnia neceſſaria quæcunque rex percupiſſet [*petuſſet*] abundanter & curialiter miniſtrari. Vnde vere de ipſo atque ſuis potuit veraciter dici; Et dedit eos Dominus in miſericordias in conſpectu omni qui ceperant eos. Inſuper eſt aduertendum, quod ſi captus fuit a Sarracenis, non eſt multum mirandum, ſed eſt Dei miraculo & ipſius diuinæ potentiæ, nec non ſancti regis meritis aſcribendum, quia ita de facili & ſatis pro modico pretio contra ſpem fere omnium ipſe & fratres ſui ac exercitus Chriſtianus fuerunt ſatis ſani & incolumes, ſicut patebit inferius, de impiorum manibus liberati.

Qualiter ſub certo pacto a Sarracenis rex Ludouicus dimiſſus fuit: & de morte Soldani. Rubrica.

POST dies aliquot ſanato rege Franciæ Ludouico, fecit eum Soldanus de treugis faciendis requiri, petens inſtanter cum minis & auſteritate verborum, vt abſq; mora ſibi faceret Damietam cum omnibus rebus ibidem inuentis reſtitui, ac reſarciri omnia damna & expenſas quas fecerat vſque ad tempus illud, a die quo Damietam ceperant Chriſtiani. Tandem poſt multos tractatus vſque ad decennium inita fuit treuga, ſub hac forma, videlicet quod idem Soldanus regem Ludouicum & omnes captiuos Chriſtianos, qui capti fuerant a Sarracenis, poſtquam rex in Ægyptum venerat, necnon & omnes alios de quibuſcunque partibus oriundis, qui capti fuerant a tempore quo Soldanus Quiemel auus eiuſdem Soldani olim cum Imperatore Frederico treugas fecerat, omnes, inquam, hos de carcere liberaret, & liberos vbi vellent, abire permitteret. Et quod terras, quas in regno Hieroſolymitano in aduentu regis Ludouici Chriſtiani tenebant, cum omnibus pertinentiis in pace tenerent. Rex autem Ludouicus tenebatur ei reddere Damietam & octo millia Byzantiorum Sarracenorum pro liberatione captiuorum & damnis ac expenſis prædictis. Inſuper etiam liberare omnes Sarracenos eo tempore in Ægypto captos a Chriſtianis, necnon & illos qui capti fuerant in regno Hieroſolymitano a tempore treugarum, quæ factæ ſunt olim inter Imperatorem & Soldanum prædictos. Adiectum eſt etiam, quod omnia bona regis Ludouici mobilium & omnium aliorum, quæ apud Damietam remanerēt, poſt eius receſſum ſalua forent, ac ſub eiuſdem Soldani cuſtodia & defenſione portanda, quandocunque opportunitas haberetur, ad terram Chriſtianorum. Omnes etiam Chriſtiani infirmi, & alii, qui pro rebus ſuis quas illic habebant vendendis in Damieta moram traherent, ſimiliter tuti eſſent, & quocunque vel quando vellent recedere, ſiue per terram, vel per mare ſine impedimento vel contradictione recederent. Qui vero per terram vellent recedere, tenebatur idem Soldanus ſecurum conductum vſque ad terram Chriſtianorum præſtare. At cum huiuſmodi treugæ præſtitis iuramentis hinc inde fuiſſent firmatæ, iamque Soldanus cum exercitu ſuo veniret Damietam, pro complendis omnibus, quæ firmata erant, accidit iudicio diuino, vt quidam milites Sarraceni, non ſine conniuentia maioris partis exercitus irruerent in eum ſurgentem in mane de menſa poſt prandium, ipſumque immaniter vulnerantes, & de ſuo tentorio exeuntem, vt poſſet fugæ beneficio liberari, videntibus fere omnibus admiratis & aliorum Sarracenorum multitudine fruſtratim gladiis trucidarent. Quo perpetrato, ſtatim multi Sarracenorum armati venerunt ad regis Franciæ Ludouici tentorium, in illo furoris calore apodiētes gladios lateri eius, ac ſi vellent in eum & alios Chriſtianos deſæuire. Sed ipſorum furiam diuina clementia mitigante, requiſierunt regem Ludouicum ac ſuos inſtanter ſuper firmandis treugis præhabitis, ac feſtina liberatione Damietæ ciuitatis, præmiſſis tamen quibuſdam verborum tonitruis & comminationum. Tandem igitur, ſicut Domino placuit, Ludouicus rex firmauit treugas cum omnibus admiratis, quas cum Soldano fecerat antea, & ab omnibus & ſingulis iuxta legem ipſorum ſuper hoc recepit iuramenta, determinatis quoque certis temporibus infra quæ hinc inde captiui liberarentur, & Damieta ci-

mieta ciuitas redderetur: in cuius redditione & tunc cum eiſdem admiratis, & antea cum Soldano Chriſtiani ea de cauſa, non tamen ſine difficultate conuenerant, quia de illa retinenda nulla ſpes erat, ſicut certiſſime per illos qui de illa venerant ad ipſos intellexerunt. Propter quod de conſilio bonorum potius elegit ac decreuit Ludouicus rex Chriſtianitati fore conſultius, ſe aliosque captiuos per huiuſmodi treugas liberare, quam & ciuitatem cum reſiduo Chriſtiani populi in ea exiſtentis totaliter amittere, & ſe aliosque ſub tantis periculis in carcere remanere. Itaque ſtatuta die ciuitatem Damietam admirati receperunt; qua recepta, regem Ludouicum & fratres ſuos, nec non & alios barones & milites de regno Franciæ, Hieruſalem & Cypri liberauerunt. Ex tunc ergo ſpem habuit rex & ſui firmam, eo quod illos liberaſſent, quod de reddendis omnibus aliis Chriſtianis ſecundum treugarum continentiam, iuramenta ſua firmiter obſeruarent.

De fractione treugarum a Sarracenis.

His ergo rebus peractis ab Ægypti partibus Ludouicus rex & alii captiui & liberati receſſerunt, ibique certos nuntios ad recipiendum captiuos, & ad cuſtodiam rerum quas illic dimiſerant, eo quod nauigia non habebant, quæ ad portandum ſufficerent, reliquerunt. Poſtmodum autem in Acon venientes, de captiuis rehabendis ſollicite cogitantes, remiſerũt in Ægyptum, & alios ſolemnes nuntios atque nauigia ad reducendum captiuos & alias res, quæ ibi dimiſerant, ſcilicet machinas, arma, tentoria, equos, & alia multa. Sed admirati prædicti a nuntiis noſtrorum ſibi reddi captiuos ſuos & alia ſupra dicta ſecundum formam treugarum cum inſtantia poſtulantes eorum detinuerunt diutius in Babylonia, ſub ſpe reddendi omnia quæ petebant. Tandem poſt expectationem diutinam de captiuis omnibus quos reddere tenebantur, qui pluſquam duodecim millia eſſe firmiter aſſerebantur inter antiquos & nouos, non liberauerunt nuntiis regis, niſi tantummodo quadringentos: de quibus etiam pars quædam exiuit e carcere pecunia mediãte. De cæteris autem rebus nihil omnino voluerunt reddere. Quinetiam, quod deteſtabilius eſt, electos iuuenes de Chriſtianis captiuis ducendo ad victimam ſicut oues appoſitis gladiis ſuper eorum ceruicibus, a fide catholica, quantum in eis erat, compellebant apoſtatare, ac ſceleſtiſſimi Machometis legem clamare. Quorum multi quidem imbecilles atque fragiles profitendo legem illam deteſtabilem, a fide exorbitauerunt: cæteri vero athletæ fortiſſimi, conſtantiſſime in propoſito fidei perſiſtentes, coronas martyrii receperunt. Adhuc cum rex Ludouicus poſt initas treugas & liberationem ſuam firmam fiduciam haberet, quod liberatis captiuis terra tranſmarina, quam Chriſtiani tenebant, vſque ad tempus in treugis definitum pacifice permaneret, de reditu ſuo in Franciam diſpoſuerat, ac de nauigio & aliis paſſagio neceſſariis tractauerat. Sed manifeſte videns, quod Admirati prædicti aperte contra treugas veniebant, ſibique & Chriſtianitati, contra propria iuramenta illudere non timebant, requiſiuit conſilia baronum, militum ac religioſorum, quid ſibi eſſet in euentibus huiuſmodi faciendum: quorum maior pars concorditer aſſerebat, quod ſi eos recedere ad præſens contingeret, prædicta terra in amiſſionis periculo remaneret, maxime cum in ſtatu tam debili tamque miſerabili conſtituta eſſet, captiui quoque Chriſtiani, qui ab infidelibus detinebantur, omni ſpe liberationis ſublata, pro perditis reputarentur: at ex illorum mora poſſent euenire Chriſtianis terræ eorum aliqua bona, præſertim cum inter Babylonicos & Soldanum Halapiæ diſcordia grauis eſſet exorta. Qui ſcilicet Soldanus exercitibus ſuis congregatis, iam Damaſcum ceperat, & quædam caſtra ſub dominio Babylonis conſtituta, proceſſurus erat, vt a multis aſſeuerebatur, in Ægyptum ad mortem inter fratri Soldani vindicandam, & ad terram illam, ſi poſſet, occupandam. His ergo conſideratis rex Franciæ Ludouicus licet ei diſſuaderetur a multis, maluit tamen adhuc differre paſſagium & morari per aliquod tempus in terra tranſmarina, quam Chriſti negotium ſic deſperatum, & captiuos prædictos in tantis periculis relinquere. Alphonſum vero Pictauenſem, & Carolum Andegauenſem Co-

mites, videlicet fratres ſuos, ad reginam matrem ſuam conſolandam duxit in Franciam remittendos.

Incidentia de his quæ euenerunt in Francia & aliis mundi partibus, quando rex Ludouicus morabatur in tranſmarinis finibus.

CIRCA idem tempus, mortuo Henrico Frederici Imperatoris primogenito, moritur & ipſe in Apulia Fredericus. Quo mortuo Innocẽtius Papa de Lugduno recedens, in Italiam rediit proficiſcens apud aſſiſiam. Vbi per aliquantum temporis moram feciſſet, inde recedens, & per vrbem Romæ tranſitum faciens, Anagniam venit. Corrardus vero dicti Imperatoris Frederici filius de filia Iohannis de Brena regis Hieruſalem, dum in regno Apuliæ & Siciliæ iam inciperet fortiter dominari, tam in perſecutione Eccleſiæ, quam populi, vſque ad vltimam diem ſuam genitoris veſtigia eſt ſecutus. Qui cum tribus menſibus Neapolim obſediſſet, quæ prius Manfredi Principis inſultus per biennium paſſa fuerat, & eam per actum haberet, omnes muros ciuitatis illius, & meliores domos ciuium funditus proiecit. Quo mortuo dominus Innocentius Papa de conſilio procerum regni & aliorum ſapientum regnum intrauit, contra Manfredum, qui rebellis erat & iunctus Sarracenis præparatus exercitum. Anno Domini M.CC.LI. facta eſt cruce ſignatio paſtorellorum & puerorum multorum, quorum aliqui fingebant ſe viſiones vidiſſe, & miracula facere, ac ad vlciſcendum regem Franciæ Ludouicum a Deo eſſe miſſos: inter quos erant quidam qui ſe magiſtros vocabant, & more Epiſcoporum aquam benedictam etiam in ipſa ciuitate Pariſiis fecerunt, matrimonia coniunxerunt & diſſoluebant ad libitum, in religioſos & clericos ac laicos multa enormia & homicidia, cum non eſſet qui eis reſiſteret, committentes: cruce ſignabant, & de cruce ſignabant multos ad ſuam voluntatem. Dux vero eorum & magiſter quem vocabant magiſtrum de Hungaria, dum per Aurelianis tranſiens cum magna pompa clericos occidiſſet, & plura mala committens Byturis perueniſſet, Iudæorumque libros deſtruens, eos bonis indebite ſpoliaſſet, dum de Bituris recederet, inter villam quæ dicitur Mortemer, & villam nouam ſuper Carum a Bituricenſibus eum inſequentibus extitit interfectus. Pluribus autem aliis in diuerſis locis propter ſua maleficia interfectis atque ſuſpenſis, omnes diſperſi ſunt, & euanuerunt ſicut fumus. Anno Domini M.CC.LII. oritur turbatio Vniuerſitatis clericorum Pariſienſis contra religioſos Pariſiis ſtudentes, propter quendam librum, quem magiſter Guillermus de ſancto amore, canonicus Beluacenſis compoſuerat intitulatum de periculo mundi. Sed ipſo magiſtro ad Curiam accedente dicta diſcordia per dominum Papam Innocentium pacificata eſt. Anno Domini M.CC.LIII. obiit regina Franciæ Blancha, mater Ludouici regis: & apud malam dunum iuxta Pontiſaram in abbatia Monialium, quam ipſa fundauerat, ſepelitur. Obiit etiam Guillermus abbas ſancti Dionyſii, cui ſucceſſit Henricus dictus Malet. Anno Domini M.CC.LIIII. Innocentius Papa obiit apud Neapolim; cui ſucceſſit Alexander natione Campanus. Eodem anno rex Franciæ Ludouicus de tranſmarinis partibus eſt reuerſus.

Quomodo Ludouicus rex ſe habuit in terra ſancta poſt liberationem ſuam.

DVM hæc multa & alia, quæ longum eſſet hic ponere, in regno Franciæ & eius confinio agerentur, Ludouicus rex Francorũ vir Chriſtianiſſimus & in omni morum honeſtate conſpicuus, poſt diſceſſum fratrum ſuorum in regno Hieroſolymitano remanſit: nolebat enim terram ſanctam in deſolatione poſitam ſine capite inter hoſtes crucis deſerere, ne tãtis ſucceſſibus Sarraceni iam elati, ciuitates Chriſti legibus ſubditas ſolo tenus euaderent, & a terra repromiſſionis Chriſtianos penitus expellerent. Propter hoc in vrbe Acconenſi & munitionibus illius regionis quas Chriſtianitas poſſidebat, poſt liberationem ſuam pene per quinquennium expendit temporis, antequam ad terram natiuitatis ſuæ proponeret tranſfretare. Nec in illo quinquennio panem ocioſus comedit, ſed ciuitatem Acconenſem & caſtellum,

caſtellum, quod dicitur Cayphas, in muris & turribus vbi corruerant, reparauit: treſque ciuitates alias, videlicet Cæſaream, Ioppem, & Sydonem, muris & turribus ſimiliter propriis ſumptibus cinxit, & ad ſuſtinendum inſultus hoſtium fortiter roborauit. Qua de cauſa Sarracenorum principes non minimum mirabantur, non putantes potentiorem principem de toto mundo ad tantas expenſas poſſe ſufficere, poſt tanti exercitus ſtipendia, ſupellectilis amiſſionem, & redemptionis ſuæ ſolutionem, cum manu valida inter hoſtes ſuos nouis muris vrbes accingere, & aliarum ruinas propriis ſumptibus reſtaurare. Vnde quidam admirabili [*Admirati*] admirantes eius magnanimi cordis conſtantiam, ſibi fiebant beneuoli, & in quantum licebat ſibi eos recipere, vt infideles mutuis amicitiis adhærebant. Nec ſilendum arbitror quam humiliter, quam catholice ſe habuit rex deuotus in peregrinatione, quam fecit de Acon in ſancta ac deuota ciuitate Nazareth: nam in vigilia Annuntiationis Dominicæ iuit indutus ad carnem cilicio de ſophoria vbi præcedenti nocte iacuerat in Cana Galileæ. Inde per montem Thabor in eadem vigilia deſcendit in Nazareth. Cum autem a longe locum ſanctum videret, deſcendens de equo, flexis genibus deuotiſſime adorauit, & ſic pedes inceſſit, donec ciuitatem ſacram & pium locum incarnationis intrauit. Ea die in pane & aqua deuote ieiunauit, quamuis plurimum laboraſſet. Quam deuote ibidem ſe habuerit, quam ſolemniter & glorioſe fecerit celebrari veſperas, matutinas, miſſam, & cætera quæ ad ciuitatem tam celebrem pertinebant, atteſtari veraciter poſſunt qui affuerunt, quod poſtquam filius Dei in eodem loco de glorioſa virgine carnem ſumpſit, nunquam tam ſolemne, tamque deuotum officium fuerit ibi factum. Ibidem deuotus rex miſſa in altari Annuntiationis celebrata, ſacram communionem accepit, & inde regreſſus eſt.

Qualiter ſe habuit Ludouicus audita morte matris ſuæ.

DVM igitur moraretur in Ioppe ad inſtaurandos eiuſdem ciuitatis muros, venerunt rumores de pio obitu dominæ Blanchæ reginæ illuſtriſſimæ matris eius. Quod cum primo dominus Odo Tuſculanus Epiſcopus ſedis legatus audiſſet, aſſumpto ſecum Tyrenſi Archiepiſcopo, qui tunc regis ſigillum portabat, atque confeſſore regis, ad ipſum acceſſit: cumque ſtetiſſent coram eo, dixit legatus quod volebat ſecreto in camera ſibi loqui præſentibus duobus prædictis. Attendens vero rex grauem legati faciem, cognouit quod aliquid triſte dicere ſibi vellet. Duxit itaque eos de camera in cameram, vſque ad capellam ſuam, & clauſis cameræ oſtiis, ſedit coram altari, & ipſi cum eo. Tunc legatus prudenter regi expoſuit varia & magna beneficia, quæ diuina bonitas ſibi abundanter contulerat ab ineunte puerili ætate: inter alia autem quod per gratiam ſuam ſibi prouiderat talem matrem, quæ ipſum tam pie nutrierat, tam catholice inſtruxerat, & tam fideliter tamque prudenter tractauerat & adminiſtrauerat negotia regni ſui: ſubiungendo poſt modicum cum ſingultu & lachrymis dictæ reginæ obitu tam doloſo, tamque plangendo. Quod audiens rex catholicus eiulans alta voce & in lachrymis reſolutus, coram altari genua flexit, & manibus iunctis ac deuotiſſime plorans ait: Gratias tibi Domine Deus, qui dilectiſſimam matrem ac dominam quandiu bonitati tuæ placuit mihi commodaſti, & nunc, Domine, per corporalem mortem eam tibi ſecundum tuum beneplacitum accepiſti. Verum eſt, Domine, quod ego nuper eam ſuper omnes mortales creaturas, prout bene meruerat, diligebam: ſed ita ex quo bene placitum eſt ante te, ſit nomen Domini benedictum in ſecula ſeculorum, Amen. Poſt hæc dicta breui commendatione a legato pro anima defunctæ, voluit rex ſolus remanere: tamen recedente legato & archiepiſcopo, ſolum confeſſorem ſuum ſecum retinuit, & aliquandiu in pia meditatione atque ſuſpiriis ante altare remanſit: qui tandem conſolatus de loco illo ſurrexit, & officium mortuorum, ſcilicet veſperas & vigilias nouem lectionum cum confeſſore ſuo decantauit. Ipſe etiam ex tunc continue coram ſe quotidie ſpecialem miſſam voluit celebrari pro anima ipſius, niſi diebus Dominicis, & feſtis præcipuis. Poſtmodum peracta inſtauratione murorum Ioppæ, iuit ad ædificandos muros for-

tes in circultu ciuitatis Sydonis. Et dum eſſet in itinere, in campis non longe a Sydone, inuenit maximam Chriſtianorum multitudinem gladiis impiorum Sarracenorum detruncatam, iacentem ibi inſepultam: tres enim vel quatuor dies tranſierant, ex quo occiſi & detruncati ſic iacebant: fœtor vero tam ingens & intolerabilis exibat de corporibus eorum, quod vix aliquis in illo loco ſubſiſtere poterat. Quod videns & grauiter ingemiſcens rex piiſſimus, conuocato Cardinali, fecit in ipſis campis per ipſum quoddam cymiterium conſecrari: quo facto ipſemet deuotus rex propriis manibus ponebat in ſaccis membra & corpora defunctorum fœtentia, vt ad locum ſepulturæ deferrentur; quod facere famuli ſui ac vix pauperes pretio locati dedignabantur & refugiebant. Per quatuor vel quinque dies huiuſmodi intentus operi, mane poſt miſſam ſuam veniens ad locum illum, dicebat militibus ſuis: Venite, ſepeliamus Chriſti martyres, qui maiora quam nos pro Domino ſunt perpeſſi. His itaque geſtis, dum eſſet apud Sydonem, intellexit per plures literas & nuntios de Francia venientes, quod poſt mortem matris ſuæ regno ſuo periculum maximum immineret, tam ex parte Angliæ, quam ex parte Alemanniæ. Vnde conſilio habito cum diſcretis viris, aſſenſit ad propria remeare; relictis tamen cum legato multis militibus & expenſis in ſuccurſum & ſubſidium terræ ſanctæ. Subſtituit etiam in vrbe Acconenſi virum ſapientem & fidelem, & in armis ſtrenuum, videlicet dominum Gaufredum de Sarginis pro ſe gubernatorem, præcipiens vt omnes ei in reipublicæ negotiis obedirent; qui quantum rebus humanis interfuit, ſatis laudabiliter rem peregit.

De reditu regis Ludouici a tranſmarinis partibus.

REx igitur præparato nauigio valedicens fidelibus, qui in terra ſancta remanebant, in Franciam rediturus nauem aſcendit. Sed cum quanta deuotione & lachrymis, cum quanta benedictione & fauore totius populi, nec non militum & prælatorum vſque ad nauem ſit ab eiſdem proſecutus exprimere vix poſſemus. Ex deuotione enim ſua fecit poni in naui corpus Domini Ieſu Chriſti pro communicandis infirmis, ac pro ſeipſo & ſuis, quando ſibi expediens videretur. Et quia alii peregrini quantumcunq; magni hoc facere non ſolebant, obtinuit ſuper hoc a legato licentiam ſpecialem. Hunc autem ſacrum theſaurum in loco nauis digniſſimo & conuenientiſſimo fecit poni, & pretioſum tabernaculum ibi erigi, panniſque ſericis & aureis operiri. Fecit inſuper ibidem altare collocari & decenter ornari, vbi quotidie diuinum officium ſolemniter audiebat, videlicet omnes horas canonicas; & præter canonem, quæ pertinebant ad miſſam, ſacerdote & miniſtris ſacris veſtibus induti ſecundum quod congruebat diei. Diligens erat valde circa infirmos in naui quod haberent neceſſaria, ſecundum quod eorum infirmitas exigebat, & maxime quod confeſſione facta, omnia ſacramenta perciperent. Mortuis vero debitas exequias a capellanis ſuis exhiberi faciebat. Velis itaque ventis expoſitis a portu Acconenſi receſſit, & per mare nauigans ante inſulam Cypri tertia nocte pertranſiit; vbi mortis periculum vix euaſit: nam nauis cum impetu plenis velis ſulcans per æquora latenti pelago rupi, ſiue lingulæ terræ, vel arenæ induratæ ſtrepuit, quod eſt ſummum periculum per æquora nauiganti. Clamantibus cunctis & eiulantibus, & vere æſtimantibus quod nauis eſſet in fundo ſentinæ quaſſata, nautæ quaſi penitus deſperabant; quærentes quid agere, vel qualiter ſe habere deberent. Rex autem catholicus fidem & ſpem in Deo concipiens intellecto periculo, quaſi corporis ſui oblitus, nec non vxoris ſuæ Margaretæ reginæ ac liberorum ſuorum, qui prope ipſum quaſi conſternati iacebant, concitus ad orationem ante altare & coram ſacro corpore Chriſti ac ſanctis reliquiis deuote proſtratus humiliter exorabat, vt omnipotens Deus præſenti periculo ſubueniret. Et credere debemus quod meritis eius & precibus diuina pietas nauem, & ea quæ in ea erant a naufragio liberauit, cum de ſimili periculo vix duæ de centum nauibus euaſiſſent: nam nauis fortitudine ſua, ſiue potius virtute diuina, rupem ſiue lingulam illam rupit, & viam per medium ſibi fecit: accenſoque lumine ſentinam nauis ſcrutantes & nullam nauis læſuram inuenientes, ſecuri a periculo anchoras ſubmiſerunt diē expectantes. Mane

facto

facto rex fidei plenus reuerſus eſt ſecretò ante altare, proſtratuſque, deuotas gratias ſuper tanto & tam mirabili beneficio ſibi & ſuis exhibito, reddidit omnium ſaluatori. Demum vlterius tranſeuntes, tandem poſt varia maris pericula, ad portum qui dicitur Dahires in terra Prouinciæ Deo duce nauigauerunt. Exeuntes igitur de maris periculis, vbi fere per vndecim ſeptimanas moram fecerant, equis & rebus aliis tractis de nauibus vſque Belliquadrum equeſtri itinere peruenerunt. Indeque rex, Gothorum finibus peragratis, in Franciam ſe recepit, & poſtea quantocius potuit patronum ſuum, videlicet beatum Dionyſium cum ſociis ſuis humiliter viſitans, & de omnibus gratias referens ſericis muneribus honorauit.

Incidentia. Anno Domini M. CC. LV. Guillermus rex Romanorum a Friſonibus fuit interfectus. Eodem anno Taurinenſes in feſto beati Clementis de conſilio Aſtenſium ceperunt dominum ſuum Thomam Comitem Sabaudiæ. Quam proditionem Romana Eccleſia grauiter ferens, eo quod idem Comes tempore bonæ memoriæ Innocentii Papæ quarti, cuius neptem duxerat vxorem ſororem domini Octoboni de Lanagnia diaconi Cardinalis Eccleſiam Romanam fouerat, & ciuitatem præfatam ex dono Guillermi regis, qui fuit a Friſonibus interfectus, & Eccleſiæ Romanæ receperat, ipſos Taurinenſes & Aſtenſes excommunicauit, ipſoſque ac eorum bona capi rogauit, per regem Franciæ Ludouicum, qui Margaretam filiam Comitis Prouinciæ habebat vxorem, neptem dicti Thomæ ex ſua ſorore. Dicta vero Taurinenſis ciuitas a Bonifacio electo Lugdunenſis, & a domino Petro de Sabaudia fratribus dicti Thomæ fuit obſeſſa, non tamen capta. Occupauerunt tamen pontem ſuper Padum & caſtra vicina, ciuitatemq; multipliciter afflixerunt. Circa idem tempus capti fuerunt Comes Flandrenſis Guido & frater ſuus, quos Comitiſſa Flandrenſis ſuſceperat a domino Guillermo de domina petra fratre domini Herchambaudi de Borbonio, & dominus Erardus de Valerico, & quam plures alii, qui incaute in Hollãdiam tranſierant, a Florentio Comite Hollandiæ, fratre Guillermi regis Romanorum a Friſonibus interfecti. Qui Florentius iuuabat & receptabat Iohannẽ & Balduinum de Auenis filios eiuſdem Comitiſſæ de Bochardo de Auenis fratre Comitis de Auenis, qui dictam Comitiſſam deſponſauit, cum eſſet ſubdiaconus, vt dicebatur, & in ordine ſubdiaconali miniſtrauerat, cui dicta Comitiſſa iuuenis & puella tradita fuerat cuſtodienda. Ob quorum odium ipſa Comitiſſa conceſſit Carolo Comiti Andegauenſi Valentianas cum Comitatu Hannoniæ dictis Iohanne & Balduino fratrem [*patrem*] ſuum fuiſſe ſubdiaconum negantibus. Eodem temporis concurſu Branchaleon de Bononia vrbis Romæ Senator, pacis & iuſtitiæ cultor præcipuus, de conſilio quorundam Cardinalium & nobilium Romanorum orta diſſenſione, obſeſſus fuit in Capitolio, & dum ſe dediſſet populus, poſuit eum in cuſtodia apud ſeptem ſoles: tandem traditus nobilibus in quodam caſtro ſancti Pauli, quod dicitur Paſſauant, fuit incarceratus & male tractatus, & niſi habuiſſet obſides Romanorum Bononiæ, Romani ipſum occidiſſent, eo quod in exercitio iuſtitiæ & rapinarum refrænatione non pepercifſet eiſdem. Bononienſes vero licet interdicti a domino Papa fuiſſent, tamen niſi ciuem ſuum rehaberent, obſides Romanorum reddere noluerunt. Eodem anno quo ſupra diſcordia, quæ fuerat inter prædicatores & religioſos ſcholares Pariſiis ſtudentes, ac magiſtrum Guillermum de ſancto amore recidiuauit: propter quam diſcordiam ſedandam & pacificandam, miſit rex Franciæ Ludouicus ad Curiam Romanam duos clericos, vt per dominum Papam debitum finem ſortiretur. Tandem hinc inde multis propoſitis, damnatus fuit & cõbuſtus liber a magiſtro Guillermo de Sancto Amore prædicto editus, & intitulatus de periculis mundi in Eccleſia cathedrali apud Anagniã, non propter hæreſim quam contineret, ſed quia contra præfatos religioſos ſeditionem & ſcandalum concitabat.

Anno Domini M. CC. LVI. Comes Flandriæ & frater ſuus, quos Florentius Comes Hollandiæ tenebat in priſione, ſicut ſupra diximus, auxilio Caroli Comitis Andegauenſis liberati fuerũt. Dictus vero Florentius ſororem dicti Comitis Flandriæ debuit ducere vxorem, & ad preces Ludouici regis Franciæ Carolus Comes Andegauiæ quitauit Valentianas & Comitatum Hannoniæ; actumque fuit in-

ter fratres prædictos filios Comitiſſæ Flandriæ, quod poſt mortem Comitiſſæ, Comitatus Hannoniæ ad fratres de Auenis deueniret. Comitatus vero Flandriæ cum aliis terris hæredibus domini Guillermi de Domina petra remanerent. Eodem anno, menſe Septembri, fuit terræ motus in vrbe Roma, & apud Anaquiam ita magnus, quod Romæ campana ſancti Syluestri de capite per ſe pulſauerit. Circa idem tempus Richardus Comes Cornubiæ, frater regis Angliæ apud Aquiſgranum in regem Alemanniæ fuit coronatus.

De ordinatione quam fecit rex Ludouicus in regno Franciæ poſt reditum ſuum de vltra mare.

POSTQVAM in Franciam, ſicut ſupra retulimus, reuerſus fuit rex Franciæ Lodouicus, quam iuſte ad ſubditos, quam miſericorditer ad afflictos, quam humiliter ſe geſſerit ad ſeipſum; denique quantum pro viribus ſuis in omni virtutum genere proficere ſtuduerit, prout a fide dignis intellexi, & præcipue ab ipſis qui conſcientiæ ipſius ſinceritatem nouerunt, & conuerſationem viderunt, diligenter enarrabo: ita quod ſecundum iudicium diſcretorum, quanto aurum pretioſius eſt argento, tanto conuerſatio ipſius ſancta & noua quam de terræ ſanctæ itinere reportauit conuerſationi priſtinæ præminere iudicabitur, quamuis ab infantiæ crepundiis ſtatus iuuentutis ſuę ſemper bonus & innocens ac valde cõmendabilis fuerit. Primo igitur & principaliter poſt reditum ſuum ad ſtatus regni ſui meliorationem & ſubditorum ſuorum correctionem & quietem intendens, de communi conſilio & aſſenſu cõdidit pius rex generale ſtatutum, quod per totum regnũ ſuum ſeruari & promulgari voluit in hæc verba; Ex debito regiæ poteſtatis, pacem & quietem ſubditorum noſtrorum, in quorum quiete quieſcimus, præcordialiter affectantes, ac aduerſus iniurioſos & improbos qui tranquillitati eorum inuident, & quieti zelum habentes indignationis ad huiuſmodi propulſandas iniurias & ſtatum regni reformandum in melius, hæc quæ continentur inferius, duximus ordinanda. Quæſtus quidem illicitos, quantum poſſibile fuerit, in bailliuis, & aliis curialibus noſtris reprimere cupientes, bailliuos, præpoſitos, vicecomites, & villarum maiores ac quoſcunque ſubeis in officiis conſtitutos, iuramento ſubſcripto duximus aſtringendos. Cuius ſi ipſi bailliui fuerint trangreſſores, pœnas debitas in bona eorum, vel ſi res exigat, in perſonis, noſtræ voluntatis vel deputatorum a nobis arbitrio reſeruamus. Si vero præpoſitos, maiores, vicecomites, vel alios inferiores officiales peietare [*errare*] contigerit in hac parte, a bailliuis ſub bonarum teſtimonio perſonarum, & cum ipſarum conſilio puniantur. Iurabunt igitur omnes & ſinguli ſupradicti, quandiu commiſſam ſibi tenebunt bailliuiam, præpoſituram, vel aliud quodcunque officium ſupradictum tam maioribus, quam mediocribus: tam minoribus, quam aduenis: tam indigenis, quam ſubiectis ſine nationum & perſonarum acceptione ius reddent: ſeruantes tamen in locis ſuis vſus & conſuetudines approbatas. Iurabunt inſuper noſtra iura ſcienter nec auferre, nec diminuere, nec etiam impedire. Iurabunt etiam donum ſeu munus quodcunque a quacunque perſona per ſe, vel per alium non recipere in pecunia, argẽto, vel auro, vel rebus aliis quibuſcunque mobilibus, vel immobilibus, vel ſe mouentibus, vel beneficiis perſonalibus ſiue perpetuis, pręter eſculenta & poculenta, quorum valor in vna hebdomada ſummam decem ſolidorum Pariſienſium non excedat. Et quod dicta bona ſeu beneficia dari vxoribus, liberis, fratribus & ſororibus, nepotibus, vel conſanguineis, vel conſiliariis ſeu domeſticis ſuis minime procurabant. Immo bona fide diligentiam adhibebunt, ne vxores eorum vel aliæ perſonæ proxime nominatæ dona vel munera recipiant. Quod ſi fecerint, ex quo ſciuerint, eos ad reſtitutionem bona fide compellent ſub debito iuramento. Iurabunt etiam quod ab illis de ſua bailliuia, nec ab aliis qui cauſam habeant coram ipſis vel ſciant in proximo habituros mutuum non recipient per ſe, vel per alium vltra ſummam viginti librarum, quas reddent a die contracti mutui infra duos menſes, licet creditor vellet terminum ſolutionis prorogare. Addetur etiam eorum iuramento, quod non dabunt, vel mittent munera alicui

de con-

de conſilio noſtro, vel vxoribus eorum, vel eorundem liberis aut domeſticis; vel illis qui compotum ipſorum recipient, vel illis quos ad viſitandum terram vel facta eorum exquirenda mittemus. Quod etiam in venditionibus bailliuiarum redituũ vel aliarum rerum noſtrarum partem non habebunt, nec etiam in moneta. Quod etiam bailliuos infideles & iniurioſos vel exactores, ac de vſuris ſuſpectos, vel turpem vitam aperte ducentes in ſuo non ſuſtinebunt errore, imo exceſſus eorum corrigent bona fide. Iurabunt etiam præpoſiti noſtri, vicecomites, maiores villarum, foreſtarij, vel alij ſub eis in officiis conſtituti, quod ſuperioribus ſuis nec vxoribus eorum, liberis, propinquis ſiue domeſticis quicquam dabunt. Et in fine iuramenti concludent vniuerſa & ſingula ſupradicta bona fide ſeruare, niſi illud quod duximus relaxandum, nec quicquam in fraudem prædictorum per ſe vel per alium facere vicarium: aut quod bailliui per ſe quandoque [*quemque*] ſubſtituunt, volumus ab iſtis inſtitui, niſi prius ſub forma prædicta præſtiterint iuramentum. Vt vero hæc iuramenta firmius obſeruentur, volumus quod in publica aſſiſia fiant coram laicis & clericis ab omnibus & ſingulis ſupradictis, etiam ſi antea facta fuerint coram nobis, vt non ſolum metu diuinæ indignationis & noſtræ, ſed etiam confuſionis & erubeſcentiæ apud homines periurium manifeſtum incurrere vereantur. Volumus autem & præcipimus quod bailliui noſtri & alij qui ſub ipſis quodcumque officium tenent, nec non & omnes qui vadia noſtra recipiunt ac vniuerſi ſubditi noſtri, abſtineant ab omni verbo quod vergat in contumeliam & contemptum Dei vel matris ſuæ vel Sanctorum ipſius. A ludo etiam cum taxillis ſiue aleis, & à fornicatione & tabernis. Scholas etiam deciorum prohibemus omnino, ita vt tenentes eas diſtricte puniantur. Fabrica vero deciorum prohibeatur vbique in regno noſtro. Expellantur publicæ meretrices tam de campis quam de villis. Quicunque domum publicæ meretrici locauerit, meretriceſque in ſua domo receperit, quantum valet penſio domus vno anno bailliuo loci vel præpoſito ſoluere teneatur. Nullus recipiatur ad moram in taberna faciendam, niſi ſit tranſiens vel viator, vel in ipſa villa non habeat aliquam manſionem. Inhibemus vero diſtricte bailliuis noſtris poſſeſſiones aliquas per ſe vel per aliũ emere in bailliuia ſua, adminiſtratione ſua durante vel fraudulenter in alia ſine noſtra licẽtia ſpeciali. Quod ſi fecerint emptionem ipſam irritã eſſe, & poſſeſſiones ſic emptas fiſco noſtro, ſi nobis placuerit, volumus applicari. Prohibentes inſuper bailliuis noſtris, ne quandiu bailliui fuerint ſibi vel ſuis liberis, fratribus, vel ſororibus, nepotibus vel conſanguineis, vel cuicunq; de familia ſua matrimonia copulent cum perſonis ſuæ bailliuiæ ſine noſtro ſpeciali conſenſu, nec prædictos in religione ponant, nec beneficia eccleſiaſtica vel poſſeſſiones eis acquirant. Geſta etiam vel procurationes in domibus religioſorum, vel circa, cum expenſis eorum non recipiant ſine noſtra licentia ſpeciali. Prohibitionem vero iſtam quam facimus de matrimoniis non copulandis & poſſeſſionibus non acquirendis non extendimus ad præpoſitos, maiores, & alios officiales minores, qui maiorias, præpoſituras, & alia officia tenebunt ſine noſtra vel alterius læſione. Bailliui autem noſtri & alij officiales caueant ſibi à multitudine bedellorum, & quanto paucioribus poterunt, ſint contenti ad curiarum exequenda præcepta, & ipſos nominent in publica aſſiſia aliter pro bedellis nomine minime habeantur. Vbi autem bedelli vel ſeruientes ad remota loca mittuntur, eis ſine ſuperioris literis non credatur. Quod ſi aliter inuenti fuerint facientes executiones & mandata, nuncientur hæc bailliuo qui eos puniat competenter. Ne vero bailliui noſtri vel inferiores officiales contra iuſtitiam ſubditos noſtros grauent, inhibemus eiſdem ne pro quocunque debito, præter noſtrum, capiant vel captum detineant aliquem ſubditorum. Emendas autem pro maleficiis ſeu debitis à bailliuis noſtris leuari nolumus, niſi in foro iudiciario publice de bonorum conſilio fuerint iudicatæ vel æſtimatæ, quamuis antea fuerint gagiatæ. . . . ille cui crimen imponitur, Curia ſibi offerente iudicium, noluerit illud expectare, & pecuniam certam offerat pro emenda, quæ recipi non conſueuit, liceat Curiæ eam recipere, ſi ſibi competens videatur: alioquin emendam ſibi faciat iudicari vel æſtimari ſecundum

quod ſuperius eſt expreſſum, licet reus ſe vellet omnino ſubiicere curiæ voluntati. Caueant tamen baillini & alij officiales iam dicti ne minis vel terroribus vel machinationibus callidis clam vel palam aliquem ad emendam offerendam inducant, vel ſine cauſa rationabili accuſent. Eos ſane qui præpoſituras aut vicecomitatus vel alias bailliuias tenuerint, aliis eadem reuendere prohibemus. Sed & ſi plures emptores fuerint, vnus tamen iuriſdictionem exerceat, & immunitate gaudeat & caluacatis, tallis ſeu collectis & aliis oneribus publicis, qua alij conſueuerunt gaudere. Vendi autem eas filiis, fratribus, nepotibus, aut conſanguineis vel domeſticis bailliuorum prohibemus eiſdem. Emptores autem ipſarum præpoſiturarũ vel aliarum bailliuiarum debita propria, ſcilicet quæ debentur eiſdem, non ex præpoſituris vel aliis bailliuis & eorum ſociis auctoritate propria non coerceant, ſed per manum bailliui aut ſuperiorũ iudicum ea nõ repetant, ſicut non præpoſiturã aut bailliuiam non tenerent. Porro volentes viam maliciis præcludere quantũ poſſumus firmiter inhibemus, ne bailliui vel alij officiales prædicti in cauſis vel negociis quibuſcunq; ſubditos noſtros locorum mutatione fatigent ſine cauſa rationabili, ſed ſingulos in locis illis audiant vbi conſueuerunt audiri, ne grauati laboribus & expenſis cogantur cedere iuri ſuo. Quia vero nemo ſine culpa priuãdus eſt iure ſuo bailliuis noſtris & aliis officialibus prædictis inhibemus; ne deſaiſiant aliquẽ ſine cauta cognitione vel noſtro ſpeciali mandato. Subditos etiam noſtros nouis exactionibus vel conſuetudinibus non affligant, caluacatas extorquendæ pecuniæ cauſa non mandent, ſed ex cauſa omnimodo neceſſaria; & tunc volẽtes facere perſonalem calnacatum, ad eam redimẽdam de pecunia non compellant. Defenſum etiam bladi vel vini vel aliarũ mercium non extrahendarũ de terra ſine cauſa vrgente non faciant; & tunc cum bono conſilio & maturo nec ſuſpecto, & factum cum conſilio non diſſoluent, nec eo durante cuiquam faciant gratiam ſpecialem. Omnes autem bailliuos noſtros maiores & minores finito officio ſuo remanere volumus, vel ſaltem procuratorem ſufficientem dimittere in ipſa bailliuia per quadraginta dies, vt de ſe conquerentibus coram illis reſpondeat, quibus hoc committetur. Omnia ergo iſta ſupradicta & ſingula, quæ ad præſens pro ſupradictorum quiete duximus ordinanda, retenta nobis plenitudine regiæ poteſtatis, declarandi, mutandi, vel etiam corrigẽdi, addendi vel minuẽdi à bailliuis noſtris & ſubditis diſtricte volumus obſeruari.

De cauterio labiorum quod infligi fecit blaſpemo Rex Ludouicus.

IGITVR poſt edictum huiuſmodi publicatum, quidam ciuis Pariſienſis conditionis mediocris inhoneſte valde iurando blaſphemauit in Deum; quem rex iuſtus abſque miſericordia cauterizari præcepit in labiis ferro candenti in peccati ſui memoriam ſempiternam, & ad aliorum exemplum. Super quo cum multi ſecundum ſeculum ſapientes propter hoc contra regem verbis maledicis murmurarent, audiens & ſciens rex magnanimus eſſe ſcriptum: Beati eritis cum maledixerint vobis homines, iuxta illud: Maledicent illi, & tu benedices, dixit verbum catholicum, videlicet quod deſiderabat potius ſimile cauterium ſibi in labiis eſſe factum, quam dimitteret talem indecentiam ſuſtinere, dummodo huiuſmodi pernitioſum vitium de regno ſuo penitus tolleretur. Præterea cum tunc temporis ipſe dominus rex quoddam opus Pariſiis fieri præcepiſſet, quod communi vtilitati conferre non modicum videbatur; ſuper quo ab illius beneficio vtentibus multas benedictiones habebat: tunc dixit, quod maiorem mercedem à Domino expectabat pro maledictionibus quas occaſione illius cauterij . . . quam pro benedictionibus quas habebat pro illo beneficio generali. Et quia, ſecundum verba Sapientis, thronus regum iuſtitia roboratur, ad commendationem zeli iuſtitiæ quam habebat rex Chriſtianiſſimus, factum . . . domini de Couciaco in loco hoc dignum duxi legentibus explicare. Erant tunc temporis in Abbatia ſancti Nicolai de Boſco tres pueri nobiles de Flandria, qui ibidem miſſi fuerant propter idioma Gallicum addiſcendum, quos iocantes & ſpatiantes per nemora dictæ Eccleſiæ arcubus & ſagittis cuniculos ſagittando, dum ſequerentur prædam ſuam in nemoribus domini de Couciaco ſã dicti, foreſtarij ipſius domini eos ita reperientes ceperunt. quibus captis &

in priſio-

in priſionem ductis, retulerunt domino ſuo foreſtarij quod fecerant. Quo audito ipſe continuo, vtpote crudelis & immiſericors, ante cauſæ & ætatis ac generis ipſorum cognitionem, ſuſpendere eos fecit. Quod intelligens Abbas ſancti Nicolai, in cuius erant cuſtodia deputati, & dominus Gilobrunus Conſtabularius Franciæ, à cuius genere dicebant puerorum alterum deriuari, inſtantiſſime regi querimoniã detulerunt: & idcirco dominus rex dominum de Couciaco fecit ad curiam euocari ſuper tali facinore reſponſurum. Qui in regis præſentia conſtitutus, dixit ſe de reſponſione cogi non debere, volens & petens per Pares Franciæ, ſi poſſet, ſecundum conſuetudinem baroniæ iudicari: ſed contra eum probatum extitit per Curiæ retroacta, quod terram in baronia non tenebat, quia terra de bonis & de Gorneyo quæ à terra de Couciaco per fraternitatis partitionẽ deciſa fuerat, illud dominium baroniæ importabat. Tali igitur altercatione negotio dependente, rex dominum de Couciaco non per Pares nec milites, ſed per clientes aulicos fecit capi & domo ſua Pariſiis quę Lupera dicitur cuſtodia reſeruari, diem ſibi conſtituens ad quam omnes regni proceres conuenirent. Proceribus vero poſtmodum Pariſiis congregatis, dominoq; de Couciaco in medio conſtituto, rex eum ſuper caſu prædicto reſpondere compulit. Tunc ille per regis voluntatem omnes barones ibidem conſiſtentes ſui generis vel parentelæ ad ſuum conſilium conuocauit, tantaque fuit ibi ſui generis nobilitas, quod rex quaſi ſolus præter paucos conſilij ſui remaneret. Ipſe rex etiam non erat expers affinitatis illius parentelæ. Erat autem regis intentio iuſtum iudicium iudicare inflexibiliter, vt ad pœnam talionis dictus dominus puniretur, & morte conſilij damnaretur. Vix tamen ad vltimum precibus & interuẽtu procerum ſic fuit ordinatum, quod decem millibus librarum vel circiter vitam ſuam redimeret, & duas capellanias conſtitueret pro animabus puerorum ad perpetualiter celebrandum. Nec ille verus cultor iuſtitiæ illam pecuniam ſuis theſauris addidit, ſed in pietatis operibus totum diſtribuit: quia domum Dei de Pontiſara reditibus augmentatis de illa pecunia fabricari fecit; ſcholas & dormitorium Iacobitarum Pariſiis, & Eccleſiam fratrum minorum à fundamentis in integrum conſummauit. Magnumque fuit aliis regibus exemplum iuſtitiæ, quod vir tantus tamque ſpectabilis ortus natalibus quaſi à pauperibus facinore accuſatus, inter ſuos tam nobiles vix vitæ remedium in facie cultoris iuſtitiæ potuit inuenire.

Quod poſt reuerſionem Ludouici Regis de tranſmarinis partibus pax viguit in regno.

IGITVR poſt hoc factum videntes & intelligentes barones ac milites tam maiores quam minores, ſapientiam Dei in illo eſſe ad faciẽdum iudicium & iuſtitiam in ſubditis, timuerunt regem, & de die in diem amplius venerabantur, ſcientes eum virum ſanctum & iuſtum. Vnde poſt ſuæ primordia iuuentutis non fuit qui auderet attentare aliquid contra ipſum; aut ſi fuit rebellis aliquis, cito eius humiliabatur imperio. Et ſicut legitur de rege pacifico Salomone, quod habuerit pacem vndiquaque per circuitum regni ſui: ſic & ipſe rex Chriſtianiſſimus Ludouicus ex tunc habere meruit Domino largiente, quam poſt mortem ipſius Philippo eius filio in regno ſuccedenti, quandiu regnauit per merita ſancti regis Dominum credimus conceſſiſſe. Sane ſi quos etiam hoſtes aut æmulos latentes habebat, eos ſagaciter & charitatiue attrahebat ad pacem & beneuolentiam ſuis curialitatibus & auxiliis oportunis. Et quia placebant Domino viæ eius, inimicos ipſius, ſi quos habere contigit, conuertebat ad pacem. Sic autem erga omnes tam ſubditos quam extraneos ac remotos fideliter, miſericorditer & clementer ac ſapienter ſe gerebat, quod ab omnibus merebatur honorari pariter & amari. Nam, ſicut ſcriptum eſt: Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & firmatur clementia thronus eius: ita thronus regni Franciæ temporibus ſuis ſicut ſol in conſpectu omnium renitebat reſpectu ceterorum. Et ſicut ſol ſuos vbique diffundit radios; ſic ab ipſo diffundebantur vbique beneficia ſeu luminoſa charitatis & caloris exempla. Quæ cupio pro viribus meis quamuis inſufficiens

tanti operis ad honorem Dei ſicut in libro vitę ipſius ſcripta reperi antequam aliud aggrediar, præſenti hoc in loco poſteris enarrare. Sacramentum enim regis, vt angelica auctoritate planum eſt, bonum eſt abſcondere, opera autem Domini reuelare & confiteri honorificum.

De ſtatu Regis Ludouici quantum ad regimen ſubditorum, & eius cautela in verbis.

SAPIENS & prudens rex Ludouicus in cauſis quæ contra ipſum vertere videbantur, ſemper quantum bono modo poterat, contra ſe ſtabat & allegabat, vt per hoc conſiliarij ſui abſque timore offenſæ ipſius à vero iudicio minime declinarent. Super fore factis quæ tam ad perſonam ſuam quam ad præpoſitos & balliuos ſuos ſpectabant, mittebat pluries per regnum ſuum inquiſitores diligentes ac fideles, & inuentas iniurias emendari & reſtitui faciebat. Similiter ſuper ſtatum familiæ domus ſuæ faciens pluries inquiri, reos probatos ſecundũ quod meruerant puniebant. Cautiſſimus erat & gratioſiſſimus in loquẽdo à verbis ſcurrilibus & diſſolutis, maxime à detractoriis & mendacibus ſumme cauebat. Rariſſima vel nunquam maledicta vel conuicia dicebat alicui quantumcunque modico garcioni, niſi hoc exigeret grandis culpa. Specialiter autem ab omni genere iuramenti ſe abſtinebat penitus, quantumcunque vt in loquendo fieri ſolet conſuetum vel modicum videretur. Aliquando ad euitandum alia iuramenta, loco iuramenti ſolebat dicere, in nomine mei. Quod audiens reprehendi à quodam viro religioſo, ex tunc omnino abſtinuit. Sed ſecundum Euangelium erat ſermo eius, eſt, eſt, &, non, non. Et in grauibus conſiliis & arduis negotiis ac cauſis pauci vel nulli perſpicacius ipſo veriuſque iudicabant, & quod intellectu capiebat, valde prudenter & gratioſe proferebat. Siquidem diffuſa erat gratia in labiis ſuis.

De charitate eius per opera exteriora.

QVOLIBET ſabbato conſueuerat pedes abluere in loco ſecretiſſimo humiliter & deuote flexis genibus, trium pauperiorum hominum ſeniorumque qui poterant inueniri; & poſt ablutionem, pedes extergere & humiliter oſculari. ſimiliter aquam porrigebat eorum manibus abluendis, quas eodem modo oſculabatur. & poſt cuilibet certam ſummam denariorum erogabat, & ad comedendum eis ipſemet miniſtrabat. Si autem propter corporis infirmitatem hæc pietatis obſequia facere non poſſet, volebat quod vitæ ipſius confeſſor ſuus præſente eleemoſynario ſuo prædicta ſimili modo exequeretur. Ceterum ad laudem deuotæ huius humilitatis ſpectat, quod cum in ſabbato quodam eſſet in Abbatia Cartuallis abſolutioni pedum monachorum quod mandatum vocant, voluit intereſſe, videlicet quando ſecundum morem Ordinis poſt veſperas ſolemniter & deuote ſibi mutuo lauant pedes, & affuit & reſpexit. Ipſe vero ex humilitate ſua pluries voluit capam deponere, & genibus flexis manus adponere ad pedes ſeruorum Dei humiliter abluendos. Sed quia plures magnates non ſibi multum familiares tunc ſibi aſtabant, de conſilio aliquorum ab hoc humilitatis officio ſuperſedit. Confeſſores etiam ſuos in magna reuerentia ſemper habebat, ita quod aliquando poſtquam iam ſederat coram confeſſore ad confitendum, ſi oſtium aliquod vel feneſtram vellet aperiri vel claudi, ipſe à loco confeſſionis feſtinanter ſurgebat, quaſi præueniens confeſſorem ſuum, & ibat humiliter ad claudendum vel ad aliquid aliud huiuſmodi faciendum. Qui cum à confeſſore ſuo ſuper hoc argueretur, humiliter reſpondebat: Chariſſime, vos eſtis pater, & ego filius: & ideo hoc facere debeo.

Quomodo ſe habuit in matrimonio, & de educatione & inſtructione liberorum ſuorum.

EX conſenſu vxoris ſuæ Margaretæ reginæ, per totum Aduentum & per totam Quadrageſimam ab opere carnali mutuo continebant, & nihilominus aliquot certis diebus qualibet ſeptimana, ſimiliter in vigiliis & in diebus magnorum feſtorum. Inſuper in ſolemnitatibus, in quibus communicare debebat pluribus

diebus

diebus ante communionem & pluribus poſt, ob reuerentiam ſacri myſterij continebat. Si autem his continentiæ diebus ipſum ex certa cauſa vxorem ſuam reginam viſitare contingeret, & cum ea morari, ſi ex vicinitate vxoris pro humana fragilitate quandoque motus carnis inordinatos ſentiret, ſurgebat de lecto per cameram deambulans donec carnis rebellio quieuiſſet. Et quia per gratiam Dei de tam ſancto coniugio copioſa proles proceſſit, ſequitur videre quam catholice ſeſe habuerit pius pater in ſuorum inſtructione ac regimine liberorum. Volebat etiam quod pueri iam adultæ ætati propinqui quotidie non ſolum Miſſam, ſed & matutinas ac horas canonicas cum cantu audirent, & quod ad audiendum ſermones ſecum adeſſent. Volebat etiam quod ſinguli literas addiſcerent, & horas beatæ virginis decantarent, ac vt eſſent ſemper cum ipſo ad completorium quod poſt cœnam ſuam ſolemniter in Eccleſia decantari & quotidie faciebat. In fine cuius ſpecialis antiphona beatæ Mariæ alta voce cantabatur. Dicto vero completorio cum pueris in camera reuertebatur, & aqua benedicta à ſacerdote circa lectum ſuum & per cameram aſperſa reſidebant pueri circa ipſum, quibus tunc priuſquam deſcenderent ab ſe ſolitus erat aliqua verba ędificatoria dicere ad inſtructionem ipſorum. Capellos etiam de roſis ſeu alios quoſcunque volebat quod dicti pueri ſacris diebus Veneris in capitibus deportarent, ad memoriam illius ſacræ coronæ ſpineæ qua caput Saluaroris hac die atrociter fuerat coronatum, & qua corona Rex regum Dominus noſter Ieſus Chriſtus tam magnifice, ſicut ſuperius dictum eſt, decorauerat regnum ſuum.

De confeſſione modo pœnitentiarum Regis Ludouici.

OMNI ſiquidem ſexta feria per totum annum conſueuerat deuote & humiliter cõfiteri, locum ad hoc ſecretum valde eligens, & quaſi in quolibet manerio ſuo ad huiuſmodi prouidens locum aptum, quamuis conſueuiſſet intra, tamen non omittebat extra. Poſt confeſſionem vero ſuam ſemper diſciplinam recipiebat à confeſſore ſuo quinque cathenulis ſuis ferreis ſimul iunctis, quas in fundo cuiuſdam paruulæ pixidis eburneæ decẽter infixas rex deuotus ſecum portabat, in quadam burſa ad zonam ſuam ſecreto pendente. Similes enim pixides cum ſimilibus virgulis ferreis quaſi pro ſecreto xenio dedit aliquando alicui de liberis ſuis & ſecretis amicis, pro recipiendis loco & tempore talibus diſciplinis. Si quando confeſſor ſuus quaſi parcens ei nimis remiſſos ictus, vt videbatur ei dabat, quod fortius percuteret ipſe per ſignum aliquod innuebat. Hanc autem diſciplinam pro nullo feſto quocunque ſolemni ſuſcipere dimittebat. Nec prætereundum æſtimo de quodam confeſſore quem habuit ante fratrem Gaufredum de Bello loco de ordine Prædicatotum, qui ſolitus ſibi erat dare diſciplinas nimis immoderatas & duras, ſuper quo caro eius tenera non modicum grauabatur; quod grauamen nunquam illi confeſſori quandiu viueret voluit reuelare: Sed poſt mortem dicti confeſſoris quaſi iocando & ſubridendo, hoc alteri confeſſori ſuo humiliter recognouit. Et licet, prout dictum eſt, conſueuiſſet omni die Veneris confiteri, tamen ſi aliis diebus ſibi occurreret aliquid confitendum, non differebat quin quam citius poſſet confiteretur. Si quid etiam de nocte, vt fieri ſolet, ſi ſuum in promptu non poſſet habere confeſſorem, mittebat pro eo antequam inciperet matutinas vt confiteretur. Si vero ipſum tunc commode non haberet, confitebatur interim capellano ſuo qui eum ad horas dicendas adiuuabat. Præterea in Aduentu & Quadrageſima diebus Veneris, ac in quatuor vigiliis beatæ Mariæ longo tempore ad carnem cilicio vſus fuerat. Sed quia ex hoc plurimum grauabatur, de conſilio confeſſoris ſui vti cilicio humiliter prætermiſit. Tamen nonnunquam in Quadrageſima loco cilicij quadam zona ſine faſcia de cilicio ſe cingebat. Inſuper loco prædicti cilicij quod dimiſerat quaſi in recompenſationem voluit quod omni die Veneris in Aduentu & Quadrageſima cõfeſſor ſuus reciperet de mandato ipſius quadraginta ſolidos Pariſienſes ad erogandũ pauperibus in ſecreto. Conſuetus etiã erat per totũ annum omni ſexta feria ieiunare, & quarta feria à carnibus & ſagimine abſtinere. Aliquando etiam diebus lunæ à carnibus ſimiliter abſtinebat. Sed propter

debilitatem corporis hanc diem dimiſit conſilio diſcretorum. Inſuper quatuor vigilias præcipuorum feſtorum beatæ virginis in pane & aqua ieiunabat. Nihilominus in Paraſceue & quandoque in vigilia omnium Sanctorum ac aliquibus aliis ſolemnibus ieiuniis per annum ſimiliter in pane & aqua ieiunare cõſueuit. Sextis feriis in quadrageſima & aduentu à fructibus & piſcibus abſtinebat: tamen his diebus aliquando de licentia ſui confeſſoris vno genere piſcium & vno genere fructuum vtebatur. Nullum vel pauciſſimos dicunt ſuo tempore fuiſſe, qui tanta aquæ copia vinum ſuum obrueret ſicut ipſe.

De operibus miſericordiæ & largitatis eleemoſynarum ad pauperes Regis Ludouici.

PORRO quia ab infantia creuerat ſecum miſeratio, & quia ſimiliter afflictos & pauperes pia ſemper geſtabat viſcera charitatis, eleemoſynas eius quas enarrat omnis Eccleſia Sanctorum, nec ſimile [*ſimulare*] debeo, nec ſufficio explicare. Siquidem quotidie vbicunque eſſet in domo ſua reficiebantur pane, vino & carnibus ſiue ciuibus pluſquam centum viginti pauperes. In quadrageſima vero & aduentu atque deuotis diebus ſumma pauperum augebatur. Frequenter ipſemet plus rex pauperibus ſeruiebat & coram eis fercula miniſtrabat, panẽ ſcindebat, ac denarios multos manu propria eis dabat. Specialiter autem in quibuſdã ieiuniorum diebus & ſolẽnibus vigiliis ducentis pauperibus manu propria antequã comederet de prędictis omnibus ſeruiebat. Pręter hæc quotidie in prandio & in cœna habebat prope ſe tres ſenes pauperes comedentes, quibus de cibariis ſuis faciebat miniſtrari, & in fine prandij certam ſummam pecuniæ eis dari. Ceterum tam largas & frequentes eleemoſynas quotidie dabat pauperibus religioſis tam virorum quam mulierum, hoſpitibus pauperum & domibus leproſorum, ac aliorum collegiis pauperum, nec non & nobilibus paupertate detentis, quod vix poſſet ab aliquo enarrari. Vnde Tito Imperatore tam liberali quondam datore, quem narrant veteres hiſtorię doluiſſe eo quod vna die defeciſſet in tribuendo beneficia, fuit iſte felicior, cui nulla dies in erogandis eleemoſynis & beneficiis largiendis legitur præteriiſſe. Porro quaſi à principio quo cœpit regnare, domos & monaſteria religioſorum fecit ædificare quamplura, inter quæ ſpecialiter monaſterium regalis montis dicitur præminere. Domos etiam quamplures fratrum Prædicatorum atque Minorum in diuerſis regni ſui partibus ædificauit, & iam inceptas ad conſummandum adiuuit. Domum Dei Pariſiis cum magnis ſumptibus ampliauit, & redditibus augmentauit. Inſuper domos hoſpitales pauperum apud Pontiſaram, Compendium, & Vernonem magnis & ſumptuoſis ædificiis conſtruxit, & magnos redditus aſſignauit. Monaſteriũ autem ſancti Matthęi iuxta Rothomagum, & aliud quod Longum campum nominant, iuxta ſanctum Clodoaldum ſuper Sequanam prope Pariſios, in quorum vno ſorores de Ordine fratrum Prædicatorum, in altero de Ordinę Minorum ponens de proprio fundauit, & eiſdem redditus ſufficientes prouidit. Abbatias etiam monialium Ciſtercienſis Ordinis, Lilij iuxta Meledunum & Malidumi iuxta Pontiſaram magnis ſumptibus ædificauit, & redditus ampliauit. Domum vero magnam cæcorum pauperum Pariſiis conſtrui fecit, vbi pluſquam trecenti quinquaginta cæci pauperes commorantur, in capella ibi conſtructa diuinum ſeruitium audientes. Præterea miſerandarum mulierum quæ propter victus penuriam erant publice expoſitæ ad lupanar, vel ad exponendum paratæ, quæ tantum panem & aquam ab ipſo petebant, vt ſic à peccato cauerẽt, in domo filiarum Dei Pariſiis magnam multitudinẽ Dei congregauit, & eiſdem pro ſuſtentatione annuatim quatuor centũ libras Pariſiis aſſignauit. Inſuper monachis Ordinis Cartucenſis prope Pariſios in in loco qui dicitur Vallis viridis locum aptum prouidit, & ad ſeruiendum Deo ibidem ſufficientes redditus contulit. Similiter in pluribus regni ſui ciuitatibus & caſtris domos bequitiis mulieribus ad habitandum prouidit, & eis in victu de ſuis ſumptibus miniſtrauit. Cum autem intelligeret quod nonnulli ex familiaribus ſuis ex largitate eleemoſynarum ſuarum murmurarent, eiſdem dicebat, quod cum oporteret quandoque in expenſis excedere, potius eligebat quod exceſſus fierent in

eleemo-

eleemoſynis propter Deum, quam in ſecularibus & mundanis, vt exceſſus qui fiebat in ſpiritualibus excuſaret atque redimeret exceſſum, quem frequenter oportebat fieri in mundanis. Nihilominus tamen in ſolemnitatibus regiis & tam in quotidianis ſumptibus domus ſuæ quam in parlamentis & congregationibus militũ & baronum, ſicut decebat regiam dignitatem, liberaliter ac largiter ſe habebat, & ſeruiebatur in domo ſua multum curialiter ac decenter, pluſquam in prædeceſſorum ſuorum regum curiis longe à temporibus retroactis.

De collatione beneficiorum & deuotione Regis Ludouici ad diuinum officium & modo orandi ipſius.

SANE in beneficiis Eccleſiaſticis conferendis, quæ ad patronatum ſiue donationem ipſius pertinebant, Deum ſemper præ oculis habebat, & electis & probatis perſonis ea quantum poterat conferebat, præcipue autem in Eccleſiis cathedralibus vbi ſede vacãte, ratione cuſtodiæ regalium ex conſuetudine pertinebat ad eum collatio præbendarum, quas perſonas inquiri & eligi faciebat per cancellarium Pariſienſem & alios viros bonos. Hanc autem conſuetudinem obſeruabat, quod nulli quantumcunque literato aliquod beneficium Eccleſiaſticum poſſidenti conferret aliud eccleſiaſticum, niſi primo beneficio ſimpliciter reſignaret, nec beneficium non vacans omnino alieni concedere vel conferre volebat, donec teſtimonium haberet certitudinis quod vacaret. Omnes horas canonicas & etiam de beata virgine cum cantu quotidie audire volebat; etiamſi eas in itinere equitando audire cõtingeret, nihilominus eas inter ſe & capellanũ ſuum tam de die quam de beata virgine ſubmiſſe dicebat. Inſuper officium mortuorum quotidie cum nouem lectionibus etiam in feſtis quantumcunq; ſolemnibus dicebat cum capellano ſuo. Raro accidebat, quin quotidie duas miſſas audiret, & frequenter tres vel quatuor. Dum horæ cantarentur nolebat colloquio alicuius impediri niſi vrgeret aliqua vtilitas, & tunc breuiter & ſuccincte. Solemnitates autẽ præcipuas & ceteras feſtiuitates Sanctorum deuotas faciebat ſolemniter & ſtudioſiſſime celebrari, conuocans ad hoc pluries in anno electos clericos & gratioſe cantantes. Lachrymarum gratiam plurimũ affectabat, & ſuper hoc defectu cõfeſſori ſuo pie & humiliter conquerebatur familiariter ei dicẽs, quod quãdo letania dicebatur, vt fontẽ lachrymarum nobis dones deuote dicebat; O Domine, fontem lachrymarum nõ audeo poſtulare, ſed immodicæ lachrymarum ſtillæ mihi quæ ſufficerent ad cordis mei ariditatem & duriciam irrigandam. Aliquando etiam confeſſori ſuo familiariter recognouit, quod quandoque Dominus in oratione aliquas lachrymas ſibi dederat, quas cum ſentiret per genas ſuauiter ad os influere, nõ ſolum cordi ſed guſtui ſuo dulciſſime ſapiebant. Congregationes religioſorum frequẽter ac deuotiſſime viſitabat, & ab eis pro ſe & amicis ſuis viuis ac defunctis piarum orationum & miſſarum ſuffragia humiliter & flexis genibus in capitulis eorum poſtulabat, ita quod ex humilitate ſua perſonæ religioſæ frequenter ad lachrymas mouebantur.

De honore quem Ludouicus Rex dixit ſibi factum apud Poiſſiacum; & modo ipſius tangendi infirmitates ſodellarum.

INSVPER ad laudem deuotionis fidei ipſius pertinet, quod cum vna vice eſſet apud Poiſſiacum caſtrum quibuſdam familiaribus ſuis gaudens & glorians dixit, quod maius bonũ & digniorem honorem quem vnquam habuerit in hoc mundo, fecerat ſibi ſemel Dominus in caſtro illo prædicto. Mirantibus qui aderant de quo honore hoc diceret, cum de ciuitate Remenſi, vbi regni coronam & ſacram ſuiceperat vnctionem hoc dixiſſe eum potius æſtimarent, ſubridendo reſpondit, quod in caſtro illo ſacri Baptiſmi gratiam ſuſceperat, quod ſuper omnes honores ſeu dignitates mundanas maius donum & dignitatem incomparabilem reputabat. Vnde etiam cum ſecretas literas alicui familiari mittebat, & ex cauſa aliqua volebat ſupprimere nomen regis, Ludouicum de Poiſſiaco ſiue dominum Poiſſiaci ſe vocabat. In tangendo infirmitates quæ vulgo ſodellæ vocantur, ſuper quibus curandis Franciæ regibus Dominus contulit gratiã ſingularẽ, pius rex modum hunc præter reges

ceteros voluit obſeruare. Cum enim alij reges prædeceſſores ſui tangendo ſolûmodo locum morbi, verba ad hæc appropriata & conſueta proferrent; quæ quidem verba ſancta atque catholica, nec facere conſueuiſſent aliquod ſignum crucis, ipſo ſuper conſuetudinem aliorum hoc addidit, quod dicendo verba ſuper locum morbi ſanctæ crucis ſignaculum imprimebat, vt ſequens curatio virtuti crucis attribueretur potius quam regiæ dignitati. Ceterum circa feruorem ac deuotionem fidei ipſius huiuſmodi plurima poſſent ſcribi. Sed breuitatis cauſa hæc quæ dicta ſunt ſufficiant.

Incidentia: quomodo Carolus Comes Andegauiæ ſubiugauit Marſilienſes.

ANNO Domini M.CCLVII. Carolus comes Andegauiæ frater Ludouici regis Franciæ Marſiliam ſuo dominio ſubiugauit. Veruntamen poſt modicum tempus quidam de maioribus ciuitatis illius ſeditionis principes facti, & ad rebellionẽ minorem populum excitantes, domini ſui Caroli hominibus captis & occiſis quos ad vrbis cuſtodiam poſuerat, arma contra eum iterum parauerunt. Quod intelligens comes Carolus contractis vndecunque copiis armatorum, ad eorum humiliandam ſuperbiam incunctanter eos aggreditur; & eos in vrbe ſua longa obſidione afflictos & ciborum penuria maceratos, tãdem eos ita perdomuit, vt coacti ſuæ voluntati ſe redderent, & ſecundum priſtinam conſuetudinem ſuæ dominationi colla perdomita ſubmiſerunt. Et ne tanta præſumptio remaneret impunita, & rebellionis fomes ſub diſſimulationis velamine vlterius pullularet, omnes ſeditionis illius principes, per quorum ſuggeſtionem contra eum minores eiuſdem ciuitatis arma præſumpſerant, in communi ſpectaculo fecit ſecundum rigorem iuſtitiæ decollari. Terram etiam Bonifacij domini de Caſtellame in Prouincia, qui Marſilienſes iuuabat, & caſtella eius in deditione accepit, & eũ à finibus Prouinciæ fugere cõpulit. In quo facto ſe ſuis hoſtibus mirabiliter formidabilem reddidit, & fama celeberrimum per exteras nationes. Eodem anno iterum electus eſt in Senatorem, Branchaleo, qui cum difficultate eo quod ab Eccleſia ſibi pararentur inſidiæ, Romam veniſſent, turres vrbis deiiciens, præter turrim comitum Neopolionis, plures nobiles fauentes Eccleſiæ captiuauit. Hic vero in obſidione correpti infirmitate correctus, Romam ſe fecit deferri, & ibi vitam finiuit. Poſt quem creatus eſt ſenator dominus caſtellanus auunculus eius. Anno Domini M.CCLVIII. dominus Henricus de Lucebourg tenuit obſeſſum caſtrum Namurſię villa iuuante eundem imperatrice Conſtantinopolitana ſolum ſuperius fortalicium obtinente & defendente, non tamen ibidem incluſa. Ad cuius auxilium comitiſſa Flandriæ & comes Augi & alij fratres imperatricis cum multis Francorum militibus venientes parum profecerunt. Eodem anno defecerunt viri venerandæ memoriæ Guillermus de Buſſiis Aurelianenſis & Guillermus Rolandi Cenomanẽſis Epiſcopi. Quibus ſucceſſerunt in Eccleſia Aurelianenſi Robertus de Cultimano decanus Carnotenſis, & Gaufridus dictus Freilous archidiaconus Turonenſis trans Ligerim apud Cenomãnum. Item eodem anno tanta fuit inundatio pluuiarum in pleriſque locis, quod ſegetes in campis & granchiis germinauerunt, & racemi in vineis ad debitam maturitatem peruenire non potuerunt. Propter quod vina noua adeo fuerunt viridia, quod cum remorſu & vultus impatientia videbantur.

De pace facta inter Henricum Regem Angliæ & Ludouicum Regem Franciæ, pro terra Normanniæ.

ANNO Domini M.CCLIX. venit in Franciam Henricus rex Angliæ cum Rogero comite Gloceſtriæ & multis ſui regni principibus ac nobilibus. Quem rex Franciæ Ludouicus honorifice ſuſcipiens Pariſiis in proprio fecit palatio hoſpitari, ipſum ſuoſque per plures dies electis vinis & ferculis ac largis muneribus honorando. Poſtmodum vero dictus rex Angliæ beatum Dionyſium viſitare cupiens receſſit Pariſiis, & ad Eccleſiam beati Dionyſij venit cum magna deuotione & reuerentia: vbi à conuentu ipſius loci in cappis ſericis reueſtito cum honore ſuſceptus per menſem & amplius reſidentiã faciens, conuentui cappam auream & cypbũ magni ponderis

ponderis contulit, & antequam inde diſcederet filiam ſuam fecit Iohanni filio Iohannis comitis Britanniæ deſponſari. Ludouicus igitur rex Franciæ ipſum ibidem pluries viſitans, quia remorſum conſcientiæ ſentiebat pro terra Normanniæ & aliis terris quas Philippus rex Franciæ auus ſuus Iohanni regis Angliæ patri iſtius Henrici regis de quo agimus iure & iudicio ſuorum Parium abſtulerat: pacem cum ipſo quotidie facere ſatagebat, quę tandem facta eſt in modum qui ſequitur. Nam Henricus rex Angliæ de expreſſa voluntate fratris ſui Richardi regis Alemanniæ & principum ac prælatorum Angliæ conſilio quitauit in perpetuum regibus Franciæ quicquid iuris requirebat in ducatu Normanniæ & comitatibus Andegauiæ, Cenomaniæ, Pictauiæ, Turoniæ ac eorum feodis. Rex vero Franciæ dedit ei magnam ſummam pecuniæ, cum quadam terra quæ Petragoticum nominatur, verſus partes Gaſconiæ ſituata, tali conditione, quod cum terra illa totam Gaſconiam de cetero à regibus Franciæ teneret in feodum, & inde homagium faciens in numero baronum Franciæ aſcriberetur, & tanquam dux Aquitaniæ eſſet de cetero vnus de Paribus Franciæ appellatus. Quod homagium præſentibus prælatis, principibus totius regni quamplurimis fecit Henricus rex cum iuramento pro Burdegala, Baiona, & terra Gaſconiæ, ac pro ceteris quæ in Lemouicenſi, Petragoricenſi, Agenenſi & Xantonenſi epiſcopatibus ex dono regis Franciæ poſſidebat. Quo peracto antequam rex Angliæ ab Eccleſia beati Dionyſij recederet, contigit Ludouicum regis Franciæ Ludouici primogenitum Pariſijs obiiſſe. Cuius corpus in Abbatia Regalis montis patris imperio ſepulturæ dandum, prima nocte ad Eccleſiam beati Dionyſij delatum, monachis in decantatione pſalmorum vſque mane vigilantibus cuſtoditur: in craſtino vero rex Angliæ Henricus & nobiliores barones Franciæ & Anglię corpus defuncti aſſumentes aliquantulam partem itineris propriis humeris portauerunt. Peractis ac celebratis, vt regalem puerum decuit, defunctorum obſequiis, rex Angliæ & ſui nobiles regis honorati muneribus ad propria remearũt. Eodem tempore Manfredus princeps Tarentinus filius Frederici Imperatoris in Cõcilio Lugdunenſi, ſicut ſuperius dictum eſt, damnati ex quadam cõcubina ſub quadam Corradini nati Corradi fratris ſui defuncti ſimulata protectione tutatoria, ad quædam caſtra & ciuitates regni Siciliæ manus occupatrices extendit, & tãdem dicti Corradini nepotis ſui morte conficta in regem Siciliæ contra mandatum Eccleſiæ Romanæ coronari ſe fecit, propter quod & alios ſuos actus nefarios & graues offenſas, quas nimis lõgum eſſet hic enarrare, Alexander Papa IIII. ipſum ex cauſis variis excommunicationis vinculo innodatum principatu Tarentino & aliis dignitatibus ab honoribus quibuſcunq; tanquam rebellem & hoſtem Eccleſiæ Romanæ ſuorumq; iurium inuaſorem, occupatorem & detentorem ſacrilegũ, & tanquam ſociatum nefando fœdere Sarracenis, eorum complicem, ductorem & protectorem publicum auctoritate Apoſtolica priuauit.

Incidentia. Anno Domini M. CC LX. Dominica in Paſſione congregauit rex Francię Ludouicus Pariſiis Concilium Epiſcoporum & principũ regni ſui, eo quod dominus Papa ſcripſiſſet ei Tartaros in tranſmarinis partibus irruiſſe, Sarracenos viciſſe, Armeniam, Antiochiam, Tripolim & Damaſcum, Alapiam & terras illas ſubiugaſſe, & tam Acconi ciuitati, quam toti Chriſtianitati periculum imminere. Vnde ordinatum fuit de orationibus multiplicandis, proceſſionibus faciendis, & blaſphemiis in Deum puniendis, peccatis & ſuperfluitatibus cibariorũ ac veſtium reprimendis. Inhibita etiam fuerunt vſque ad biennium torneamenta, & iniunctũ eſt, quod non luderetur aliis ludis, niſi quod homines ſe exercerẽt in arcubus & baliſtis. Eodem anno Florentini congregato exercitu, vt Senenſem vrbẽ deſtruerent, à militibus Manfredi & comite Iordano, qui ciuitatem Manfredo traditam defendebant, capti & deuicti ſunt, ac ciuitas ipſorum Florentia capta & quamplurimum deſtructa, ſubiectaque dominatui Senenſium & Manfredi. Eodem anno circa feſtum Epiphaniæ Philippus Bituricenſis Archiepiſcopus beato fine quieuit, cuius ſanctitatem poſt mortem Dominus diuerſis ſignis & miraculis declarauit. Succeſſit autem eidem Iohannes de Solliaco decanus Bituricẽſis, vir nobilis & ſpectabili genere. Anno Domini M. CC LXI. in feſto S. Vrbani Papæ, obiit apud Viterbiũ Ale-

xander Papa V. cui ſucceſſit Vrbanus IIII. natione Gallicus de ciuitate Trecenſi ex patriarcha Hieroſolymitano. Eodem anno Græci recuperauerunt Conſtātinopolim, fauentibus eis Ianuenſibus in odium Venetiarū. Anno Domini M.CCLXII. Ludouicus rex Franciæ congregata circa Pentecoſten omni fere nobilitate regni ſui apud Claromontem in Auernia, Philippo filio ſuo primogenito Yſabellam filiā regis Aragoniæ deſponſauit, & propter illud matrimonium rex Aragonum in ſignū pacis & concordiæ quam intendebat habere de cetero erga regnum Francorum quitauit in perpetuum regibus Franciæ, quicquid in ciuitatibus Carcaſſona Bituris & Amiliano poſſidebat. Rex vero Franciæ quitauit ei viciſſim quicquid in comitatibus Deueſando Ampuriarum, Rocilionis, Barcinoniæ, Cathaloniæ requirebat.

Incidentia de bello quod fuit in Anglia inter Regem Henricum, & Symonem de Monte forti.

ANNO Domini M.CCLXIII. erat in Anglia, non tamen de Anglia, ſed de Francia ducens originem, vir in armis ſtrenuus & armorum peritia callidiſſimus, Symon de Monte forti, Symonis ſenioris de Monte forti comitis viri Chriſtianiſſimi & æque in armis ſtrenuiſſimi filius, qui in expugnando Albigenſium hæreticam prauitatem in obſidione Tholoſæ ciuitatis ictu mangonelli interiit, & ad Dominum tanquam Martyr, vt creditur, tranſmigrauit. Idem vero Symon filius eius comitatum Leuceſtriæ in Anglia poſſidens ſororem regis Angliæ Henrici deſponſauerat, ex qua quinque filios Henricum, Symonem, Richardum, Guidonem & Almaricum ac vnam filiam poſſidebat. Accidit autem in illo tempore quod rex Angliæ barones & prælati vnanimiter conſentirent in quandam conſtitutionem ad vtilitatem reipublicæ, vt dicebant, & illam iuramenti robore firmauerunt. Coactus vero dictus Symon eandem conſtitutionem conſimiliter iuramēto firmare: reſpondit omnibus quod quicquid alij poſtea facerent nullo modo deinceps quod petebant ab ipſo frangeret iuramentum. Cum igitur poſtea rex ipſe, barones & prælati præfatum iuramentum cum dicta conſtitutione vnanimiter irritaſſent & in nihilum reuocaſſent, Symonē ad hoc idem faciendum compellere nitebantur: ſed ipſe, ſicut prædixerat iuramenti dignitatem inuiolabiliter obſeruans, propter hoc inter ipſos diſſenſionis & guerræ materiam miniſtrauit. Nam rex Henricus & Hedoardus eius primogenitus ac maxima pars baronum Angliæ illico cōtra ipſum propter prædictā cauſam exercitum collegerunt. Ipſe vero Symō cum comite Gloceſtriæ qui ſibi tūc tēporis adhærebat & ciuibus Londoniæ ciuitatis occurrens eis ex aduerſo iuxta quandam ciuitatē quæ vocatur Lyans eos viriliter aggrediens diſſipauit. Rex autem Henricus & Hedoardus eius de bello fugiētes, ſe in dictam Abbatiam confeſtim tranſtulerunt. Quos dictus Symon in deditionē poſtea ſuſcipiens, & tanquam dominis ſuis quandam reuerentiam exhibens, eos honorabiliter captiuauit. Quod agnoſcens rex Franciæ Ludouicus, & affectu piiſſimo inter ipſos pacem cōponere cupiens, Symonem comitem ad parlamentū ſuum apud Boloniā ſuper mare conuocauit. Sed ipſum à ſuo propoſito inflexibilem cōſiderans infecto negotio ad propria libere redire permiſit. Qui reuerſus in Angliam cōmuni fretus fauore populi & munitiones occupās, cū comite Gloceſtriæ pactionē & fœdus in inuicem inierunt, ſcilicet vt ambo regni negotia æqualiter pertractarent; populumq; regentes ſtatū Reipub. ad regis & regni cōmodum fideliter cuſtodirent. Sed dum in dandis prædictæ pactionis obſidibus ad inuicem diſſentirent, verbis interiectis tumidis diſcordes ad vltimum diſceſſerunt. Poſtea vero comes Gloceſtriæ contra dictum Symonem comitem dolos in corde cōcipiens, Hedoardum regis primogenitum, qui cum rege patre ſuo in cuſtodia tenebatur, per velocitatem dextrarij, quem eidem Hedoardo ſub alieno nomine latenti malitia tranſmiſit, de priſione dicti comitis Symonis eripuit: & ſic ad inuicem fœderati, congregatis viribus contra ipſum exercitum parauerunt. Quod ignorans Comes Symon interim magnam partem ſuæ militiæ Symoni nato ſuo tradidit, vt diſcurrens per villas & oppida, prædas congregaret. Sed ipſum inſidiis circumuentum Hedoardus cum Comite Gloceſtriæ fere rebus omnibus ſpoliauerunt,

uetunt, eorumque non euaſiſſet vincula, niſi quaſi nudus in vicinum oppidum aufugiſſet. Et tunc tam pudore, quam rerum ablatarum inopia ad patrem redire differens, ipſum eius auxilium præſtolantem inter manus hoſtium cum pauca militia dereliquit. Sentientes igitur Hedoardus & comes Gioceſtriç patrem filij adiutorio deſtitutum, collectis vndecumque viribus eum ſecurius inuaſerunt. Erat enim eorum intentio regem quem adhuc dictus Symon ſecum quaſi captum ducebat, de manibus eius eripere, ipſumque Symonem quaſi mali principem & regni turbatorem, vt dicebant, ac filios eius Henricum & Guidonem vltrici gladio detruncare. Sed Hedoardi ſententia eos captiuari potius quam perimi conſulebat, ſi aliorũ nobilium vnanimitas conſenſiſſet. Quod vbi comes Symon veraciter comperit, cum duobus filiis Henrico & Guidone contra eos ad bellum egreditur, ignorans adhuc incommodum quod acciderat Symoni nato ſuo, cuius aduentum expectabat, & de cuius auxilio ſibi in proximo affuturo totaliter confidebat. Quem poſtquam nec vidit nec ſenſit, per nuncios aduentare cernens hoſtes ſuos ex aduerſo cum copioſo bellatorum numero ad prœlium feruẽtes irrumpere, dixit Henrico filio ſuo, quod reuera eſſet eadem die in illo prœlio moriturus. Tunc patrem filius hortabatur, vt ab hoſtium facie fugiens vitam ſibi reſeruaret, & ipſe cum ſuis in Dei adiutorio belli pericula ſuſtinerent. Abſit à me, pater reſpondit filio, qui in diebus meis iam veteratus ſenui, cuius vitæ curſus finem accelerat, cuius ſanguinis lineam parentela tam nobilis in hoc illuminare noſcitur, quod nunquam bella fugere conſueuit: ſed tu potius ab iſto tam periculoſo certamine declinare debetes, ne pereas in flore & tempore iuuentutis, qui patri tuo eiuſque claro generi in armorum probitate, quod Deus annuat, ſucceſſurus. Ipſis ergo ad inuicem talia prolocutis, neutroque à bello volente diſcedere, concurrunt hinc inde acies: Sed in Symonem comitem totum pondus belli conuertitur, qui antiqua callidus armorum peritia ſe tanquam turris inexpugnabilis defendebat: ſed paucorum militum vallo circundatus hoſtiumque depreſſus multitudine vulneratus occubuit, ſicque innatam militiam multis claram operibus fine laudabili terminauit. Ex alia igitur parte Henricus filius eius quaſi furibundus pro morte patris hoſtium incurſus ſuſtinens, eos viriliter expugnabat. Sed tantam excircumſtantium hoſtium inter ipſos obrutus capitur, & inter manus aliquorum viuum ipſum reſeruare volentium, aliorum nequiſſimis manibus occiditur. Cuius mors, vt dicebatur, Hedoardum non minimum moleſtauit. Guidonem vero è fratribus iuniorem inter lapſos quaſi mortuum proſternentes poſtea collegerunt. Qui, Deo dante, in proximo conualeſcens, mortem patris poſtea in aliquos hoſtium ſitorum vindicauit. Hoſtes autem tanta rabie & tam iniquo odio in comitem Symonem exarſerunt, quod eo non contenti, quia ipſum in terram mortuum proſtrauerant, multis perfoſſum vulneribus: ſed in cumulum ſui dedecoris amputatis eidem virilibus, & membratim laceratum acephalum reddiderunt. Cuius corpus monachi cuiuſdã Abbatiæ quę vocatur Euecent, iuxta quam prœlium commiſſum eſt, colligentes in ſuam Eccleſiam ſepeliendum tranſtulerunt. Ad cuius tumulum, vt affirmant indigenæ, multi languentium ſanitatis gratiam conſecuti, Chriſtum approbant eius martyriũ acceptaſſe. Eodem tempore Carolus comes Andegauiæ & Prouinciæ frater Ludouici regis Franciæ electus in Senatorem Romanum ad vitam.

Quomodo regnum Siciliæ oblatum fuit Carolo Comiti Andegauenſi.

ANNO Domini M.CCLXIIII. Vrbanus Papa nequitiam Manfredi tyranni terminare deſiderans, tanquam ad ſuæ defenſionis dexteram recurrit ad Franciã, & per Symonem S. Ceciliæ presbyterum Cardinalem Carolo comiti Andegauenſi fratri regis Franciæ Ludouici regnum Siciliæ, ducatum Apuliæ, & Capuæ principatum miſit ſibi & hæredibus ſuis vſq; ad quartum hæredem poſſidendum, ſi cõtra Manfredum tyrannum inſurgeret, & S. Eccleſiam ab eius inuaſione cuſtodiret. Vſurpauerat enim ille tyrannus, ſicut ſuperius dictum eſt, regnum Siciliæ contra nepotem ſuum Corradinum, & terram Apuliæ, Calabriæ & Campaniç, ac totum beati Petri patrimonium vi & poteſtate ſibi vendicans, illis in partibus occupauerat, &

eccleſiis ſibi ſubiectis multa grauia inferebat. Mox igitur idem Carolus donum oblatum lætus ſuſcipiens, & tanquam filius obedientiæ mandatis Apoſtolicis obediēs, contra dictum tyrannum arma corripuit, & vndecunq; potuit expeditionis ſuę materiā præparauit. Sed Manfredus interea tanquā ſibi conſcius metuens ne de Franciæ finibus egrederentur arietes, qui ſuis cornibus ipſum diſcuterent in ruinā maiorem partē ciuitatum Italiæ donis & promiſſionibus ac alio modo cōfœderationis ita ſibi aſtrinxit, quod eum regem & dominū acclamantes parere ſibi promptiſſime videbantur. Et propter hoc ibidem quendam ſuum vicariū moribus ſibi conſimilē Poileuoiſin dictum cum copiis armatorum conſtituit, vt vrbes ſibi cōfœderatas ab incurſibus hoſtium cuſtodiret, & exploratores, de quibus metuebat, ac omnes nūcios ad ſedem Romanæ Eccleſiæ venientes ſecundū nominis ſui interpretationem ſpoliaret. Sed electus ad regnum Siciliæ Carolus ad euacuandū ſuæ machinationis effectum miſit Philippum de Monte forti audacē militem & in armis probiſſimū, cum ſufficienti numero armatorum, vt viam Romipedarum, quam idē Poileuoiſinus obſtruxerat, expędiret, & eum cum ſuis viribus expugnaret. Qui cum adiutorio cuiuſdam nobilis viri & potentis Marchiſij de Monte ferrato & ciuium Mediolanenſium, qui partem Eccleſiæ fouebāt, & omne genus antiqui Frederici, eo quod eos olim deſtruxerat, & tres Magos Coloniæ abſtulerat, iniquo odio proſequebantur, eos viriliter debellauit, & negotium pro quo miſſus fuerat, cum adiutorio Dei ſatis laudabiliter expediuit. Eodē anno circa feſtū S. Remigij Vrbanus Papa obiit, & apud Peruſiū eſt ſepultus. Cui ſucceſſit Guido Sabinenſis Epiſcopus, Clemenſq; huius nominis quartus eſt vocatus. Hic vxorem & liberos habens, poſtea fuit famoſus aduocatus & regis Franciæ cōſiliarius. Demum mortua vxore, propter vitam & ſcientiā eius laudabilem Podienſis Epiſcopus effectus, & poſt Narbonenſis Archiepiſcopus, & demum Sabinēſis Epiſcopus creatus, miſſus à Papa Vrbano in Angliam legatus fuit. De quo itinere reuertens in Papam electus eſt. Qui poſtea ieiuniis & vigiliis & orationibus intentus, multas tribulationes, quas ſuo tempore Eccleſia ſuſtinebat, Deus ſuis meritis creditur extinxiſſe.

Quomodo comes Andegauiæ frater Ludouici Regis Franciæ venit Romam & inunctus eſt in Regem Siciliæ.

ANNO Domini M. CCLXV. Carolus comes Andegauiæ tempore Paſchali ex inſperato mouens de portu Marſiliç ciuitatis ſuæ per maris pericula & hoſtium ſuorum inſidias, cum paucis Romæ nauigio eſt tranſuectus. Manfredus enim qui iam de prouincia ſua rumores de ipſo audierat, præcurſores ſuos, armatas galeas ad ipſum capiendum, ſi tranſire per mare contingeret, in inſidiis parauerat. Pauebat nimiū regem natum per quem amitteret regni iura. Sed Rex regum Dominus Ieſus ſuum regem mox futurum ſanctæ matris Eccleſiæ defenſorem, non ſine magno periculo quaſi miraculo palam nauigantem, nec à recto maris tramite propter metum hoſtium diuertentem, per medios hoſtes, vt diximus, vſque Romam permiſit pacifice transfretare. Quod videntes Romani & etiam omnes qui ſui mirabilis tranſitus modum audierunt, mirabantur dicentes: Quis putas iſte erit, quem maris pericula nec hoſtium terrent inſidiæ? Etenim manus Domini erit cum illo. Tunc vero à Clemente Romano Pontifice, qui Vrbano ſucceſſerat, & à toto Romano populo cum honore & magno deſiderio ſuſcipitur vrbis Romæ ſenatoriam Papa procurante ciuibuſque gratanter conſentientibus, obtinuit, in breui vnctione ſacra linitus à ſummo Pontifice, Viuat rex, viuat rex, populo acclamante, ad titulum regni Siciliæ eſt regali diademate coronatus. Veruntamen poſtquam coronatus in regem extitit, ſtatim caſtra mouere non potuit, cum non haberet copias armatorum quibus poſſet cum hoſte tam potenti in campo confligere, nec inter latentes inſidias hoſtiū irruere. Igitur oportuit expectare militiā quæ collecta de Francia, iam fines Italiæ attingebat. Sed Marchiſione Poileuoiſin cū Cremona & aliis ſibi adhærentibus ad perturbandū eos ſe præparantibus, ipſi ſpē habentes in Domino viriliter accincti, caſtra Cremonæ & Brixiæ ſibi contraria deſtruxerunt, peragratiſque finibus Lombardiæ vſque Romam pacifice perue-

peruenerunt. Maiores autem exercitus erant iſti; videlicet Bocardus Comes Vindocini miles audax & in armis acerrimus: Guido de Bello ioco Antiſſiodorenſis Epiſcopus, vir peritus in armorum negotiis, manu promptus & eminentis militiæ, quæ ſub Epiſcopali velamine regebatur: Philippus & Guido de Monte forti milites optimi & egregii bellatores: Guillermus & Petrus de Bello monte ex parte regis Caroli tanquam exercitus conductores: & Robertus gener regis filius Flandrenſis Comitis, cum gentis ſuæ numero copioſo: qui quia puer erat conductu Gilonis Bruni Fraciȩ Coneſtabularii viri probatæ militiæ regebatur. Eratq; plures alii nobiles & potentes viri, quorũ nomina propter faſtidiũ hic ſub ſilentio reprimũtur.

Quomodo Carolus rex Siciliæ procedens contra exercitum Manfredi, cepit ſanctum Germanum Accalerium.

CAROLVS ergo rex tantis bellatoribus exhilaratus, caſtra ſua de Roma mouens in terram inimicorum ſuorum ingreditur, & omnes munitiones ante ſe capiens, per pontem de Ceperano, vbi erat ingreſſus ad terram laboris & Apuliȩ vſque ad ſanctum Germanum aculearium peruenerunt. Erat enim inter cætera caſtella illius patriæ fortiſſimum, tantaque multitudine armatorum & copia victualium munitum, quod vix crederetur per annos plurimos totius Occidentis viribus expugnari. In illo vero fuit maior pars hoſtilis exercitus ex Sarracenis, Apulis & Alemannis, qui putabant præ cæteris fortitudine ſua confiſi Francis poſſe reſiſtere, iactantes ſe quod ibidem Manfredo redderent Carolum regem victum. Itaque cum regis Caroli exercitus ad dictum caſtrum perueniſſet, caſtraque metati eſſent, garciones & pedites prope caſtri muros acceſſerunt, quos Sarraceni & alii de interiori familia in defenſionibus murorum ſtabant, exercitum intuentes, ſtatim maledicere & quaſi deridere cœperunt: at illi talium iniuriarum impatientes, paſſim eos fundibulis & lapidibus ad prœlium prouocauerunt. Sed dum illi certatim vicem pro vice redderent, clamor ſubitus vtrinque oritur, & dum magis ac magis inualeſceret, tumultu valido exercitus Caroli excitatur. Æſtimantes aliqui, qui longius caſtra poſuerant garniſionem munitionis egreſſam pro foribus exercitum inuaſiſſe. Tunc in armis induendis citiſſimi verſus caſtrum certatim & vndique concurrentes, ac ſi in tanto periculo nihil diſcriminis animaduerterent, oppidanorum impulſionibus, telorum, ſagittarum & lapidum ictibus ſe cum targis & clypeis opponentes, atroci inuaſione inſultum mirabilem & formidabilem reddiderunt. Quod cum cernerent oppidani & nobiliores exercitus Manfredi, qui intus aderant, conatus ſuos irritos fieri, & hoſtes ſuos, tanquam nullum mortis formidantes periculum, nihil tepidius agere, ſed ad expugnationem caſtri ſemper acrius inſæuire, pauore & ſtupore nimio diſſoluti, fuga Francorum exercitui incognita dilabuntur. Interea Bocardus Comes Vindocini cum Iohanne fratre ſuo, aditu patefacto caſtrum primus ingreditur, & vt aper turba canum coarctatus in angulo, nunc ad læuam, nunc ad dextram dente canes dilacerat: ſic ille exerto gladio nimium ſui prodigus fulminat inter hoſtes, qui poſtquam cognouerunt patefactum aditum à Gallicis occupari, & ſequaces Comitis paulatim introire, cœperunt fugere, quærentes latibula, quibus poſſent euadere gladium percuſſoris Interim vexillum Comitis a quodam ſuo ſe ſequace in eminentiori loco deportatum ſignum dedit aliis, qui de foris expugnabant caſtri deditionem, & quod iam Comes introductus loci munitionem occupaſſet. Tunc clamore mirabili virilius inſultum facientes in hoſtes valuas adeunt, aditus occupant, & ſic intus communiter irrumpentes, quoſcunque de hoſtibus reperire potuerunt, in ore gladii peremerunt, caſtrum in deditionem retinentes.

Quomodo rex Carolus perſecutus eſt exercitum Manfredi vſque Beneuentum & ſuos, antequam dimicaret, admonuit:

SIc igitur ſubita & inopinata caſtri deditione peracta, rex Carolus vires recolligens, & exercitu aliquantulum reparato, hoſtes ſuos vt venator aprum inſequitur, qui fuga euadere magis, quam audacia mori vtilius arbitrantes fugiebant;

eccleſiis ſibi ſubiectis multa grauia inferebat. Mox igitur idem Carolus donum oblatum lætus ſuſcipiens, & tanquam filius obedientiæ mandatis Apoſtolicis obediés, contra dictum tyrannnm arma corripuit, & vndecunq; potuit expeditionis ſuę materiā præparauit. Sed Manfredus interea tanquā ſibi conſcius metuens ne de Franciæ finibus egrederentur arietes, qui ſuis cornibus ipſum diſcuterent in ruinā maiorem partē ciuitatum Italiæ donis & promiſſionibus ac alio modo cōfœderationis ita ſibi aſtrinxit, quod eum regem & dominū acclamantes parere ſibi promptiſſime videbantur. Et propter hoc ibidem quendam ſuum vicariū moribus ſibi conſimilē Poileuoiſin dictum cum copiis armatorum conſtituit, vt vrbes ſibi cōfœderatas ab incurſibus hoſtium cuſtodiret, & exploratores, de quibus metuebat, ac omnes nūcios ad ſedem Romanæ Eccleſiæ venientes ſecundū nominis ſui interpretationem ſpoliaret. Sed electus ad regnum Siciliæ Carolus ad euacuandū ſuæ machinationis effectum miſit Philippum de Monte forti audacē militem & in armis probiſſimū, cum ſufficienti nnmero armatorum, vt viam Romipedarum, quam idē Poileuoiſinus obſtruxerat, expędiret, & eum cum ſuis viribus expngnaret. Qui cum adiutorio cuiuſdam nobilis viri & potentis Marchiſij de Monte ferrato & ciuium Mediolanenſium, qui partem Eccleſiæ fouebāt, & omne genus antiqui Frederici, eo quod eos olim deſtruxerat, & tres Magos Coloniæ abſtulerat, iniquo odio proſequebantur, eos viriliter debellauit, & negotium pro quo miſſus fuerat, cum adiutorio Dei ſatis laudabiliter expediuit. Eodē anno circa feſtū S. Remigij Vrbanus Papa obiit, & apud Peruſiū eſt ſepultus. Cui ſucceſſit Guido Sabinenſis Epiſcopus, Clemenſq; huius nominis quartus eſt vocatus. Hic vxorem & liberos habens, poſtea fuit famoſus aduocatus & regis Franciæ cōſiliarius. Demum mortua vxore, propter vitam & ſcientiā eius laudabilem Podienſis Epiſcopus effectus, & poſt Narbonenſis Archiepiſcopus, & demum Sabinēſis Epiſcopus creatus, miſſus à Papa Vrbano in Angliam legatus fuit. De quo itinere reuertens in Papam electus eſt. Qui poſtea ieiuniis & vigiliis & orationibus intentus, multas tribulationes, quas ſuo tempore Eccleſia ſuſtinebat, Deus ſuis meritis creditur extinxiſſe.

Quomodo comes Andegauiæ frater Ludouici Regis Franciæ venit Romam & inunctus eſt in Regem Siciliæ.

ANNO Domini M.CCLXV. Carolus comes Andegauiæ tempore Paſchali ex inſperato mouens de portu Marſilię ciuitatis ſuæ per maris pericula & hoſtium ſuorum inſidias, cum paucis Romæ nauigio eſt tranſuectus. Manfredus enim qui iam de prouincia ſua rumores de ipſo audierat, præcurſores ſuos, armatas galeas ad ipſum capiendum, ſi tranſire per mare contingeret, in inſidiis parauerat. Pauebat nimiū regem natum per quem amitteret regni iura. Sed Rex regum Dominus Ieſus ſuum regem mox futurum ſanctæ matris Eccleſiæ defenſorem, non ſine magno periculo quaſi miraculo palam nauigantem, nec à recto maris tramite propter metum hoſtium diuertentem, per medios hoſtes, vt diximus, vſque Romam permiſit pacifice transfretare. Quod videntes Romani & etiam omnes qui ſui mirabilis tranſitus modum audierunt, mirabantur dicentes: Quis putas iſte erit, quem maris pericula nec hoſtium terrent inſidiæ? Etenim manus Domini erit cum illo. Tunc vero à Clemente Romano Pontifice, qui Vrbano ſucceſſerat, & à toto Romano populo cum honore & magno deſiderio ſuſcipitur vrbis Romæ ſenatoriam Papa procurante ciuibuſque gratanter conſentientibus, obtinuit, in breui vnctione ſacra linitus à ſummo Pontifice, Viuat rex, viuat rex, populo acclamante, ad titulum regni Siciliæ eſt regali diademate coronatus. Veruntamen poſtquam coronatus in regem extitit, ſtatim caſtra mouere non potuit, cum non haberet copias armatorum quibus poſſet cum hoſte tam potenti in campo confligere, nec inter latentes inſidias hoſtiū introire. Igitur oportuit expectare militiā quæ collecta de Francia, iam fines Italiæ attingebat. Sed Marchiſione Poileuoiſin cū Cremona & aliis ſibi adhęrentibus ad perturbandū eos ſe pręparantibus, ipſi ſpē habentes in Domino viriliter accincti, caſtra Cremonæ & Brixiæ ſibi contraria deſtruxerunt, peragratiſque finibus Lombardiæ vſque Romam pacifice perue-

peruenerunt. Maiores autem exercitus erant iſti; videlicet Bocardus Comes Vindocini miles audax & in armis acerrimus: Guido de Bello ioco Antiſſiodorenſis Epiſcopus, vir peritus in armorum negotiis, manu promptus & eminentis militiæ, quæ ſub Epiſcopali velamine regebatur: Philippus & Guido de Monte forti milites optimi & egregii bellatores: Guillermus & Petrus de Bello monte ex parte regis Caroli tanquam exercitus conductores: & Robertus gener regis filius Flandrenſis Comitis, cum gentis ſuæ numero copioſo; qui quia puer erat conductu Gilonis Bruni Fräciç Coneſtabularii viri probatæ militiæ regebatur. Erãtq; plures alii nobiles & potentes viri, quorũ nomina propter faſtidiũ hic ſub ſilentio reprimũtur.

Quomodo Carolus rex Siciliæ procedens contra exercitum Manfredi, cepit ſanctum Germanum Accularium.

CAROLVS ergo rex tantis bellatoribus exhilaratus, caſtra ſua de Roma mouens in terram inimicorum ſuorum ingreditur, & omnes munitiones ante ſe capiens, per pontem de Ceperano, vbi erat ingreſſus ad terram laboris & Apuliç vſque ad ſanctum Germanum acularium peruenerunt. Erat enim inter cætera caſtella illius patriæ fortiſſimum, tantaque multitudine armatorum & copia victualium munitum, quod vix crederetur per annos plurimos totius Occidentis viribus expugnari. In illo vero fuit maior pars hoſtilis exercitus ex Sarracenis, Apulis & Alemannis, qui putabant præ cæteris fortitudine ſua confiſi Francis poſſe reſiſtere, iactantes ſe quod ibidem Manfredo redderent Carolum regem victum. Itaque cum regis Caroli exercitus ad dictum caſtrum perueniſſet, caſtraque metati eſſent, garciones & pedites prope caſtri muros acceſſerunt, quos Sarraceni & alii de interiori familia in defenſionibus murorum ſtabant, exercitum intuentes, ſtatim maledicere & quaſi deridere cœperunt: at illi talium iniuriarum impatientes, paſſim eos fundibulis & lapidibus ad prœlium prouocauerunt. Sed dum illi certatim vicem pro vice redderent, clamor ſubitus vtrinque oritur, & dum magis ac magis inualeſceret, tumultu valido exercitus Caroli excitatur. Æſtimantes aliqui, qui longius caſtra poſuerant garniſionem munitionis egreſſam pro foribus exercitum inuaſiſſe. Tunc in armis induendis citiſſimi verſus caſtrum certatim & vndique concurrentes, ac ſi in tanto periculo nihil diſcriminis animaduerterent, oppidanorum impulſionibus, telorum, ſagittarum & lapidum ictibus ſe cum targis & clypeis opponentes, atroci inuaſione inſultum mirabilem & formidabilem reddiderunt. Quod cum cernerent oppidani & nobiliores exercitus Manfredi, qui intus aderant, conatus ſuos irritos fieri, & hoſtes ſuos, tanquam nullum mortis formidantes periculum, nihil tepidius agere, ſed ad expugnationem caſtri ſemper acrius inſæuire, pauore & ſtupore nimio diſſoluti, fuga Francorum exercitui incognita dilabuntur. Interea Bocardus Comes Vindocini cum Iohanne fratre ſuo, aditu patefacto caſtrum primus ingreditur, & vt aper turba canum coarctatus in angulo, nunc ad læuam, nunc ad dextram dente canes dilacerat: ſic ille exerto gladio nimium ſui prodigus fulminat inter hoſtes, qui poſtquam cognouerunt patefactum aditum a Gallicis occupari, & ſequaces Comitis paulatim introire, cœperunt fugere, quærentes latibula, quibus poſſent euadere gladium percuſſoris. Interim vexillum Comitis a quodam ſuo ſe ſequace in eminentiori loco deportatum ſignum dedit aliis, qui de foris expugnabant caſtri deditionem, & quod iam Comes introductus loci munitionem occupaſſet. Tunc clamore mirabili virilius inſultum facientes in hoſtes valuas adeunt, aditus occupant, & ſic intus communiter irrumpentes, quoſcunque de hoſtibus reperire potuerunt, in ore gladii peremerunt, caſtrum in deditionem retinentes.

Quomodo rex Carolus perſecutus eſt exercitum Manfredi vſque Beneuentum & ſuos, antequam dimicaret, admonuit.

SIc igitur ſubita & inopinata caſtri deditione peracta, rex Carolus vires recolligens, & exercitu aliquantulum reparato, hoſtes ſuos vt venator aprum inſequitur, qui fuga euadere magis, quam audacia mori vtilius arbitrantes fugiebant,

donec ad Manfredum dominum ſuum ſeſe cum magno dedecore collegerunt. Sed cum regem Carolum, & eius exercitum veſtigia ſua feſtinanter inſequi comperiſſent, verſus Beneuentanam prouinciam a facie regis & eius exercitus declinantes præparato itinere tranſierunt, & iuxta ciuitatem Beneuenti in vallis planitie ad bellandum aptiſſima reſtiterunt. Galuanus enim Iordanus, Bartholomæus & quidam alii, qui cum magno dedecore de caſtro ſancti Germani deuicti aufugerant, vt ruborem ſuum, & alicuius notam ſuſpicionis viderentur redimere, Manfredo dederunt conſilium, vt ibi regem Carolum ad prœlium expectarent. Interea vero Carolus longarum ſemper dietarum continuato itinere, per aleſanos & diuerſa locorum diſcrimina eos celeriter inſecutus ab illorum perſecutione non deſtitit; donec ipſos iam ordinatos in acie in præfata vallea montis cacumine frater vidit. Mox maiores exercitus commilitones ſuos aduocans, ne de ſingularitate conſilii poſſet redargui, quid agendum eſſet conſuluit. E quibus aliqui decreuerunt vltius procraſtinari prœlium, hac ratione prætendentes, quod ſi ſtatim contingeret bellum conſerere, cum iam eſſet hora diei quaſi ſexta, equi & homines poſt tantum laborem nullo quietis vel paſtus beneficio recreati, ad conflictum minus idonei redderentur. Alii forte feruentiores ad prœlium, contrarium ſentiebant, dicentes nullo modo debere differri prœlium, ne hoſtes quos habebant præ oculis per cateruas diſpoſitos eos aggrederentur ſpectantes ipſos tepidius agere, & in hoc ſibi geminaret audacia, quia putarent in hoſtes ſua loricata præſentia formidinem incuſſiſſe. Sic ergo diuerſis diuerſa ſentiẽtibus. Gilo bonus Franciæ coneſtabularius vir, vt ſupra retulimus, veteris & approbatæ militiæ, qui Robertum Comitis Flandriæ filium conductu ſuſceperat, hoc dixiſſe refertur, quod quicquid alii agerent, puer ſuus cum hoſte confligeret, ſperando de eius adiutorio cuius erant Eccleſiæ defenſores. Tunc rex eius audito conſilio, cæteris ardentius anhelans ad prœlium, talem ſententiam approbans armari præcepit exercitum, & in tres acies, ſicut hoſtes fecerant, ordinari. Mox tubis clangentibus, vt ad arma proſiliant cunctis ſignum indicitur. Sed vt boni Chriſtiani confeſſione criminum & contritione præhabita, prius loricas fidei induunt, illius adiutorium implorantes, pro cuius Eccleſia decertabant. Armatos igitur & paratos cum hoſte confligere, rex in eorum facie conſtitutus, breui oratione ſic eos alloquitur, dicẽs; O viri commilitones mei, quos Francia protulit inclytos bellatores, qui non pro me, ſed pro cauſa Eccleſiæ decertatis, auctoritate ſancti Petri Apoſtoli, immo Domini noſtri Ieſu Chriſti ab omnibus criminibus abſoluti, aſpicite inimicos noſtros & ſanctæ matris Eccleſiæ contemptores, anathematis percuſſos gladio, quod eſt ſibi perpetuæ mortis initium ex diuerſis nationibus & legibus congregatos: qui quanto magis inter ſe ſententiis & nationibus differunt, tanto debiliores in prœlio & arcto certamine citius diſſoluendi: quorum patres aliquid dignum laude antiquitus egiſſe non recolit humana memoria: qui etiam ſunt tepidi & puſillanimes, ſicut nuper in peracto certamine comprobaſtis: quos etiam ſemel deuictos hactenus fugauiſtis, & in loco tutiſſimo, vbi erat ſibi ſummum refugium, & vbi debuiſſent toti Gallicano populo reſtitiſſe, veſtræ virtutis dextera turpiter ſunt deuicti. Conſideretis itaque nos a tam inclyta Francorum proſapia deriuari, & nomen gentis noſtræ antiquitus cunctis nationibus tam formidabile, quod in exteris populis tanquam orbis malleus habebatur. Omni igitur timore depoſito, ite per imbelles gladio ductore cateruas.

De bello facto ante Beneuentum, & quomodo duæ primæ acies Manfredi deuictæ ſunt.

IGITVR regis oratione completa militibuſque ad prœlium animatis, Guido de Bello ioco Antiſſiodorenſis Epiſcopus, quo nullus in agmine manu promptior ſi prælationis dignitate depoſita cum aliis pugnare liceret, & qui prius a ſummo Pontifice abſoluendi poteſtatem acceperat; gratia benedictionis impertita, omnes ab omnium criminum ſuorum contaminatione abſoluit, talem eis iniungens pœnitentiam, vt in hoſtes ictus eum potenti dextera geminarent. Mox ducibus acierum ſinguliſque militibus, prout moris extitit, ordinatis, Philippus de Monte forti

& maté-

& mareſcallus de Mirepois probi milites & audaces, primæ cohortis ex parte regis Caroli directe capitanei contra primam aciem ex aduerſo diſpoſitam dimicare viribus parauerunt. Phalanx illa ex Teuthonicis conſtructa ſpes & robur Manfredi exercitus ſui denſitate impenetrabilis, primo, quaſi murus, Francorum impetus repulit. Hanc enim prius in hoſtes tranſmiſerant, vt furor Teuthonicus contra Francorum audaciam dimicaret. Philippus igitur de Monte forti & mareſcallus de Mirepois collidentes primo impetu repelluntur; ſed tandem ſparſis paulatim hoſtibus & gladiis aditu reſerato, fuit ibi diu & acriter dimicatum. Rex autem Carolus, qui in parte alia ſtationis in acie ſecunda quam ex puris Franciæ militibus conſtructam ſibi elegerat, tanquam turris inexpugnabilis conſiſtens contra bellum Galuani Comitis Manfredi auunculi ex aduerſo diſpoſitum conflicturus, tubis clangentibus irruendi in hoſtium agmina ſignum dedit. Videns autem Teuthonicorum aciem diu ſperato confligere, erant enim robuſti milites, & quaſi omnes duplici tegmine loricati, in ipſos cum armorum fragore mergitur vehementi. Et cum denſitas armorum, quibus hoſtes erant munitiſſimi ictus Francorum vibratos in aere repelleret, Franci mucronibus gracilibus & acutis ſub humeris ipſorum, vbi inermis patebat aditus, dum leuarent brachia transforantes, per latebras viſcerum gladios ſcapulo tenus immergebant. Sic igitur Teuthonicorum ceruicoſitas Gallicana calliditate perdomita occubuit. Omnes enim in ore gladii periuntur: niſi fortaſſis aliqui, qui fuga vel lapſu aliquo a mortis periculo euaſerunt. Prima itaque acie illorum exinanita, quæ ab hoſtibus fuerat pro muro defenſionis oppoſita, rex ſecundam aggreditur, cui erant capitanei Galuanus & Iordanus Comites, & quidam alii malignitatis principes, quorum conſilio Manfredi nequitia regebatur. Cum vidiſſent ergo illi de ſecunda acie Teuthonicos, in quibus ſpem triumphi poſuerant interemptos, Francoſque indefeſſæ virtutis brachio vt lupos rapidiſſimos famis rabie excitatos ſemper in ſuos acrius inſæuire, ſuorum iam facta ſtrage non minima ſe fugæ beneficio magis quam armorum præſidio defendere parauerunt. Sed circumaſtantium equitum Francorum occurſibus, & a tergo quorundam ſequentium infeſtationibus impediti longe fuga dilabi non potuerunt, ſed tota phalangis huius prius oſtenſa nobilitas aut gladiis detruncata aut mancipata vinculis in nihilum eſt redacta. Comites enim Galuanus, Iordanus & Bartholomæus ibidem capti ſunt.

Quomodo Manfredus fuit interfectus & Beneuentana ciuitas capta.

SIc igitur primis duabus aciebus eorum deletis ſupererat tertia ex Apulis & Sarracenis compoſita; cui Manfredus rex eorum & dominus tanquam ductor capitaneus fuerat conſtitutus, quæ etiam, ſicut hoſtes prius ordinauerant poſtremo pugnatura contra bellum Roberti filii Comitis Flandrenſium & generis regis Caroli fronte ad frontem oppoſitum, conflictum vltimum expectabat. Sed vbi viderunt ſperato deterius quod verebantur accidere, & nullum locum ſpei eſſe, ſed ſummum mortis periculum, laxis habenis & illibato certamine in fugam certiſſimam, qua potuerunt fugere diſperguntur. Sed acies iam dicti Roberti ex Flandrenſibus & Picardis aggregata hoſtium fugam occurſu celerrimo reprimens, eos ſtrage non minima deleuerunt. Interea Franci dum quoſdam qui mortis periculum tentabant euadere verſus ciuitatem Beneuentanam inſequuntur nullo defenſionis obſtante repagulo vrbem cum fugientibus introgreſſi, eam captam abſque ſuorum expenſa ſanguinis in regis Caroli dominium redegerunt. Sic itaq; virtutis cœleſtis auxilio & Francorũ dextera triumphali, deletis hoſtium copiis & maioribus principibus Manfredi captis & redactis in vinculis materia prœliandi Francis deficiens, quietẽ eis tribuit, & iam ceſſante ruina cadauerũ cruore ſaturad loculum redit enſis. Frãcis vero campum certaminis mane circumquaq; currentibus de Manfredo frequens a pluribus quæſtio mouebatur. Cũctis enim erat in ambiguũ vtrũ fuga lapſus equi velocitate cum cęteris fugientibus euaſiſſet, aut interẽptus gladius propter indifferentiã & proteruitatẽ percuſſoris incognitus in prœlio cecidiſſet. Quæſitus ad vltimũ inter mortuorũ cadauera reperitur, & a detentus in

vinculis, qui lateri eius, dum viueret, familiarius adhærebant, ſignis certiſſimis eſt agnitus. Et mirandum certe, quod tanti viri necis auctor fuit incognitus: nam de toto regis exercitu non fuit aliquis qui pro certo diceret, interfeci. Et hoc pro cauſa fortaſſis extitit, quod alienorum armorum ſignaculis ne cognoſceretur pro principe, propriis omiſſis fuerat altercatus. Sed quoniam licet qualicunque fulſerat regia maieſtate, rex Carolus innatæ liberalitatis non immemor, ne eius cadauer cũ cæteris beſtiis & auibus exponeretur, prope vrbem Beneuenti, iuxta viam publicam ſub aceruo lapidum voluit ſepeliri. Alios autem malignitatis principes, quos bellica ſors iure belli ſibi captiuos tribuerat, ad diuerſa loca vinculis & carceribus mancipandos pro libito deſtinauit. Sed breuis temporis elapſo ſpatio, non ſolum eis qui ſecundum leges pœnam mortis debuerant incurriſſe, miſericorditer vitam donauit, ſed a vinculis & carceribus abſolutos ſibi benigne eos, ſi fieri poſſet, reconciliari deſiderans, ſuis terris & facultatibus reſtituit impunitos: quod fuiſſet ſibi ſalubrius eos tradi lictoribus vltrici gladio feriendos: nam poſtea in factis ſuis teſtimonium perhibentes veridicæ Scripturæ dicentis; Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam facere, rebellionis ſtimulis excitati, nouos hoſtes ſibi ſuis machinationibus generantes, in eum acrius, quàm primo fecerant poſtea exarſerunt. Poſt paucos etiam dies vxore Manfredi cum liberis & ſorore Carolo regi redditis, ciuitas Leutheriæ Sarracenorum venit in deditionem; & ſic ſiluit terra in conſpectu eius.

Incidentia de Henrico ſenatore, & quomodo Ludouicus Franciæ rex fecit Philippum filium ſuum nouum militem.

ANNO Domini M.CC.LXVI. Henricus frater regis Hiſpaniæ, & conſanguineus Caroli regis Siciliæ vir in rebus bellicis potens & nimium callidus, ſed ſceleratiſſimus, & in fidei catholicæ cultu non diligens perſecutor; offenſo fratre ſuo rege Hiſpanorum eum diu latuiſſet apud regem Tunarum, audito quod Carolus Manfredum viciſſet & dominaretur in Apulia, venit ad ipſum. Erant enim in comitatu ipſius multi probi & electi milites ex Hiſpania. Quem rex Carolus gratulanter ſuſcipiens, eo quod de ſanguine eius eſſet, & iure militari potens & ſtrenuus, multum honorauit. Et quia intentus erat regimini & cuſtodiæ terræ illius, quam de nouo acquiſierat, ſi fieri poſſet, in pace conſeruanda, dictum Henricum amplius honorare volens ei vrbis Romæ ſenatoriam loco ſui regendam commiſit: ex quo facto damnum & grauamen non modicum poſtea reportauit. Anno ſequenti, ſcilicet anno Domini M.CC.LXVII. in Pentecoſte prælatis & baronibus fere totius regni Frãciæ Pariſius congregatis, Ludouicus rex Francię videns filium ſuum primogenitum Philippum iuuenem fortem & probiſſimum, atque Robertum nepotem ſuum filium Roberti fratris ſui Attrebatenſis Comitis quondam apud Maſſoram interfecti eos cum pluribus aliis milites nouos fecit; vbi tanta fuit lætitiæ ſolemnitas, quod populus ciuitatis Pariſienſis ab omni opere vacans, ſolummodo lætitiæ & exultationi intentus per octo dies & amplius ciuitate per totum cortinis pannorum varii coloris & ornamentis pretioſis mirabiliter palliata ſolemnitatem protenderent. Anno itaque ſubſequenti, qui fuit ab incarnatione Domini milleſimus ducenteſimus ſexageſimus octauus; Yſabellis filia regis Arragoniæ, vxor iam dicti Philippi Ludouici regis Franciæ primogeniti peperit filium, quem nomine patris ſui Philippi Philippum vocauerunt.

Quomodo Corradinus & Henricus frater regis Hiſpaniæ collegerunt exercitum contra Carolum Siciliæ regem.

ANNO vero poſterius annotato quidam malignitatis principes de terra Apuliæ & Calabriæ, quibus Carolus rex Siciliç vitam donauerat, vt ſupra retulimus, ingratitudinis vitium incurrentes, alios ſibi vita & moribus conſimiles, quos ſperabant in facinus inuolui de facili clandeſtinis machinationibus adeunt, & eos tam vanis promiſſionibus, quam ſpe fruendi victoria in conſpirationem Caroli regis Siciliæ aſtrinxerunt. Ex quibus Henricus frater regis Hiſpaniæ maximus extitit, qui tunc temporis, modo quo diximus, vrbis Romæ regebat ſenatoriæ præfecturam.

Et vt

Et vt ſuam peruerſitatem ſub quodam iuris colore obumbrarent, & vt principem malignitatis ſuæ iure hæreditario regni Siciliæ habere viderentur, Corrardinum filium Corrardi ex filia Ducis Bauariæ, qui quantum potuit ipſe Dux eidem Corratdino adiutorium præſtitit ſuper ſe principem ſtatuentes ex Alemannia & Sicilia, quæ nondum regi Carolo reddita fuerat, & ex Hiſpanis, quos dictus Henricus ſecum adduxerat magnum exercitum & validum collegerunt. Rex autem Carolus machinationis eorum inſcius, vrbem Leutheriæ Sarracenorum, qui eum poſt primam deditionem ſuam offenderant, tunc temporis obſidebat. Conſiderantes igitur hoſtes ſui ipſum circa præfatam obſidionem occupatum, & inuaſionis ſuæ nullum adhuc præſtigium cognouiſſe, in parte alia verſus Siciliam turmis diſpoſitis cum ingenti fremitu vt regem Carolum & ſuos Francigenas melius debellarent, terram Apuliæ peruaſerunt. Quod vt rex comperit, caſtris remotis & ciuitatis Leutheriæ obſidione relicta, vndecunque collecto maiori exercitu quam habebat, cōtra hoſtes intrepide iter arripuit. Vix enim portionē requiei militibus ſuis & equis deputans in tantum continuauit laborem itineris, donec circa horam crepuſculi prope intimicoria inimicorum tentoria, ſegregante eos tantum patui fluminis alueo, caſtra fixit. Noctis igitur fugientibus tenebris in ortu luciferi, & Olympo fulgentibus Solis radiis vallium nebulas profugando ſeſe plane cognouerunt alterutrum vterque exercitus, cum niſi paruo, vt diximus, diſtarent interuallo. Hoſtes vero ſtupore percuſſi mirabantur regem, cum ipſum longius adeſſe crederent, prope ipſorum tentoria tam audacter tamque celeriter aduolaſſe. Proponentes autem ſtatim confligere, ſuos armari præcipiunt, agmina diuidunt, duceſque deputant per campi planitiem diſpoſitis per ordinem aciebus. Quibus ex more ordinatis, Henricus frater regis Hiſpaniæ primæ phalangis vexillum accipiens, cum Hiſpanis ſuis de caſtris primus egreditur contra primam Francorum exercitus aciem conflicturus. Rex igitur & eius milites longo tractu itineris fatigati, apparatum hoſtilis exercitus ignorantes, non putabant eos velle tam cito congredi, ſed in papilionibus quieſcentes adhuc inermes mandatum ſui principis expectabant. Iacebat enim tunc in papilione requiei & ſoporis aliquantulum ſuauitate detentus, non quaſi hoſtium timore perterritus, ſed magnanimi cordis conſtantia quaſi de victoria iam ſecurus. O virum ineffabilem, nec labore victum, nec bello vincendum! qui nec tunc hoſtes timuit, nec prœlia recuſauit. O vera conſtantia Iudæ Machabæo & Alexandro Magno regi Macedonum comparanda: qui ex improuiſo collecto vndecunque pauco milite, vtpote tanto neceſſitatis articulo furorem Teuthonicum non timuit, nec tot ferociſſimorum hoſtium millia non horruit inuaſiſſe. Sed quod maioris virtutis animi indiciū infallibile dignoſcitur, quia omni ſollicitudine belli depoſita tali hora quieti membra laxauerat, cum ſentiret ſtatim cum tāto periculo contra tot hoſtium agmina confligendū. Animaduertentibus igitur Francis hoſtiū ſuorum armatas acies & paratas ad prœlium, repentino clamore excitantes exercitum ad arma proſiliunt, & quā citius potuerūt, vt eis opus erat, gladiis accinguntur. Interea vero rex hoſtium fremitu & ſuorum clamore excitatus armis induitur, & quam citius potuit equum inſiliens, duas tantum acies ex ſuis ordinauit. In prima autem ſuorum acie prouinciales ſuos ponens, quos hactenus bonos habuerat in rebus bellicis adiutores: ad ſupplemētum legionis illius Cāpanos Lombardos & alios quotquot habuit barbaræ nationis voluit adhiberi. Treſque duces Francigenas illi bello conſtituit, Hēricum de Cuſanciis, qui in illa die regis arma induerat, militem tutiſſimum & audacem; duoſq; alios Iohannem de Clariaco, & Guillermum de Leſtendart, milites inclytos & manu promptiſſimos: de quorum fidelitate & audacia non dubitans, illi Henrico ſignifero in phalangis regimine ſociauit. In ſecunda vero ſeipſum ducem conſtituens, omneſq; Francigenas per quorum virtutem tutiſſimus cōfidenter agebat, ſibi retinuit: quorum illa die fretus auxilio in Dei adiutorio triumphauit. Erardus autem de Valerico, vir famoſus in militia, & quidam alii, a via Hieroſolymitana tunc temporis per partes Apuliæ reuertentes, tanquam Angeli à Deo miſſi affuerunt in illo prœlio, & illa die regis hoſtes tam fortiter oppugnarunt, quod triūphantis dexteræ meritis laudes ab homine & a Deo præmia mererentur.

De prima acie Caroli deuicta, & quomodo ipſe in ſecunda acie conſtitutus ſuccurrens ſuis, deuicit Corrardinum, & fugere compulit.

REBVS itaque bellicis paruo temporis ſpatio diſpoſitis proceſſerunt ad prœlium primæ phalangis milites contra Henricum regis Hiſpaniæ fratrem, qui cum turma copioſa & valida eis in occurſum veniebat; ſed de plano propter parui fluminis alueum non poterant commiſceri. Et quoniam Franci vlterius tranſire non poterant, nec hoſtes manutentim oppugnare, citra flumen ſtetere paululum iuxta quendam pontem ligneum ſuper littus occurſantium hoſtium impetum expectantes, qui cum magno fremitu & apparatu bellico eis obuiam veniebant, quaſi per pontem continuo tranſituri. Hoſtibus igitur vltra flumen in capite pontis & circiter adunatis, totoque conamine per pontem ad noſtros irrumpere molientibus, Franci in altero fluminis margine pontis aditum obſeruantes, eos viriliter tam mucronum ictibus, quam lancearum impulſionibus in alueum fluminis impellebant. Cum vidiſſent ergo quod vltra ſic tranſire non valerent, deſcenderunt ad ima fluminis, vbi latex diffuſa latius & riparum vtrinque fractio inuenta, equis vadum tranſeuntibus miniſtrabat. Et dum quidam illorum propter pontis tranſitum contra Francos adhuc confligerent, Francique intenti eſſent pontis & fluminis tranſitum obſeruare, fere totus phalangis illius numerus per prædictum vadum vltra pertranſiens, greſſu retrogrado Francos ſupra ripam fluminis aſſiſtentes, & quæ ad eos per vadum tranſiſſent penitus ignorantes, & prouidos a tergo cum magnis clamoribus inuaſere. Videntes itaque ſe ex vtroque latere cingi & taliter ab hoſtibus circumueniri. Itaque ad ſuos reuerti non poterant. Corrardinus cum ſuis ad ſe per dictum vadum tranſmeare pauore nimio diſſoluti prouinciales & barbaræ nationes, quæ in illa acie erant, in fugam conuertuntur, & vt montes ſuam fugam reciperent totis viribus attentare. Pauci vero Francigenæ, qui in illo agmine erant aliis in bello pro capitaneis deputati, fugæ damnantes opprobrium, fronte ad frontem contra hoſtes oppoſiti, tantæ multitudinis ſuſtinentes impetum aliquantulum virtute mirabili reſtiterunt: ſed eorum ſignifer Henricus de Cuſanciis, de quo præmiſimus, præſentiam regis armorum inſigniis repræſentans, tandem gladiis hoſtium, licet viriliter reſtiterit, membratim ſub regis imagine detruncatur. Alii vero duo, Ioannes de Clariaco & Guillermus Leſtendart fulmineis ictibus inter hoſtium agmina debacchantes per tela, per gladios, & per denſiſſimos hoſtium cuneos penetrantes, ad regis agmina reuertuntur. Quod videns rex & omnes qui ibi aderant, eorum audaciam & fortitudinem, vt decebat, laudibus meritis attollentes, ipſos illa die pro exemplo magnanimitatis & fortitudinis habuerunt. Henricus autem Hiſpaniæ cum ſuis fugientes inſequens verſus montes, auiditatis prædæ, eo quod videret eos fugere, ſtimulis agitatus a perſecutione ipſorum non deſtitit, donec eos partim fuga lapſos, partim captos, partim gladiis interemptos, longo tamen certamine terminaret. Rex itaque cernens Campanos, prouinciales Romanos, & alios barbaræ nationis, ex quibus, ſicut dictum eſt, primam ſuam cohortem confecerat, fugientes, aliquantulum turbatus fremuit. Sed magnanimitatis reſumpto ſpiritu, ita Francigenas alloquitur circumſtantes; O viri virtute & fama clariſſimi, a nobili ſtirpe Francorum trahentes originem, ne terreamini ab his, quos noſtros cernitis inſequentes, nec ab iſtis, quos habetis præ oculis; quia licet maiores ſint numero, tamen eos virtute in Dei adiutorio ſuperamus, vtpote triumphantis Eccleſiæ defenſores. Aggrediamur ergo iſtos, quos habemus præ manibus, qui e regione ſtantes nos expectant ad prœlium, ante quam ad nos irrumpere videantur; quos, vt ſpero, de facili per Dei auxilium poterimus expugnare, ſi in eos viriliter irruamus. Sic igitur regis exhortatione finita, audacium creuit audacia, & in turma diſpoſiti in armis ſe colligunt, atque in phalanges hoſtium viriliter impetum facientes totis viribus conflixerunt. Nec incaſſum eorum militia promeruit laudum præconia, cum validam virtutis haberent materiam: erant enim hoſtes ſine comparatione maiores numero curioſitatis ſtudio loricati & totius Alemanniæ fortiſſimi bellatores. Sicque pugna vtrinque conſeritur; hortatiuos ad prœlium clamores ingeminant.

fit mu-

fit mucronum cum galeis frequens colliſio, atq; mortis prænuntii cadentium miſerabiles gemitus, & cætera quæ bellatorem pericula conſequuntur. Paſſim cadunt hoſtes Eccleſiæ, & eorum ſtrages agros inebriat, nec ab eorum cæde Gallicanus ceſſauit gladius, donec furor Teuthonicorum fuit perdomitus, & eorum totus exercitus aut fugæ lapſus præſidio, aut gladiis cecidit interemptus. Corradinus vero cernens ſibi ſummum imminere periculum, inter ſuos primus fuga dilabitur. Sed aliqui de ſuis maioribus, quorum conſilio huiuſmodi conſpirationis factio habebat initium capiuntur, & legum indicio plectendi in vinculis reſeruantur. Hac itaque Dei nutu perpetrata victoria, Franci, regis imperio, non iacentis hoſtis ad prædam rapidi, nullaq; circumquaq; diſperſione diſſoluti in cāpo ſe colligunt, equis deſcendunt, & galeis nudatis capitibus auram leuem & aera pro magna recreatione recipientes, ad futurum certamen ſe præparant, cum ſentirent adhuc cum Henrico fratre regis Hiſpaniæ & maiore parte hoſtilis exercitus, qui fugientes de prima ipſorum acie inuaſerant, prœlium iterari.

Quomodo acies Henrici fratris regis Hiſpaniæ deuicta fuit a Carolo & gente Francorum, & ipſe Henricus de prælio fugiens captus fuit, & Carolo redditus.

NEC mota Henricus a fugientium perſecutione reuertens, ſuoſq; recolligens ſedit in montis cuiuſdam cacumine: qui ſuorum ſtragē conſiderans, regemq; in medio ſuorum agmine vexillis erectis vt turrem munitiſſimam conſiſtentem, ait ſuis; O viri fortiſſimi, per omnia victores efficimur: nos etenim & noſtri qui cum ſuis in hac valle hoſtibus conflicturi remanſerant, quos adhuc in equis in campo victores videtis conſiſtere, regem & ſuos Francigenas occiderunt, quorum cadaueribus ſuperficiem terræ cernitis operiri. Putabat enim ſecundum ſui cordis deſiderium longe adhuc a Francis poſitus, quod ſui regem, propter Hēricum de Cuſantiis, qui in armis regalibus indutis occiſus fuerat, & ſuum exercitum proſtrauiſſent. Henricus ergo & ſui de montis faſtigio cum magno tripudio deſcendētes & ad regis tentoria propius accedentes, regis & ſuorum vexillis & armis cognitis, ſuos eſſe victos compererunt, quos prius victores putauerant, & de ſuis hoſtibus totaliter econuerſo. Tunc eorum cithara in luctum conuerſa eſt, & gaudium ipſorum in mœrorem: ſed ſui principis excitatione reſumunt animos & per caſtra Francorum, quæ quaſi vacua ab hominibus remanſerant, cum magno impetu peruenientes, garcionum & peditum qui ibi aderant plurimos occidentes, vinum quod magiſtris ſuis ſeruauerant, biberunt, & de caſtris protinus exeuntes & in vnum ſe iunctim & fortiter colligentes contra regem cunctis de more diſpoſitis occurrit in prœlium eorum terribilis acies ordinata. Nec Francorum frāgitur animus cum ſuæ paucitati bacchantium hoſtium tanta numeroſitas occurriſſet; & quamuis in prœlio iam peracto cum ingenti diſcrimine tot hoſtium millia detruncaſſent, aliquantulum interim pauſatione recreati, mox vt hoſtes viderunt accedere galeatis capitibus in equos proſiliunt, & in locum vbi prius pugnauerant ſe reſtringunt, exertiſq; gladiis hoſtes ſuos, qui conſertiſſimi & ſagaciter ad prœlium veniebant, audaciter expectantes. Tunc dominus Erardus de Valeriaco regis adhærens lateri, vir expertus in rebus bellicis, cum vidiſſet hoſtes ita prudenter ordinatos in acie, dixit regi; Domine mi rex iſti prudenter vadunt ad prœlium, & ita iunctim & conſerti in agmine, quod a nobis impenetrabiles æſtimantur: agendum eſt igitur aliquo calliditatis ingenio, vt aliquantulum diſperſi noſtris ad agminis illorum intima pateat aditus, ita vt manutentim cum eis valeant extenſo brachio prœliari. Rex itaque huiuſmodi laudans cōſilium, dixit ei; Ite, & de noſtris, quos vobis placet, eligite, & modo quo poteritis agite, vt eorum acies denſiſſima diſſoluatur. Tunc Erardus cum triginta vel circiter electis militibus a regis agmine ſequeſtratus, non quaſi vellet cum hoſte congredi, ſed potius fugam diſſimulans, verſus partes accelerat, vbi fuga ſibi tutior apparebat. Statim hoſtes rati eos fugam arripere, altiſonis vocibus clamantes, Fugiunt, ad eos inſequendum certatim ſe præparant & in breui ſpatio diſſoluti Francis ſe penetrabiles præbuerunt. Tunc rex mouens cum acie in eos mergitur, & Erardus & ſui

milites flexis loris ad eos reuertentes, ipſos a latere cum magnis clamoribus inuadunt, & in eos impetu validiſſimo proruperunt. Aciebus itaque concurrentibus diſcrimen periculoſum conſeritur: veruntamen hoſtes erant tanta armorum denſitate induti, quod ictus Francorum quaſi irritos redderent, & velut hebetes ipſos repellebant. Et quia tantis armorum vtenſilibus armari non conſueuerant, idcirco minus agiles & minus promptiores concuſſi cum impetu extiterunt. Quod vt a Francis animaduerſum eſt communiter acclamantes; Ad brachia, ad brachia, per humeros eos cum manibus rapientes ab equis ad terram præcipites impellebant. Et niſi Francis illa die Dominus adiuuiſſet, eorum virtus & eminentis militiæ dextera in duobus prœliis contiguis contra tot hoſtium millia non duraſſent. Et quamuis indifferenter omnes laudabiliter rem geſſerint, vnius tamen ſcilicet Guidonis de Monte forti militia eſt per excellentiam laudum titulis attollenda. Ipſe enim a pugnæ principio primus hoſtes aggrediens & aceruos hoſtium fulminando penetrans a primore inter canum agmina debacchantis patris vexillum intonans vlterius pertranſiuit, atque greſſu retrogrado per medios hoſtes ad ſuos rediens, agros ſtrage non minima ſanguinis prodigus ebriauit. Sed eius galea circa caput volubilis tranſpoſitis a tergo foraminibus, per quæ intuens lux oculis reddebatur, & oris anhelitus reſpirabat, ita eius faciem totaliter obumbrauit, quod videre non poterat, ſed tanquam cæcus non diſcernens quid vel quem feriat, nunc ad læuam, nunc ad dextram ſæuiebat. Quem cum vidiſſet Erardus de Valeriaco in tali periculo conſtitutum, eius labori compatiens, acceſſit ad eum, & manu galeam eis apprehendens capiti religatum laqueis adaptauit. Quod cum ſenſiſſet Guido, putans ab hoſtibus ſe teneri, hunc vibrato gladio percuſſit ictu mirabili, quem ſtatim etiam fortius inchoaſſet, niſi prius ipſum vocis iudicio cognouiſſet. Vtrinque itaque tunc prœliantibus multum durauit belli ferocitas, donec hoſtes attriti plurimum fuga lapſi ſeſe a belli certamine retraxerunt, admirantes Francorum potentiam, quos videbant ipſis multo numero pauciores. Henricus interim ſuos iuxta ſe recolligens ſuam ſuorumque damnans ignauiam, eos iterum hortatur ad prœlium dicens, ſibi fore perpes opprobrium, ſi tot Hiſpanos eminētis virtutis milites Francorum paucitas in prœlio ſuperaret. Quid plura? ſeſe iterato in acie colligentes ad bellum redeunt; quos Franci qui ſe prius in campo belli reſtrinxerant, viriliter receperunt: commiſſoq; ſicut prius certamine, iteratur ſtrages ruentium & cruoris effuſio renouatur, tantaq; hoſtes dilaceratione ad vltimum ſunt attriti, quod ſine ſpe reditus cum Henrico ſuo principe fugere compelluntur. Tunc Franci Henricum & ſuos fugientes aliquantulum inſecuti, eos diu ſequi non potuerunt, quia tantis prœliis, ſicut dictum eſt, ipſi & equi eorum fatigati, ad inſequendum valde minus idonei reddebantur. Fugientes autem per caſtellos & municipia tranſeuntes quicquid rapere potuerunt, vt prædones atrociſſimi rapiebant, donec ad ſanctum Benedictum de monte Caſſino peruenerunt, abbati illius egregii loci omnibuſq; ſibi obuiantibus intimantes, quod regem Carolum & omnem eius exercitum occidiſſent. Sed cum abbas, qui Carolum diligebat, nullum in eis perpendiſſet ſignum victoriæ, ſed potius confuſionis & triſtitiæ, poſtmodum veritate comperta, Henricum & ſuos capi iuſſit, & carcere mancipari, ipſum regi Carolo, ſi ſui ſtatus officium permiſiſſet, cuſtodiens ad vindictam.

Quomodo Corrardinus & Henricus capti & adducti ſunt ad Carolum: & quomodo ipſe Corrardinus cum multis aliis iuſſu Caroli fuit decollatus & Sicilia reddita.

REx igitur Carolus & ſui ſummo regi pro tantis victoriis gratias exhibentes, non ſibi quod fecerant: ſed totum diuinæ potentiæ aſcribentes, in campū victoriæ pro ſpoliis colligendis redierunt. Sed Corrardinus interea qui per fugam a primo conflictu, ſicut diximus euaſerat in caſtellum maritimum ſe trāſtulit: quod regem Carolum ſuoſque latere non potuit: qui mittens ibidem aliquos de ſuis, caſtellum ad deditionem coegerunt, & ipſum Corrardinum ad regem in vinculis adduxerunt. Similiter abbas ſancti Benedicti de Monte Caſſino, qui Henricum in priſione tenebat, ipſum regi tali conditione reddidit, quod idē Henricus,

qui le-

qui legum iudicio plectendus mortem meruerat, non tamen incurreret, quandiu idem abbas pręſenti vita fungeretur, ne mortis ipſius occaſione ſecundum canones impeditus totaliter amitteret officium ſacerdotis. Rebus itaque diſpoſitis, & ſpoliis hoſtium de more militibus diſtributis, rex cum ſuo exercitu priſiones ſuos trahens ſecum in vinculis vindicãdus in eos verſus Neapolitanam rediit ciuitatẽ. Illuc ergo legum doctoribus iuriſq; peritis ad eius imperium confluentibus ab eis exigit iudiciũ, imperans vt propalent in publico, cuiuſmodi ſententia tanti ſceleris complices debeant condemnari. Qui legũ capitula reuoluentes iuris fulti conſilio in miſeros mortis capitalem ſententiam protulerunt. Quibus tanquã reis læſæ maieſtatis condemnatis, quidã præconcionator in eminẽtiori loco aſtantibus aſſurrexit, qui Corrardino imputare cœpit in maioris dãnationis cumulũ, quomodo per eius parẽtelã quaſi ſemper anathematis vinculis innodatã retroactis tẽporibus Eccleſia Romana attrita fuerit ſæpius & oppreſſa, & qualiter iſta calamitas quaſi iure hæreditario vltimũ deſcenderit in hæredem: quoniã in Corrardini morte fuit ibi genus Aquilę terminatum. Sed antequã eos feriret lictoris gladius iuxta quandã capellulã Placebo, Dirige, miſſamq; pro animabus ſuis ſecundum morẽ Chriſtianæ religionis propriis auribus audierunt, indulto etiã ſibi ſpatio crimina cõfitendi: & ita poſt ad loca pœnalia ſunt perducti. Erant autẽ ſex perſonæ numero, Comes Galuanus, Comes Iordanus, Comes Bartholomæus & duo eius filii ac vltimus Corrardinus, qui ad decollationẽ genua flectere iuſſi, detruncati gladio percuſſoris, in terrã acephali corruerunt. Sed Henricũ, licet eum eadẽ iudicialis ſententia cõdemnaret, quia ſic rex abbati ſpopõderat, ad tempus viuũ reſeruari præcepit, ſub arcta tamen & diligenti cuſtodia mancipandũ. Ex Corrardini vero morte multi doluerunt, dicẽtes ſibi deberi pepercifſe, vtpote adhuc annis puerilibus poſito & a proditorib. ſeducto. Vnde rex propter hoc contra ſe fere totam Alemanniam concitauit. Cunctis itaq; regionum prouinciis citra regnũ Siciliæ, quod ambitu maris circumquaq; cõcluditur ſupererat oppugnandũ, quod quidã iniquitatis filius cum quibuſdam ſibi ſimilibus Corrardus cognomine Cabothe contra regẽ totis viribus defendere ſatagebat. Omniũ enim ciuitatum illius regni gratia veluti coactionis extorſum fauorem & aſſenſum habere videbantur, præter Meſſanæ & Panormi, quæ ſunt totius regni nobiliſſimæ ciuitates partẽ regis fouentes ei firmiſſime adhærebãt. Ad cuius tyranni potentiam debellãdam & regnum ſibi fideliter acquirendũ, miſit rex nobiliſſimos milites alto Frãcorum ſanguine procreatos, videlicet Thomã de Couciaco, Philippum & Guidonem de Monte forti, Guillermũ de Bello monte, Ioannem dehiaumes & Guillermum Leſtendart, cum ſufficiẽti numero pugnatorum; qui fœlici nauigio farum Meſſanæ ciuitatis transfretantes, regnum intrauerunt, caſtella & ciuitates ſibi contrarias expugnantes, & ad vltimum ipſum Corrardũ in caſtello fortiſſimo quod vocatur Sainct orbe obſederunt: quo tandem multis laboribus expugnato, ipſum & Corrardum ceperunt, qui prius euulſis oculis, eum in ſuæ rebellionis meritum patibulo ſuſpenderunt. Sic itaq; regno Siciliæ acquiſito, ad regem dominum ſuum illi milites inclyti redierunt. De quo regno & rege hactenus incidẽter dixiſſe ſufficiat: quia noſtræ intentionis eſt de geſtis Ludouici regis Franciæ adhuc aliqua pertractare: & ideo ad propoſitum redeamus.

Quomodo Ludouicus rex Franciæ ſecundo crucem transmarinam accepit.

LVDOVICVS ſiquidem rex Franciæ nõ bene quietus animo, remorſu cõſcientiæ perurgente, cõſiderans illã peregrinationis viam, quã ad partes Syriæ fecerat, magis regno Frãciæ dedecus & opprobriũ peperiſſe, quã Chriſti Eccleſiæ quicquam proficui contuliſſet: quod iamdudũ mente conceperat tempeſtiuam nactus horã aperuit; ſcilicet vt quantum diuina gratia ſibi daret contra periculũ terræ ſanctæ, quod proximum videbatur, conſilium & auxilium apponeret ſalutare. Nolens tamẽ ſubito aggredi tantũ opus ex motu proprio cordis ſui, per ſecretum nuntium & diſcretũ humiliter & deuote cõſuluit ſuper hoc fœlicis recordationis dominum Clementẽ ſummum Pontificẽ, qui tanquam vir prudens in principio reformidans, diuq; iſtud deliberans, tandẽ benigne conſenſit, ac pium ipſius propoſitum approbauit. Miſit inſuper propter hoc, ad petitionem ipſius regis, legatum in Franciam,

videlicet dominum Symonem titulo ſanctæ Ceciliæ presbyterum Cardinalē. Crucem igitur aſſumpturus, conuocauit Pariſiis prælatorum, principū, baronum ac militum, cęterorum quoq; hominum multitudinem copioſam; quibus congregatis in vnum, domino legato præſente, ipſe & rex catholicus coram cunctis qui aderāt exhortationem fecit quamplurimum efficacem, animans eos ad vlciſcendā iniuriam Saluatoris in terra ſancta lōgo tēpore ſibi factam. Finito poſtmodum domini legati ſermone, ipſe rex primus cum deuotione multa crucē aſſumpſit & tres filii eius poſt ipſum, nec non comitū ac baronum & militū maxima multitudo; & quamuis non multi in præſenti parlamento, vtpote tanta nouitate perculſi, cruces viderentur aſſumere, tamen proceſſu tēporis multi tam Comites, quam barones ad regis exemplū propter Chriſtum crucis ſignaculū propriis humeris affixerunt. Ex quibus tantummodo maiorum ponimus nomina ad tædium legentiū euitandum: Alphonſus frater regis Comes Pictauiæ & Tholoſæ; Theobaldus rex Nauarræ comeſq; Campaniæ Palatinus, Robertus Comes Atrebati, & Guido Comes Flādriæ, Ioāneſq; filius Comitis Britanniæ, qui filiā regis Angliç duxerat in vxorē; multiq; alii nobiles, quorum nomina ſilentio reprimūtur. Et vt rex & alii proceres nauigio & aliis rebus neceſſariis ad iter peragendum ſe interim prouiderent, terminum præfixerunt: infra cuiuſmodi temporis ſpatiū ex multis nobilibus & ignobilibus infinitis cruce ſignatorum cōtigit numerū augmentari. Decurſo itaq; præfixo termino regiſq; nauibus & procerum cum ingenti copia victualium rebuſq; bellicis in portu Aquarū mortuarum præparatis, rex deuotus cum filiis & multis regni proceribus ad ſanctū Dionyſium patronum ſuum, ſecundum antiquam regum Francorum conſuetudinem licentiam accepturus acceſſit. Itaq; martyres beatum Dionyſium, Ruſticum & Eleutherium deuotiſſime cum multis precibus interpellans, vexillum de altario ſancti Dionyſii, ad quod Comitatus Vulcaſſini ſpectare dignoſcitur, quem etiam Comitatum rex Franciæ debet tenere de dicta Eccleſia in feodum, morem antiquum anteceſſorum ſuorum ſeruare volens, ſigniferi iure ſicut Comites Vulcaſſini ſoliti erant ſuſcipere, ſuſcepit cum pera & baculo peregrinationis. Deinde ad capitulum monachorum illius Eccleſiæ perueniens, ipſorum pro ſe & filiis ſuis orationum ſuffragia petiturus, tā humiliter cum ipſis in capitulo reſedit, quod nec locū vbi pueri ſoliti ſunt ſedere, vt de loco abbatis & cæterorum monachorū taceam, ſed gradum inferiorē de ſex gradibus per quos ad abbatis ſedem aſcēditur, ſibi elegit: totumque regnū Franciæ martyris Dionyſii protectioni deputās cum lachrymarū fluminibus tam nobiliū, quā populi circumſtātis prius ſancti claui & coronæ benedictione perçepta ab Eccleſia eſt egreſſus. Tunc primo Hieroſolymitanū iter incipiens, prima nocte ad nemus Vicenarū quieuit: vbi in mane Margaretā nobiliſſimā coniugē ſuā cū multis ſingultibus & ſuſpiriis ac multis lachrymarū imbrib. madidā dereliquit.

De ſecunda profectione Ludouici regis Franciæ in partibus tranſmarinis.

REX Chriſtianiſſimus Ludouicus toti regno Franciæ valedicto Anno Domini M.CC.LXIX. a recto tramite non diuertens, vſq; Digniaci abbatiam fines Burgundiæ penetrauit, indeque Lugdunum ſuper Rhodanum, Belligradum & Viennam pertranſiens, ad optatū portum Aquarum mortuarum peruenit: vbi debuerat ex indicto cruce ſignatorum exercitus congregari. Et quamuis pauci in aduentu regis in portu vel circiter viderentur, poſt paullulum tamen tēporis tam barones & nobiles, quam mediocris populi peregrinos ex omni parte videres affluere, & quaſi locuſtas totam terræ ſuperficiem operiri. Et ſicut tellus erat millibus hominum occupata, ita mare ingenti nauium numero tegebatur. Verum tamen, quia vnus locus ad tantum exercitum nullo modo ſufficere poterat, maiores exercitus ad ciuitates & bonas villas, quæ ſunt in portus confinio proinde ſe cum ſuis exercitibus diuiſerunt, donec naues in portu vacuæ eos ad introitum expectarent, armis & victualibus oneratæ. Fraus interim maligni ſpiritus ſuper bonum ſemen cupiens in agro Dominico zizaniam ſeminare, inter peregrinos rancoris & inuidiæ fomitem ad impediendum bonum ipſorum propoſitum ſuſcitauit. Nam inter turmas pedeſtris populi tantam furoris rabiem inſufflauit, vt manus ſceleratiſſimæ, quæ potius in hoſtes fidei ſæuire debuerant, prius ſeipſas homicidii facinore deturparent.

Repen-

Repentinus enim tumultus excitatur inter Prouinciales & Cathalaunenſes ex vna parte, & quorundam Francorum pedites ex altera, modica ratione: & in tantum vtrinque furor inualuit, vt multum diuque in gladiis & baliſtis confligerent; nec ceſſauit illorum peſtifera rabies, donec pluſquam centum homines mutuo corruiſſent. Ad vltimum vero Franci aliorum tumultibus excitati furibunde contra eos accurrentes, ita ipſos viriliter inuaſerunt, vt inanes cum magno impetu repulerint; e quibus aliqui tanta rabie ſuorum hoſtium ſanguinem ſitientes, ſe in aquis collo tenus immergebant, vt eos vel in aquis, vel in nauibus detruncarent. Nec erat aliquis qui eorum furorem poſſet compeſcere, cum nec rex, nec aliquis procerum ibi moram facerent, ſed in villis vicinis & ciuitatibus, vt diximus, pariter nauigium expectantes. Tandem tamen rex, qui apud ſanctum Egidium Pentecoſten celebrauerat, & ibi ſolemnẽ curiam tenuerat, auditis huius mali rumoribus illuc venit, & rei veritate comperta, principales iniuriæ iuſſit morte patibuli puniendos.

Quomodo Ludouicus rex intrauit mare cum Chriſtiano exercitu, & de tempeſtate quam ibi paſſi ſunt.

REBVS itaque de more diſpoſitis, anno Domini M. CC. LXIX. die Martis, poſt feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli, audita miſſa in aurora circa ortum Solis, rex intrauit mare, & cum domino Petro filio ſuo nauem propriam aſcendit: dominus Philippus eius primogenitus cum vxore ſua aſcendit aliam: Comes Atrebati cum vxore, & Comes Niuernenſis ſimiliter naues proprias aſcenderunt. Sicque tota die & nocte permanentibus die Mercurii ſubſequenti, paulo poſt ortum Solis velum fecerunt iſtæ quatuor naues ſupra dictæ, & tota die illa cum die Iouis ſubſequente cum vento ſatis proſpero ſiglauerunt. Die vero Veneris ſubſequenti, circa mediam noctem ventorum turbinibus procelloſos fluctus exagitans mare diſcurrit in maris Eonii introitu, quod ideo ſic nuncupatur, quod ſemper eſt aſperum, fluctuoſum & crudele. Quatuor naues prædictæ fuerant ſibi hactenus ſatis propinquæ, ſed tunc maris crudelitate aliquantulum ſunt diſpertæ, nec tamen in tantum, quin poſſent mutuo ſe videre. Mare igitur Eonio præterito cum magno periculo die ſabbathi mare mitius inuenitur: ex quo plures qui perturbatione maris & fluctuum varias ſuſtinuerant paſſiones, ſatis cito recreati ſunt. Tota ergo illa die ſabbathi cum Dominica ſubſequenti, ſatis pacifice ſiglantes adueniente nocte aer & mare obnubilata ſunt, & circa mediam noctem præ cuiuſdam venti nimia valetudine, ſicut prius mare turbatum eſt, ita quod alterum mare Eonii, ſiue crudelius credi poſſet. Nec relatu indiget quantos dolores in iſto ſecundo turbamine plures ſuſtinuerint: quia ſi primo grauiter, ſecundo grauius ſunt grauati. Quid plura? mane facto cantantur quatuor miſſæ ſine celebratione de beata Maria, de Angelis, de Spiritu ſancto, & quarta pro animabus fidelium defunctorum, aſtantibus qui aſtare poterant: quia pauci erant qui aſtare poſſent ſupra pedes ſiue podio præ dolore. Circa vero horam diei tertiam, ceſſantibus tam maris turbine, quam dolentium doloribus itur ad prandium, & cum iam doloris præteriti eſſet memoria quaſi nulla, inter prandia dolor alius eminebat, quia aquæ dulces iam erant putridæ & corruptæ, nec ſine ventatione multa poterant epotari. Vnde, ſicut creditur, præ corruptione aquarum multi equi & homines morte in diuerſis nauibus ſunt præuẽti. Interea vero circa Solis occaſum plurimum mirabantur, eo quod tam longa via ſcilicet ad portum Callaricanum inueniebatur, vbi debebant barones ſe inuicem expectare. Super quo nauis principes coram rege euocati, de loco vbi tunc aderant interrogati, ſub dubio reſponderunt. Dixerunt enim quod credebant eſſe prope terram, & multum mirabantur, quod tam tarde ſuis aſpectibus appareret. Vnde allata mappa mundi, regi ſitum terræ portus Callarici & vicinitatem propinqui littoris oſtenderunt. Nec multum poſt dominus Philippus regis primogenitus, qui ſub tali dubio poſitus formidabat, miſit ad patrem in galea quendam militem, vt ipſum ſuper facto iſto animaduerteret, quia ſibi videbatur quod magiſtri nautarum procederent in incertum, & tunc iterum nautæ fuerunt ad conſilium euocati. Murmur interea & magna ſuſpicio contra ipſos oritur; quia dicebatur quod

ventus, qui habitus fuerat poſt receſſum de Aquis mortuis ad ducendum quatuor diebus vſque ad portum Callaricum ſufficiens videbatur. Præterea dicebatur, quod quædam regis galea, quam regebat filius Gullermi Bonebel nauis regis capitanei, ingruente tempeſtate, de qua ſupra diximus, a nauibus regis diſceſſerat tendens verſus fines Barbariæ, vt credebant. His igitur cauſis erat ſuſpicio contra nautas, ſed iniuſte, ſicut patuit in ſequenti.

Quomodo Ludouicus rex Franciæ & barones peruenerunt cum magna difficultate ad portum Callaricanum.

AD vltimum inter regem & nautas fuit taliter definitum, vt tota nocte illa permitterentur naues fluctuare per æquora, remotius tamen a parte illa qua credebatur eſſe terra, nec incaute in cautes & diſcrimina rueretur. Mane ſiquidem facto apparuit terra, ſed portus diſtulit adhuc pluſquam ſexaginta millibus, vt dicebant. Durante adhuc venti & maris turbatione vſque ad horam diei tertiam. Circa vero Solis occaſum venitur ad decem millia prope portum: ſed vento verſo in contrarium, non potuit acceſſus ad portum fieri tota die. Iactantur ergo anchoræ, & de non portu portus efficitur: ſed hoc bonum, quia prope erat terra & quædam abbatia ad quam in barga curritur & inde aquæ dulces & herbæ mundæ afferuntur. Refrigerantur debiles dulcis aquæ guſtu, & infirmi a languoribus recreātur. Die Martis craſtina, ſcilicet octaua die a die illa qua rex nauem aſcenderat, iterum vela detenduntur poſt prandium, & circa veſperas venitur ad duo millia prope portum, nec tamen nunc haberi potuit acceſſus propinquior propter ventum in contrarium iam mutatum. Eodem modo quo prius curritur in barga ad caſtellum Callaricanum, vbi inuenerunt homines multum ſibi contrarios & rebelles. Vix conceduntur eiſdem aquæ dulces: vix paucos panes & paucas herbas pro denariis habere potuerunt. Illi vero de villa ſibi non minimum formidantes educebant res ſuas de caſtello ducentes eos ad loca remotiora vel fortiora: Mane facto die Mercurii ſequentis miſit rex quendam militem ad caſtellanum & conſulem illius caſtelli admonendum, quod infirmos, quos plures habebant in nauibus, ſecum in villa ſua permitterent recreari, & quod bona ſua venalia exercitui exponerēt eo pretio quo vendebantur ante aduentum ſui exercitus in caſtello. Ad hæc reſpondentes dixerunt, quod bene volebant quod infirmi haberent recreationem in villa inferiori, ſed infra caſtellum nullum intrare permitterent, quia hoc eis erat prohibitum a Piſanis ſuis dominis & magiſtris, ad quos dictum caſtellum dicebatur pertinere. De rebus venalibus dixerunt quod placebat eis vt ad forum iuſtum & debitum exponerentur ad emendum. Quo regi nuntiato, iuſſit quod ad caſtellum infirmi deferrentur: & delati ſunt multi nobiles & ignobiles, diuites & pauperes, quorum quidem aliqui in via mortui ſunt. Alii quibus datum eſt a Deo peruenire, recepti ſunt in quadam domo fratrum Minorum, quæ longe diſtabat a caſtello. Extra vero erant paucæ domus terreæ & prauæ, & quaſi Francis inhabitabiles: ſed in caſtello, in quo non permittebant aliquem introire, erant domus meliores & homines ditiores. Res vero venales paucæ poterant inueniri, quia omnia abſcondebant & ducebant occulte de villa præ timore: ſi quæ tamen inueniebantur, cariſſime vendebantur, vt gallina, quæ prius non valebat pluſquam quatuor denarios Ianuenſes, duos ſolidos Turoneuſes, vel amplius vendebatur; & ſic de rebus aliis intelligendum eſt. Plus etiam faciebant, quia duodecim Turonenſes prius decem & octo Ianuenſes valebant, & tunc nolebant recipere pro Ianuenſibus niſi denarios Turonenſes. Quo regi relato, die Iouis ſequenti, miſit dominum Petrum Cambellanum & duos mareſcallos, ad oſtendendum eis, quod erga regem & ſuos curialius ſe haberent. Qui plus moti timore, quam amore, ſatis molliter reſponderunt, voluntatem regis pro viribus ſe facturos. Et bene volebant quod rex, vel aliquis ſuorum, cum paucis tamen, caſtellum ſubintraret, dum tamen ſeruaret eos de Ianuenſibus nautis ſuis, qui fere omnes extiterant Ianuenſes. Homines enim Ianuenſes Piſanis oppido ſunt infeſti. Illi vero qui miſſi

miſſi fuerant reſponderunt, quod rex de caſtello ſuo, vel de fortericiis ſuis non curabat, ſed volebat tantummodo vt infirmi ſui exercitus ibidem curialiter tractarentur, & bona eiſdem venalia cum ratione exponerentur ad emendum. Ad votum tamen regis omnia promittentes, nihil aliud aut parum facere voluerunt. Hoc enim ſolummodo fecerunt, quod duodecim denarij Turonenſes pro quatuordecim Ianuenſibus ponerentur, & quod panis & vinum aliquantulum fertilius ad emendum poterat inueniri, ſed alia niſi cum magna difficultate poterant reperiri. Quę Franci grauiter ferentes monebant regem vt caſtrum & gentem illam iuberet euertere: ſed pius & pacificus rex potius elegit omnia ſub diſſimulatione præterire, quam Chriſtianos ad quos deſtruendos non venerat, licet partim meruiſſent, taliter extirpare.

Quomodo Rex Franciæ & Barones in portu Callaritano Sardiniæ congregati conſilium habuerunt adeundi Tunetum, & de rationibus propter quas Rex conſenſit adire.

DIE vero Veneris ſequenti rege in naui ſua taliter expectante venerunt quaſi ſimul naues ceteræ tam de portu Marſiliæ, quam de portu Aquarum mortuarum. Venerunt etiam barones rex Nauarræ, comes Pictauiæ, comes Flandriæ, dominus Iohannes primogenitus comitis Britanniæ, & alij quorum nomina nimis longũ eſſet hic enumerare, & tędioſum. Rege igitur ſalutato die ſabbati ſubſequenti, legatus & barones coram rege congregati, vt haberent conſilium ad quem locum vtilius eſſet diuertendum. Habitum eſt commune conſilium & firmatũ quod prius irent ad expugnandum regnum Tuneti antequam in terram ſanctam ſiue in Ægyptũ tranſirent. Rationes autem quæ dominũ regem ad hoc plurimũ induxerant, ad præſens, ſicut credimus, expedit aſſignare propter admirationẽ & murmurationem multorũ; quibus potius videbatur, quod recto itinere ad ſuccurſum terrę ſanctæ tranſire debuiſſent. Siquidẽ antequam dominus rex hanc crucẽ vltimam aſſumpſiſſet, multos nuncios receperat à rege Tunicij, & ſimiliter plures nuncios remiſerat ad eundẽ. Dabatur enim ſibi à fide dignis intelligi, quod dictus rex Tunicij bonam voluntatem ad fidẽ Chriſtianam haberet, & quod valde de facili poſſet fieri Chriſtianus, dũmodo occaſionem honorabilẽ inueniret, & quod ſaluo honore ſuo & abſq; metu Sarracenorum ſuorum hoc complete valeret. Vnde rex catholicus Ludouicus cum multo deſiderio quandoq; dicebat: O ſi poſſem videre quod fierem tanti filioli cõpater & patrinus. Et ob hoc ſub ſpe iſta aliquando voluit ſe transferre verſus partes Carcaſſonæ & Narbonæ, quaſi terram ſuam viſitaturus, vt ſi dicto regi Tunarum Dominus inſpiraret perficere quod propoſuerat de ſuſcipiendo Baptiſmo, huic pio operi propinquior eſſe poſſet. Hinc nõ ſilendum arbitror quod cum in ipſo anno quo pius rex Ludouicus debuit vltimo transfretare, rex Tunicij miſiſſet ad eum ſolemnes nuncios, & in feſto beati Dionyſij rex faceret quendam Iudæum famoſum in ipſa Eccleſia dicti ſancti Dionyſij ſolemniter baptizari, ita quod rex ipſe cum multis magnatibus ipſum de ſacro fonte leuaret; voluit quod dicti nuncij regis Tunicij ſolemnitati illius baptiſmatis intereſſent. Quibus rex vocatis, ex magno affectu cordis dixit: Dicite ex parte mea domino veſtro regi, quod ego tam vehementer ſalutẽ animæ ipſius deſidero, quod vellem eſſe in carcere Sarracenorum omnibus diebus vitæ meæ, ibidem claritatem ſolis non viſurus de cetero, dummodo rex veſter & gens ſua ex vero corde baptizarẽtur. Deſiderabat enim affectuoſe rex Chriſtianiſſimus, vt fides catholica quæ tẽpore beati Auguſtini & aliorum orthodoxorum doctorum in Africa & maxime apud Carthaginem tam ab antiquo eleganter floruerat, ſuis temporibus refloreret, & dilataretur, ad honorem & gloriam Ieſu Chriſti. Cogitauit itaque quod ſi tantus exercitus tamq; famoſus apud Tunicium ſubito applicaret, dictus rex Tunicij vix poſſet apud Sarracenos ſuos tam rationabilem occaſionem renuere ſuſcipiẽdi Baptiſmum, videlicet cũ per hoc poſſet mortẽ euadere tam ſui ipſius quam eorũ qui ſecum vellent fieri Chriſtiani, & ſic etiam regnũ ſuũ ſibi pacifice remaneret. Præterea regi dabatur intelligi, quod ſi omnino prædictus rex nollet fieri Chriſtianus, ciuitas Tunicij erat valde facilis ad

capiendum, & per conſequens tota terra, ex quo ſatis cito poſſent fieri Chriſtiani. Suggerebatur inſuper quod ciuitas illa plena erat argento & auro ac diuitiis infinitis; vtpote quæ à multis retroactis temporibus à nullo fuerat expugnata. Vnde ſperabatur quod ſi, Deo volente, dicta ciuitas à Chriſtiano exercitu caperetur, ex theſauris ibidem inuentis poſſet acquiſitioni & reſtaurationi terræ ſanctæ multum efficaciter ſubueniri. Ceterum cum de terra Tunicij venire ſoleret magnum ſubſidium Soldano Babyloniæ tam in equitaturis quam in armis & bellatoribus, in grauamen & nocumentum quamplurimum terræ ſanctæ; crediderunt barones Franciæ quod ſi peſtifera radix illa Tunicij poſſet penitus extirpari, ex hoc terræ ſanctæ & toti Chriſtianitati vtilitas maxima proueniret. Cum igitur ſcriptum ſit, quod vbi vna propter alterum, ibi tantum vnum; cum via apud Tunicium proprie aggreſſa fuerit ad honorem Chriſtiani nominis ampliandum, & ſpecialiter ad terræ ſanctæ vtilitatem & faciliorem ingreſſum, non videtur via apud Tunicium contraria voto crucis, ſed potius vna & eadem; vtpote quoddam adminiculum & præparatio ad terram ſanctam citius & commodius reſtaurandam. Propter has & quaſdam alias rationes viam apud Tunicium aggreſſi ſunt. Quod cum caſtellanus Callaiticanus & alij de villa viderent quod rex pararet diſcedere, venerunt ad ipſum, & præſentauerunt regi viginti dolia vini Græci peroptimi, vt dicebant: ſed rex eorum præſentiam & munera renuens, fecit eis recommendari infirmos quos in villa dimittebat; dicens quod hoc haberet pro magno munere, ſi eos tractarent curialiter & benigne.

Quomodo Ludouicus Rex Franciæ & Barones de portu Callaricano recedentes, applicuerunt portum Tunarum ſubtus Carthaginem.

REx igitur & barones carbaſis vento expoſitis receſſerunt à portu Callaritano die Martis ante feſtum beati Arnulphi dieque Iouis ſubſequente poſt multas & varias paſſiones ad portum Tunicij qui eſt ſubtus Carthaginem applicuerunt. Statim miſit rex maris admiralium ad explorandum ſi quid impedimenti obſiſteret, & quorum eſſent quædam naues, quæ in portus introitu conſiſtebant. Erant enim ex ipſis duæ vacuæ Sarracenorum & aliæ mercatorum. Qui ſtatim ad regis præceptum præcedens vlterius naueſque in ſua poteſtate redigens, & portum occupans ad terram deſcendit, mandans regi quid actum fuerat, & quod ſibi mitteret adiutores. Quibus rumoribus rex auditis aliquantulum turbatus eſt dicens, quod ad hoc Admiralium non miſerat vt terram caperet, ſed vt in portu capiendo quid eſſet commodius exploraret, & reuertens regi & baronibus, quod inuentum fuerat, renunciaret. Tunc rex propinquiores proceres in ſuam nauem euocat, quid agerent ſuper hoc conſilium habiturus. Ex quibus aliqui quibuſdam diſſentientibus conſulebant, quod terram ex quo ſine grauamine iam capta fuerat tenerent, & portum illum famoſiſſimum, qui eſt totius Africanæ regionis introitus poſſiderent. Ad vltimum vero ſic fuit ordinatum, quod mitterent fratrem Philippum de Eglis & magiſtrum baliſtariorum, vt ſecundum quod melius expedire viderent aut admiralium reducerent, aut per ſeruientes mitterent, & de nauibus exire facerent tota nocte, qui euntes cum admiralio redierunt. Vnde multi murmurabant dicentes, quod ex quo terra ab admiralio ita leuiter fuerat occupata, bonum erat contra Sarracenorum inſultus & inſidias præmuniri. Sic tamen tota nocte ſteterũt in nauibus vſque in craſtinum præſtolantes. Mane facto circa portum multos Sarracenos pedites & equites videns affluere. Sed rex & barones prius ſuper hoc habito conſilio, vt tam cito terram caperent, armati de nauibus exierũt: ſecundum quod in promptu habere poterant galeas atque bargas: congregatiſque pluribus circa nauem regis eiuſque galea aliquantulum præcedente ad portum applicant, locumque eundem occupant, quem prius admiralius ceperat, nec contradictores aliquos per Dei gratiam inuenerunt. Sarraceni enim perterriti, ad quendam angulum cuiuſdam paruæ inſulæ ſe à Francorum præſentia retraxerunt. Terra capta fixerunt tentoria in quadam quaſi inſula, vnde patebat exitus à duobus capitibus, quaſi vnam leu-

gam

gam in longitudinem cõtinens, & in latitudinem tres tractus baliſtarij vbi nec dulces aquæ reperiri poterant; & ſic erat eis parum melius in terra quam in mari. Quidam tamen de garcionibus procedentes vlterius inuenerunt aquas dulces in capite illius inſulæ; ad quas hauriendas abeuntes, ſunt eorum aliqui à Sarracenis in inſidiis latentibus interfecti. Erat autẽ dies Veneris in feſto S. Arnulphi, quando Frãci ad portum occupandũ de nauibus exierunt. Die vero ſabbati ſubſequentis, quidam de Francis procedentes vlterius vſq; ad quandam turrim, quæ in capite illius inſulæ quam ceperãt, eminebat, partim cæſis & fugatis quibuſdam Sarracenis, qui ibidem in inſidiis latitabant, alij Sarraceni ſuperuenientes & eos circumquaq; includentes in turrim fugere compulerunt, & ita incluſos vſque ad diem craſtinum tenuerunt, eoſque interius combuſſiſſent, niſi rex Franciæ ad eorum liberationem mareſcallos exercitus & magiſtrum baliſtariorum cum quibuſdam baliſtariis tranſmiſiſſet. Quos ſecuti fuiſſent de exercitu plurimi, ſed eorum equi adhuc erant in nauibus, & qui extra naues ad planum extracti fuerant, adeo præ nimia maris agitatione vacillabant, quod vix ſe poterant ſuſtinere. Facto igitur magno cõflictu circa turrim, tandem cedentibus Sarracenis qui plures equites & plura iumenta perdiderunt, Franci de turre iuſſi deſcendere ad exercitum redierunt. Die vero eadem habuit rex Franciæ conſilium quod exirent de loco, vbi tentoria fixerant propter aquas dulces, quæ vix aut parum poterant ibidem inueniri; quæ res exercitui grauamen non modicum miniſtrabat. In craſtinum igitur procedentes aciebus ad bellum diſpoſitis verſus caſtrum Carthaginis, in eundo capta fuit turris illa quam poſtea Franci per totius obſidionis tempora tenuerunt. Sic locatis pampilionibus reſedit exercitus in quadam valle ſubtus Carthaginem, qua poterat acceſſus haberi ad portum & ad naues. In valle illa erant putei infiniti, quia terra cuiuslibet habebat ibi puteum ad ipſam quaſi pro imbribus irrigandam.

Quomodo caſtrum Carthaginis captum fuit.

CASTRAMETATO exercitu venerunt marinarij ad regem promittentes quod ſibi captum caſtrum Carthaginis redderent, ſi vellet eis tradere baliſtarios aliquos adiutores. Qui rex habito conſilio ſuper hoc reſpondit, quod prius pararẽt ſe & ſuas ſcalas & alia ingenia, & poſtea equites & milites baliſtarios traderet adiutores. Die Iouis ſubſequenti redierunt ad regẽ marinarij ad caſtri expugnationem, vt dixerant, præparati; & tradidit eis rex quingentos baliſtarios equites & pedites, quatuorq; bella militũ exteræ nationis. Tunc rex & proceres de caſtris aciebus diſpoſitis exeuntes cõtra Sarracenos, qui quaſi parati confligere cateruatim veniebant cõtra Francos tali modo ſe oppoſuerunt ne caſtro ſuccurrerent, quod ad caſtrũ acceſſum habere nõ poterant, nec ad caſtra. Interea marinarij per ſcalas ſuas caſtri munitionem viriliter irrũpentes, vno ſolo de illis interfecto, ſuper muros ſtatim fixere banerias. Quod rex & alij aduertentes illucq; diſcurrẽtes vtriuſq; ſexus & ætatis quotquot Sarracenorum occurrebant, vt bidentes in ore gladij detruncabant. Multi tamen in cauernis quę ibi multę ſunt latitantes fuerunt fumo & igne ſuppoſito ſuffocati. Perierunt autẽ de Sarracenis illa die ad numerũ ducentorum. Viui tamẽ aliqui euadentes armenta ſua, videlicet boues & alia pecora Francis vidẽtibus nec ſe mouentibus extraxerũt. Erat enim prohibitũ ne aliquis aliqua neceſſitate exiret de ſua acie niſi tota cõcurreret; quod ſi facerẽt, nullus de ſua vel de altera acie ſequeretur. Capto itaq; caſtro, miſit rex ad eius cuſtodiã milites & baliſtarios pediteſq; quãplures, iubens illud cadaueribus mundari, vt ibi poſſent recipi vxores & infirmi, & certãtes in acie ſauciati. Infra vero caſtri ambitum & in confinio circumcirca in cauernis & ſpeluncis ſubterraneis multum de hordeo repererunt; ſed alia bona rariſſime ſunt reperta. Et quia de illo caſtro pluries fecimus mentionẽ, cuius fuerit auctoritatis & nobilitatis retroactis tẽporibus neſciẽtibus innoteſcat. Fuit autẽ illa Carthago, quæ nunc redacta eſt paruiſſimi ad inſtar oppidi antiquitus vrbs nobiliſſima, à Didone regina, ſicut veteres narrant hiſtoriæ, condita, totius Africanæ regionis ſceptrigera tantæque potentiæ, vt ciues ſui pluries Romanos deuincerent: quam tandem Romani cum magno labore per longum temporis ſpatium non ſine magna ſanguinis

ſui expenſa captam plus calliditate quam armorum potentia totaliter deſtruxerunt. Die Veneris poſt dicti caſtri captionem, Sarraceni qui prius occurrerant ſeſe in veſperum retrahentes, forte vt ſuum colerent ſabbatum, ſubſequēti die ad opus ſolitum acrius redierunt, noſtroſque adeo infeſtabant, quod ad arma, ad arma clamare etiam inter prandia compellebant. Eadem die venerunt ad regem à parte Sarracenorum duo milites cathalani & ſe ſuæ voluntati ſubdentes nunciauerunt, quod rex Tunicij capi fecerat omnes Chriſtianos, quos in exercitu ſuo habebat ſtipendiarios, dicens quod ſi Chriſtiani vſque Tunicium tranſirent, omnibus capita faceret amputari; & ſi eos contingeret à tali propoſito reſilire, ipſos penitus liberaret.

Quomodo dominus Iohannes de Acon buticularius Franciæ faciens excubias deceptus fuit à quibuſdam Sarracenis petentibus Baptiſmum.

EADEM die bello regis & bello comitis Augi, atque bello domini Iohannis de Acon buticularij excubias facientibus, venerunt ad buticularium tres milites Sarraceni, poſcentes fieri Chriſtianos; & in ſignum fidelitatis poſuerunt ſuper capita manus ſuas, noſtrorum manus deoſculantes in ſignum ſubiectionis buticulario ſe reddentes. Illiſque ad pampilionem deductis, regem adiit buticularius iſta denuncians: quos rex iuſſit diligentiſſime cuſtodiri. Poſt vero cum buticularius ad ſuas rediſſet excubias, venerunt ad ipſum Sarraceni numero quaſi centum lanceis depoſitis factiſque ſignis quæ fecerant alij, inſtanter Baptiſmum petentes. Sed illis adhuc loquentibus, & buticulario cum ſuis eorum ambagibus occupatis, alij Sarraceni vno motu vnoque momento pungentes ſonipedes ſubito ſuper buticularium & ſuos erectis lanceis irruperunt. Tunc noſtri attoniti cœperunt clamare & fugere ac per exercitum clamor, clamor attollitur, & ad arma concurritur. Sed antequam illuc perueniſſent Chriſtiani, Sarraceni indemnes fugerunt, ſexaginta tamen prius de Chriſtianis peditibus interfectis. O infidelium dira calliditas, imo fidelium mira ſimplicitas, dum falſorum fallaciis acquieſcunt. Quid plura? contra buticularium murmur exoritur, totaque facti culpa ſibi imponitur: ſed fortaſſis immerito, quia cum tres magnos Sarracenos Baptiſmum poſtulantes in ſuo pampilione teneret, ſperabat per eos alios ad fidem trahere, ſaltem in hoc redarguendus eo quod contra eorum inſidias debuiſſet cautius præmuniri. Statim ad pampilionem ſuū rediens buticularius, vehemēter Sarracenos quos tenebat, doli & proditionis redarguit. Quorum qui primus inter ipſos videbatur, cœpit ſe cum lachrymis excuſare. Cuius verbis per quendam fratrem Prædicatorem, qui ſuum idioma nouerat, expoſitis, ait illi buticularius, ne timeret, quia quandoquidem ſub fiducia ad Chriſtianos venerat, fidem in eis inueniret. Etenim rex erat tantæ fidei, vt etiam ſimplex promiſſum nullatenus permitteret præteriri. Tunc ille; Scio domine, quod ſuper huiuſmodi facto habetis me ſuſpectum, licet non ſim inconſcius huius facti, ſed hoc totum factum eſt à meo æmulo in meum odium & grauamen. Sumus enim duo magni pares ſtipendiarij militantes ſub rege Tunicij, & habemus quilibet duo millia equites & quingentos. Alius vero meus commilito mihi & actibus meis de veteri inuidens, licet ſpontaneus venerim, ſcit quod vos me tenetis. Vnde ad malum meum hunc conflictum per ſe fecit & per alios fieri procurauit, & ſcio quod nullus de parte mea, nec de commilitonibus meis in iſto conflictu vobis nociturus affuerit, nec vobis aliquid mali fecit. Et vt hoc quod ore dico, opere comprobetur, aliquem iſtorum qui mecū ſunt ad eos regredi permittatis, & niſi ad vos duxerit pluſquam duo millia exercitui veſtro adducent bona venalia, & etiam vobis erunt in auxilium, de me tanquam de proditore nequiſſimo faciatis. Hæc & alia his ſimilia perfido proſequente, buticularium adhuc credendum aliquantulum informauit, qui ſtatim ad regem ingrediens quæ Sarracenus dixerat, intimauit. Sed rex verbis eius fidem volens adhibere, tamen ex deliberato conſilio dixit, quod ad alios Sarracenos permitterentur abire. Tunc buticularius & conneſtabularius ſaluos eos vſq; extra exercitum, multis de hoc murmurantibus, conduxerunt; & pro-

miſit

miſit ille Sarracenus, magiſter eorum quod redirent in craſtinum omnia quæ promiſerat impleturus: quæ promiſſa non, vt falſus & ſubdolus, adimpleuit. Sed cum quanto gaudio à ſociis ſibi occurrentibus, eſt receptus, vt teſtati ſunt qui viderunt, non eſt neceſſe dicere: quippe iam tenebant incolumes quos credebant Chriſtianorum gladiis interemptos.

De foſſatis quæ noſtri fecerunt in circuitu caſtrorum propter inſultus Sarracenorum.

TVNC habuit rex conſilium de foſſatis faciendis circa exercitum, propter inſultus & inſidias perfidorum qui noſtros improuidos mirabiliter infeſtabant. Noſtri autem regem Siciliæ qui per fratrem Almauricum de rupe ſe venturum mandauerat, de die in diem expectabant, & ad ipſum accelerandum rex nuncios iam miſerat, & mandauerat eidem, quod donec veniſſet, nolebat vlterius proſequi Sarracenos. Habito igitur conſilio de foſſatis faciendis, mane conuenerunt operarij cum palis & aliis inſtrumentis, & cum eis frater Almauricus de rupe, ad prouidendum vbi commodius foſſata fierent, & cuſtodiendum operarios cum aliis bellis quæ debebant excubias illa die. Diſpoſitis igitur operariis & iam operari incipientibus, Sarraceni qui quaſi infiniti & ſine numero videbantur hoc percipientes, cœperunt in noſtros ſolito vehementius inſanire. Dicebatur enim quod ipſe rex Tunicij veniſſet cum bellis diſpoſitis ad pugnandum. Et ob hoc maxime tunc noſtros in talem opinionem induxerat, quia die præcedenti denunciauerat per aliquos Sarracenos ſe venturum in craſtino paratum ad prœlium, quod noſtri milites pro friuolis reputabant. Sed tunc non debuit reputari pro friuolis, ſed viſum eſt quaſi verum: quia Sarraceni verſus noſtros equitabant cuneis ordinatis, & iam vſque ad mare & fere vſque ad littus vbi erant naues & victualia noſtrorum alas ſuas; quaſi vellent noſtros includere, extendebant. Tunc quidam de excubiis accelerans ad exercitum, ad arma, ad arma, ingeminans, regi quæ viderat, nunciauit: ſtatimque ex regis imperio ad arma per exercitum eſt communiter acclamatum. Rex ipſe cum ſuo bello armatus egreditur; & mox cuncti barones aciebus diſpoſitis exeunt extra caſtra. Comes vero Attrebati à parte maris equitabat, & iam adeo proceſſerat, quod aliquos illorum poſſet includere, ſi bella noſtrorum videret currere contra ipſos. Tunc accidit quod dominus Petrus Cambellanus & frater Almaricus de rupe verſus littus cum triginta equitibus vel circiter equitaret: & videntes quoſdam Sarracenos nimis ſe verſus littus extendere, tentauerunt, vtrum poſſent illos includere inter ipſos & bellum comitis Attrebati, qui verſus maris littora ſe tenebat. Tunc punxerunt vnanimes contra illos. Quod cum vidiſſent perfidi fugam arripiunt: quos noſtri velociter inſecuti, tredecim ex eis cum iumentis aliquibus ceciderunt. Ipſi autem de noſtris vnum nobilem militem Iohannem de Roſilieres & caſtellanum Belliquadri ſeruientem regis ad arma ſtrenuum, dolor! occiderunt. ſed miles ſaucius ad caſtra delatus eadem die vt bonus catholicus expirauit. Videns vero rex Sarracenos paulatim ſe retrahere, nec habens conſilium currendi ſuper ipſos, donec frater ſuus rex Siciliæ, quem venturum in proximo præſtolabatur, ad tentoria ſimiliter ſe retraxit. Die autem craſtina parum aut nihil Sarraceni comparuerunt. Et hoc forte quia habebant ſabbatum aut negotium aliud ad agendum. Die Martis ſubſequentis veniens Oliuerius de Terminis ex partibus tranſmarinis, nunciauit regem Siciliæ in portu paratum naues aſcendiſſe. De quo multi gauiſi Oliuerium cum magno gaudio ſuſceperunt.

De morte Comitis Niuernenſis & legati ac infirmitate Regis & Philippi eius primogeniti: Rubrica.

INSVLTIBVS Sarracenorum contra noſtros dum Rex Siciliæ expectaretur, more ſolito quaſi quotidie ſe habentibus: Iohannes Comes Niuernenſis filius Ludouici Regis infirmitate cogente à caſtris in nauem ſuam ſe retrahens; die inuentionis ſancti Stephani expirauit. Cuius decoctis carnibus oſſaque, vt mos

eſt taliũm, balſamo & aromatibus condita in Eccleſia beati Dionyſij in Francia poſtmodum tumulanda in quodam ſcrinio conſeruatunt. De hinc die Iouis ante feſtum B. Lautentij legatus Romanæ curiæ mortuus eſt; ſed prius quendam fratrẽ Prædicatorem ſubdelegatum fecerat, quamuis multi Iuriſperiti vtrum delegare valetet in exercitu dubitarent. Moriebantur etiam plures fortes & iuuenes in exercitu Chriſtianorum, tam propter ciborum ſanorum defectum & aquæ dulcis penuriam; alij febre acuta, alij fluxu ventris, & alij diuerſis morborũ generibus interfecti. Rex autem Ludouicus fluxus ventris, qui eum arripuerat, moleſtiam ſentiebat: & Phillppus eius primogenitus quartanis febribus laborabat. Poſt modicum vero tempus rex Deo deuotus febre continua infirmatus lecto decubuit. Qui ſentiens ſibi mortem imminere, conuocato Philippo filio ſuo primogenito, eidem quaſi pro teſtamento documenta ſalutaria & catholica inſtituta, quæ ante infirmitatem ſuam extremam tanquam Domino reuelante mortis propriæ conſcius manu ſua in Gallico ſcripſerat, edidit in modum qui ſequitur.

Documenta quæ pius Rex Ludouicus ante mortem ſuam Philippo filio ſuo primogenito ſcripſit, & quaſi pro teſtamento reliquit.

FILI chariſſime imprimis te doceo, quod Dominum domini tui diligas ex toto corde tuo, & ex tota virtute tua. nam ſine hoc non eſt ſalus. Fili, debes te cuſtodire ab omnibus quæ Deo noueris diſplicere: videlicet ab omni mortali peccato: ita quod ptius deberes te permittere omni genere martyrij cruciari, quam aliquod mortale peccatum committere. Præterea ſi Dominus tibi aliquam tribulationem habere permiſerit, benigne & cum gratiarum actione debes ſuſtinere, cogitans quod ad bonum tuum perueniet, & quod hoc forſitan bene meruiſti. Inſuper ſi Dominus tibi proſperitatem quamcunque contulerit, debes ei humiliter regratiari; cauens ne inde fias deterior, ſiue per vanam gloriam, ſiue quocunque alio modo; quia non debes Deum impugnare vel offendere de donis ſuis. Item moneo te frequenter confiteri, & quod diſcretos & honeſtos tibi eligas confeſſores, qui te ſciant docere, à quibus tibi ſit cauendum, & quæ te facere ſit neceſſe: & tu ad confeſſores tuos te habeas tam modeſte, quod ipſi & amice te & ſecure reprehendere audeant. Libentet etiam & deuote audias officium Eccleſiæ: & quandiu eris in Eccleſia caue ne vage circumſpicias, nec vana loquaris; ſed ora Dominum deuote ſiue ore ſiue cordis meditatione; & ſpecialiter amplius intendas deuotioni in ſecreto Miſſæ circa horam cõſecrationis corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Cor habeas pietatis ad pauperes, miſeros, & afflictos, & ſecundum poſſe tuum eis ſubuenias, & eos conſoleris. Si habueris aliquam cordis deſolationem, dic eam confeſſori tuo, vel alicui probo viro, & tunc eam leuius feres. Diligas habere ſemper tecum ſocietatem bonorum ſiue religioſorum ſiue ſecularium, & habe frequenter colloquium cum eis: & caue ſocietatem prauorum. Audi libenter ſermones tam in aperto quam in ſecreto, & libenter tibi procures indulgentias matris noſtræ ſanctæ Eccleſiæ. In proximis ſemper diligas bonum & odias malum. Noli pati dici coram te verbum allectiuum ad peccatum, nec verbum detractorium de alio: maxime autem nullum verbum blaſpemiæ de Deo ſiue de Sanctis patiaris dici ab aliquo, quin vindictam Deo fieri facias. De omnibus beneficiis tuis tibi à Deo collatis ſic gratias agas illi, vt ſis dignus maiora percipere. Erga ſubditos tuos ita iuſte te habeas, quod lineam iuſtitiæ teneas. Sis ſemper ex parte cauſæ pauperis, donec ſis certus de veritate. Si quis autem contra te querelam habuerit, ſtes potius pro cauſa aduerſarij tui, donec conſtet tibi de veritate: & ſic illi qui ſunt de conſilio tuo citius ſtabunt pro iuſtitia. Si pro certo intelligas quod teneas aliquid de alieno ſiue ab anteceſſoribus tuis, ſiue à tempore tuo, ſtatim reſtitue. Si res obſcura eſt inquiri facias per diſcretos. Sis diligens quod omnes ſubditi tui iuſtitia & pace ſeruentur, maxime autem perſonæ eccleſiaſticæ ac religioſæ. Dicitur de rege Philippo auo noſtro quod quidam de conſiliariis ſuis dixit ei, quod multa damna inferebant ei eccleſiaſticæ perſonæ, iura ipſius vſurpando, & mirabantur multi quod ita tolerabat. Cui rex reſpondit: Bene credo quod dicitis, ſed quando cogito beneficia

quæ

quæ mihi Dominus contulit, melius volo pati, quam inter me & Eccleſiam ſcandalum ſuſcitare. Ama igitur, ô fili perſonas Eccleſiaſticas, & ſerua pacem earum quantum poteris. Libenter ſubueni pauperibus religioſis in ſuis neceſſitatibus, & maxime per quos Deus magis honoratur in terra. Honora parentes tuos & reuerenter ſerua mandata eorum. Beneficia eccleſiaſtica perſonis idoneis dona de conſilio ſpiritualium virorum, & eis qui non habent aliud beneficium. Caue ne abſque magno conſilio guerram primus moueas contra aliquem Chriſtianum: & ſi oporteat fieri, caue ne innocentes & Eccleſiæ ac res earum ſine merito puniantur: & quamcitius poteris pacifica de guerris quæ ſunt inter ſubditos tuos, ſicut fecit beatus Martinus, qui bonam virtutum ſuarum conſummationem exiſtimauit, ſi pacem inter diſcordantes reſtituiſſet. Sis ſollicitus quod habeas fideles præpoſitos & baillivos, & inquire diligenter quomodo ſe gerant. Similiter de illis de hoſpitio tuo. Sis deuotus & obediens matri noſtræ Romanæ Eccleſiæ & ſummo Pontifici, tanquam patri ſpirituali. Labora quod omne peccatum de terra tua remoueatur, maxime autem blaſphemiæ & hæreſes. Memoriter recognoſce & regratiare Deo ſuper omnibus beneficiis tuis. Attende quod expenſæ domus tuæ cum moderamine fiant. In fine obſecro te, ô fili, quod ſi decedam ante te, quod tu fideliter animam meam iuuari facias in Miſſis & orationibus, & mittas per ſanctas congregationes regni noſtri ad orationum ſuffragia impetranda pro me, & quod in omnibus bonis quæ facturus es participationem habeam ſpecialem. O fili chariſſime, in fine do tibi omnem benedictionem quam pius pater poteſt donare filio; & tota Trinitas & omnes Sancti cuſtodiant te ab omni malo, & det tibi Dominus gratiam faciendi ſuam voluntatem taliter quod ſeruiatur & honoretur per te: ita quod poſt hanc vitam nos ſimul perueniamus ad ipſum timendum, amandum & laudandum ſine fine, Amen, amen.

De obitu Regis Ludouici.

IGITVR regis Ludouici inualeſcente morbo, ipſe omnia eccleſiaſtica ſacramenta chriſtianiſſime & deuotiſſime ſuſcepit ſana mente & integro intellectu: ita quod cum ipſi ſacramentum extremæ vnctionis exhiberetur & dicerentur ſeptem pſalmi cum letania, ipſe in pſalmis verſus dicebat, & in letania Sanctos nominans eorum ſuffragia deuotiſſime inuocabat. Cum autem iam ſignis euidentibus appropinquaret ad finem, de nullo erat ſollicitus, niſi de iis quæ ad ſolum Deum & exaltationem fidei Chriſtianæ proprie pertinebant, ita quod cum iam non niſi ſubmiſſe & cum grauamine loqui poſſet, aſtantibus & ad verba eius aurem adhibentibus vt Deo plenus & vere catholicus dicebat: Pro Deo ſtudeamus quomodo fides catholica poſſit apud Tunicium prædicari & plantari. O quis eſſet idoneus vt mitteretur ibi ad prædicandum? Et nominabat quendam fratrem Ordinis Iacobitarum, qui alias illic iuerat, & regi Tunicij notus erat. Ecce qualiter verus Dei cultor & fidei Chriſtianæ conſtans zelator beatam vitam ſuam in confeſſione veræ fidei conſummauit. Cum autem virtus corporis eius atque ſermonis paulatim deficeret, non ceſſabat Sanctorum ſibi deuotorum, ſicut eniti loquendo poterat, ſuffragia poſtulare, maxime autem beati Dionyſij ſpecialis patroni regum Francorum. Vnde in ſtatu illo eum quodam ſuaui ſuſurro ipſum pluries replicantem audierunt qui aſtabant, finem illius orationis, quæ de beato Dionyſio canitur, ſcilicet: Tribue nobis quæſumus Domine proſpera mundi deſpicere, & nulla eius aduerſa formidare. Et hæc verba multoties replicabat. Similiter autem principium orationis de ſancto Iacobo Apoſtolo pluries replicando dicebat: Eſto, Domine, plebis tuæ ſanctificator & cuſtos. Ad extremam igitur horam veniens Chriſti ſeruus ſuper ſtratum cinere reſperſum in modum crucis recubans, felicem ſpiritum reddidit creatori; ea ſcilicet hora qua Dei filius pro mundi vita in cruce poſitus expirauit. Sane ſuper obitu tam Chriſtiano tamque felici & pium eſt flere, & pium eſt gaudere. Pium quidem & condignum flere pro iactura & deſolatione vniuerſalis matris Eccleſiæ, cuius erat deuotiſſimus cultor, & indefeſſus defenſor. Specialiter autem plangendum atque dolendum toti Franco-

rum regno, cui merito tanto & tam excellenti Principe erat ſingulariter gloriandum. Sed nihilominus, ſi rationem vis doloris admittat, gaudendum potius quam dolendum, tum propter modum chriſtianiſſimum mortis, tum quia de ipſo certa ab omnibus vitam ipſius glorioſam & actus ſanctiſſimos agnoſcentibus ſpes habetur, quod iam de temporalis regni cum ſit translatus ad cœleſtis regni curiam, quæ curæ terreſtris extat penitus aliena, vbi cum electis Dei regnãs in perpetuum beata requie perfruitur ſine fine. Migrauit autem ad Dominũ in craſtino beati Bartholomæi Apoſtoli circa nonam, anno ab incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo. Reſeruata ſunt denique oſſa eius in ſcrinio vt apud ſanctum Dionyſium in Francia, in quo loco ſepulturam elegerat, ſepelienda poſtmodum deferrentur. Quibus ſacroſanctis oſſibus ibidem poſtremo ſepultis diuina non deſinere magnalia, ſed mox mirificauit Dominus Sanctum ſuum. Nam cooperante Chriſti potentia & exigentibus meritis ſancti regis, ad ipſius tumulum plurima claruerunt. Ex quibus aliqua quæ vidi dignum duxi ad ſanctiſſimi regis merita declaranda, & ad Dei omnipotentis gloriam & honorem, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis atque laudabilis, poſteris enarrare.

De miraculis Ludouici Regis Franciæ.

QVÆDAM mulier Theophania nomine de inſula Sequanæ quæ prope villam ſancti Dionyſij eſt, cum olim iuuenis ſederet in quodam campo vbi oues fratrum ſuorum paſcebantur, appodiata ſuper brachium ſuum, arripuit eam granis infirmitas, quæ talis eſt: facta namque tremula valde grauiter & multum exceſſiue in capite, brachiis, tibiis, naſo & ceteris mẽbris, adeo quod venter ſuus aliquando ſpinæ dorſi adhæreret, & ita quandoq; leuaretur, vt quaſi prægnans videretur. Per quadraginta ſex annos vel circiter manens in illa infirmitate & audiens quod Deus operabatur miracula ad tumulũ ſancti regis in Eccleſia S. Dionyſij, illuc venit, & paucis diebus ibidem ſancti regis auxilium inuocans ſanitatem integram reportauit. Quædam iuuencula filia cuiuſdam carnificis de Gloleio adportans ab vtero matris ſuæ quandam maculam circa caudam oculi dextri ad modum puncturæ pulicis rubeam & latam ſicut vna pictauiua. Tandẽ cum creuiſſet circa annum & nouẽ menſes ad quantitatem oui gallinæ, partem oculi occupando, allata à parentibus in Eccleſiam beati Dionyſij ad ſepulchrum ſancti regis Ludouici totaliter ſanata fuit: ita quod fruſtum carnis illius quæ creuerat ab alia carne ſponte ſepararẽtur, & ad terram decideret. Preterea erat quidam homo commorans Pariſiis Guillermus nomine, qui per tres annos fiſtula circa cauillam dextri pedis grauiter infirmabatur, in tantum quod ibidem nouem foramina apparerent, per quę poſſet ex vno latere pedis ad latus aliud feſtuca trahi, & ex quibus cadebant quædam oſſa dum ſanies premeretur. Hic auditis miraculis quæ fiebant ad ſepulchrum ſanctiſſimi Ludouici regis glorioſi, fecit ſe tam cito in lectica apud ſanctum Dionyſium deportari: Qui iuxta tumulum ſancti regis paucis diebus orans & eius auxilium deuote implorans, totaliter ſanus effectus rediit pedibus ſuis, ſine duce viam carpens, & viæ baiulum vlterius non requirens. Fuit ſiquidem quædam alia mulier commorans in villa beati Dionyſij nomine Amiota de Chambliaco, quæ per tres annos & amplius ita fuerat incuruata, quod renes ſuos portaret capite altiores, & caput ſuum ita ſubmiſſum erat, quod à terra per pedem dimidium non diſtaret. Incedebat etiam cum adiutorio cuiuſdam baculi longitudinis pedis & dimidij, quem tenebat duabus manibus per medium, ita quod quantum erat de baculo ſuperius, tantum fere inferius remanebat; per tres ſupradictos annos hoſtiatim mendicando per villam ſancti Dionyſij ſic incedens, non fuit viſa ab aliquo, nec de die, nec de nocte in alia diſpoſitione permanere. Videns autem cateruatim infirmos ad ſepulchrum ſancti regis Ludouici confluere, illic venit, & per paucos dies cum aliis ſancti regis ſuffragium deuote requirens, totaliter ſanata rediit & erecta. Fuit & quædam iuuencula filia cuiuſdam ciuis Pariſienſis pulchra valde, quę cum eſſet nouem annorum arripuit eam grauis epilepſia, ita quod aliquando octo vicibus, aliquando nouem, aliquando duodecim vel viginti vicibus inter diem & noctem

cadebat,

cadebat & torquebatur, ſpumabatque & ſtringebat dentes, ac clamabat horribiliter membra agitando quando erat in illa infirmitate. Durante autem eidem illa infirmitate per duos annos, miſſa fuit à matre ſua ad ſe ſepulchrum ſancti regis Ludouici in Eccleſia ſancti Dionyſij, vbi bina vice in eadem Eccleſia prædicto morbo multis videntibus laborauit: ſed tandem miſerante Deo pauco tempore ibidem in oratione conſiſtens, meritis & precibus ſancti regis ſanitatem integram reportauit. In illo tempore cum oſſa ſacroſancta Ludouici regis de Africanis partibus ad Eccleſiam beati Dionyſij in Francia tumulanda deferrentur, & ventum eſſet in ſtrata publica iuxta quandam vlmum quæ eſt inter Boiſſiacum & Criſtolium non longe ab vrbe Pariſiis, quædam mulier de remotis partibus ibidem cum quodam puero ſuo ſancti regis expectabat aduentum. Puer enim ſubtus genam iuxta aurem quandam ſtrumam ſiue quoddam apoſtema habens, quod fere totum guttur eius occupauerat groſſum ad quantitatem oui anſeris, vel pauonis. Durante tali eidem infirmitate per duos annos fuerat à matre ad ſanctum Eligium deportatus, ſed non ſanitatis remedia conſecutus. Deo igitur ſic ordinante, qui alium ſibi medicum reſeruauerat, rogauit mulier vt portantes lecticam in qua ſancti regis oſſa erant, paululum ſiſterent, & eam filio ſuo paterentur oſculari. Omnibus vero areſtatis, quidam de equo deſcendens accepit & leuauit puerum, tangens eius infirmitatem loculo vbi erant regis oſſa repoſita ſacroſancta. Mox igitur vt loculum tetigit crepuit apoſtema, & inde exiuit tanta ſanies quod multi mirarentur. Viſo vero & audito qui aſtabant iſto miraculo, fleuerunt genu flexo laudantes Dominum pro tanto miraculo per ſancti regis merita declarato.

INCIPIVNT GESTA PHILIPPI REGIS FRANCIÆ, FILII SANCTÆ MEMORIÆ LVDOVICI REGIS.

GESTA PHILIPPI III. *(QVEM AVDACEM QVIDAM cognominant) Francorum Regis filij ſancti Ludouici, deſcripta per fratrem Guillermum de Nangis monachum ſancti Dionyſij: vt ipſemet teſtatur ſuperius in præfatione geſtorum Sancti Ludouici.*

QVONIAM quidem dignis præmiorum titulis pretioſiſſimam Chriſti gemmam Ludouicum ſanctæ memoriæ regem Francorum apud Carthaginem defunctum non vt dignus erat, ſed ſicut potuimus, extulimus: operæpretium videtur, vt carbũculus ab ipſo exoriens in præclariſſimæ ingenuitatis Francorum genere obſidẽ teneat: ſcilicet Philippus eiuſdem filius vere laudum titulis excolendus. Nam quamuis illiteratus & actui ſeculari fuerit aliquãdo deditus, totus tamen in fide catholicus & erga Dei cultores extitit beneuolus ac deuotus. Hic igitur poſt deceſſum patris ſui Ludouici regis Franciæ glorioſi, qui dum in Africanis partibus regem Tunarum cum valido Francorum exercitu expugnaret, migrauit ad Dominum, ad regni gubernacula & adminiſtrationem exercitus patri ſucceſſit, anno ſcilicet ab incarnatione Domini M.CCLXX. Veruntamen adoleſcentis animus adhuc rebus bellicis inexpertus, & corporis imbecillitas quam ex graui infirmitate contraxerat, inſufficientiam Principis in tanto regimine & in tanto neceſſitatis articulo minabantur. Turbato igitur aliquantulum Francorũ exercitu, tum propter regis Ludouici interitum, tum propter variæ fortunæ mutationẽ ſubito claſſis illius nobilis Eccleſiæ defenſoris, Caroli videlicet regis Siciliæ illuſtris in mari apparuit. Qui clangore tubarum tubicinibus

aëta verberare præcipiens, quando claſſis in portu debuit applicari, audientium auribus, intuentium oculis mirabilem ſe reddebat. Exiuit ergo de nauibus illo die, quo Ludouicus rex frater eius migrauit à ſeculo, vel eadem hora, vt quidem referunt, qua ſpiritum exhalauit. Videns autem exercitum quaſi corporis mania inuolutum, & nullum in aduentu ſuo ſignum lætitiæ pręparari, nec regem vel optimates aut principes Francorum exercitus ſibi obuiare, mirari cœpit, donec cauſa mœſtitiæ fuit ſibi & ſuis militibus intimata. Conſiderans autem & prudenter animaduertens, quod ſi ſuis ſignum mœſtitiæ aut doloris in vultu prætenderet, per hoc poſſet eis metum aut deſperationem incutere & inimicis fidei videretur miniſtrare materiam inſultandi. Igitur magnanimitate cordis dolorem reprimens intrinſecus de neceſſitate fecit virtutem, & vultum hilarem cunctis ſibi obuiantibus offerēs intrauit exercitū cum tanta lætitia ac ſi fuiſſet ad nuptias inuitatus. Accelerans autem ad caſtra regalia, corpus regis exanimē reperit aliquātulum adhuc calore complexionali tepidū, cum quaſi in continenti ſpiritum exhalaſſet. Mox humo proſtratus humiliter breui oratione fratris animā Deo recōmendans affectu carnis & dilectione præcipua qua viuētem dilexerat, coactus eſt, vt dicitur, lachrymas fundere, ſi fas eſt credere pectus tam nobile corq; giganteū modum muliebrē ſaltem aliquantulū induiſſe. Tūc vultu mœſtitiæ depoſito ab oratione ſurgens, corpus regis cōdiri pręcepit aromatibus ꝓcioſis. Clientes vero aulici & miniſtri, quibus hoc incūbebat officiū, corpus regis membratim diuidentes aquæ viniq; admixtione tādiu decoxerūt, quouſq; oſſa pura & candida à carne quaſi ſponte euelli potuiſſent. Carnem tamen corporis eius excoctam & ab oſſibus ſeparatā, nec nō & inteſtina ipſius petiit & impetrauit Carolus rex Siciliæ à nepote ſuo rege Philippo. Qui ſuſceptas ſanctas reliquias honorifice fecit eas in Siciliā deportari, & prope Panormū in quadam nobili & cathedrali Eccleſia Ordinis ſancti Benedicti quæ Mons regalis dicitur præcepit tumulanda: vbi cum valde ſolemni ac deuota proceſſione totius cleri ac populi terræ illius ſepulta ſunt. Oſſa autem lotione mūdiſſima pannis ſericis inuoluta cum ſpeciebus odoriferis in loculo reponentes in Eccleſia Areopagitæ Dionyſij quę eſt iuxta Pariſios in Gallia cum ſuis patribus antiquis Francorum regibus loco & tempore tumulanda reſeruarunt. Quippe in illa omiſſis ceteris elegerat ſepulturam; quam ſemper amore piiſſimo in ſua vita fouerat, & ſub alis ſuæ defenſionis ſemper protexerat ac priuilegiis muniuerat, coroniſq; aureis & ornamētis ditauerat pretioſis. In qua etiā quod maius eſt, corpus illius Martyris & Apoſtoli totius Gallię Areopagitę Dionyſij cum ſuis ſanctis ſociis Ruſtico & Eleutherio & cum magna caterua martyrum, confeſſorum & virginum regni Franciæ & populi Gallici defenſoris requieſcens veneratur Gallicanus populus ac cum magna deuotione & reuerentia mundus recolit vniuerſus.

De loco vbi Rex Siciliæ iuſſit figi tentoria ſua, & quomodo dominus Hugo de Bauceio perditus eſt.

LVDOVICI regis obſequiis celebratis Carolus rex Siciliæ iuſſit figi ſua tentoria verſus mare, quaſi per milliare à magno exercitu noſtratorum. Penetralia vero Sarracenorum diſtabant ab exercitu Chriſtiano quaſi per quatuor milliaria, verſus ſuam ciuitatē Tunicij, qui quotidie erant conſueti ſatis prope noſtrorū exercitum accedere, & eos ſagittis & iaculis infeſtare. Noſtri autē qui deforis ſpeculam faciebant & exercitum ab incurſionibus ſubitis tuebantur, huc illucq; prout neceſſe erat diſcurrendo, quandoq; cum eis conflictū tranſitoriū facientes plurimos occidebāt. Et ipſi quandoq; ſimiliter vidētes tres vel quatuor de noſtris ab aliis ſequeſtratos, in eos impetum faciebant. Si autē vidiſſent centum vel ducentos milites de noſtris ad eos properare, arripiebant fugæ præſidium feſtinanter. Moris enim Sarracenorum eſt Chriſtianos infeſtare cum iaculis & ſagittis. Sciunt vero eos probos & audaces & impatientes iniuriæ; & ideo cum vident eos impetu furibundo accurrentes, fugę præſidiū tum aſſumunt. Cum enim eo modo quo diximus prope noſtrorū exercitū vna die laceſſendo ſagittis & iaculis infeſtarēt; quidam milites in armis ſtrenui, ſcilicet dominus Hugo de Bauceio & Guido frater eius ac alij potētiſſimi bellatores

vehemen-

vehementer indignati, quod illi Sarraceni viliſſimi in eos tam improbe inſæuirent, ſuper eos debito longius irruerunt: quos ſtatim alij ſuperuenientes Sarraceni multis millibus includentes graui pugna & multa ſtrage ſuorum ante facta, eos ad vltimum, vt creditur, occiderunt. Retulerunt enim quidam Sarraceni, pace compoſita, quibuſdam ex noſtris ab eis quærentibus ſi tales vidiſſent; reſponderunt, quod occiſi fuerant & multos proſtrauerant antequam interiſſent; & vnus eorum maxime qui duobus cruribus abſciſis plures occiderat antequam interiret. Illis, vt dictum eſt, in Sarracenos impetum facientibus, fit tumultus magnus in exercitu Chriſtiano, ita vt ad arma, ad arma vbique conclamarent. Quibus armatis & extra foſſata exercitus iam egreſſus vt in hoſtes fidei Chriſtianæ impetum facerent, ſubito ventus oculis noſtrorum contrarius tantos turbines pulueris & ſabuli Sarracenis cum palis & aliis inſtrumentis hæc agitantibus & in altum iactantibus per medium ætheris excitauit, quod vix alter in alterum poterat oculorum acie penetrare. Et ita noſtri in hac die nihil operantes, in caſtris ſe traxerunt.

De quadam victoria quam noſtri habuerunt iuxta Tunicium.

ALIA quadam die circa horam primam acceſſerunt Sarraceni ſatis prope exercitum Chriſtianum cum lanceis & iaculis & talibus armorum vtenſilibus quibus vtuntur in prœlio illuc quaque diſcurrentes, & in noſtros, prout poterant, ſagittis & iaculis debacchantes, vt ipſos ad prœlium prouocarent. Erat enim illorũ multitudo quaſi innumerabilis, intantum vt totam terræ planiciem viderentur operire. Vt autem noſtris terrorem incuterent altiſonis tympanorum tonitruis & tubarum clangoribus replentes aëra, ſe reddebant terribiles & horrendos. O quam erat eorum inanis & vacua opinio, qui fictis audaciæ ſimulationibus deterreri putabant, quos, eorum audito nomine, formidabant: qui etiam nihil aliud peroptabant, niſi vt ipſos ad prœlium expectarent. Quorum inſuper erat ſummum deſiderium & auiditas effrænata, omnem populum religioni Chriſtianæ contrarium abolere, & maxime gentem Sarracenicam extirpare. Videntes autem Franci eos ita cominus acceſſiſſe, æſtu ſummæ indignationis accenſi, ad arma, ad arma ingeminant, armari concita feſtinatione intendentes. Non enim ſe abſcondere & conflictum euitare proponebant: ſed qui prior exiret ad prœlium decertabat. Armati ergo velociter equos inſiliunt certatim exeũtes & per camporum planicies ſe diſtendunt. Sarraceni vero qui propoſito prœliandi venerant, ſi vidiſſent ſe poſſe reſiſtere, non putantes noſtros fortitudine tanta & multitudine præualere, greſſu velociſſimo ſe retrahentes, fugæ beneficio ſe tutantur. Rex autem Siciliæ qui ex aduerſo longe ab exercitu tentoria ſua figi præceperat, multo vallatus milite de caſtris ſuis feſtinanter egreſſus, in parte alia curſu velociſſimo illos inſequitur, non in propoſito longius inſequendi, ſed vt ipſos tentaret decipere per cautelam, cuius ipſi etiam ſunt doctores. Illos enim quaſi per milliare inſecutus retrogrado greſſu laxis habenis fugam diſſimulans cum ſuis, quos ad hoc prius inſtruxerat, cito reuertitur, vt illos audaciæ reſumpto ſpiritu ſe ſuos quod induceret ad ſequendum. Nec ſpe ſua fruſtratus affuit; quia ſic accidit vt ſperabat, & dum nolentem fugari mira celeritate inſequuntur, ab eiſdem qui prius illos fugauerant, includuntur. Rex autem cautelam ſuam bene proſperari conſpiciens, ſigno dato ſuis celeriter redeundi, in medios hoſtes illorum ſitientiſſimi ſanguinis, ſtrictis gladiis inferuntur. Alij vero, qui à tergo illos, vt dictum eſt, infeſtabant fugæ penitus beneficium auferentes, impetu furibundo exertis gladiis in eos irruerunt. Tunc ſtrage nimia Sarraceni proſternati cæduntur gladiis more bidentium, ſed murmur reſonat & querimonia in eorum lingua nimis. Sarracenorum vero numerus qui ibidem fuerunt obtruncati, poterunt ad tria millia æſtimari; excepta multitudine maxima qui gladij interitum fugientes ſe in mari præcipites immerſerunt. Alij autem qui tantæ cædis periculum fugæ remedio ad ſuos reuertentes putabant euadere, periculum aliud ſuis ſuorumque manibus præparatum præcipites inciderunt. Fecerant enim foſſas profundiſſimas in ſabulo aut propter aquas hauriendas,

vt moris eſt apud eos, aut vt noſtri, ſi eos inſequi contingeret, intus caderet improuiſi. Sed in inſidias & laqueum quem parauerat inimicus, ipſe cecidit repentinus. Ceciderunt namq; in foueas quas forte propter metum mortis obliuioni tradiderant, vel propter aſperſionem pulueris & ſabuli quam ventus contrarius intantum in facies eorum reuerberabat, quod quaſi cæcati non poterant præcauêri. Sic enim in illa die dedit Dominus vindictam ſeruis ſuis de inimicis, qui omnes penitus aut capti aut obtruncati fuiſſent, ſi noſtros ad certamen vel certum prœlium expectaſſent.

De galeis & caſtello ligneo factis contra galeas & tentoria Sarracenorum.

LOcvs autem vbi ſua fixerant tentoria Sarraceni erat ex oppoſito contra caſtra noſtrorum diſtans quaſi per quatuor milliaria ab eiſdem verſus Tunicij ciuitatem. Erant etiam inter vrbem & Sarracenorum exercitum æquoris fluenta inter fauces montium tortuoſo limite redundantia in fluminis effigie decurrentis. Siquidem ipſi non poterant de ſuis tentoriis ad vrbem niſi nauigio commeare: quia lacus ille præ latitudine & profunditate ſua pedeſtris viæ & pontis beneficium penitus auferebat. Quicquid igitur Sarracenis de exercitu & equis eorum erat neceſſarium, galearum & coquarum vehiculo ciuitas miniſtrabat. Quo comperto, Philippus rex Franciæ & alij barones exercitus Chriſtianorum inierunt conſilium, qualiter eis illius æquoris tranſitum, per quem ipſis vehebatur rerum copia impedirent, vel penitus hunc auferrent. Nam hoc facto oportebat Sarracenos vlterius transfretare, & à loco eodem diſcedere, aut eorum exercitum propter neceſſariorum inopiam penitus inaniri. Præparata igitur multa lignorum congerie caſtellum ligneum iuſſerunt fieri latitudine & altitudine competenti, & in tali etiam littoris latere munitum defenſoribus collocandum, quod foret vtile ad Sarracenorum galeas & carinas expugnandas, quæ ab vrbe ad ipſorum exercitum tranſitum faciebant. Ordinauerunt etiam poſtea galeas fieri fortes, & omnium aliarum agiliſſimas, baliſtariis muniſſimas, quæ poſſent in æquoris alueo ab aduerſariarum galearum incurſibus prædictum caſtellum defendere, & tranſeuntes per latum illum fulmineis occurſibus expugnare. Quo definito, rex Philippus cuidam carpentario operum ſuorum artifici doctiſſimo curam operis illius imperauit. Qui cum omnia ſibi imperata ſubtiliſſimo opere conſummaſſet, galeas ad littus neſcio quo trahentes ingenio, in vndas æquoreas impulerunt. Quæ baliſtariis audaciſſimis & defenſoribus munitiſſimæ multo numero remigum impellente, ſuper vndas lapſu velociſſimo diſcurrentes contra vaſa hoſtium ſui fulminoſi impetus aciem direxerunt; & cum eis viriliter dimicantes, aliqua vaſa eorum Sarracenis, qui intus vehebantur noſtris ſe reddentibus ceperunt & in lymphis aliqua demerſerunt. Caſtellum autem ligneum quod ſimiliter ad eos debellandos conſtructum fuerat, in loco propoſito erigi pax interim compoſita non permiſit.

Quomodo noſtri regem Tunarum & Sarracenorum exercitum fugauerunt & tentoria eorum lucrati ſunt.

REx autem Tunarum volens muliebris ſuæ potentiæ virtutem oſtendere, ſperans Francos vndiq; circumuentos & expugnare & capere, aut ſaltē prę multitudine equitum & peditum territos à ſuis finibus perturbare, contractis vndecunque viribus, & aliquibus Sarracenorum regibus in auxilium conuocatis, ingentes copias congregauit. Exierunt ergo vna die ſummo mane cū toto conamine pedites & equites per acies ordinati, altiſonis clamoribus neſcio quid vlulantes cum ingenti tonitruo diuerſorum inſtrumentorum longe lateque per camporum planicies diſperſi vt maior eorum numerus appareret, quaſi locuſtę totam terrę ſuperficiem tegentes, prima facie cum magno deſiderio conflictum appetere videbantur. Quod videntes Chriſtianorum exercitus cuſtodes, ad arma, ad arma vociferant, clamore horribili exercitum excitantes. Franci vero ſubita turbatione com-

ne commoti mira celeritate ad arma proſiliunt, loricas induunt, & deſuper picturis variis ſecundum diuerſas armorum differentias ſe diſtinguunt. Armato igitur rege Francorum Philippo, rege Siciliæ, rege Nauarræ, & aliis Chriſtianæ militiæ principibus, caſtris egreſſi mira ſecuritate & audacia, ſe per campi planitiem dilatantes quaſi per miliare in medio diſtante ſpatio ſe hoſtibus opponunt, ſe paratos ad prœlium offerentes. Interea regum & principum quilibet militiam ad ſe recolligens, totum exercitum in diuerſas phalanges ſecundum diuerſos eorum duces variis differentes banetiis diuiſerunt. Agmine igitur baliſtariorum equitum & peditum præcedente, fuit protinus ordinatum quis procerum primus in hoſtes irrumperet, quis ſecundus, quis tertius; & ſic de aliis vniuerſis. Et ne forte Sarraceni venientes a latere noſtris longe prœliantibus ſubito in caſtra inſultum facerent, ſcientes bellatores & robur exercitus in tentoriis non adeſſe, Comes Alanſonis Philippi regis Franciæ frater cum ſuo comitatu & hoſpitalis militia, ſunt caſtrorum & infirmorum, qui intus remanſerant cuſtodiæ deputati. Vexillo igitur ſancti Dionyſii erecto, omnibuſque rite diſpoſitis prout moris eſt ad bellum procedere, ſonantibus tubis noſtri milites in hoſtes primæ cohortis inferuntur. Sarraceni autem qui tanta venerant arrogantia, videntes exercitum fidelium tanta numeroſitate ditatum, & per bellicoſas acies tam decenter ornari, ſpe triumphi depoſita, & pauore nimio diſſoluti noſtris ipſos ſequentibus fuga celerrima ſe verſus ſua tentoria retraxerunt. Tunc eorum probata eſt puſillanimitas & defectus languentis animi, cum nec ante caſtra ſua, vbi tutum debuerant reperiſſe refugium, auſi fuerunt bellum conſerere: ſed caſtris ſuis cum omnibus qui intus aderant prædæ expoſitis fugientes vlterius tranſierunt. Tunc rex Franciæ docto functus conſilio præconari fecit prohibitione regia, ne quis auſus eſſet ad prædam manum extendere, donec diuina potentia conceſſiſſet eis ex hoſtibus victrici dextera triumphari. Sapienter enim hoſtium cautelam ſic præcauit, quæ aliquotiens damnum permaximum intulit Chriſtianis. Sæpe vero fugam diſſimulant de ſpoliis ſuis facientes prædam ſponte ſequacibus & diuitiarum dulci ſapore allicientes ornari permittunt ſpoliis, donec eos rapacitati intentus & circumquaque diſcurrentes viderint ad propria remeare. Tunc reuertentes in eos ſubito irruunt: & quia inordinatos per acies reperiunt, & ſpoliis oneratos, ſatis faciliter in eos ſuas iniurias vlciſcuntur. Rex autem Franciæ & ſui ſequaces poſt turbas hoſtium per medium caſtrorum illorum iter accelerantes, tandiu illos inſequuntur, donec eos montes aſcendere, & inter fauces montium fugere coegerunt. Tunc rex videns viarum pericula & difficultates montium noluit eos vlterius inſequi. Graue enim eſſet equis eorum propter inſidentium armorum pondera rupes aſcendere, nec non & periculum latebras vallium locis incognitis introire. Poteſt enim paucorum numerus in deciſione montium anguſti tramitis munimine tutus multorum potentium millibus obuiare. Dum vero talia agerentur, quidam Sarracenorum inter ruinas murorum Carthaginis latitanes, cum vidiſſent aliquos noſtrorum peditum pauperes & nullius nominis garciones inter noſtrorum tentoria & Sarracenorum caſtra incaute diſcurrere, & lucri cupiditate armorum fragmina colligentes, irruerunt in eos & aliquos occiderunt. Rex igitur Franciæ cum virtutis materia defuiſſet, triumpho vacuus cum bellicoſa Francorum militia ad Sarracenorum reuertens tentoria, inimicorum ſpolia ſuis prædam fieri liberali munificentia imperauit. Mox certatim milites, & qui lucri deſiderio tenebantur ad prædam ſaliunt, pampiliones & tentoria paſſim diripientes, boues, arietes, panes, farinas & vtenſilia, vel quæcunq; rapere potuerunt, rapaci dextera prædati ſunt. Sarracenos etiam qui infirmitatis languore detenti cum aliis fugere non poterant in ſuis tentoriis circumquaque iacentes in ore gladii peremerunt. Nec tali vltione contenti per aceruos cadauera colligentes ſtrue lignorum pampilionum ſuccenſa in ignium clibana proiecerunt. Quod videntes alii qui montium iuga fuga petierant, nimia indignationis ira ſuccenſi, ſuper mortuorum ſuorum interitu lugubri lamentatione dolentes, hoc maxime incredibili tulerunt impatientia, quod noſtri mortuorum ſuorum cadauera combuſſiſſent. Sic igitur hoſtibus fuga lapſis,

& eorum tentoriis tam manuum prædatione, quã ignis combuſtione deletis, reges & principes aciebus ſuis, vt prius mouerãt ordinatis, ad caſtra propria reuertuntur.

De variis morbis & incommodis quæ acciderunt tam noſtris quam Sarracenis: & quomodo Sarraceni petierunt treugas.

LVES autem peſtifera ex aeris corruptione geminum ſumens principium ex aquarum maculatione & veterum cibariorum eſu partim morbi cauſam concipiens in Chriſtianorum exercitu interim ſæuiebat, quod plurima hominum millia ſuffocatrix extingueret, & plures qui mortis periculum euaſerunt redderet imbecilles. Nec etiam Sarraceni huius cladis immunes aderant: imo paſſim eos aceruatim vt porcos per caſtrorum ſuorum tabernacula iacentes morbus conſimilis affligebat, ita vt eis præſentis vitæ beneficium auferret, & eorum animas ad tartaros mitteret gehennæ flagitiis perpetuo cruciandos. Vnde rex Tunarum propriæ ſaluti conſulens, timens incurrere commune periculum in exercitu ſuorum ſatraparum, vt creditur, nunquam comparuit: ſed, vt dicebatur, aeris corruptionem fugiẽns, ſe ſub ſpeluncis ſubterraneis abſcondebat, vt vitam ſibi tali remedio reſeruaret. Affirmabant enim Sarracenorum periti ſeniores, qui multa rerum experientia olim cognouerant, hoc ex aëris intemperie prouenire, atque ex inferiorum rerum macula cladis materiam huiuſmodi generari. Interea vero rex Tunarum cum ſuis ſatrapis videntes gentis ſuæ & patriæ periculum imminere, & eos tam peſtiferæ cladis, quam Francorum gladiis interire: conſiderans etiam contra tantæ gentis fortitudinem in acie non poſſe reſiſtere, conſilium cum ſuorum prudentioribus iniit, ſcilicet quali pacto, vel quã pacis compoſitione, ex quo vi ſuperare aut repellere non poterat, ſuos fines a tanti populi debacchatione liberaret. Veruntamen, quia in geſtorum confectione mentiri nefas credimus, cum in talibus non debeat rerum veritas reticeri, noſtri ſtatus exercitus iam in parte clade peſtifera diminuti, ſalubris aeris recreatione & nouorum ciborum beneficio plurimum indigebat. Carnes enim recentes, gallinæ, cæteraque volatilia, omniaque recentia cibaria, quando reperiri poterant, cariſſime vendebantur. Tentantes igitur Sarraceni, vtrum reges & principes Chriſtiani exercitus vellent paci treugis conſentire, miſerunt nuntium, vt ex parte illorum peteret ea quæ pacis ſunt, & eis reſponſa noſtrorum principum reportaret; qui feſtinus prope exercitum noſtrorum accedens, vt aliquis ad ipſum accelerans ſuæ petitionis copiam exaudiret, & ſuper hoc conſulerent principes Chriſtiani exercitus, ſignum dedit. Tunc ad illum accedens vnus ex noſtris militibus, qui linguam Arabicam intelligebat & loquebatur, intentionis ſuæ ſummam noſtris regibus & principibus intimauit. Rex autem Franciæ ſuper hoc conſiderans in partibus illis parum aut nihil poſſe proficere, & tempus in otio deducẽdum, cum regio foret exilis & ſterilis, & a circunſtantibus hoſtibus occupata, qui ideo deleri non poterant, quia nolebant in acie decertare, nec noſtros ad certum prœlium expectare, ſed vt canes oblatrantes, vt eos afficerent tædio, quandoque cominus infeſtare, poſtea fuga velociſſima per abrupta montium tranſuolabant. Item conſiderans quod ſi ciuitatem vi caperet, quod ſatis facile fieri videbatur, pro ſola ciuitate tuenda, quæ occurſibus hoſtium erat circumquaque expoſita, oportere ibi aliquem ex principibus cum parte exercitus ciuitatis cuſtodiæ mancipari, & ſic exercitum fidelium ad maiora profuturum multa numeroſitate minui, cum vlterius ad partes Syriæ ex principali propoſito transfretare intenderent, & hoſtes fidei Chriſtianæ illis in partibus expugnare. Summa ergo conſilii regis in bimembri diuiſione conſiſtens talis erat: ſcilicet Sarracenos quantum reperiri potuiſſent occidere, vrbem prædatam deſtruere, & deſtructam cum tota regione taliter derelinqui. Sed de conſilio regis Siciliæ & Nauarræ & aliorum optimatum exercitus Chriſtiani multa munera & infinitam auri ſummam pro expenſis accepturus, tandem treugis habita deliberatione conſenſit. Verumtamen ſimplex militia & vulgi communitas ſpoliis hoſtium, vt dicitur, inhiantes, & iſtam compoſitionem nullatenus acceptantes, vltum iri in hoſtes fidei, vrbem capi, & funditus dirui vtilius & honorabilius iudicabant. Regem autem Siciliæ quaſi per ſimilitudinem obiurgantes, dicebant;

cebant; conſilium Achitofel vtile eius machinatione & conſilio diſſipati, qui propter hoc huiuſmodi treugarum cõceſſionem procurarat, vt regem Tunarum metu Francorum perterritum iam annis pluribus a ſolutione tributaria diſſuetum per talem quaſi pacis compoſitionem, in ſolitum tributum reduceret, quod antea annis aliquibus non fuerat perſolutum. Illud enim regnum regno Siciliæ ſubiectum eſt, & a longo tempore tributariis conditionibus obligatum. Tale murmur oriri cœpit in populo contra regem Siciliæ ſine cauſa. Cum communis ſimplicitas communi oppoſitioni conſentiens, prorumpat multotiens in incertum, ignorans quid armorum debeat negotiis expedire.

De treugis & forma pacis facta cum Rege Tunarum.

REGIS igitur Franciæ cunctiſq; principibus, qui ſecum erant, treugis, vt dictum eſt, & quaſi cuiuſdam pacis conditionibus conſentientibus, fuit inter eos & regem Tunicii taliter ordinatum. Scilicet quod expenſæ, quas rex Franciæ & barones in via fecerant, deberent ſibi totaliter in auro puriſſimo reſtitui: & decennes treugæ nulla interruptione deciſæ vſque ad præfixum terminum vtrinque firmiter obſeruari. Fuit etiam poſtea additum, quod portus Tunarum tantis ſeruitutis conditionibus oneratus, qui commeantes mercatores grauibus exactionibus opprimebat, tantæ immunitatis & libertatis de cætero fieret, quod omnes mercatores, qui ad portum confluerent, vel tranſirent vlterius cuiuſcunq; mercimoniæ forent, nihil omnino ſoluere tenerentur. Omnes enim antea rerum omnium quas in nauibus deferebant nullo remedio vel exceptione ſuffragante, regi Tunarum partem decimam tributi nomine perſoluebant. Fuit etiam ordinatum quod rex Tunarum regi Siciliæ tributũ quod in theſauris ſuis anteceſſores ſui percipere conſueuerant, perſolueret annuatim. Erat autem in vrbe Tunarum multitudo Chriſtianorum, iugo tamen ſeruitutis Sarracenorum oppreſſa, & fratrum Prædicatorum congregatio, ac Eccleſiæ constructæ, in quibus fideles quotidie confluebant: quos omnes ex ſui regis præcepto Sarraceni captos incarcerauerant, cum fines ſuos intrauiſſe Francorum exercitum cognouiſſent. Iſti omnes ex pacto non ſolum a carceribus liberantur. Treugarum ergo prædeſcriptis conditionibus certis captionibus vtrinque roboratis & auri polliciti ſumma pro parte maxima iam ſoluta, vſus armorum deponitur, & ſecure Sarracenorum magnates & humiles inter noſtros ſpatiatim veniunt, mercatum victualium offerentes. Stupebãt autem & modum ſtuporis excedendo mirabantur exercitus Francorum in armis & equis ornatum & nobilitatem, gentis numerum & perſonarum elegantiam intuentes. Reges autem & proceres Chriſtiani exercitus nolentes in irritum diutius ibi moras protrahere, cum ex mora nullum profectum, ſed cladis peſtiferæ periculum immineret, quid vlterius agerent conſilium inierunt. Conſiderantes vero peregrinationis ſuæ finem nondum attingere, nec votum ſuum tunc bene poſſe compleri, tunc propter exercitum morbi contagio debilitatum, tum quia legatum Romanæ Eccleſiæ qui eos in terram ſanctam dirigere debebat non habebant, & maxime quædam litteræ directæ regi Franciæ ex parte Matthæi abbatis ſancti Dionyſii in Francia & Simonis domini de Nigella militis cuſtodum regni ſui nimis vrgentes eum, vt in Franciam remearet, decreuerunt repatriare, & poſtea in terram ſanctam reſumptis viribus proficiſci.

De tempeſtate quam in reditu de Tunicio paſſi ſunt.

POST hanc vero deliberationẽ indictum eſt caſtra & armorum vtenſilia colligere & ad naues deferre, quæ in portu prope Carthaginem adiunctis anchoris adhærebant, vbi Regina Franciæ, Comitiſſæ, & concio muliebris ſub militum & clientum cuſtodia morabantur. Aſcenſis itaque nauibus omnibuſque rite paratis, Philippus rex Franciæ, Theobaldus rex Nauarræ, Alphonſus Comes, Pictauiæ, Petrus Comes Alenſoniæ, Robertus Comes Attrebati & Epiſcopus Lingonenſis, cum pluribus aliis, afflatibus ventorum carbaſa dilatantes primo nauigio

transferuntur. Qui ventis proſperis & ſequaci remige mare pacificum exarantes, portui Traparum primæ ciuitatis Siciliæ appulerunt, & relictis io portu vacuis nauibus quietis beneficio recreandi ſeſe iotra ciuitatis mœoia receperunt. Pars autem exercitus, quæ in portu Africani littoris prope Carthagioem poſtremo nauigatura remanſerat, infœlicis ominis neſcia quod futurum continuo fortuna peſſima minabatur, vaſa ſua, rebus oauigii ſecundum ritum adaptatis, in vndas æquoreas pepulerunt. Cum autem partem itineris attigiſſent, mox Neptunus infenſus implacabiliter producens veotos de theſauris, eos io tantam rabiem excitauit, vt antea inauditos & incomparabiles commouiſſeot ſpiritus procellarum. Nam quædam nauium impulſu fluctuum agitantur, quaſi protinus demergeodæ, & aliæ veotis validiſſimis raptæ, occurſu rapidiſſimo alterutram collidentes fractis remigibus & antenois fruſtratim lacerationibus diſſolutæ io æquore demerguntur. Quibus & occurrerunt naues quæ io portu Traparum vacuæ remanſeraot; quæ eiuſdem tempeſtatis rabie ab vndis æquoreis diſſoluuntur. Ex quibus vna porta gaudii ouncupata, quæ pro rege Franciæ ſpecialiter fuerat fabricata, quantitate & ſolida compage atque materia aliis præſtantior, ita ductu diabolico, vt creditur, circunquaque ferebatur, quod omoium ſibi occurrentium ſuffocatrix & cauſa naufragii exiſtebat. Aliæ vero ſpiritu procellarum longius agitatæ, vſque ad portum Tuoarum redierunt. Quia rex vrbis pactionis non immemor, quam cum rege Francorum pepigerat, nihil eis iniuriarum intulit, ſed eas honore præueniens, placatis æquoribus plena ſecuritate remiſit. Perierunt autem ex illa tempeſtate circa quatuor millia perſonarum vtriuſque ſexus, tam nobilium quam ignobilium, & decem & octo naues fortes & magnæ cum multis mioonibus, & cum equis multis & rebus infinitis.

Incidentia de Edoardo filio regis Angliæ.

REBVS itaque ſic ſe habentibus, Edoardus Henrici regis Anglorum primogenitus, qui ad obſidionem Tunarum tardius aliis venerat, poſt dictam compoſitionem factam cum Sarracenis, nolens adhuc ad propria remeare, ſed peregrinationis votum quod ioceperat, ſi poſſet, volens perficere, cum quibuſdam Francigenis militibus vlterius ad partes Syriæ transfretauit, & in breui portui ciuitatis applicuit Accooenſis. Alibi enim ſecure terram occupare noo poterat, cum totum regoum Hieruſalem, & totam terram Syriæ Sarraceoi, proh dolor, occuparent, præter quædam caſtella maritima Templi & Hoſpitalis, quæ propter locorum oaturalem ſitum modis omnibus congruuot, & propter modicos defenſores qui intus aderant non poterant expugnari. Licet vero eſſent alia quædam caſtella fortiſſima maritima, ad quæ fideles tranſmarioi reperiebant refugium, ſola Aceon ciuitas poſt Tyrum Soldani Babyloniæ viribus & Orientis infidelibus reſiſtebat. Tyrus enim ciuitas nobilis æquorum profundiſſimo circumſepta, & ſublimi murorum ambitu cincta, denſitate turrium ioteriecta, dum tameo victualium & defenſorum haberet copiam, oullo modo niſi proditionis ingenio caperetur. Edoardus, vt dictum eſt, cum quibuſdam de Fraocia probatæ militiæ vbi Accooeoſi moram quaſi per annum protrahens cum ciuibus & Hoſpitalis & Templi militia, ciuitatem a Sarracenorum inuaſionibus indemoem ſatis laudabiliter cuſtodiuit. Verumtamen in armorum negotiis nihil interim accidit dignum memoria, cum tam pauca, licet probata, militia, contra Soldanum Babyloniæ, Syriæ, & Ægypti ac totius Orientis dominum extra muros in acie confligere noo valeret. Interea quid Harſacida ad Edoardum perimendum a ſuo rege, vt moris eſt, apud eum miſſus ſicut creditur quaſi cum eo ſecreto locuturus in thalami ſecretario ſequeſtratum toxicato cultello transfodiens lethaliter vulnerauit: ita tamen quod io veoeni diffuſiooe interiora corporis occupante, & humorum naturalium vegetationem extinguente, maius periculum immineret, quam in ſola vulnerum cicatrice. Ipſe vero ex graui & periculoſa læſione iofirmitatem contrahens, poſt dies multos non tameo ad plenum coovaluit, paratoque nauigio iter arripiens tranſiturus in Angliam ad regnum ſuſcipiendum, quod ad ipſum de nouo propter patris ſui diſſolutionem iure hęreditario fuerat deuolutum. Fines vero Siciliæ penetrans, ab illuſtri rege Carolo multis

muneri-

muneribus ex regali munificentia donatus, multo eſt cum honore ſuſceptus. Inde ad Gaſconiam terram propriam, quam a rege Françiæ tenebat in feodum tendens, ibidem cum de Biardo terræ illius viro nobili & potente altercationem aliquantulum habuit. Sed rege Franciæ Philippo mediante cum promiſſo lis eorum ad tempus ſopita quieuit. Ad vltimum vero per Franciam tranſitum faciens, vbi ſibi plurimum honoris impenditur, ad terram natiuitatis ſuæ nauali vehitione eſt translatus. Sed quoniam non eſt propoſiti hiſtoriam Anglorum deſcribere, hîc de ipſo quaſi ex incidenti narrata ſufficiant.

De morte Theobaldi regis Nauarræ.

CVM autem Philippus rex Franciæ & Principes Francorum exercitus in villa Traparum & villæ confinio poſt prædicta maris pericula quieti aliquantuſum indulſiſſent, moram ibidem quaſi per quindecim dies facientes, Theobaldus rex illuſtris Nauarræ & Comes Campaniæ in lectum mortis decidens, vitæ ſuæ diem clauſit extremum. Cuius mors cunctis dolorem inferens, ex vno meliore ſui membro exercitum mutilauit. Erat enim poſt regem Franciæ præpotens, vir peritus cõſilio, & beneficiorum egentibus largiſſimus diſtributor. Cuius corporis interiora trahentes miniſtri talis officii, quia diu propter ſui putrefactionem deferri non poſſent, in quadam villæ Eccleſia ea more debito terram terræ tradiderũt. Corpus vero multa lotione mundatum ſale & odoriferis aromatibus ad putrefactionis & odoris peſtiferi remedium diligenter conditum ſui in loculo reſeruantes, ſecum in Franciam detulerunt, & apud Pruuinum in Bria in fratrum Minorum Eccleſia honorifice ſepelierunt. Vxor autem ſua Maria illuſtris regina filia Ludouici ſereniſſimi regis Francorum Carthaginẽ defuncti a diebus infantiæ ſuæ ſacris moribus exornata, in ſancta viduitate abſque liberis derelicta, ſacræ continentiæ votum inuiolabiliter ſeruare proponens luxit eum, & mortem patris fratriſque Iohannis Comitis Niuernenſis, qui in illa expeditione obierant, pia lamentatione quandiu ſuperuixit. Veruntamen non multum poſt, dum rediret in Franciam & eſſet prope Marſiliam illum filium [*filum*] quo pendebat ſuæ vitæ præſentis portio, altera ſororum fatalis Atropos amputauit. Quam ſui apud Pruuinum deportantes, iuxta maritum ſuum cum honore quo tantam perſonam decuit, honeſte tradiderunt ſepulturæ. In regno autem Nauarræ, Briæ & Campaniæ comitatibus ſucceſſit prædicto Theobaldo regi Henricus frater eius.

De tranſitu regis Franciæ per Siciliam & Calabriam, ac morte Yſabellis reginæ.

EXERCITV Francorum quietis beneficio, ſicut dictum eſt, apud Trapas reparato, omnibus eſt indictum Philippi regis imperio, vt parato itinere ciuitatem Panormitanam tenderent, quæ a Trapis quaſi duarum dietarum diſtantia differebat. Eſt autem illa Panormitana ciuitas metropolis & ſedes regia totius regni Siciliæ, præpotens & magiſtra, licet quidam velint aſtruere illi Meſſanenſem vrbem præualere, vel ad minus multimodis nobilitatis ſpeciebus & rerum opulentia coæquari. Rex autem Franciæ cum parte exercitus itinere pedeſtri gradiẽs, celebri lætitia a ciuibus in vrbe receptus eſt. Alii vero nauali beneficio laborem redimentes, cum proſperitate ventorum ad ciuitatis portum per æquora transferuntur. Deinde cum ibidem quaſi per dies quindecim moram protraxiſſent, Philippus rex Franciæ Meſſanam tendens & ibidem aliquibus diebus perendinans Farum naufragio tranſiit & Calabriam ſubintrauit. Tunc regionis illius fines pertranſiens & terram Apuliæ ingrediens, antequam de regione illa egrederetur, contigit Yſabellam illuſtrem reginam vxorem eius, dum quẽdam fluuium ſubtus Martoenenſem vrbem Calabriæ pertranſiſſet abſque nauigio, vtero prægnante grauidam de equo in terram ſubito corruiſſe. Quę in vrbẽ Cuſantinã delata, non multum, proh dolor! poſtea expirauit; cuius mors regem maxime totumq; exercitum conturbauit. Rex igitur poſtmodũ terram Apuliæ, Laboris & Campanię pertranſiens, per vrbem Ferentini venit Romam; vbi aliquorum dierum ſpatio protracto, & Apoſtolis reuerenter honoratis, adiit vrbem Viterbii, in qua tunc tẽporis papalis curia ſine capite

reſidebat. Cardinales enim in diſcordia poſiti, vrbis poteſtate cogente ad eligendum ſummum pontificem in quodam palatio tenebantur incluſi. Quos rex cũ reuerentia & honore viſitans, cuilibet dato pacis oſculo, vt ſecundũ Deum ad regendum ſanctam Eccleſiam idoneũ paſtorem eligerent, monuit ſimpliciter & orauit.

Incidentia. Ante regis Philippi aduentum in Viterbio venerat ad curiam Henricus filius Richardi quondam regis Alemanniæ, & vt dicebatur, propter regnum quod pater ſuus poſſederat obtinendum. Cuius præſentiam Guido de Monte forti præſentiens, filius Symonis de Monte forti Comitis Leycheſtiæ in bello Anglicano per conſilium iſtius Henrici, vt dicebatur, perempti, tota mentis intentione quomodo poſſet prædictum Henricum occidere cogitauit. Hunc igitur inſidiis circumuentum in quadam Eccleſia in honore ſancti Laurẽtii dedicata iuxta ſuum hoſpitium reperit, & eum de medio ſuorum euellere putans, nec valens, primo eum in Eccleſia ictu cultelli transfodit, & poſtea tractum extra fores Eccleſiæ, licet multum renitentem, & vt ſibi parceret iunctis manibus exorantem ictu cultelli ter vel quater iterato per latera penitus interfecit: ſtatimque comitatu ſeptus equitantium, quem ſibi prius parauerat, ab vrbe receſſit, & ad Comitem Thuſciæ Rufum, cuius filiam duxerat, ſe tranſtulit. Et quoniam in regis Franciæ præſentia perſonaliter in vrbe exiſtente, huiuſmodi ſcelus perpetrauerat, eius offenſam & indignationem incurrit, & Eccleſiæ Romanæ iudicium, cuius vindictæ propter hoc ipſum poſtmodum oportuit ſubiacere. Nam in pœnam tanti ſceleris decreuit Eccleſia, vt in caſtello fortiſſimo donec tempus ſuæ miſerationis adueniret, ſub arcta cuſtodia teneretur.

De tranſitu regis Franciæ per Lombardiam.

POSTQVAM igitur rex Franciæ Philippus & ſui principes a Viterbio receſſerunt per Montem flaſconem directo itinere Thuſciam intrantes, vrbe veteri, Montebarque & Florentia vrbibus peragratis, in planum Lombardiæ ſubintratũ, & per Bononiam, Modoetiam, & Parmam vſque Cremonam peruenerunt: vbi ciues tanti principis maieſtatem non attendentes, pro honore & reuerentia dedecus intulerunt: nam clientes aulicos, quorum intererat ante regis aduentum hoſpitia præparare, caſam communem pro ipſo rege rogantes cum ſua petitione vacuos & cum iniuria repulerunt. Cuius facti continuo pœnitentes ad ipſum in domo fratrum Minorum venerunt, petentes humiliter, vt ſatisfactione præambula, erga ipſos cor eius, quod ſciebant pro tanta illata iniuria commotum, mitigaretur. Sed nec ſic, nec aliter eis, licet multa ſub diſſimulatione fingeret, acquieuit. In craſtinum Mediolanenſes regis aduentum ſpeciali lætitia præſtolantes, verſus fines Cremonæ ſibi obuiam occurrerunt, & in vrbem introductum honorabiliter vſque ad regale palatium conduxerunt, duodecimque dextrarios phaleris decenter adornatos ſibi facientes præſentari. Rogauerunt etiam ipſum vt eorum vellet fieri dominus, ſuamque ciuitatem reciperet in tutelam. Quibus rex propter beneuolentiam ipſorum & honorem ſibi impenſum grates multas reddidit: ſed ſuper dextrariorum receptione & ciuitatis oblata dominatione ſe fecit totaliter excuſare. Rege itaque de Mediolano in craſtinum, conducentibus ipſum ciuibus, recedente, Marchiſius de Monte ferrato, vir nobilis & potens in illis partibus, regi obuiam pergens, eum honorabiliter recepit, & ei ſe ſuaque ſuæ voluntati promptiſſime repromiſit. Rex poſtmodum Vercellenſem ciuitatem attingens, & per terram Sabaudiæ tranſitum faciens, Suſam ciuitatem antiquam in Alpibus introiuit, ibique per triduum comitatu repauſato, montes Ciniſii die poſtera cum magno labore pertranſiuit. Denique per valles Moriennæ directo itinere vſque Lugdunum ſuper Rhodanum iter continuans equitauit; ac poſtea fines Burgundiæ penetrans per Cabilonem Maſconenſemque ciuitates tranſitum faciens vſque Digniacum abbatiam acceſſit. Poſtea vero Burgundionum regionem egrediens, per Trecenſem vrbem totaque Campania traiecta cum magno cordis deſiderio pagum Pariſiacum ſubintrauit.

De ſepultura Ludouici regis, & morte Alphonſi Comitis Pictauiæ.

CVM igitur illam nobiliſſimam vrbem Pariſienſem rex Philippus attigiſſet, delatis ad Eccleſiam beatiſſimæ virginis Mariæ defunctorum loculis, ſcilicet ſanctæ memoriæ Ludouici regis patris ſui, Yſabellæ reginæ vxoris ſuæ, Ioannis Niuernenſis Comitis fratris ſui, Alphonſi Comitis Augi filii quondam illuſtriſſimi regis Hieruſalem, Ioannis & domini Petri cambellani militis, viri ſanctitate præcipui, & amici quondam præcordialiſſimi ſanctæ memoriæ Ludouici regis, qui omnes in peregrinatione Tunarum obierunt, cum magnis cereorum luminibus alternatim chori pſallentium totam noctem in vigiliis tranſigerunt. Mane facto, rex cum ingenti frequentia populorum, plurimis Optimatum regni Franciæ comitantibus, & prælatis, proceſſionibuſque religionum Pariſiis ordinate præcedentibus, patris reliquias cum cæteris defunctorum loculis ad illam nobiliſſimam ſancti Dionyſii abbatiam pedes ipſe cum cæteris ambulans propriis humeris deportauit. Cuius Eccleſiæ conuentus in capis ſericis reueſtitus, cereorum accenſis luminaribus quilibet in manu ſua quaſi per milliare occurrens obuius aſtitit, ſanctaſque reliquias cum magno deſiderio ſuſcepit. Sieque beati viri corpus vſque ad locum ſepulchri hymnis canora celeſtibus monachorum & aliorum religioſorum atque clericorum turba proſequitur. Sed cum peruentum fuiſſet ad Eccleſiam, valuas Eccleſiæ clauſas reperiunt, propter Senonenſis archiepiſcopi & Pariſienſis præſulis præſentiam, qui ibi aderant in pontificalibus reueſtiti. Nolebant enim monachi antiquæ exemptionis libertate ſungentes, quod iſti duo, a quorum iuriſdictione Eccleſia totaliter eſt exempta, in præiudicium ſuum Eccleſiæ cum prælatis cæteris inducti [*induti*] taliter introirent, ne ipſi propter hoc aut eorum ſucceſſores vſum & cõſuetudinem poſtmodum allegarent. Vnde accidit quod ante quam valuæ Eccleſiæ aperirentur, rege cum baronibus & prælatis de foris aſtante, quod ipſi extra metas dioceſis Eccleſiæ ſancti Dionyſii deponere ornamenta pontificalia tunc abirent. Tandem in Eccleſia introeuntes, & patrato defunctorum officio, miſſiſq; ſolenniter celebratis, ſacroſancta regis oſſa retro altare Trinitatis iuxta patrẽ ſuum Ludouicum regem inclytum & auum ſuum Philippum regem Auguſtum, in tumulo lapideo locauerunt, inſignantes poſtmodum tumba mirabili monumentum. Cuius operis cælatura auri & argenti ditante materia, quæ fuerunt a mundi principio artificum operibus excellenter, vt creditur, ſupereminet vniuerſis. Corpus vero domini Petri militis cambellani ſui, viri, vt dictum eſt, vitæ laudabilis ad pedes eius ſicut viuus iacere conſueuerat ſuperficiei terræ coæquatæ in ſimplici tumulo lapideo poſuerunt. Yſabellis etiam illuſtris reginæ, Ioanniſque Niuernenſis Comitis parua ſegregatione loci diſtantia in dextro latere coniunctis tumulis locauerunt. Veruntamen de obitu Alphonſi Comitis Pictauorum & Tholoſæ, & eius fine laudabili non arbitror omittendum. Qui cum a via prædictæ peregrinationis cum rege Franciæ nepote ſuo, & cum cæteris baronibus rediret ad propria, contigit illum cum vxore ſua & copioſo numero familiæ ſuæ in finibus Thuſciæ ad quoddam caſtellum, quod Coruetum dicitur, diuertiſſe, & ibi primo infirmitatis moleſtiam perſenſiſſe: cuius contagium in tantum inualuit, vt non ſolum in ipſum & vxorem ſuam, ſed in totam vtriuſq; ſexus familiam taliter pullularet, quod vix eſſent de ipſis aliqui qui ſufficerent infirmis iacentibus neceſſaria miniſtrare. Qui cum diem ſuæ reſolutionis cerneret imminere, teſtamentum diſpoſuit, & in Eccleſia beati Dionyſii in Francia cum ſuis patribus ſepulturam elegit, aſſignans eidem Eccleſiæ ſufficientes redditus pro ſuo anniuerſario celebrando. Cuius corpus ad ſepulchrum ſui familiares poſt paucos dies a regis Ludouici fratris ſui tumulatione detulerunt. Comitiſſam vero vxorem ſuam, quæ quaſi eiſdem diebus obierat, ad quandam abbatiam monialium, cui nomen eſt Grocciacum, quam in pago Meledunenſi prope abbatiam Eſdere ipſa fundauerat, ſepulturæ honorifice tradiderunt. Comitatus vero Tholoſæ & Pictauiæ, quia hæredes non habebant, ad regem Franciæ obuenerunt.

De coronatione regis Philippi.

ANNO Domini M. CC. LXXI. in feſto aſſumptionis beatæ Mariæ Philippus rex Franciæ Remis fuit per manum Epiſcopi Sueſſionenſis, vacante ſede Remenſi coronatus. Et quoniam a tempore Caroli magni regis Fräciæ & Imperatoris Romanorum, conſueuerunt reges Franciæ iocoſam ſpatam prædicti Caroli regis & Imperatoris, & in die coronationis ſuæ dum celebratur prædictæ coronationis officium in memoriam tam victorioſiſſimi principis a quodam de nobilioribus ante ſe facere teneri & deferri: illam rex Roberto Comiti Attrebatenſi conſanguineo ſuo militi probiſſimo tradidit illa die deferẽdam. Seruatur enim illa ſpata cum corona & ſceptro regali ac cum cæteris regalibus ornamentis huiuſmodi ſolemnitati aptis in Eccleſia beati Dionyſii in Francia, quæ tenentur monachi illius Eccleſię vbicunque reges Franciæ coronati ſint facere deportari. Rex autem in craſtinum coronationis ſuæ baronibus & prælatis licentiatis Vermendenſe territorium viſitauit. Vbi dum eſſet, a Roberto Comite Attrebatenſi requiſitus eſt, vt in terram ſuam venire dignaretur. Quod cum feciſſet apud Attrebatum tanta lætitia & exultatione ſuſceptus eſt per quatuor dies, quod nemo illorum qui viderunt meminerit ſe vidiſſe vel audiſſe fieri pro aliquo rege Franciæ in aliquo loco tantam lætitiæ iucunditatem. Villa enim per totum palliis & pannis varii coloris mirabiliter palliata, mandauit Comes Attrebati omnes dominas & domicellas illius patriæ, vt cum vxoribus burgenſium vrbis choreas ducentes & lætitiæ & exultationi intendentes totam lætificarent ciuitatem. Rege igitur ſic honorato, reuerſus eſt ipſe in Franciam, & in feſto decollationis ſancti Ioannis Baptiſtę beatum Dionyſium patronum ſuum viſitauit.

De moribus regis Philippi.

RECENSITIS igitur ſeriatim peregrinationis Tunarum actibus & reuerſionis ab eodem loco euentionibus atque incommodis, competens eſt vt de moribus regis noſtri Philippi illuſtriſſimi, cui Dominus dedit ſedem patris eius, aliquid proloquamur. Pleriſque enim Scripturæ reperitur paginis, nequitia patris iniqui domum filii ſubuerti; econtrario vero meritis boni patris ſolidius roborari. Chriſtus autem bonæ memoriæ Ludouico regi domum ſtabiliuit, dum Philippum eius filium in throno regali prouehi eſt dignatus. Denique dictum eſt Dauid a Domino; Si cuſtodierint filii teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc quæ docebo eos, & filii eorum vſq; in ſeculum, ſedebunt ſuper ſedem tuam. Super ſedem paternam Philippus rex, vt dictum eſt, collocatus, patris ſui nõ immemor præceptorum, quibus illum in extremis laborans imbuerat, ambulauit cum Domino, ſapientum tractatibus corde vltraneo adhærendo. Et maxime tunc vſus eſt conſilio & diſciplina reuerendi patris Mathæi abbatis ſancti Dionyſii in Francia, viri religioſi & ſapientiæ floribus adornati, cui ſuper omnes aſſeſſores palatii regii, cauſas & vniuerſa negotia regni ſui, ſicut & pater ſuus fecerat Ludouicus rex expedienda tradidit. Illo etiam tempore, quo poſt mortem Yſabellæ reginæ ſine vxore fuit, cilicio, vt aiunt, vſus eſt, loricam deſuper indutus. Domabat enim corpus ſuum ieiuniis & mirabili ciborum abſtinentia ſe reſtringebat. Ex illo vero tempore ita frugalitatem ſeruauit vſque ad mortem, quod potius monachus quam rex vel miles, propter abſtinentiam poſſet dici. Erat inſuper omnibus blando eloquio, affabilis humilitatis gratia procliuis, & inter ſuos barones & milites mirabili manſuetudine reſidebat dominus abſque vllo faſtu ſuperbiæ. Vnde his & aliis multis pollens virtutibus, toto tempore vitæ ſuæ pacem in regno ſuo meruit obtinere. Accidit enim tertio anno regni ſui, ſcilicet anno ab incarnatione Domini M. CC. LXXII. quod verſus Tholoſam contra Fuxi comitem exercitum congregaret: cuius expeditionis cauſa talis fuit. Comes de Hermegniaco & quidam nobilis caſtellanus, nomine Girardus de Caſabone inimicitias habentes ad inuicem, datis hinc inde diffidentiis, ſe inuicem ad bellum quotidie prouocabant. Contigit interea

Comitem

Comitem cum armata manu iuxta caſtellum Girardi tranſitum facere: quod Girardus comperiens ingenti æſtuat animo, putans ſe ab hoſtibus vilipẽdi. Mox cum paucis militibus armatis ſuo caſtro egrediens hoſtes inſequitur, & quem primum obuiam habuit, ſcilicet fratrem Comitis ictu lanceæ interfecit, & Comitem cum ſuis fugere compulit. Comes vero fratris mortem vindicare deſiderans, & confuſionis ſuæ ruborem redimere volens, generis ſui potentiores adiit. Quorum vnus & principalis Comes Fuxi exiſtens, ad exterminandum Girardum & caſtrum eius ſubuertendum, quaſi exercitum congregauit. Quod vt Girardus comperit, ſentiẽs ſe viribus imparem, nec ſe tanto generi poſſe diu reſiſtere, ad alas protectionis regis Franciæ ſe tranſtulit, & gentibus ſuis ſcilicet ſeneſcallis & bailliuis, qui in partibus illis in perſona regis patriam tuebantur ſe committens, eorum arbitrio ſe tradidit iudicandum. Et quoniam caſtrum proprium ad defenſionem minus idoneum videbatur, in quoddam caſtellum regis ſe, vxorem, & filios tranſtulit, putans quod hoſtes ſui caſtrum illud inuadere propter regem Franciæ non auderent. Sed Comes Fuxi & ſequaces ſui, gentes regis vilipendentes, nec verentes terram eius infringere, caſtrum tantis viribus oppugnarunt, quod tam per murorum fractionem, quam per portarum aditus introgreſſi, de regis & Girardi familia aliquos occiderunt. Et dum Girardum per caſtrum quærerent, furtiue foris egreſſus de manibus eorum taliter tunc euaſit. Cuius facti nouitas regem Philippum diu non latens, vt audiuit protinus ex nimia indignatione exæſtuans animo, eo maxime quod in primordio regiminis ſui, tales nullius operationis in reſpectu baronum Franciæ terram eius tam ſuperbe & hoſtiliter intraſſent, talem congregari iuſſit exercitum, qui ad multas barbaras nationes ſufficerent expugnandas. Non quia pauci ex tanta multitudine ad Comitem Fuxi & genus eius non ſuffeciſſent debellandum, ſed vt alii de partibus illis, atque iunctæ eiſdem exteræ nationes regis Franciæ potentiam attendentes, ipſum pertimeſcerent offendendum. Sicque verſus Tholoſam rege & exercitu ſuo congregato, terram Comitis ingrediuntur omnia depopulationi tradentes, & per multa viarum pericula montiumque ſublimium diſcrimina, caſtrum Fuxinenſe appropinquauerunt. Sed quia propter montes oppoſitos obſideri non poterat de prope, in propinquiori loco quo potuiſſent figi tentoria rex præcepit. Comes vero cum vxore & familia ſuiſque Albigenſibus munitionem intus occupans, in caſtri fortitudine, eo quod inexpugnabile videbatur, confidens, valuis clauſis, turribuſque baliſtariis cæteriſque defenſionis inſtrumentis munitis, ſe totis viribus defendere præparabat. Sed cum rex & eius exercitus prope caſtrum propter montem oppoſitum, vt diximus, accedere non valerent, iurauit rex, vt erat magnanimus, ſe nunquam a caſtri obſidione receſſurum, donec illud deditione vel vi reciperet expugnatum: habitoque cum ſuis conſilio miſit operarios qui montem celtibus ſcinderent, & iuxta pedes montium viam latam equitibus aperirent. Quod opus cum incœptum fuiſſet, & labore continuo talis operis artifices pedem montis abſcidiſſent. Comes videns firmum regis propoſitum, & in deciſione montis deciſores nihil tepidius agere, timuit valde. Communicato igitur cum ſuis conſilio, regem per nuntios ſupplicauit, vt iram erga ſe miſericorditer mitigaret, & ipſe corpus ſuum totamque terram ſuam in manu ſua traderet ad ſuæ beneplacita voluntatis. Poſtea vero veniens coram rege, & veniam humiliter poſtulans, tunc non obtinuit; ſed vinculis ligatus & ad Bellumquercum miſſus per annum vnum in forti priſione cuſtoditus eſt. Rex autem Fuxinenſe caſtrum & alia Comitis caſtella fortiſſima in manu ſua ponens, vxorem eius reuertens in Franciam ſecum adduxit, faciens eam honorabiliter cuſtodiri. Tandem anni curriculo reuoluto, Comes de priſione extractus, & aliquandiu in palatio conuerſatus, tantam gratiam apud regem obtinuit, vt ipſum nouum militem faceret, & magiſtros ac cuſtodes in armis traderet ad tyrocinia exercenda. Poſtremo vero de conſueta regum Francorum benignitate ac liberalitate terram ſuam illi reddens totaliter, liberum ad propria ire permiſit.

Incidentia. Eodem anno poſt biennem & nouem menſes ſedis Apoſtolicæ

vacationem in feſto beati Egidii electus eſt Theobaldus de Placentia archidiaconus Leodienſis in Papam, cum eſſet abſens in tranſmarinis partibus apud Acon, & quarto Idus Februarii conſecratus Gregorius decimus eſt vocatus. Anno Domini M. CC. LXXIII. Radulfus rufus Comes de Aſſatio electus & coronatus fuit in regem Alemanniæ. Henricus rex Nauarræ Comeſque Campaniæ duxit in vxorem ſororem Comitis Attrebatenſis Roberti, de qua genuit Iohannam poſtea Franciæ reginam. Comes Alenſonis Petrus frater Philippi regis Franciæ deſponſauit Iohannam filiam Ioannis Comitis Bleſenſis. Ioannes de Solliaco Bituricenſis archiepiſcopus obiit: poſt quem electus fuit magiſter Gaufridus de Ponte cheuron decanus Pariſienſis: ſed nec confirmatus, nec conſecratus defunctus eſt. Cui ſucceſſit magiſter Symon de Belloioco in Bria Carnotenſis archidiaconus. Eodē anno venit Papa Gregorius circa quadrageſimam apud Lugdunum Galliæ, celebraturus ibidem concilium generale. Ad quem ſalutandum accedens Philippus rex Franciæ cum multo nobili comitatu, cum tractaſſet apud ipſum de negotiis regni ſui, benedictione eius percepta, in Franciam remeauit. Sed quia apud Lugdunum dominus Papa, ſicut dictum eſt, debebat concilium celebrare, Philippus rex, vtpote in regno ſuo, dimiſit ibidem milites & ſeruientes ad cuſtodiam domini Papæ & cæterorum in eodem concilio congregandorum: præficiens eiſdem militibus & ſeruientibus Ymbertum de Belloioco militem conſanguineum ſuum. Anno Domini M. CC. LXXIIII. fuit dies Concilii aſſignata in Calendis Maii: & pluribus ſeſſionibus habitis durauit Concilium vſque ad feſtum beatæ Mariæ Magdalenæ. In quo Concilio multa vtilia ſtatuta fuerunt; ſcilicet de electione ſummi Pontificis & ſtatu Eccleſiæ vniuerſalis. Et propter ſubſidium terræ ſanctæ fuit conceſſa decima a prælatis & procuratoribus Capitulorum & Eccleſiarum vſque ad ſex annos. Circa finem Concilii venerunt Græcorum & Tartarorum nuntii ſolennes. Qui Græci ad vnitatem Eccleſiæ redire promittentes, in ſignum huius rei Spiritum ſanctum a patre & filio confeſſi ſunt procedere, ſymbolumque Apoſtolorum in communi Concilio ſolenniter decantauerunt. In eodem etiam Concilio plures ordines mendicantes ſunt quaſſati, & bigami qui tonſuram clericalem tunc temporis deferebant de cætero ferre prohibiti ſunt, ac vti priuilegio clericali. Numerus vero prælatorum qui ad hoc Concilium interfuerunt, quingenti Epiſcopi, ſexaginta abbates, & alii prælati circa mille. Eodem anno cum rediret de Concilio Petrus de Charni archiepiſcopus Senonenſis, defunctus eſt, & ſucceſſit eidem magiſter Gilo Cornuti præcentor Eccleſiæ Senonenſis.

De ſecunda vxore quam accepit Philippus rex, & de morte regis Nauarræ Henrici.

ANNO vltimo prænotato Philippus rex Franciæ die Martis infra octauas Aſſumptionis beatæ Mariæ virginis matris Domini, duxit in vxorem apud Vicenas, iuxta Pariſios Mariam puellam nobilem filiam Henrici quondam ducis Brabantiæ ex filia ducis Hugonis Burgundiæ & ſororem Ioannis tunc Brabantiæ ducis. Hanc quæ pulchra, ſapiens, & optima erat, dilexit rex nimio affectu prout debuit & oportebat. Cum ergo de die in diem in gratiam regis & amorem excreſceret, Petrus de Brocia regis Philippi Cambellanus, qui ipſum regem dominum ſuum tanta tunc familiaritate ſibi tenebat aſtrictum, quod ſuper omnes eidem in regis curia honor ab omnibus deferretur, quemadmodum inuidus alterius macreſcens rebus opimis, multum dolere cœpit, vt aliqui affirmabāt, quod rex diligeret ſic reginam. Cogitauit enim, vt forte ſibi in aliquo conſcius aut prudētia mulieris beneuole poſſe cognoſci, aut ſuæ familiaritatis detrimentum erga maieſtatem regiam poſſe pati. Et ideo, vt dixerunt aliqui, concipiens iniquitatem in corde ſuo, cœpit cogitare de die in diem, quomodo cor regis ab amore reginæ poſſet in aliquo diminuere, aut totaliter ſeparare. Et quia de iſto Petro fecimus mentionem, quis & vnde fuerit audientibus innoteſcat. Fuit enim quādo primo venit ad curiā ſanctæ memoriæ Ludouici regis patris iſtius Philippi regis chirurgicus, pauper homo natus de Tu-

de Turonia. Poſt deceſſum enim Ludouici regis, cambellanns Philippl regis factus tantum dilexit eum rex, & credidit ei in omnibus, ac tam alte prouexit eum, quod omnes barones, prælati, & milites regni Franciæ honorem permaximum eidem & munera ſæpe ingentia conferebant. Timebant etiam ipſum, quia quicquid volebat apud regem operabatur. Vnde multum tædebat barones & indignabantur, quod tantam in regno & rege potentiam obtineret. Fecerat vero Petrus per potentiam quam habebat quendam conſanguineum vxoris ſuæ magiſtrum Petrum de Bauais Epiſcopum Baiocenſem, & maritabat filios ac filias ſuas vbi volebat ad ſuæ libitum voluntatis. Sed quantum ad præſens de ipſo tacebimus, ad materiam de ſe loquentem loco & tempore reuertentes. Eodem anno quo ſupra, Henricus rex Nauarræ Comeſque Campaniæ in regno Nauarræ defunctus eſt, relinquens de vxore ſua ſorore Comitis Attrebatenſis Roberti vnicam filiam Iohannam nomine totius terræ ſuæ hæredem. Hanc, quia adhuc in cunis erat, mater ſua cito poſt deceſſum patris ſui in Franciam aſportare feſtinauit, metuens ne contra ſeipſam & filiam Nauarrorum infidelitas aliquid moliretur. Rex vero Franciæ Philippus blande ſuſcipiens eam, fecit illam cum pueris ſuis apud Pariſios in domo regia honorabiliter educari, donec poſſet puerilibus annis tranſactis cum aliquo nobili principe matrimoniali copula fœliciter deſponſari, aut diſpenſatione ſummi Pontificis, ſicut rei poſtea declarauit exitus, cum filio ſuo primogenito: quia certũ erat eos in tertio gradu eiuſdem generis conſiſtere, & ab eodem ſtipite ducere parentelam. Spectabant enim ad ipſam puellam iure hæreditario Nauarræ regnum, Briæq; & Campaniæ Comitatus. Ideoq; Philippus tanquam tutor matris & filiæ, regnum Nauarræ in ſua protectione ſuſcipiens, ad recipiendum homagia procerum regni illius & fidelitates ciuitatum nomine hæredis Euſtachium de Bello marcaſio militem ſuum ad partes Nauarrorum. . . . effluxis perueniens, oſtenſis literis regiis & iuſſionibus, quos potuit de ciuitatibus ac baronibus ad partem regis Franciæ nomine hæredis attraxit. Pertranſienſque vſque ad Pampilionem regni illius regiam ciuitatem, garniſionem ſuam & gentes ſuas Francigenas tutiori loco quo potuit, ſagaciter introduxit. Et tunc paulatim fungens in perſona regis dominio cœpit animaduertere mores & conſuetudines Nauarrorum: proponens ad vtilitatem reipublicæ & regis honorem, ſi poſſet, cuncta pacifice gubernare.

De coronatione Mariæ Reginæ.

ANNO Domini M.CC.LXXV. congregatis apud Pariſios fere totius regni Franciæ baronibus & prælatis, ac de regno Alemanniæ quampluribus principibus, militibus & perſonis, in feſto ſancti Ioannis Baptiſtæ, Maria regina Franciæ fuit ibidem per manum Petri tunc Remenſis archiepiſcopi ſolenniter coronata & vncta, ſicut mos eſt reginas Frãciæ coronari. Sed tanta fuit ibi lætitiæ ſolennitas, quod nemo qui tunc viuens aderat, vt a pluribus affirmabatur, meminerit tam iucundam & ſolennem feſtiuitatem pro aliqua reginarum coronatione in loco aliquo fieri, vel exhiberi. Fuerunt enim barones & milites diuerſis & variis veſtibus purpureis induti, & nobiles mulieres veſtimentis & cicladibus auro textis & immenſis monilibus, tanquam filiæ Hieruſalem compoſitæ, & ad templi ſimilitudinem perornatæ. Populus etiam Pariſienſis ciuitatis ab omni opere vacans, & lætitiæ & exultationi ſolummodo intentus, ſolennitatem per octo dies & amplius protraxit: ciuitate per totum cortinis pannorum varii coloris & ornamentis pretioſis mirabiliter palliata. Ibidem tunc Gillo Senonenſis archiepiſcopus coram legato Romanæ curiæ domino Simone ſanctæ Ceciliæ presbytero Cardinali, qui præſens aderat querimoniam detulit, dicẽs quod in præiudicium Eccleſiæ ſuæ fuerat regina in eodem loco a Remenſi archiepiſcopo coronata. Quia ſicut legitur in quadam epiſtola Ynonis quondam Epiſcopi Carnotenſis ad Epiſcopum ſedis Belgicæ quæ eſt Remis & non pertinet extra prouinciam ſuam inunctio regum vel etiam reginarum. Sed ex parte regis ſic allegatum fuit, quod non erat vnde poſſet conqueri Senonenſis archiepiſcopus, quoniam capella regis Pariſiis exempta erat, & ideo ratione loci ad ipſum inunctio non ſpectabat.

De morte Ferrandi primogeniti regis Hiſpaniæ Alphonſi & infidelitate aui contra filios Ferrandi.

CIRCA idem tempus obiit Ferrandus regis Caſtellæ primogenitus, qui Blancham piæ recordationis & ſanctæ memoriæ Ludouici regis Franciæ filiam & ſororem Philippi regis a tempore patris ipſorum duxerat in vxorem. Cui ſi patrem ſuperuixiſſe contigiſſet, totius regni Hiſpaniæ dominatus iure hæreditario & pactis aliquibus inuenientibus obuenire debebat. Reliquit vero prædictus Ferrandus tunc defunctus ex prædicta coniuge ſua Blancha duos pueros, Alphonſum & Ferrandum regni Hiſpaniæ hæredes, niſi aui ſui Alphonſi regis perfidia & innata infidelitas obſtitiſſet. Noluit autem quod patre puerorum defuncto, primogenitus ipſorum in regno ſibi ſuccederet, allegans in contrarium conſuetudinem patriæ talem eſſe. Cum inter ipſum ex vna parte, & regem Franciæ Ludouicum defunctum in contrahendo matrimonio talis conditio pactioni intereſſet, quod eorundem puerorum primogenitus nullius fraternitatis ſucceſſione præiudicium inferente, auo vel patre ipſorum defunctis regnum Hiſpaniæ, & totius terræ dominatum pacifice obtineret. Habebat etenim ex parte matris ſuæ Blanchæ quondam reginæ Franciæ ius in illo loco regno Ludouicus rex; & ideo vt pax fieret inter ipſum & regem Alphonſum auum iſtorum puerorum, qui regnum Hiſpaniæ iniuſte detinuerat & tenebat adhuc; talis inter duos reges, ſicut ſupra diximus, de contrahendo matrimonio prædicto fuit pactio confirmata. Sed ille Pharao in ſuæ fraudis cumulum ius pueri totaliter auferre volens, alterum filium ſuum ſecundo natum de baronum Hiſpaniæ homagiis reueſtiuit, & quaſi ſe curis regni & occupationibus ſubtrahens, vtpote paralytici morbi contagio iam corruptus eum in parte regni præſentialiter introduxit. Et ita filiis primogeniti ſui ius regni totaliter auferens, nec matri eorum Blanchæ ſorori regis Franciæ Philippi dotem, nec pro victu redditus aſſignauit. Sic ergo domina venerabilis, nobilibus orta natalibus, viri ſui orbata conſortio, & quaſi omni humano auxilio deſtituta inter Hiſpanorum incultos habitus & eorum aſpectus horribiles remanſit cum pueris ſuis quamplurimum deſolata. Quod audiens & intelligens rex Franciæ Philippus, ſororis ſcilicet miſeriam, & nepotum ſuorum exhæredationem, vt vere benigni & compaſſibilis cordis erat, valde condoluit. Et tunc dominum Ioannem militem dictum de Acon, filium Ioannis quondam regis Hieruſalem buticularium Franciæ ſuum & regis Hiſpaniæ Alphonſi conſanguineum, cum aliis quibuſdam militibus in Hiſpaniam ad regem Alphonſum ſolenniter deſtinauit. Mandauit itaque regi Hiſpaniæ per ipſos, vt ſorori ſuæ ius dotis & nepotibus ſuis ſucceſſionem regni iuſtitiæ & pietatis intuitu cuſtodiret, vel ſaltem ſororem ſuam cum pueris ſuis in ſaluo conductu ad ſe redire in Franciam permitteret, ſi ita contingeret quod nollet eius monitis & precibus conſentire.. Breui igitur tempore elapſo nuntii regales Hiſpaniam peruenientes & legatione ſua coram Alphonſo rege propoſita & perorata, id omnino indurato corde facere renuit; ſed tamen ad vltimum retentis pueris Blancham matrem ipſorum conſenſit in Franciam remeare. Hoc autem regis Franciæ nuntii attendentes, & eius pertinacem animum ac perfidiam intelligentes, nec eum precibus vel monitionibus domini ſui velle aliquatenus inclinari, indignatione permoti, in verba modum legationis aliquantulum excedentia proruperunt, & ipſe ſimiliter eos acerbis reſponſionibus refutauit. Ad vltimum autem poſt talem verborum altercationem dimittentes pueros cum Blancha redire nuntii feſtinarunt. Sed rex Hiſpaniæ ſuæ indignationis non immemor, per nuntium clam mandauit eos ad quendam paſſum, quem vitare non poterant, detineri, niſi fraudem eius buticularius Franciæ præſenſiſſet. Huiuſmodi rei vel mandati ſuſpicionem buticularius iam in corde conceperat, & ideo Blancham totamque comitiuam ſuam ita celerrime abire coëgit, quod de duabus dietis niſi vnicam faciebant. Et ſic volente Deo, præuento regis Hiſpaniæ nuntio malum ipſorum gerente, manus & inſidias hoſtium euadentes, & per prædictum paſſum præ-

ſum prætereuntes ſeſe in poteſtate Regis Franciæ receperunt. Et non modicum poſt hæc Rex Franciæ ſororem ſuam cum lætitia ſuſcipiens, eam in ſancta viduitate permanentem, ſicut decuit honorifice cuſtodiuit. Sed de proceribus Hiſpaniæ fuerunt aliqui qui regis ſui iniuſtitiam attendentes, contra pactum quod cum rege Franciæ initum erat, quo interfuerant, noluerunt homagium facere . . . regis ſui filio, quem, vt dictum eſt, in regni poſſeſſionem iam ex parte poſuerat, & vlterius totaliter ponere ſatagebat. Ex quibus vnus Iohannes . . . . miles ſtrenuus fuit, qui, quia rex Hiſpaniæ terram propter hoc ſuam & oppida confiſcauit, ad regem Franciæ Philippum ſe tranſtulit, promittens eidem, ſi vellet contra regem inſurgere, ſe eum pro poſſe ſuo fideliter iuuaturum. Quem rex blande ſuſcipiens, ipſi quandiu in regno ſuo extitit, in expenſis magnam ſummam pecuniæ miniſtrauit. Et licet multum contra regem Hiſpaniæ commotus eſſet, non ſtatim tamen exercitus congregauit. Sed cum ſuis fidelibus librato conſilio rem ad tempus diſtulit, donec iterum legationem apud Hiſpanias miſiſſet ad tentandum ſi forte poſſet regis animum per ſecundos nuncios à malo propoſito reuocare, & ſuis monitis, quæ quaſi preces erant, ad faciendam iuſtitiam emollire.

Incidentia. Eodem anno quo ſupra obiit Papa Gregorius X. cui ſucceſſit Innocentius V. frater Ordinis Prædicatorum, prius Petrus de Tarentia in Burgundia nominatus. Comes Attrebati Robertus qui ad viſitandum regem Siciliæ Carolum patruum ſuum cum vxore ſua fuerat in Apulia aliquandiu commoratus, reuertens in Franciam venit Romam: & dum eſſet ibi, accidit quod vxor eius infirmata moreretur, & ſepulta fuit cum ingenti honore in Eccleſia ſancti Petri. Cuius mors quamplurimum Robertum Comitem contriſtauit, quia propter bonitatem eius & pulchritudinem multum diligebat eam. Fuerat enim nobilibus orta natalibus & ſpectabili genere, vtpote filia cuiuſdam baronis Franciæ Petri de Cortenaio militis nobiliſſimi regum Francorum ſanguine dominati. De qua comes Attrebati maritus ſuus ſuſceperat duos filios, Philippum qui poſtea duxit in vxorem filiam Iohannis comitis Britanniæ Blancham neptem Edoardi regis Angliæ, & Robertum qui non longe poſtea mortuus eſt puer, ac vnicam filiam quam Othelinus comes Burgundiæ duxit vxorem. Et antequam reuerſus eſſet prædictus comes Attrebati Robertus in Franciam, Philippus rex Franciæ, conſilio Margaretæ reginæ matris ſuæ dedit Emundo fratri regis Angliæ Edoardi in vxorem, ſororem eiuſdem comitis relictam regis Nauarræ Henrici ſuperius nominati, quod multum comiti, vt dicebatur, diſplicuit vt agnouit. Circa idem tempus Almaricus clericus filius Symonis de Monte forti comitis Leyceſtriæ dudum in Anglia perempti, dum per mare ſororem ſuam vnicam quam habebat, duceret in VValliam ad Principem VVallenſium Ldelinum, vt eam acciperet vxorem, pergentes regis Angliæ Edoardi captus cum ſorore ſua fuit & diu in carcere retentus. Quod moleſte princeps ferens VVallenſium, non multo poſt tempore reuoluto à dominio regis Angliæ reſiliens, contra eum fortiter rebellauit, & montem quendam longum & arduum in confinio terrarum ſuarum nomine Seuandrus muniuit. Quod Edoardus rex intelligens ſtatim congregato exercitu, quamuis hyemalis temporis aſperitas ſuo eſſet exercitui importuna & nimis moleſta, montem illum per mare & terram obſedit. Sed de ſuis multi tunc perierunt: alij arctis viarum anguſtiis obruti, alij inſultu hoſtium ſubito interfecti. Tandem rex principem ad talem deditionem coegit, quod ad ſuum rediret dominium, & quandiu ipſe viueret poteſtate & nomine principis fungeretur: ſed poſt mortem ſuam principatus auctoritas ad ſuos hæredes, ſi quos forte generaret minime deueniret. His peractis rex vxorem ſuam eidem reddidit, quam cum fratre Almarico in cuſtodia detinebat, prius eam in ſua præſentia faciens principi maritali fœdere copulari. Almaricum vero, quia clericus erat, prælatis Angliæ reddens, non ſuo ſed prælatorum nomine fecit per longum tempus ſub arcta cuſtodia reſeruari.

De morte Ludouici primogeniti Regis Philippi.

CIRCA idem tempus, ſcilicet anno Domini M.CCLXXVI. obiit Ludouicus primogenitus filius regis Franciç Philippi impotionatus, vt murmurabant aliqui; & de hoc maxime in corde regis dedit ſuſpitionem Petrus de Brocia cambellanus. Nitebatur enim aſtruere clam non aperte quod mortem pueri regina Maria vxor regis procurauerat, & conſimiliter de reliquis primæ vxoris regis filiis facere moliebatur, vt ius & hæreditas regni Franciæ ad ſuos procreandos liberos deueniret. O nefanda lingua facinoris, quæ reginam bonam & optimam tanti mali dicebat auctorem, cuius erat veraciter inſcia & immunis. Maledicta ſit pacis æmula detractorum conditio, quorum ſtimulis amariſſimo felle tinctus animus, ſatagebat pium regem contra dilectam coniugem ſic immerito prouocare. Erant tunc duo pſeudoprophetæ in Francia vicedominus Laudunenſis Eccleſiæ, & quidam Sarabita peſſimus, quædam bequina Niuellenſis tertia pſeudoprophetiſſa. Qui vlla religione approbati Deo mentiti per arctam vitam quam deforis oſtendebant habere prophetiæ ſpiritum dicebantur. Sed vere ſpiritus mendax in eorum ore factus multos decepit, & ad credendum eis quamplurimos prouocauit. Suſpectum enim fuit aliquibus, quod eos Petrus de Brocia promiſſionibus illexiſſet, vt de regina aliquid dicerent, per quod poſſet à regis amore vel gratia aliquantulum ſeparari. Nam rex Philippus talibus motus ambagibus Abbatem ſancti Dionyſij in Francia Matthæū quem præ ceteris fidelem conſiliarium habebat, & Epiſcopum Baiocenſem Petrum vxoris Petri de Brocia conſanguineum miſit ad bequinam ſuperius nominatam, vt ſciret de filio veritatem. Sed Epiſcopus præuento Abbate loquens cū muliere, quid ſibi dixerit vel reſponderit ignoratur. Tamen Abbas ad illam poſtea perueniens, illi mandatum regis pro quo venerat, aperuit & ipſa nihil aliud reſpondens dixit: Epiſcopo ſocio veſtro locuta ſum, & quod à me petiit, bene dixi. Abbas autem quia ſine ipſo locutus fuerat cum illa Epiſcopus, & reſponſionibus mulieris permotus indignatus receſſit ab ea, cogitans aliquam proditionem eſſe factam. Redeuntes igitur ad regem Epiſcopus & Abbas, rex primo petiit ab Abbate quid apud mulierem illam inuenerant in reſponſionibus & mandatis. Abbas vero reſpondit, quod ipſum præuenerat Epiſcopus, nec ex quo eidem locutus fuerat ſibi quicquam noluit mulier reſpondere. Rex autem illico Epiſcopum mandans, & de prædictis ipſum interrogans, reſpondit Epiſcopus; Domine rex, mulier illa in confeſſione aliqua mihi dixit, ſed vobis nec alicui poſſum vel debeo reuelare. Ad quem rex iratus reſpondit: Ad illam confitendum non miſeram vos, nec ita rem dimittam, imo ſi poſſim veritas agnoſcetur. Tunc rex iterum ad prædictam mulierem Theobaldum Epiſcopum Dolenſem in Britannia & fratrem Arnulphum de viſemale militem Templi quantocius deſtinauit, qui ad ipſam in breui peruenientes, ſimul locuti ſunt cum ea dicentes, ſe nuncios eſſe regis. Et illa gratulanter eos ſuſcipiens dixit, quod ſecundum interrogationes eorum de iis quæ quærerent omnimode reſponderet. Eam igitur de multis interrogantes, ad vltimum reſpondit dicens: Regi dicite, quod ſi aliquid de vxore ſua quiſquam male locutus ſit, non credat talia; quia bona & fidelis ſciat veriſſime erga eum & ſuos plenarie toto corde. His & aliis auditis regales nuncij mulieri valedicto receſſerunt, & regi quę audierāt à muliere fideliter narrauerunt. Rex vero hoc audito, ſatis in corde ſuo intellexit, quod aliquos habebat in ſeruitio prope ſe, qui nec boni nec fideles erga ſe exiſtebant. Sed tunc cordis ſui voluntatē non aperuit, imo quantum potuit diſſimulauit.

De profectione Regis Philippi apud Saluam terram in Gaſconia.

PHILIPPVS Rex Franciæ à rancore quem contra regem Hiſpaniæ conceperat non decidens, ſed ſumma indignatione ferens quod ſororem ſuam ita quaſi orbatam liberis ſibi tranſmiſerat, iterum legationem ad ipſum ſuper huiuſcemodi rem deſtinauit. Veruntamen nec ſic, nec aliter ille ſecundus Pharao in malo propoſito pertinaciter induratus, nec verba pacis & concordiæ ſatis conuenientia voluit reſpondere. Quapropter nuncij videntes ſuam legationem nihil proficere, ipſum ex præcepto ſui domini regis Franciæ diffidauerunt. Et ſic feſtinato itinere hæc do-

mino ſuo omnia relaturi in Franciam redierunt. Tunc rex ex omnibus regni Franciæ prouinciis congregauit exercitum; tantaque ibidem fuit multitudo nobilium, & aliorum, quod quaſi arena maris innumerabilis videbatur. Nec ſolum de regno Franciæ inclytam adunauit militiam, ſed de contiguis regionibus duces & comites ad ſui ſupplementũ exercitus aduocauit. Ducem Burgũdiæ qui de iure tenebatur; Ducẽ Brabantiæ; Comitẽ de Iuliers & Comitem Barri, alioſq; quamplures, qui de regno Alemannię ſola gratia cõuenerunt. Sed prius, vt moris eſt antiquis Francorũ regibus, viſitato patrono ſuo, ſcilicet S. Dionyſio cum ſociis, & audita Miſſa ad altare Martyrum, vexillũ beati Dionyſij de manu Abbatis illius Eccleſiæ tunc accepit. Sicque iter arripiens per Aurelianenſem vrbem & Bituricam regionem, fineſq; Pictauorum peragrans verſus partes Hiſpaniæ cum ſuo exercitu accelerauit. Sed interim venerunt quinq; milites miſſi ex parte regis Hiſpaniæ nuncij qui per ſeptem dies in exercitu regis Franciæ exiſtentes vix acceſſum ad regem habuerunt, vt oſtẽderent quod ex parte domini ſui afferebant. Tandem conceſſa eis copia cum rege loquendi, magna extollentia protinus garrulantes eum ex parte domini ſui diffidauerunt, & pompoſe minas, ſi contra dominum ſuum inſurgeret, protulerunt. Tunc rex prudenter & moderate reſpondens nec ſe iactans de aliquo, reſpondit, quod intendebat regnum intrare Nauarræ, & pertranſire vlterius, ſi valeret, regnumque, ſi poſſet, Hiſpaniæ inuadere attentaret. Quod intelligentes nuncij feſtinato itinere ad propria redierunt. Ex illa autem hora rex Franciæ nimia indignatione permotus eo quod ipſum rex Hiſpaniæ tam ſuperbe diffidauerat, firmo propoſito regnum ipſius hoſtiliter intrare diſpoſuit, dicens dedecus & opprobrium fore ſibi & regno Franciæ, niſi iſtam præſumptionem & dedecus vindicaret. Tandem in extremis partibus regni ſui prope portus Cyſereos in terra Gaſconis de Birardo ad quandam villam quæ Salua terra nuncupatur, ſuum exercitum quaſi innumerabilem congregauit. Qui ſi poſſet cõmode in Hiſpanias introduci, credebatur ſufficere ad deditionem regni Hiſpanici & etiam ad alias debellandum exteras nationes. Sed multis incommodis impedientibus vlterius exercitus tranſire non potuit, quia ad ſuſtentationem tanti populi dape frumentaria & pabulis equorum male prouiſum fuerat, cum iam antequam portus Quiſereos & difficultates montium ingredi incepiſſent, hominibus & equis neceſſaria, rara, & cariſſima venderentur. Præterea hyemis inſtantis periculum quod iam intrabat in ianuis, multaſ ventorum & frigoris moleſtias & madefactiones imbrium minabantur. Nec propter hoc adhuc exercitus reſtitiſſet, ſi rei frumentariæ & pabulorum ſufficientia poſſet alicubi reperiri. Tunc inuito rege qui ardentiſſime cupiebat Hiſpanias introire, proditorum, vt creditur, conſilio oportuit exercitum reuerti, donec veris amœnitas & neceſſariorum ſagax prouiſio iter facilius & commodius præparaſſet.

Quomodo Robertus Comes Attrebatenſis miſſus à rege Franciæ in Nauarram fuit.

PAVLVLVM antequam Philippus rex Franciæ ad Saluam terram viã inciperet dominus Euſtachius de Bellomarchaſio miles quem ipſe rex miſerat in Nauarram ad regem illius gentis in manu ſua conſeruandum, cum vellet aliquas conſuetudines Nauarrorum iniuſtas in melius, ſi poſſet, commutare, orta contentione propter hoc inter ipſum & barones patriæ, fuit ab ipſis & Pampilionis ciuibus apud Pampilonem in caſtello ſiue burgo cum ſuis Francigenis tunc obſeſſus. Quod rex Franciæ intelligens miſit celeriter ad ſui liberationem & Nauarrorum perfidiam vindicandam Robertum Attrebatenſem comitem & Ymbertum de Bello ioco Franciæ coneſtabularium præcipiens eis, vt de seneſdam Tholoſæ Carcaſſonæ Petragori & Belliquadri exercitum congregarent, & quamcitius commode poſſent regnum Nauarræ ad gentis ſuæ ſubſidium introirent. Duos etiam viros nobiles & potentes in illis partibus Gaſconem de Biardo & comitẽ Fuxinenſem vt aſſumerent in ſuum adiutorium voluit & mandauit. Comes igitur regis Attrebati mandatũ regis adimplere deſiderans, aſcitis ex præcepto eius duobus prædictis nobilibus de illis partibus tãtum collegit exercitum, quod ad viginti millia hominum vel amplius

tam equitum quam pedeſtriũ poterat æſtimari. Tali ergo congregato exercitu verſus finem terrę Gaſconis de Biardo in caſtello ipſius quod Mollans nuncupatur aliquantulum reſtiterunt, donec conſuluiſſent, quomodo poſſent commodius Nauarræ difficiles aditus penetrare. Interim dum hæc aguntur, vnus de Nauarrorum Principibus nomine Petrus Sauces à malo ceterorum propoſito reſiliens, regique Franciæ & dominæ ſuæ regni Nauarrę hęredi de cetero conſentire volens per Garſium Moraui regis Franciæ aduerſariorum principem & capitaneum vna nocte in lecto ſuo quieſcens cum quinque aliis perſonis proditionaliter fuit interfectus. Cuius necem vxor & amici omnimode vindicare cupientes, domino Euſtachio quem Nauarri in caſtello vrbis, ſicut dictum eſt, obſederant ſe ſi vellet cum ipſo includere, vel difficultates portuum & introitus taliter liberare, quod genti ſuæ liber pateret aditus & egreſſus. Sed interea Comes Attrebati, qui, vt diximus, iuxta introitum portuum cum valida manu peditum & equitum ſe tenebat portus Cyſereos euitando, & in partem alteram per montes Pyreneos & terram Regis Arragonum tranſitum cum magna difficultate fecerat, in regnum Nauarræ ſuum exercitum introduxit, veniensque vſque ad vrbem Pampilionam, eam die Iouis ante natiuitatem beatæ Mariæ virginis tunc obſedit. Et quia contra eum ad prœlium qui intus erant, exire non audebant, Comes erectis ingeniis fecit eos fortiter de die in diem aſſaillire. Intus erat Garſius Morani Petri Sauche, vt diximus, interfector; Gonſalues & multi alij Principes Nauarrorum, qui dominum Euſtachium de Bello mercaſio prædictum & ſuos Francigenas fortiter opprimebant: & ipſe ſimiliter eos ſæpe vice reciproca damnificabat in pluribus, & inſultus eorum vacuos repellebat.

Quomodo Pampiliona capta fuit.

CVM autem Comes Attrebati per ſuas petrarias, mangonellos & alia ingenia domos ciuitatis quamplurimum deſtrueret, tantus timor ciues turris arripuit quod potius de fuga cogitarent, quam cõtra Comitem & gentes ſuas in bello cõfligere aut intra ciuitatis mœnia ſe tueri. Propter qđ Garſius Moraui & alij principes factionis nocte ſuperueniẽte choreas ducentes & exultantes cantabãt magnis vocibus, vt ciues ſuos lætos facerent & exercitum deterrerent, quaſi hoc ſibi proueniſſet ex feruenti deſiderio contra hoſtes ſuos in craſtinum prœliandi. Sed omnes mediæ noctis caligine obumbrante, remanentibus ciuibus in periculo, turpiter aufugientes, & per regnum circumquaque ſuis locis adeuntes latuerunt. Garſius vero & Moraui qui tam timore parentum Petri Sauche quem occiderant, quam exercitus Regis Franciæ, ad Regem Caſtellę ſe tranſtulit feſtinanter. Erat enim ad ſeptem leugas introitus regni Nauarræ non cum magna multitudine bellatorum, & ibi finem huius rei præſtolans ſe tenebat. Mittebat Cathalanos contra dominum Euſtachium ad ciuitatis ſubſidium, & iam ad tres leugas vrbis conuenerant: ſed cum audiſſent Regis Franciæ exercitum aduenisſe ante Pampilionem, vlterius pertranſire non audentes, effracti & vacui ad illum qui eos miſerat redierunt. Mane igitur facto ſciens & dolens Comes Attrebati quod proditores euaſiſſent, miſit coneſtabularium in vrbem ad loquendum cum ciuibus, qui cum magna petebant inſtantia recipi in tutelam. Et propter hoc pauore exterriti ad magnam Eccleſiam beatæ Mariæ confugerant, vt ibi ſaltem mortis vel captiuitatis ſuæ remedium inuenirent. Sed dum adhuc ad eos loqueretur, pedeſtris populus de exercitu ſupra muros ciuitatis vacuos defenſoribus aſcendens, & in vrbem nullo iubente, & inuitis ſuis capitaneis, qui eos quantum poterant refrænabant, prædandi cupidine introiuit. Nec fuerunt iſti valoris homines nec nati de Francia, ſed de terra Gaſconia, de Biardo & Fuxinenſis Comitis Albigenſes: nec ſolum vrbem ſpoliis prædati ſunt, ſed quod deterius eſt, tanquam Sarracenos & hoſtes fidei tam mulieres quam homines crudeliter occidebant; & etiam quod erat nequiſſimum, matronas & virgines obſtuprabant. Ad cumulum etiam ſui ſceleris in tumbam Henrici Regis, qui iacebat in maiori Eccleſia beatæ Mariæ, manus ſacrilegas iniecerunt, & quia eam eſſe auream quæ de cupro fuerat deaurato crediderunt, totam de loco euellentes dilaceratam reliquerunt. Hoc intellecto Comes Attrebati valde condoluit, mandans canonicos qui

cos qui

cos qui præ timore aufugerant, & eis & ciuibus benigne compatiens ſecuritate & libertate condonata, redditus confirmauit, & in quantum potuit de præda quam manus ſceleratiſſimæ rapuerant, aſſignauit. Capta itaq; Pampiliona, omnes ciuitates alias & munitiones, exceptis ſeptem caſtellis, occupauit, alioſque regis aduerſarios quos in ciuitatibus & caſtellis inuenire potuit, cepit & incarcerauit: ſiluitq; terra in conſpectu eius diſſenſionis complicibus profligatis.

Quomodo Comes Attrebati iuit loqui cum Rege Hiſpaniæ, & de reditu eius in Franciam.

AVDIENS autem rex Hiſpaniæ quod comes Attrebati Pampilionem expugnaſſet & totum regnum Nauarræ regi Franciæ poteſtati ſubiugaſſet, nec non quod & ipſe rex Franciæ apud Saluam terram in Gaſconia contra ipſum exercitum congregaſſet, mandauit eidẽ comiti tanquam ſuo cõſanguineo chariſſimo, multis ſubiunctis precibus, quod ad ipſum ſecure viſitandum accederet pariter & loquendũ; haberet enim libenter, vt mandabat, cum ipſo familiare colloquiũ. Sed comes Attrebati ſuper hoc inconſulto rege Franciæ, id ratus eſt fieri non debere. Sciebat etenim quod rex Franciç & rex Hiſpaniæ ſeipſos ad inuicem diffidauerant, & quod rex Franciæ tũc cum potenti exercitu exiſtens apud Saluam terrã in Gaſconia moliebatur hoſtiliter in Hiſpanias introire. Et propter hoc regi Franciç ſignificauit comes Attrebati, vt ſuper huiuſcemodi rem ſuũ ſibi mandaret beneplacitũ voluntatis. Conſentiente igitur rege Franciç, qui nullam de comite malã ſuſpitionem habebat, ad ipſum in Hiſpanias viſitandum. Quem Alphonſus rex gratulanter, vt decuit, læte ſuſcipiens & multum honorans, ad vltimum multis verbis præambulis exorauit, vt de pace cõponenda inter ipſum & regem Franciç omnimode laboraret. Interim rege Franciæ Philippo reuerſo in Franciam hoc ſtatim apud Hiſpanias eſt cognitũ, & regis Hiſpaniæ ore proprio fuit Attrebatenſi comiti intimatum. Quo audito comes Attrebati & multis aliis de ſtatu regis Franciæ, admiratione perculſus, redire quamcitius potuit accelerauit, & etiam ſuſpectum habuit, quod ſi rex Franciæ vlterius proceſſiſſet, proditionem aliquam incurriſſet. Enimuero quia is qui ſtatũ curiæ regis Franciæ nuncians, ita ſciebat de conſilio regis, & prope ipſum eſſe de neceſſitate oportebat, comes Petrum de Brocia cambellanum habuit tunc ſuſpectum. Reuerſus autem in Nauarram, quid agendum eſſet de vrbe Pampiliona, Priſionibuſque ſuis maiores qui ſecum erant conſuluit, videlicet vtrum rebus ſic ſe habentibus rediret in Franciam, aut illic adhuc propter caſus fortuitos qui poſſent accidere, remaneret. In hoc ergo maiorum conſenſit conſilium, quod prius ſacramentis à militibus Petri Fauche de fidelitate ſeruanda receptis, bonis & villis ciuitatibuſque ſibi pacifice fœderatis, ſi partem militiæ ſuæ domino Euſtachio de Bellomercaſio dimitteret, poſſet ſecure in Franciam remeare. Quo facto comes reuerſus in Franciam, rei geſtæ proceſſum & ordinem, & quid viderat & audierat apud regem Hiſpaniæ, Philippo regi Franciæ domino ſuo quamcitius potuit enarrauit. Vnde rex dolens quamplurimum in corde ſuo cogitauit illum per quem ſui ſtatum hoſpitij ita ſciebat aut prope ſe morari in ſeruitio, aut de ſuo conſilio intereſſe. Et propter hoc de cetero fuit in dubium, cui ſe crederet aut ſua conſilia aperiret.

Incidentia. Circa idem tempus in quadrageſima venerunt nuncij Tartarorum in Franciam ad regem Philippum, dicentes eidem ex parte domini ſui regis Tartarorum, quod ſi ipſe rex Franciæ, quia cruce ſignatus erat, proponeret contra Saracenos ad partes Syriæ in Acon transfretare, dominus ipſorum conſilium gentis ſuæ & iuuamen totaliter ac fideliter promittebat. Si autem veri nuncij aut exploratores fuerint, Deus nouit. Non enim erant Tartari natione nec moribus, ſed de ſecta Georgianorum Chriſtiani, quæ natio Tartaris totaliter eſt ſubiecta. Ipſi vero ex parte regis ad abbatiam ſancti Dionyſij in Francia ducti ſolemnitatẽ Paſchæ ibidem celebrauerunt morem Chriſtianum per omnia oſtendentes: & poſtea, vt dicebatur, cauſa conſimili ad Edoardum regẽ Angliæ peruenerunt. Papa Innocẽtius V. obiit, cui ſucceſſit Adrianus, huius nominis V, natione Ianuenſis. Hic cũ ſediſſet

menſe vno & diebus nouem, defunctus eſt. Cui ſucceſſit Iohannes XX. natione Hiſpanus. Anno Domini M.CCLXXVII. Iohannes Papa cum ſibi vitæ ſpatium in annos plurimos extendi crederet, & hoc etiam coram multis aſſereret, ſubito cum camera noua quam pro ſe Viterbij circa palatium conſtrui fecerat, ſolus ipſa ruente corruit, & inter ligna & lapides colliſus, ſexto die poſt caſum perceptis omnibus ſacramentis eccleſiaſticis, expirauit. Sepultus eſt autem in eadem vrbe in Eccleſia ſancti Laurentij.

De captione Petri de Brocia & eius morte.

EODEM rempore accidir quod quidam monachus quaſdam afferret literas regi Franciæ Philippo apud Meledunum ſuper Sequanam exiſtenti, quas, vt dicebat, reliquerat in domo ſiue hoſpitio abbatiæ ſuæ in vna pixide quidam nuncius illic prætereundo mortuus; qui illos de abbatia ſua adiurauerat, ne alicui literas illas traderēt niſi regi. Rex autem monachum grate ſuſcipiens mandauit illico conſilium ſuum, & aperta pixide, literas illas aſpicientes, inuenerunt eas ſigillo Petri de Brocia ſigillatas. Sed quid in eiſdem contineretur literis, omnibus præter ſtricto regis conſilio fuit, & adhuc eſt ignoratum. Admirante tamen multum regis conſilio ſimiliter contentum in literis, rex de Meleduno recedens venit Pariſios, & iterum ibidem habens cum ſuo conſilio colloquium, dum poſtea ſe traxiſſet apud nemus Vicenarum iuxta Pariſios, Petrus de Brocia ibi captus, primo Pariſiis incarceratus, & poſt apud Ianuillam in Belſia ductus, fuit ibidem in turri fortiſſima collocatus. Quo audito & intellecto Epiſcopus Baiocenſis Petrus conſanguineus vxoris, vt diximus, dicti Petri de Brocia incarcerati, ſtatim de regno Franciæ recedens, ad curiam Romanam ſe tranſtulit. Vbi tanquam exulem ſub protectione ſummi Pontificis & Eccleſiæ ipſum opportuit longo tempore permanere. Non delonge poſtea Petrus de Brocia Pariſiis reductus & in carcere poſitus, fuit ibidem præſentibus ducibus Burgundiæ & Brabantiæ ac Roberto Attrebatenſi comite communi latronum patibulo ſuſpenſus. Cuius mortis cauſa apud vulgus incognita, magnam cunctis qui audierunt admirationem & murmurationis materiam miniſtrauit. In hoc etiam facto poſſumus patenter aduertere, quam ſtultiſſimus eſt homo pauper de humili plebe natus, regis alicuius aut principis in ſeruitio poſitus, cum ipſum ad altum ſtatum fortuna prouexerit, ſi par nobilibus aut magnatibus voluerit effici vel videri. Nec enim vnquam tam alte fortuna prouexit aliquem, vt non tantundem ſibi quantum permiſerat minaretur. Petrus autem de Brocia ſicut cedrus Libani in regno Franciæ fortunaliter exaltatus, & in altiori loco volubilis fortunæ poſitus, dum ibidē permanere credidit, reuolutione vnica rotæ fortunæ plus decidit, quam fuerat in duplo centies eleuatus. Et non ſolum ipſe cecidit, ſed & omnes qui eius ope promoti fuerant, ſeruitia perdiderunt.

Eodem temporis concurſu defuncto, ſicut ſuperius dictum eſt, Iohanne Papa, dominus Iohannes Gaitanus natione Romanus de genere Vrſinorum in Papā eligitur, & Nicolaus huius nominis tertius nnncupatur. Hic autem anno Domini M.CCLXXVIII. ſtatim poſt promotionem ſuam Carolum regem Siciliæ à vicariatu Thuſciæ amouit, & conſtitutiones faciens tam de electionibus prælatorum, quam de electione Senatoris vrbis Romæ, ſe in Senatorem ad vitam fieri procurauit, faciens per ſuos parentes ſenatoriam fere per duos annos regi. Hic miſit ad Carolum regem Siciliæ in Apuliam vnum de ſuis Cardinalibus, volens ſimiliter amotione Vidariæ, [*Vicaria*] Thuſciæ, ac Senatoriæ vrbis Romæ, eius continentiam, patientiam & obedientiam experiri. Sed hunc relatione Cardinalis in omnibus & per omnia magis bonum & humilem atque diſcretum quam credidit inueniens, dixiſſe fertur: Fidelitatem haberà domo Franciæ, perſpicuitatem ingenij à regno Hiſpaniȩ, diſcretionem verborum à frequentatione Romanæ Eccleſiæ curiæ: alios poſſemus ſuperare, iſtum autem non poterimus. Magiſter Iohannes de Aurelianis cancellarius Pariſienſis per Papam Nicolaum ad epiſcopatum Pariſienſem promotus, ſæculo vale faciens totum dimittit, & in domo fratrum Prædicatorum Pariſiis religionis habitum aſſumens, pauper ibidem cum pauperibus deuote Domino famulando

mulando huius vitæ peregit incolatum. Circa idem tempus Bondodar Babyloniæ Soldanus, qui Antiochenam vrbem deſtruxerat, & Chriſtianitati in partibus tranſmarinis fecerat multa mala, congregans exercitum magnæ multitudinis in Turcia, cum Tartaris habuit conflictum, ſed maxima parte ſui exercitus à Tartaris cęſa, ipſe lethaliter ſaucius redire compellitur in Damaſcum. Quo non multo poſt mortuo, ſuccedens eidem filius eius non diu pacifice dominium gubernauit. Nam plures amiralij contra eum conſpirantes, ipſum in caſtello fortiſſimo, quod Leirat dicitur, iuxta Babylonem cum ſuis factoribus obſederunt. Vnde inter ipſos paulatim tanta pullulauit diſcordia, quod ſe paſſim communiter & vbiq; alterutrum occidebant.

De aduentu Caroli Principis Salernæ in Franciam, & de itinere Regis Philippi apud montem Maſceij.

ANNO Domini M.CCLXXIX. Princeps Salernæ Carolus regis Siciliæ illuſtriſſimi Caroli filius veniens in Franciam cum magno honore à rege & baronibus eſt receptus, ac pro eius amore & reuerentia dedit licentiam Philippus rex in ludis tyrociniorum milites exercendi. Fecerat enim parum ante rex Franciæ fratrem ſuum Robertum comitem Clari montis militem nouum, & cum illo quamplures alios: quibus & multis aliis ob honorem & amorem principis cognati ſui dedit ad tyrocinia exercenda, arma & equos quamplurimos affluenter. Ipſe vero rex per tyrocinia commouendo milites ad probitatem diſcurrens, quos pedites inueniebat releuans dando equos animabat iterum ad conflictum & certamina ſubeunda. In quodam igitur illorum tyrociniorum comes Clari montis prædictus iuuenis & nouus miles armorum pondere prægrauatus, & malleorum ictibus ſuper caput pluries & fortiter percuſſus, vexatione cerebri intonitus, decidit in amentiam perpetuam. De quo damnum & dolor maximus emanauit. Erat antem forma egregius & ſtatura mediocriter eminens, cuius animus ad probitatem tendens peruenire poterat, ſi Dominus annuiſſet. Habebat vero vxorem filiam dominæ de Borbona vxoris quondam fratris ducis Burgundiæ Roberti, & poſt comitis Attrebatenſis Roberti, de qua plures pueros poſtea genuit & ſuſcepit. Reuerſo denique poſtea Salernæ principe Carolo ad patrem ſuum in Apuliam: Rex Franciæ Philippus anno Domini M.CCLXXX. congregatis totius regni ſui baronibus profectus eſt apud montem Maſceij in Gaſconia. Ad illas enim partes accedere debebat Alphonſus Hiſpaniæ rex tractaturus de pace ſuper iniutia dominæ Blanchæ ſororis Franciæ regis, & puerorum eius filiorum defuncti Ferrandi primogeniti ſui ſuperius nominati, quos iure regni priuare totaliter nitebatur. Exiſtente igitur rege Hiſpaniæ & aduentato apud Baionam Gaſconiæ ciuitatem maritimam congregabantur hinc inde per plures dies regales & ſolemnes nuncij pro dicto negotio expediendo apud aquas. Sed cum minime ita proficerent, & teneret firmum propoſitum rex Franciæ iterum exercitum congregandi, mandauit interim Papa Nicolaus vtrique regi ſub pœna anathematis quam in diſcordantes ferebat, vt ſaluis vtrinque iuſtis rationibus in pacem & concordiam ad honorem Dei & vtilitatem Eccleſiæ cōuenirent. Deſtinauit adhuc ſolemnes nuncios miniſtros generales fratrum Prædicatorum & Minorum. Sed indignatione inter reges pullulante, ipſi negotium ad finem producere nequiuerunt. Et licet rex Franciæ ſatis eſſet ſummo Pontifici obediens, recedens tamen de monte Maſceij abſq; effectu negotij, apud Tholoſam ſe tranſtulit, ibiq; ad eum perueniens Petrus Aragoniæ rex cum magno honore ſuſceptus eſt, & donis ac iocalibus quāplurimis honoratus. Sed ingratus tāto honore & beneficiis, ſtatim reuerſus in regnum ſuum conſilio vxoris ſuæ Conſtantiæ reginæ Manfredi quondam damnati filiæ, Siculis qui iam contra regem Siciliæ Carolum conſpirauerant, confœderatus eſt. Nam miſſi Siculorum Panormitanorum maxime & Meſſenenſiū ad ipſum tunc conuenerant, dicentes quaſi contra regem Carolum vellet cum ipſis inſurgere, & eoſdem tueri, de cetero ipſum in regem & dominum reciperent & haberent.

Anno poſterius nominato Nicolaus Papa in Suriano caſtro prope Viterbium moritur, & vacauit ſedes quinque menſibus & diebus viginti. Eodem anno Se-

quana flumen Galliæ, circa principium menſis Ianuarij ſic ſuos tranſcendit alueos, quod Pariſiis duos pontes & aliis locis quamplures fregerit, atque ita circumquaque inundauit ciuitatem Pariſienſem, quod nequiret à parte villæ ſancti Dionyſij abſque nauigio ingredi, & ex alia parte infra mutos vſque ad crucem Hemondi per totam plateam Maberti vaſa naualia diſcurrebant. Hambaldenſes quamcito mortem Nicolai Papæ ſciuerunt, conuocata parte ſua capitolij & crocharium vrbis Romæ exiſtentium ſub cuſtodia vicariorum, quos idem Papa conſtituerat par dominium inuitis Vrſinis in vrbe habuerunt. Itaq; ex pacto inter eos habito pro parte Hambaldenſium vnus & pro parte Vrſinorum alius in capitulo Senatoris officium gerentes fuerunt conſtituti. Sub quorum regimine multa homicidia plurimæque diſſenſiones & alia mala quamplura ſunt habita tam in vrbe quam in eius deſtrictu & tamen impunita.

Anno Domini M.CCLXXXI. dominus Symon S. Ceciliæ presbyter Cardinalis natione Gallicus de Montpicem in Bria in Papam eligitur, & apud vrbem veterem x. Cal. April. conſecratus, Martinus huius nominis IIII. eſt appellatus. Is electus in Senatorem vrbis Romæ ad vitam, loco ſui ſubſtituit regē Siciliȩ Carolū, & de domo ſeu familia ipſius regis ſumpſit milites ad regendum patrimonium Eccleſiæ Romanæ. In Romaniola vero deſtinauit dominum Iohannem de Apia comitē cum ſoldenariis Francigenis fere octingentis contra Guidonem Montisfeltri, qui terram Eccleſiæ Romanæ detinebat illis in partibus occupatam. Iſte autem Guido de ciuitate in ciuitatem ſe transferens malitioſe, infra fortericias ſe tenens, rapiebat interdum prædas, vnde ſui ſequaces paſcebantur. Eodem tempore apud vrbem veterem orta fuit diſcordia inter gentem regis Siciliæ & Vrbeueteranos, aſſenſu, vt dicebatur Rauerij capitanei Vrbeueterani, qui volebat quod rex Siciliæ & Gallici damnum & vituperium ſuſtinerent. Nam cum tumultus magnus in ciuitate oriretur contra Gallicos, & clamores validos emitterent Vrbeueterani mortem ad Gallicos exclamantes, ſæpe vocatus Rauerius vt gentem ſuam refrænaret, ſe fingebat infirmum. Sed Francis ad arma concurrentibus, tandem ceſſauit diſſenſio, aliquibus tamen hinc inde vulneratis & quampluribus Vrbeueteranis interfectis.

De rebellione Siculorum contra Regem Carolum aſſenſu Petri de Arragonia.

CIRCA idem tempus Petrus Arragoniȩ rex, vxoris ſuæ Conſtantiæ reginȩ arte callida circumuentus, quæ ſe hæredem regni Siciliæ faciebat, aſſenſum dedit Siculis qui contra dominum ſuum regem Siciliæ Carolum cōſpirauerant, ſi aduerſus ipſum & gentem ſuam inſurgeret pro poſſe ſuo eoſdem iuuare fideliter & tueri. Sed ne credatur Conſtantia in regno Siciliæ ius habere, pauca hic de ſuis progenitoribus proloquatur. Fredericum enim auum ſuum Imperatorem Romanum & regem Siciliæ Innocentius Papa IIII. propter ſuos exceſſus & culpas innumeras indignū imperio & regno omniq; honore & dignitate in Concilio Lugduni eodē approbante ſacro concilio reddidit; & ne regnaret vel imperaret de cetero abiectū denuncians ſententiando priuauit. Cum autē poſtea ad diſpoſitionē Eccleſiæ Romanæ regnū Siciliȩ, cuius iuris & proprietatis exiſtit, eſſet libere deuolutū, & prȩdixiſſet in concilio præfato Romana curia de illo regno ſe prouiſurū: Corrardus filius Frederici prædicti de filia regis quondam Hieruſalem Iohannis ſui patris ſequendo praua veſtigia, illud regnum præſumptione temeraria occupauit. Eo etiam ſubtracto de mundo, Manfredus princeps Tarentinus iſtius Conſtantiæ reginæ pater, quem ſæpe dictus Fredericus de damnata copula ſuſceperat, contra iuramentum fidelitatis quod Eccleſiæ Romanæ præſtiterat, veniendo ſub quadam Corrardini filij dicti Corrardi nepotis ſui ſimulata protectione tutatoria, ad dictum regnum Siciliæ manus occupatrices extendit. Propter quod, & alios ſuos actus nefarios Alexander Papa quartus ipſum Tarentini principatu & omni alio honore indignum ſententiando priuauit & priuando totaliter denunciauit. O Cōſtantia mulier deteſtabilis, quæ male ſuaſa à diabolo tot mala fieri impetraſti, & tot bona quȩ cōcepta fuerant & fieri poterāt impediſti. Erat enim Chriſtianiſſimus rex

Siciliæ

Siciliæ Carolus cruce ſignatus magnumque apparatum præparauerat in terræ ſanctæ ſubſidinm profuturum, & ad regnum Hieruſalem, cuius ius emerat, cõquirendum. Debebat vero illuc in breui proficiſci, vt gẽtem Sarracenicam Chriſtiani nominis inimicam expugnaret, ſi Dominus annuiſſet. Sed totius boni impeditor diabolus currens ad ſua arma vetuſtiſſima, per quę priuauit hominẽ de gaudiis Paradiſi, ita commouit Siculos hortatu & conſilio reginæ Conſtantię Petri Aragoniæ vxoris, quod ſtatim de Aragonia reuerſis ipſorum nunciis tyrannidem arriperent contra gentem regis Caroli Gallicanam. Nam ſuccenſi rabie Panormitani & Meſſanenſes rebellionis ſpiritum aſſumentes, Gallicos omnes qui infra Siciliam morabantur tam mares quam fœminas, ſenes & iuuenes in contemptum regis Caroli occiderunt. Et quod deteſtabilius fuit latus aperientes mulierũ prægnanrium, quæ dicebantur à Gallicis concepiſſe, partus occidebant antequam naſcerentnr. Hoc audito & intellecto Petrus Aragoniæ rex ſtatim parauit nauigium & gentes in magna multitudine congregauit, vt Siculos, ſi opus eſſet, contra regem Carolum adiuuaret. Sed ne perciperetur eius quam conceperat iniquitas, miſit ad Romanam curiam ſolemnes nuncios fingendo ſignificans, quod cum ſumptuoſo & ſolicito apparatu ad Dei Eccleſiæ ſeruitium & exaltationem catholicæ fidei verſus Africam ſuper barbaros ſuæ potentiæ brachium dirigebat. Petiit etiam à Papa & Cardinalibus ipſorum auxilium, & vt decimam Eccleſiarum regni ſui ſibi concedere dignarentur. Super quo Papa iam dubius mandauit eidem quod ſi bene ſe haberet, iuuamen & gratiam erga ſe quamplurimam inueniret.

De aduentu Petri Aragoniæ verſus Siciliam.

IGITVR Petrus Aragoniæ rex præparato nauigio mare intrans vento proſpero & mare placido portui Tunarum applicuit, vbi multitudinem paganorum inter diſtrictus montium reprimens, tria fere millia de ſuis amiſit. In partibus vero illis quæ viciniores ſunt Siciliæ diebus aliquibus declinans, expectauit vt oportunitate captata commodius iniquitatem quam conceperat parturiret. Siculos & maxime Panormitanos ſollicitans per ſuos nuncios exinde miſſos, vt regem Carolũ non timerent, quia eius auxilium & gentis ſuæ certiſſime obtinerent. Interim Carolus rex audita morte ſuorum & Petri regis Aragoniæ prope Siciliam aduentu, hoc Papæ Martino & regi Francię nepoti ſuo mandare non diſtulit. Quod Papa intelligens, & tantorum malorum principiis obſtare cupiens, ne ſero medicina pararetur, apud vrbem veterem præſente multitudine fidelium de conſilio fratrum ſuorum Cardinaliũ vniuerſos & ſingulos cuiuſcunq; pręeminentiæ, conditionis, aut ſtatus attente monuit, eiſq; diſtricte præcepit, ne in regno Siciliæ vel in parte eius Eccleſiã Romanam aut regẽ Carolnm, qui regnũ Siciliæ ab Eccleſia tenebat, per ſe vel per aliũ moleſtarent, impeterent, vel etiam moleſtarẽt quoquo modo. Si qui antẽ contra monitionẽ & pręcepta eadẽ quocunq; dolo, vel ingenio, vel machinatione venire præſumerent, ipſo facto cenſuit excõmunicationis ſententię ſubiacere. Miſit etiam ad partes illas Epiſcopũ Sabinenſem dominũ Girardum de Parma Cardinalem cum plenę legationis officio tanquã pacis angelum deſtinatũ, qui rebelles Siculos ad pacis & ſatisfactionis cõcordiã reuocaret. Sed ecce Cardinali ad littus maris ciuitatis Meſſanenſis oppoſitũ adueniente, dum nõnulli Siculi & ſpecialiter Meſſanenſes eius nuncios libenter admitterent, dominium Romanæ Eccleſię recognoſcentes & publice inuocãtes, Petrus Aragoniæ rex intrans Siciliã, ipſos & ceteros terræ Sicilię intantũ incitauit, qđ Cardinalis nuncios recipere de cetero denegarũt. Siquidẽ caterua militnm & peditnm ſtipatus, nomine vxoris ſuæ occupans terram & pacẽ Eccleſiæ perturbans, nomen regis vſurpat, & ſe regem Siciliæ nominat, Carolo in ſuis literis regni Siciliæ titulum ſubtrahendo. Et ſic Cardinali bona quærenti ac pacem expectanti, turbinis grauioris tempeſtas apparuit. Vnde quia Petrum Siculi regem & dominum inuocabant, Eccleſiam Romanam & regem Carolum contemnentes, redire ad Papam inefficax compulſus eſt, narrans ipſi & Cardinalibus, quomodo Siculi ipſum ac regem Carolum & Eccleſiam Romanam contemnerent pro Petro Aragoniæ rege; & non ſolum ipſi, ſed etiam maior pars Calabriæ rebellaſſet.

Quomodo Rex Carolus iniit Meſſanam vrbem obſidere.

INTEREA rex Carolus mittens in Franciam filium ſuum Salernæ principē Carolum, vt inde militiam congregaret, præcepit eidem quatenus ad ſe quam cito commodius poſſet in Apulia, vel vbi ipſum adeſſe contingeret, collecta militia remearet. Ipſe vero exercitu collecto in Apulia vel vndecunq; tunc potuit, & aſſumpto ſecum domino Girardo de Parma Romanæ Eccleſiæ Cardinali verſus partes Siciliæ ſe tranſtulit feſtinanter. Qui Farro proſpere tranſito, portui ciuitatis Meſſanæ applicantes, dum defenſores nullos inueniunt vrbem protinus obſederunt. Ciues autem improuiſi nec muniti fuerant, aut ad repugnandum modo aliquo præparati. Qui capi de facili potuiſſent in aduentu regis Caroli, ſi ad vrbem in inſtanti aſſultus fieri præcepiſſet, ſed miſeratione quæ non debuit vel decuit malos ciues, & tam nobilem vrbem deſtruere miſeratus rex Carolus ad eos de ciuitate miſit nuncios, volens ſcire vtrum de vita & corporibus ſe ſuæ ſubderent voluntati. Cardinalis enim fideliter laborabat, quantum poterat vt ad pacem traherentur. Sed cum hinc inde reconciliandi dantur inductæ, ciues ſe præparant, & ad ſuam defendendam ciuitatem ſe armis & aliis protinus munierunt. Vnde patenter poſſumus aduertere illud vulgare prouerbium: *Qui non facit cum poteſt, non facit quando vult.* & illud Ouidianum: *Nocuit differre paratis.* Vrbe autem munita, vt viderunt ciues ſe poſſe à Gallicis defendere, pacta vel conuentiones quæ primo antequam muniti fuiſſent facere promittebant, concedere vel obſeruare parati ad prœlium, noluerunt. Et tunc ſero rex Carolus vrbem aſſaillire præcipiens, nil profecit; quia ciues qui bene muniti fuerant, ſe audacter & viriliter defenderunt. Pluribus vero per dies aliquot aſſultibus factis, cum in vanum Gallici laborarent, & plus amitterent quam lucrarentur: Carolus conſilio ſuorum & maxime comitis Acherrarum, vt poſt deceſſum regis Caroli apparuit proditoris, Farro iterum tranſmeato verſus Calabriam ſe retraxit. Ibi enim in planis ſancti Martini cum exercitu ſe tenens, ne ceteri de Calabria aut Apulia rebellarent, expectauit donec ad ipſum filius ſuus cum ſuccurſu de Francia adueniret. Naues etiam ſuas quas diuerſis maris littoribus ferre [*fere*] repletas armis & aliis garniſionibus, quæ omnia ad Terræ ſanctæ ſubſidium præparauerat, euacuans, nonnullas fecit frangere, ne ad manus hoſtium ſuorum deuenientes, eorum lucro recalcitratent Siculi fortius impinguati. Interim Petrus Aragoniæ rex quemadmodum præſumptuoſus & ſuperbus vento ſuperbiæ inflatus, eo quod rex Carolus obſidionem Meſſanenſium reliquiſſet & Farrum ſine alicuius effectu operis pertranſiſſet, fecit ſe in contemptum ipſius Caroli regis contra inhibitionem domini Papæ propter quod excōmunicatus fuit, in regē Siciliæ coronari. Inſuper ad maioris ſui ipſius præſumptæ exaltationis & temeritatis cumulū per ſuas mandauit literas regi Carolo deſtinatas in Calabria, in quibus regē ſe Siciliæ nominabat; quod ipſe de regno ſuo exiens, in eodē non præſumeret amplius immorari. Quo audito & intellecto Papa Romanus ipſum Petrū iam excommunicatū de cōſilio fratrum ſuorum Cardinaliū omni honore, regno & dignitate abiectū oſtendit, & ſententiando priuauit: regnū Aragoniæ nepoti ſuo Carolo comiti de Valeſio Philippi regis Franciæ filio per ſuas patentes literas concedendo.

Incidentia. Menſe Februario piſcis marinus in effigie leonis captus, cuius pellis piloſa, pedes breues, cauda leonina, & ceterū corpus erat leoninū, apud vrbē veterē vbi erat Papa & curia deportatus fuit. Referebatur enim quod in eius captione plāctus horribiles emiſerat, quod à multis ſignū dicebatur fieri prænoſticū futurorum. Pariſiis inter clericos Picardiæ nationis & anglicos ibidē ſcholares tanta fuit diſcordia, quod ſtudium omnino Pariſius deficere crederetur. Nam domos Picardorum Anglici confringentes tanta debacchatione in ipſos irruerunt, quod nonnullos occidentes, ceteros de ciuitate Pariſienſi ad ſuas partes fugere compulerunt.

Anno Domini M. CC L X X X I I. pridie Calendas Maij, dominus Iohannes de Apia & ſoldenarij domini Papæ Martini miſſi contra Guidonem comitem Montis feltri, in Romaniola burgū ciuitatis Forliuij capiunt, per hanc diem & noctem ſequentem ibidem remanentes. Die vero craſtina, ſcilicet prima die Maij cōgregatis aciebus in tres turmas ante faciem ciuitatis, hinc inde fit acre prœliū: in quo comes

Thadeus

Thadeus nobilis Eccleſiæ pugil cum quingentis fere Gallis cecidit, & ex aduerſa parte mille quingenti tam nobilium quam ignobilium occiſi ſunt. Tandem nocte ſuperueniente, ſuperſtites ad ſuas partes ſe trahentes, nulli fuit illa die victoria attributa. Soldanus Babyloniæ fugatur à Tartaris per octo dietas, perdiditq; de ſuis fere quinquaginta millia: ſed iterum Soldanus viribus reſumptis Tartaros fugere compulit, & ex ipſis triginta millia occidit. Solemnis inquiſitio fuit facta de vita & miraculis ſanctæ memoriæ regis Franciæ Ludouici.

De ſuccurſu qui venit ad Carolum Regem Siciliæ; & quomodo Petrus Aragoniæ mandauit ei bellum centum contra centum.

CIRCA idem tempus Petrus Alanſonis comes frater regis Franciæ Philippi, Robertus comes Attrebati, comes Burgundię Othelinus, comes Bolonię, comes domini Martini Iohânes, dominus de Morēciaco, & multi alij nobiles & ignobiles cum magno exercitu de Francia egreſſi, in auxilium regis Siciliæ Caroli apud Apuliam profecti ſunt. Tranſeuntes igitur abſq; impedimento per Italiam vexillis deplicatis, feſtinato itinere peruenerunt ad regē Carolū, qui adhuc reuerſus de obſidione Meſſanæ ciuitatis, in planis ſancti Martini de Calabria ſe tenebat. Rex aduentu ipſorum lætificatus quaſi quotidie aciebus ad bellum diſpoſitis, per terrā Calabrię vſq; Alagarione & alibi equitabat, videns & tentans ſi ſuis hoſtibus poſſet obuiare. Sed aduerſarij Gallorum probitatem & audaciam ſcientes & in pleriſque locis virtutem illorum experti, cum ipſis confligere non ſunt auſi. Imo ſtatim vt videbant eos ad ciuitates & caſtella fugiebant, vel ſe ad mare in galeis tuebantur. Præterea Petrus Aragoniæ non ignorans regis Caroli probitatem, & ſuccurſum ſibi de Francia aduenisse, vt potius dolo vel artis induſtria quam aliquo belli genere contra ipſum & Gallicos dimicaret, ac ſe & ſuos interim ad defenſionem præpararet, & de multis ſibi neceſſariis prouideret, tale belli pactum Carolo demandauit; ſcilicet vt haberet eorum quilibet, videlicet Petrus & Carolus centum quos vellet & poſſet ſecum milites prima die Iunij ſubſequentis in planis Burdegalis centum contra centum ad pugnandum ad inuicem præparatos: inter quos debebant ipſi duo Petrus & Carolus computari. Et qui victus eſſet, infamis perpetuo ac priuatus honore regioque nomine remaneret, vno qui cum ipſo ſolus incederet contentus de cetero ſeruiente. Non veniens vero ad diem prædictum in dicto loco ſic præparatus, ſimiles pœnas & periurium incurrebat. O mira & præſumpta fraus callidi inimici, cuius fortitudo aduerſus Gallicos vt fauilla ſtupæ vere erat & fieri poſſet, ſi contra illos manutentim voluiſſet in campi planicie exertis gladiis dimicare. Sed cognoſcens gentem Francorum, vtpote delicatam & delitiis aſſuetam, aut aëris intemperie, aut in alienis partibus moras diu protrahendo, morbis aliquibus fuiſſe multotiens debilitatam virtutem illorum talibus ſic laceſſionibus tunc eliſit. Nam aſſultus hoſtium ſuorum dimittendo rex Carolus conſenſit Petro in talibus, & hoc regi Francię nepoti ſuo ſignificans, mandauit vt ſibi & centum militibus armaturas faceret fortiores & meliores quas poſſet diligenter Pariſiis operari. Sed nec tunc mandato ſummi Pontificis, qui hoc fieri ſibi ſub interminatione anathematis prohibebat, retineri potuit, quin conflictum prædictum acceptaret, & ad hunc ſe totis viribus præpararet.

Quomodo Carolus venit apud Burdegas contra Petrum Aragoniæ.

REX igitur Franciæ Philippus regis Siciliæ auunculi ſui mandatum intelligens, fecit eidem quod mandauerat pręparari, ſatis admirans quomodo Petrus de Aragonia talia facere contra regem Siciliæ pręſumpſiſſet. Et hoc regni ſui baronibus ſignificans mandauit eiſdem, vt ſecum ad diem belli impoſitum obuiam regi Carolo auunculo ſuo apud Burdegalas aduenirent. Interim rex Siciliæ quæ ſibi neceſſaria fuerant præparatis, in filij ſui principis Caroli & nepotum ſuorum Petri Alanſonis & Roberti Attrebatenſis comitum terram ſuam cuſtodia dimittens, ad Romanam curiam profectus eſt. Papa vero & Cardinales ipſum multum de huiuſmodi conflictu faciendo increpantes, cum nihil proficerent, dimiſerunt. Et ipſe

eis valedicto recedens, duxit ſecum dominum Iohannem dictum Cholet ſanctæ Ceciliæ presbyterum Cardinalem, qui poteſtatem à Papa receperat excommunicandi & iterum condemnandi Petrum, niſi ſatisfaceret de commiſſis. Anno autem Domini milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio, prima die Iunij apud Burdegalas veniens rex Carolus in præſentia regis Franciæ qui illuc aduenerat cum magna baronum ac militum comitiua, ſeneſcallo regis Angliæ, cuius erat terræ dominium, qui tenebat curiam ſe contra Petrum de Aragonia præſentauit eodem modo quo ſibi mandauerat præparatus. Sed non auſus illuc venire vt debebat dictus Petrus; nocte tamen diem ſtatutam præcedenti cum duobus ſociis, vt tradunt aliqui, locutus eſt in priuato loco & remoto cum Burdegali ſeneſcallo; prætendens quod ſeruare pactum ſuum ibidem propter timorem regis Franciæ non auderet. Quo tamen expectato aliquantis diebus cum non veniret; rex Franciæ iratus Iohannem nuncij militem illum qui ad ſe iamdudum de Hiſpania, ſicut ſuperius dictum eſt, aduenerat, miſit, & cum eo ſeruientes & milites quamplures de regno ſuo, vt per deuerſus Nauarram regnum Petri inuaderent & vaſtarent. Qui celeri expeditione regnum Aragoniæ intrantes, hoſtiliter terræ illi damna quamplurima intulerunt, & omnia vaſtantes ante ſe munitionem quandam cum turri fortiſſima, qui ibidem aderat, euerterunt. Captus vero fuit ibidem miles probiſſimus, qui ductus apud Tholoſam in carcere, poſt euaſit. Dicebatur enim quod ſi vlterius proceſſiſſent eo quod Petrus improuiſus aderat, nec in aliquo munitus, totum regnum tunc Aragoniæ de facili occupaſſent. Sed Philippo & Carolo regibus de Gaſconia reuerſis in Francia cum legato, rex Franciç cõſilio habito pro gente ſua miſit, & vt ab incepto deſiſterent, demandauit.

Incidentia. Circa idem tempus Guido de Monte forti miles ſtrennus, filius Symonis de Monte forti comitis quondam Leyceſtriæ in Anglia perempti; qui ob interfectionem Henrici de Alemannia in priſione Eccleſiæ Romanæ dudum permanſerat, à Papa Martino in auxilium ſuorum in Romaniolam fuit miſſus. Quo illuc adueniente, ſtatim Guido de Monte feltri comes per ſe terras & ciuitates Eccleſiæ occupatas, ipſi Guidoni de Monte forti nomine Romanæ Eccleſiæ reſtituit, iurans ſe mandatis Eccleſiæ pariturum. Sicque terra Romaniolç ad mandatum domini Papæ pacifice reuerſa, excepta Vrbinati ciuitate, eam Guido de Monte forti hoſtiliter aggreditur, accipiens & deuaſtans quicquid reperit extra muros. Interim defuncto Thuſciæ comite rubeo, cuius filiam Guido de Monte forti deſponſauerat in vxorem, oportuit ipſum Guidonem exercitum domini Papæ in obſidione Vrbinatis relinquere, vt terram quæ vxori ſuæ ex morte comitis rubei & pueris ſuis obuenire debebat, contra comitem ſanctæ Floræ, qui eam ſatagebat impetere, defenſaret. Licentia igitur à domino Papa accepta, cum in Thuſciam adueniſſet, comes Anguullarie ipſum nitens pro poſſe ſuo offendere, terram eius hoſtiliter ſubintrauit. Sed ipſe Guido contra eum pergens viriliter, quoſdam de ſuis cepit & plurimos interfecit. Eodem tempore comes Alanſonis Petrus Philippi regis Franciç frater, qui in Apuliam profectus fuerat, diem clauſit extremum. Cuius caro & viſcera in abbatia Regalis montis Apuliç Ciſtertienſis ordinis, quam fundauit rex Carolus Siciliæ, ſepulta ſunt: Oſſa vero nec non & cor Pariſios allata, illud apud fratres Prædicatores, & ea fuerunt apud Minores repoſita ſepulturæ. Vxor autem eius Iohanna Blæſis comitiſſa abſque liberis remanens, in ſancta viduitate vitæ huius pertranſiuit incolatum. Eodem anno poſterius annotato Philippus rex Fráciç circa natale Domini, grande tenens Pariſiis parlamentum, regnum Aragoniæ oblatum ſibi pro filio ſuo Carolo ab Eccleſia tunc recepit. Et conceſſa fuit ſibi Eccleſiarum decima, ad expeditionem dicti regni Aragoniæ conquirendi. Prędicauit etiam Cardinalis Romanæ curiæ dominus Iohannes Coleti, de cruce; vt irent homines ſuper Petrum Aragoniæ condemnatum. Et tunc rege Franciç cruce ſignato, multi tam nobiles quam ignobiles ad huius expeditionem itineris conſimiliter crucis ſignaculum aſſumpſerunt.

De reditu regis Siciliæ in Apuliam; & quomodo filius eius princeps Salernitanus captus a Siculis fuit, & ipſe rex poſt defunctus.

POSTQVAM Franciæ rex Philippus Arragoniæ crucem aſſumpſerat, Carolus rex Siciliç inclytus, qui fere per annum in Francia fuerat commoratus, accepta a rege Franciæ nepote ſuo licentia, redire verſus Apuliam breuiori itinere, quo potuit feſtinauit. Miſit autem de Prouincia per mare nuntios ad filium literas deferentes, in quibus prohibebat ipſimet ne conflictum erga Siculos per mare inciperet vel haberet. Debebat etenim cum ingenti galearum numero, quas de Marſilia & alibi congregatas armis & gentibus ac omni bellicoſo apparatu parauerat, ad ipſum in proximo peruenire. Sed dum eius nuntii per mare nauigant feſtinanter, capti ſunt a Siculis, qui mare curioſius obſeruabant: & literis ac bonis omnibus ſpoliati. Vt ergo regis Caroli per litteras nuntiorum aduentum celerem agnouerunt Siculi ſtatim cum 27. galeis, armis & gentibus munitis, venerunt prope Neapolim proferentes multos clamores & indicia, quibus poſſent aliquos ante regis aduentum offendere, aut mouerent ibidem exiſtentes Gallicos ad pugnandum. Quos audiens princeps regis filius, qui dimiſſo Attrebatenſi Comite certis de cauſis de Calabria illuc aduenerat, motus & incitatus clamoribus eorundem, ac de aduentu patris inſcius, damnoſæ probitatis ſumens audaciam cum ſuis bellatoribus Francigenis, & aliis intrans galeas ad pugnandum præparatas, ipſos fortiter aggreſſus eſt. Sed quia belli naualis gens ſua ignara extitit, & potius fraude nautarum, vt aiunt, deceptus, cum ſuis deuictus & captus fuit, ac Meſſana ciuitate illico ductus ibidem carceri mancipatus. Quod audiens regina Conſtantia Petri vxor de Arragonia, quæ apud Panormum iamdiu cum natis ſuis Iacobo & Manfredo aduenerat, fecit eum feſtinanter prope Neapolim ducere, & de mari eius oſtendere vxori, prætendens niſi ſuam ſibi redderet ſororem quam tenebat rex Carolus captiuatam viri ſui caput abſcindere ſtatim faceret, & in mare corpus ante oculos eius præcipitari. Quo permota pietate principis capti vxor ſtatim ſororem Conſtantiæ illis reddidit, ſed virum ſuum aut pro ipſa aliquam non recepit. Quarta igitur die ſequenti poſtquam princeps captus fuerat, veniente Carolo rege Neapolim, Neapolitanos qui iam rebellionis ſpiritum aſſumpſerant, & gentes ſuas Francigenas in parte expulerant, caſtigauit, & eos comminantibus oculis quaſi inſcius præmiſſorum a ſuis permiſit ſequacibus cruciari. De captione vero filii quamplurimum turbatus, ſed hoc quantum potuit ſub diſſimulatione prætereiens verſus regiam in Calabria, vbi erat Comes Attrebati nepos ſuus ſe tranſtulit, cupiens Farum tranſire, vt Meſſanam obſideret ciuitatem. Sed nequiens quod conceperat propter inſtantem hyemem adimplere, vaſa ſua in portu Brundiſii, ne per flatus hyemales frangerentur, aut forte ab inimicis caperentur, deſtinauit. Ipſe tandem in infirmitate cadens ſeptimo die menſis Ianuarii diem clauſit extremum, ſcilicet anno Domini M. CC. LXXXIIII. Cuius corpus conditum aromatibus pretioſis apud Neapolim ciuitatem ſuam delatum eſt, & in maiori Eccleſia ſepultum cum honore, ſicut decuit tantum principem ſepeliri. Mortem vero ipſius audiens Papa Martinus cum ſuis Cardinalibus lugubres dies ſicut licuit celebrauit, & Comiti Attrebatenſi cui tutelam regni Siciliæ puerorum capti principis Salernæ mittebat, magnam ſummam pecuniæ ſuæ gentis ſuſtentatione & regni Siciliæ ſubſidium deſtinauit. Qui quandiu ibidem interfuit, bonus tutor ac regni defenſor extitit, & egregius inimicorum debellator: & niſi in illis partibus tunc fuiſſet, tota terra Apuliæ & reliquum gentis Calabriæ totaliter rebellaſſent.

Eodem anno, quo defunctus eſt rex Siciliæ Carolus in craſtino aſſumptionis beatæ Mariæ Philippus regis Franciæ Philippi primogenitus, Iohannam conſanguineam ſuam defuncti Henrici regis Nauarræ Comitiſque Campaniæ filiam vnicam diſpenſatione Romanæ Eccleſiæ duxit apud Pariſios in vxorem. Eodem anno quo ſupra in vigilia ſanctæ Catharinæ virginis per totam noctem tanta fuit ventorum vehementia; quod multæ domus, multaque monaſteriorum clocheria &

multæ fortes ac magnæ proceritatis arbores per regnum Franciæ in diuerſis locis ceciderint. Comes Iouiniaci qui in obſidione Vrbinacis cum gente domini Papæ remanſerat, contra inſtructionem domini Guidonis de Monte forti Vrbinaces imprudenter inuadens, ibidem extitit interfectus. Anno Domini M. CC. LXXXV. die annuntiationis beatæ Mariæ, qui fuit dies reſurrectionis Dominicæ, poſtquam Papa Martinus miſſam celebraſſet, & refectionem ſolitam ſumpſiſſet cum ſuis capellanis, arripuit eum occulta & grauis infirmitas. Ex qua licet ſe grauiter pati diceret, eius Phyſici morbum ignorantes & cauſas, aſſeruerunt nullum mortis indicium in eo apparere. Die vero Mercurii proximo ſequenti circa noctis horam quaſi quintam, debitum exoluens conditionis humanæ, ad Dominum vt certis opinatur indiciis tranſmigrauit. Nam diuerſarum afflicti paſſionum & morborum ad tumulum eius venientes, multis videntibus ſunt ſanati. Succeſſit autem eidem dominus Hieronymus Cardinalis ordinis fratrum Minorum, natione Romanus, de domo Sabellorum, & Honorius huius nominis quartus eſt appellatus. Hic ſtatim poſt promotionem ſuam tam Comiti Attrebatenſi in Apulia, quam ſtipendiariis in certis locis per dominum Papam Martinum prædeceſſorem ſuum ordinatis eos confouendo præſtitit ſtipendia, & animauit ad ſuſcepta negotia ſollicite proſequenda. Eodem temporis concurſu Comes Burgundiæ Othelinus duxit in vxorem filiam comitis Attrebatenſis Roberti, qui tunc in Apulia morabatur.

De profectione regis Franciæ Philippi apud Arragoniam.

ANNO poſterius annotato Philippus rex Franciæ circa Pentecoſten in partibus Tholoſanis incredibilis multitudinis de omni regno ſuo exercitum congregauit, vt regnum Arragoniæ conceſſum filio expugnaret. Erat enim eius intentio ſi proſpere egiſſet ibidem vlterius gentem ſuam apud Hiſpanias deducere ad ſororis ſuæ & natorum eius dedecus vindicandum quod eiſdem intulerat minus iuſte Hiſpaniæ rex Alphonſus: iuerúntque cum rege Eccleſiæ Romanæ legatus dominus Ioannes cognomento Cholet ſanctæ Cæciliæ presbyter Cardinalis, & fere totius Franciæ nobilitas vniuerſa. Sane claſſis regia gentibus, armis ac victualibus munita regem tam ingens per æquora ſequebatur, quod alter Neptunus poſſet non immerito appellari. Dimiſſa vero rex vxore ſua regina Maria apud Carcaſſonam cum reliquis quæ viros ſuos ſecutæ fuerant, apud Narbonam celeriter pertranſiuit. Expectauit enim ibidem aliquantulum gentem ſuam, quæ affluens e diuerſis partibus debebat in eadem vrbe ex edicto regio congregari. Poſtquam ergo conueniſſent præcepit rex, vt de Narbona armis omnibus præparati exeuntes, tanquam eſſent cum hoſtibus conflicturi verſus terram Roſſilionis equitaret. Erat autem terra illa in regis Maioricarum dominio, qui Petri de Arragonia frater, non de parte ipſius, ſed Eccleſiæ & regis Franciæ ſe tenebat. Vt audiuit aduentum regis Franciæ, protinus eidem obuiam pergens, ipſum cum gẽte ſua ac nepotes ſuos Philippum & Carolum regis Philippi filios cum honore maximo in terra ſuſcepit, & vſque Parpigniacum cum magna exultatione & lætitia ducere feſtinauit. Interea Petrus de Arragonia intellecto quod rex Franciæ verſus Narbonem exercitum congregaſſet, ad regnum Arragoniæ peruadendum, protinus de Sicilia, dimiſſa ibidem vxore ſua in regnum Arragoniæ ſe transferens, ciuitates, villas, & caſtella, atque regni ſui introitum munire non diſtulit, & ſe ad repugnandum quantum potuit præparauit. Sed quia Siculi principem Salernę Carolum quem captum tenebant, de vrbe Meſſana ad quoddam caſtellum Siciliæ tranſtulerant, volentes cum ipſo, ſicut ſibi dictum fuerat, reconciliari, timens Siculorum infidelitatem & noui dominii ſuper huiuſmodi ipſorum pronam & auidam voluntatem non ignorans, fecit eum in terram ſuam Arragoniæ tranſportari, & ſub arcta cuſtodia diligentiſſime cuſtodiri.

Quomodo Philippus rex cepit Iannam vrbem.

REx itaque Franciæ apud Parpeigniacum, ſicut diximus, cum magno honore receptus, ibidem habuit conſilium, ad quem locum ſuper hoſtes primitus ſe transferret; viſumque eſt genti ſuę & maxime regis Maioricarum, vt creditur, hortatu,

ratu, quod verſus vrbem Ianuam cognominatam ſuperbam, quæ patebat quaſi in ianuis dirigerent greſſus ſuos. Erat enim in terra Roſſilionis ſita, ſub dominio regis Maioricarum, ſed ipſum a longo tempore contemnentes ciues Petro de Arragonia adhærebant. Vt autem Francorum exercitum verſus ſuam ciuitatem accedere cognouerunt, portas ſuas claudentes, & totis viribus vt eiſdem poſſet reſiſtere parati ſunt. Rex vero Francorum illuc perueniens cum ſuo exercitu, ſtatim iuſſit aſſultus fieri. Sed illi de ciuitate ſuper muros in defenſionibus ſuis exiſtentes & ſe ea die viriliter defenderunt, quod parum aut nihil penitus amiſerunt. Craſtina autem die Francis ad conflictum redeuntibus, cum fuiſſet multum debilitata ciuitas, ciues ad regem Franciæ nuntios mittentes, treugas vſque in triduum petierunt, fingentes ſe velle ad inuicem de reddenda ciuitate conſilium habituros. Et interim dum ceſſarent Gallici a conflictu, ipſi in eminentiori loco ciuitatis ſuper turrim altiſſimam maioris Eccleſiæ ignem accenderunt, ſperantes quod Petrus de Arragonia, qui non longe in montibus aderat, viſo igne ad eorum ſuccurſum & ſubſidium adueniret. Sed fraude eorum percepta, rex Franciæ iteratos inſultus ad ciuitatem fieri imperauit. Et legatus Romanæ Eccleſiæ gentem abſoluens Francigenam, vt nemini parcerent admonuit, ſed eos tanquam hoſtes fidei Chriſtianæ, vtpote excommunicatos & contemptores præceptorum ſanctæ matris Eccleſiæ trucidarent. Tunc equitum aciebus ad bellum circumquaque ciuitatem diſpoſitis, ſeruientes & pedites ad muros vrbis accedentes inuitis hoſtibus, qui ſe quantum poterant defendebant, facto impetu portas fregerunt, & ſuper muros ſcalis appoſitis aſcenderunt. Mox in vrbem reliquus intrans exercitus hoſtes paſſim trucidant nulli ætati vel ſexui parcentes. Populus autem ciuitatis timore perterritus ad maiorem fugit Eccleſiam, putans loci reuerentia aut fortitudine ibi mortis periculum euitare. Sed quia ſanctæ matris Eccleſiæ & miniſtrorum eius præceptum contempſerant damnato & impio præbentes auxilium, ipſis nec loci ſanctitas ſuffragium contulit, aut fortitudo potuit præualere. Nam portas Eccleſiæ confringentes Gallici, omnes abſque miſericordia tam mares quam fœminas. Senex tamen armiger Batardus de Roſſilione dictus, qui turrim monaſterii cum quibuſdam aliis aſcenderat, ad voluntatem regis Franciæ ſe reddens mortis diſpendium meruit obtinere. Sic ergo ſtultus & inſipiens populus, qui ſe ſuper baculum arundineum conquaſſandum cito Petrum de Arragonia innitebat ſua ſuperbia & inſipientia deletus, ac ciuitas eorum deſtructa, qui humilitate indemnes poterant conſeruari.

Quomodo exercitus Francorum montes Pyrenæos aſcendit, & aliquas villas cepit.

DESTRVCTA igitur ciuitate Ianua rex Franciæ Philippus cum ſuo exercitu verſus montes Pyrenæos tendens iter, conſilium poſtulauit, quomodo ſecurius & commodius poſſet difficultates montium & eorum graues introitus penetrare. Sunt enim tantæ altitudinis, vt penè cœlos videantur attingere, & maxime paſſum Ecluſæ, per quem patebat introitus, ſic munierant Arragones doliis arena repletis, & groſſis lapidibus, quod nulla multitudo gentium per eundem locum poſſet aſcendere, quin cito repelleretur, aut mortis periculum ſuſtineret. Erant & ſuper montes iuxta prædictum paſſum Arragonii præſtolantes in ſuis tentoriis vnde poterant Francorum exercitum intueri, & credebant quod vellent & deberent Francigenæ per loca eadem pertranſire. Sed accedens ad regem Franciæ prædictus armiger Batardus nomine, qui captus apud Ianuam fuerat, ſignificauit eidem, quod loca cognouerat non longe a prædicto paſſu Ecluſæ diſtantia, per quæ poſſet ſecure ſuæ gentis exercitus tranſmeare, & ſe eos per illa, ſi vellet, fideliter conducturos. Cuius verbis rex fidem adhibens, de conſilio baronum ſuorum iuſſit in conualle montium caſtra metari exercitum, vt ſuper eos præ oculis habentes Arragonii de monte putarent, quod per paſſum quem obſeruabant aſcendere niterentur. Ipſe autem rex acceptis ſecum quamplurimis militibus & ſeruientibus armatis, clam egreditur de exercitu cum Batardo; & peruenientes

ad locum quem Batardus docuerat per miliare ab exercitu non diſtantẽ ipſo præuio per mõtem arduum ſpinis & ſentibus repletum, & quaſi nulli incognitum cum graui pœna & labore maximo aſcenderũt. Et ſic tandem cum difficultate maxima per locum eundem, quod videbatur impoſſibile, non ſine grandi hoſtium admiratione paulatim illæſus totus exercitus pertranſiuit. Videnteſque Arragonii qui paſſum Ecluſæ obſeruabant, ex aduerſo, quod non ſperabant, Gallicos aſcendiſſe, ſtatim relictis Pampilionibus ſuis, fugæ præſidium aſſumpſerunt. Franci vero caſtra eorum protinus diripientes, & in montis cacumine ſua figentes tentoria, cum magna ciborum & potus penuria per dies tres propter laborem quem in aſcenſu mõtium ſuſtinuerant, quieuerunt. Pauſato igitur ibidem Francorum exercitu ſuis præcepit rex gentibus, vt verſus villam quandam, quam Petram latam cognominant, equitarent. Cum autem ante villam ſuus ſtetiſſet exercitus, gẽs villæ quæ eoſdem a longe venire conſpexerat, portas ſuas mox ſecit claudere, fingens quod vellet ſe contra eos modis omnibus defenſare. Et quia Petrus de Arragonia in villa adeſſe dicebatur, Philippus rex Franciæ iuſſit, conſilio ſuorum, figi tentoria, proponens in craſtino villam toto gentis ſuæ conamine facere impugnari. Sed illi de villa metuentes eius potentiam, quam videbant numero gentis præualidam, cum nocte quieuiſſet Francorum exercitus ſublatis omnibus quæ habebant & ferre poterant, per deuerſus hortos appoſito in villa prius igne nocte media aufugerunt. Ignem vero de caſtris ſuis Franci percipientes, & protinus armati illuc currentes, igne extincto, villam quam vacuam defenſoribus inuenerunt, in poteſtatem ſui domini regis Franciæ redegerunt. Interim Philippus regis Franciæ primogenitus ad quandam villam cognominatam Figeriam cum gente ſua accedens, gentes villæ fecit tam acriter impugnare, quod non valentes Francorum impetum ſuſtinere, ad voluntatem illius ſe redderent, & ad regem Franciæ patrem ipſius apud Latam petram poſitis in ſua voluntate corporibus aduenirent.

De obſidione Geronda ciuitatis.

ITAQVE Petra lata & Figeria captis & nonnullis aliis villis in deditionem receptis, rex Franciæ verſus Gerõdam regni Arragoniæ vrbem fortiſſimam, quæ non longe aberat, iuſſit exercitum equitare. Quo properantes, quum ad quendam fluuiolum perueniſſet, qui inter eos & ciuitatem diſcurrebat, non potuerunt vlterius pertranſire, ſed oportuit illos ſuper littus fluuioli expectato triduo remanere. Creſcebat etenim pluuiarum tempore mirabili & dilatabatur: quod & tunc fecerat, ſed ceſſante pluuia ſatis cito vadabilem ſe præſtabat. Interea dum Franci fluuiolum pertranſire parant, Gerondenſes de ſua ciuitate viſo eorum exercitu, burgum ciuitatis ſuæ, ne Francis fieret in commodum & ſibi in ruinam, incenderunt, & ſe ac vrbem ſuam ad deſendendũ toto conamine de Gallicis parauerunt. Sed Franci tranſuadato prædicto fluuiolo ad vrbem Gerondenſem accedentes, poſitis circumquaque tentoriis eam totam in circuitu obſederunt. Aſſilientes ergo multis diebus ciuitatem, parum aut nihil profecerunt, quia vrbs erat fortiſſima, & gens vrbis ſuper muros conſtituta ſe ſagittis & groſſis lapidibus peroptime defendebant. Habebant enim quendam capitaneum Remondum de Cerdona militem Comitis Fuxi, & Remondi Rogeri cuiuſdam militis in Francorum exercitu militantis conſanguineum, qui ipſos ad repellendum & ſuſtinendum aduerſariorum impetus mirabiliter animabat. Ad ipſum autem in ciuitate ibant, & cum eo loquebãtur multotiens Comes prædictus & Remondus Rogeri, ſicut quidam aſſerunt: ſed ſi bona pro rege Franciæ & eius gente locuti ſunt, a pluribus ignoratur. Videns vero rex Frãciæ contra ciues aſſultus in caſſum fieri, propter murorum vrbis fortitudinem, præparari iuſſit ingenium, per quod poſſent muri ciuitatis ſuffodi & dirui. Quod opus cum fuiſſet ſagaciter adimpletum, & foſſores ingenium per longum ſub terra ſpatium iam tranſmiſiſſent, quidam ex ciuibus de muris hoc percipientes, nocte quadam de vrbe egreſſi combuſſerunt ingenium, & magiſtrum qui illud fecerat ſuffocarunt. Propter quod iratus rex Franciæ, iuraſſe dicitur, quod obſidiónem non dimitteret, donec vi vel deditione ciuitas caperetur. Sed dum obſeſſam ſic tenebat ciuitatem,

purans

putans ciues, quod ad ipſos victualia venire non poterant, fame perimere, magnum totius ſui exercitus patitur detrimentum: nam tantam æſtus moleſtiam & quatundam muſcarum importunitatem ſuſtinebant, quod paſſim per exercitum moriebantur homines & iumenta: tantuſque fœtor ex equorum cadaueribus mortuorum per aera aſcendebat, quod vix ſanus aliquis in eodem loco eodem tempore poterat permanere. Petrus etiam de Arragonia latens in inſidiis, eos qui ad portum Roſarum pro victualibus exercitui aſportandis ibant & reuertebantur ſæpe damnificabat in pluribus, ſi contigiſſet quod conductum peroptimum non haberent. Erat autem per quatuor leugas diſtans ab exercitu Francorum dictus portus, vbi claſſis regis Franciæ exiſtens toto exercitu neceſſaria miniſtrabat.

De morte Petri de Arragonia & deditione vrbis Geronda.

DVM igitur ſic ſederet Francorum exercitus ad vrbis Gerondenſis obſidium in ſero vigiliæ aſſumptionis beatæ Mariæ accidit, quod Petrus de Arragonia cum quadringentis equitibus & duobus millibus peditum armatis in inſidiis poneretur, putans in mane Francorum victualia de portu Roſarum ad exercitum venientia deprædari. Sed piiſſima virgo Maria, quæ ſuos famulos vbique protegit & defendit, gentem Francorum, quæ vigiliam ſuæ aſſumptionis deuote celebrauerat, non eſt permiſſa hoc quod ipſe conceperat adimpleri. Nam a quodam garcione in inſidiis poſito viſus & perceptus, Radulpho de Nigella Franciæ conſtabulario, & Iohanni de Hardi Curiæ mareſcallo adeſſe cum ſua gente in latebris nuntiatur. Qui protinus aſſumentes ſecum Comitem Marchiæ, & quingentos equites armatos, in aurora Petro & ſuis, qui latebant in inſidiis, occurrerunt. Petrus vero ipſos venire percipiens, quia pauci ad ſuorum numerum videbantur, in damnum ſui ipſius, vel potius mortis diſpendium eoſdem inuadere feſtinauit. Tunc e contrario Frãci probroſe & audaciter veniẽtes, in ipſos toto virtutis ſuæ conamine irruerunt, conſertoque prœlio fit acre bellum ex vtraque parte. Sed Francis præualentibus, Arragones fugere compulſi ſunt. Quos aliquantulum inſequentes Gallici, de ipſis tam equites quam pedites centum pronos in terram mortuos deiecerunt, & multo plures fugientium in ſequendo lethaliter vulnerarunt. Petrus etiam ad mortem vulneratus turpiter aufugit, & de dictis vulneribus ſatis cito poſtea, Francis ignorantibus, expirauit. Cumque reuertiſſet ad ſua tentoria gens Francorum, inuentum eſt de ſuis niſi duos ſolummodo cecidiſſe; pro quo lætantes & exultantes, hoc regi ſuo cum gaudio narrauerunt. Rex vero pro illorum victoria Dominum & beatam virginem eius matrem collaudãs, de hoc tamen quod Petrus euaſerat, triſtis fuit, ignorans quod lethaliter fuiſſet ſauciatus. Poſtea dum ciues Gerondenſes per ſpatium duorum menſium & amplius obſeſſi victualibus indigerent, Comes Fuxi & Remondus Rogeri qui in exercitu, ſicut dictum eſt, ſuperius militabant, ſtatum vrbis non ignorantes, loqui cum rege Franciæ acceſſerunt. Suggeſſerunt denique eidem dicentes, quod ſi bonum ſibi videretur ad ciuitatem accederent, & de reddenda ciuitate modis omnibus, quibus poſſent cum ciuibus & capitaneo loquerentur. Rex autem ſuper hoc habens conſilium de aſſenſu baronum ſuorum & legati, ad ciues prædictos Comitem & militem deſtinauit. Ad quos cum in vrbe acceſſiſſent, & mandata regia eiſdem declaraſſent, ipſi inter ſe deliberato conſilio mandauerunt regi Franciæ in hunc modum. Dentur nobis induciæ ſiue treugæ, quouſque domino regi noſtro Petro de Arragonia ſignificare poſſimus, vtrum nobis ſuum præſtabit auxilium & ſuccurſum. Quod ſi fecerit, ſciatis quia ipſum tanquam dominum noſtrum chariſſimum ſuſtinemus, & villam noſtram totis viribus quantum poterimus defendemus: ſin autem nobis ſuccurrere noluerit vel non poſſit, vrbem ſumus parati reddere, vita noſtra & rebus omnibus nobis ſaluis cum octo dierum ſpatio exeundi. Quo illis rege Franciæ, de ſuorũ baronum conſilio, concedente, ipſi ſtatim per ſuos nuntios Petri domini ſui regis interitum agnoſcentes, ſed hoc Francis minime intimantes, vrbem ſicut ſpoponderant, reddiderunt, & de ea cum rebus ſuis pacifice receſſerunt: tantaque ibidem victualium penuria inuenta eſt, quod, ſicut apparuit, niſi pax fuiſſet tam cito prolo-

cuta,& hinc inde inter partes compoſita, ciues in breui fame defeciſſent. Propter quod patenter oſtenditur, aut regem Franciæ fuiſſe proditum, aut Fuxi Comitem & Remondum Rogeri ſimplices & deceptos, qui bene ſtatum ciuium minime aduertiſſent.

De reditu Philippi regis ex Arragonia, & eius obitu.

IGITVR poſt deditionem vrbis Getondenſis, rex Franciæ eandem reparari & inforciari præcipiens; poſtquam illā gentibus, armis ac victualibus ſatis ſufficienter munierat, redire propoſuit, propter inſtātem hyemem in partibus Tholoſanis, Et in quorundam neſcio conſilio in damnum ſui ipſius & gētis ſuæ periculum, maiori parti nauigii quod in portu roſarum habuerat, dedit licentiam redeundi. Cumque receſſiſſent quamplures galeæ, gens Roſarum & de confinio naues & arma aſſumentes in magna multitudine, partem nauigii quam in portu Roſarum Franci reliquerant protinus inuaſerunt, conſertoque prœlio multos de familia regis Franciæ occidentes, damna eidem quamplurima intulerunt. Ibidem ab Arragoniis captus fuit claſſis Amiralius Ingerranus de Baillolio miles egregius; & alius quidam in armis ſtrenuiſſimus Aubertus de longa valle interfectus, qui ſupra Arragones vlterius quam debuit pertranſiuit. Iſtum Aubertum, vt tradunt aliqui, cum potuiſſet eidem in inſtanti ſuccurriſſe, occidere permiſit Ioannes de Hardicuria Frāciæ mareſcallus. Videntes ergo gentes regis Franciæ, quod ibidem diu non valerent ſubſiſtere, combuſtis ſuis prius garniſionibus, & Ingerrano de Baillolio milite redempto in villa portus Roſarum ignem apponentes protinus receſſerunt. Et dum rex Franciæ & eius exercitus redire inciperent, tantam pluuiarum moleſtiam perpeſſi ſunt, quod vix præ mollitie terræ poſſent aut pedibus aut in equis incedere, vel propter aquarum decurſus in ſuis pāpilionibus habitare. Rex vero Philippus propter aëris intemperiem, infirmitatem tunc incurrens, equitare non potuit, ſed ipſum morbo aggrauante portare oportuit in lectica. Tranſeuntes igitur per paſſum Ecluſæ, montes Pyrenæos ab Arragoniis, qui ſuper montes ſtabant in latebris, multum infeſtati damna quamplurima receperunt. Nam ſi aliquando videbant paucos ab exercitu elongari, ſtatim in ipſos irruentes rapiebant quicquid poterant, & incontinenti ad ſua forteritias fugiebant. Tandem cum magno labore vſque Perpeigniacum veniens Francorum exercitus, cum rex Philippus grauiter infirmaretur, teſtamentum ſuum, vt bonum decuit Chriſtianum ordinauit, & in breui poſtea, perceptis eccleſiaſticis ſacramentis, proh dolor! expirauit. Cuius obitus digne pro meritis flendus, barones & milites totius regni Franciæ quamplurimum contriſtauit. Nam eius ad probitatem de die in diem tendens animus, ſic ibi per dilectionem coniunxerat corda eorum, quod miro dilectionis affectu ipſum venerari inciperēt & amare. Fleuit eum quaſi incōſolabiliter vxor ſua regina Maria, quæ ſuper omnes ipſum diligens, vix potuit per annos plurimos conſolationis remedium a quoquam recipere vel habere. Exequiis ergo regis Philippi expletis, & oſſibus per excoctionem a carne ſeiunctis, carnem quidem & viſcera apud Narbonam in maiori Eccleſia ſepelientes, cum rediſſent Pariſios barones & prælati, oſſa apud ſanctum Dionyſium cum honore præcipuo iuxta patrem ſuū Ludouicum regem ſanctiſſimum tumularunt. Sed antequam fuiſſent ibidem ſepulturæ tradita, magna diſſenſio inter monachos dicti loci & fratres ordinis Prædicatorum Pariſiis fuit orta. Nam rex Philippus defuncti regis Philippi filius & regni ſucceſſor ad petitionem cuiuſdam fratris de ordine prædicto conceſſerat improuiſus cor patris ſui fratribus, vt ipſum Pariſiis in ſuo monaſterio ſepelirent. Petētibus ergo ipſum cor monachis & dicentibus, quod ex quo elegerat rex Philippus apud ipſos in ſuo monaſterio ſepeliri, nō debere alibi cor reponi: rex flecti non potuit, immo auctoritate regia præualente ſepultum eſt Pariſiis apud fratres. De quo poſtea fuit determinatum Pariſiis per plures magiſtros theologos, quod neque rex, neq; monachi dare, neq; fratres prædicti poſſent illud cor regium abſque diſpenſatione duntaxat ſummi Pontificis retinere.

FINIS.

INDEX.

INDEX RERVM ET VERBORVM LOCVPLETISSIMVS.

ABbas alacritati & riſui exponitur. 58. 20. Abbas Cluniensis Archipræſulatum Lugdunenſem Pontificiali auctoritate nanciſcitur. 57. 30. Regi Francorum equum furtiuum vitij ignorans donat 58.10

Abbatia à Ludouico extructa, quomodo appellata. 404. 40. Abbatia beati Dionyſij Pariſius priori eiuſdem loci a Philippo Rege Francorum certis conditionibus confertur. 176.50. Abbatia Diui Aniani quando, & quo tempore fundata ſit. 59.40. pro ſalute Regis extructa dicitur. ibid. eius auditus 60.10

Abbatum, Epiſcoporum, monachorum, & ſanctimonialium miſeranda fames & inedia in Galliis. 45.10. Abbatum officium in quo conſiſtat. 241. 40

Ab Hugone Capetio ad Ludouicũ Regem Franciæ quot generationes numerentur: & quæ ſint. 397.30

Adala ſoror Richardi Rotomagorũ Comitis. 80.20

Abo pater monaſterij S. Benedicti Floriacenſis tumultum ſedaturus a ſeditioſo quodam lancea confoſſus eſt 27.10

Abundantia frugum inaudita m & triennalem ſterilitatem ſecuta 45.30

Accon ciuitas, caſtellũ & tres ciuitates transmarinæ Cæſarea, Ioppe & Sido à Ludouico Rege Franciæ occupata & munita 435.10

Achon ciuitas Chriſtianis dedita 191.40

Acharon Syriæ vrbs a Gallis capta quando fuerit. 273.30

Acies Chriſtianorum quo ordine instructa fuerit erga Turcos. 151.30. acies contra Carolum Siciliæ Regẽ quomodo instructa. 455.30. acies Henrici mareſcalli Franciæ aduerſus Pictos quomodo instructa fuerit. 326.20. acies Manfreti a Regis Siciliæ exercitu deuicta. 453.30. acies Othonis cõtra Philippum quomodo instructa, & quibus inſignibus prodierit. 366. 40. acies Philippi Regis Francorum contra Othonem, quomodo instructa fuerit. 218. 10. acies Regum Franciæ & Angliæ ad Pictauium diſpoſita. 206. 30. acies Theutonicorum & Francorum, quibus ducibus pugnauerint 372.40

Actus a Deo proficiſcentes bonum finem & exitum ſortiuntur 386.10

Acta Germani Pontificis 19.20

Adam Meledunenſis miles peroptimus & nobilis 364.10

Ademarus Anienſis Epiſcopus Antiochiæ mortuus eſt. 90.30

Adhortatio ad bellum Anglicum 340.40

Admirabilis Francorum & Burgundiorũ 218.40

Admiralus Saracenorum Rex viſceribus exectis in mare proiicitur ab Arabibus 82.40

Admonitio Regis Siciliæ ſuorum militum ad bellum in nomine Domini capeſcendum facta 452.40

Ædificia ad nundinas & hala à Philippo Rege Francorum extructa ſunt 167.50

Ægrotans Hugo globum diabolorum ſigno ſanctæ crucis fugat 42.10

Æmulatio inter proceres expeditionis Hieroſolymitanæ 155.30

Æneas poſt excidium Troiæ in Italiã venit. 174.10

Æquor ſtagnans fluens & refluens in Normannia. 320.40

Aëris intemperies in Galliis 196.30

Aëris intemperies ſumma in Francia, quid portenderit. 190.10

Æſtas ſumma & ſicca in Aquitania. 135.20

Affinitas & cognatio inter Regem Francorum & Imperatorem Romanum cum Balduino Rege Hieroſolymitano quæ & qualis 149.30

Agnus materialis Pariſius propoſitus eſt tempore Paſcha 132.30

Aimricus Dux Burgundiæ conſtitutus eſt. 83. 50. Aimricus Hugonis filius Roberti Regis Franciæ frater victor euadit. 85.10. Aimricus Imperator Gregorium à quo anathemate notatus fuerat, de ſede remouit & Clementem in eius locum ſuffecit. 88.30. Aimrici mors, & ſepultura. 86. 40. Aimricus Roberti frater monarchiã totius Franciæ obtinuit, Odo frater eius tertius priuatus permanſit 85.10

Ala regis Franciæ vxor apud Pariſium mortua. 206. 20

Alanum Rex aggreditur. 285. 20. Alani ſub Valentiniano a Francis cæſi & decapitati. 230.10

Albericus frater Mareſcalli igne periiſſe fertur. 358. 20

Albiginenſes apoſtatæ victi. 408.50. & 409.10. hæreticæ prauitatis conſortes ad reſipiſcentiã coguntur. 225. 30. Albiginenſium hæreſi infectorum ſexaginta à Rege Francorum interfecti. 329. 40

Alancon arx Franciæ. 266.30. ab exercitu Francico occupatur ibid.

Algalif Sarracenorum Rex anno Chriſti nongenteſimo Italiam obruens, omnia igne ferroq; demolitus eſt 8.20

Algia potatrix; Lexonia fontis egena 281.10

Aleator imagini Chriſti in vlnis beatæ Mariæ lapidis ictu brachium fregit ex quo vulnere ſanguis in terram defluit. 189.50. Aleatoris nequiſſima blaſphemia in Deum & beatam virginem Mariam 180. 50

Alienordis Henrico Regi Anglico, poſt diuortium cum Ludouico rege Franciæ, nubit. 158. 10. diuortium ad tempus petit 148.10

Alexander cur à militibus ſuis reprehenſus. 250. 40. eius expeditio græca quæ. 288.10. Alexan-

der Papa Romanus de pace regni Sicilia ſollicitus eſt. 495.40

Alexius in mare proiectus perijt 203.10

Alexius Emmanuelis Imp: Conſtantinopolitani filius Agnetem Ludouici regis Francorum filiam vxorem duxit ibid.

Alphonſi Comitis Pictaui in peregrinatione cum Ludouico rege Franciæ mors, vbi, & quomodo acciderit. 481.40. Alphonſi regis Hiſpaniæ perfidia in nepotes ſuos 486.10

Alemanica rabies Francis non parcit 373.40

Almaricus clericus in Anglia captus cum ſorore ſua in carcere diu retentus. 487.30. contra Ducem Britonum quibus auxiliis & ſociis vſus. 387.10. quomodo militibus ſuis animum addiderit. ibid. Symonis filius patri ſuccedit, auxiliũ in obſidione accipit. 385.50. Conani & Salomonis conamina ſpernit. 387.40. Comes Montisfortis à Sarracenis captus liberatur. 409.40. Baro inſidiis hoſtem adortus, punitur, & pedem referre cogit. 129.10

Allobroges Ducem Burgundiæ è mortis periculo eripiunt. 369.30. Allobrogum Dux militibus templi ſacri præficitur 274.20

Altercatio grandis inter regem & Amalricum occaſione dapiferatus exorta. 131.20. altercatio ſuper corde Philippi regis Franciæ, inter monachos & clericos Pariſienſes 504.40

Amicitia Imperatoris Romani & regis Galliarum, interuentu Leonis prægrandis dono miſſi, firmatur. 49.10

Amiſſio claui ſancti quomodo Ludouicum regem Franciæ commouerit 405.20

Amiralius claſſis Francorum Ingorrannus, ſtrenuus miles captus 504.20

Amor & admiratio Dei quid vtilitatis conferat. 34.20. amor Dei in pios 322

Amphibologice Damon reſponſa ſua cur enunciet? 223.30

Anabaptiſtæ in Gallia concremati & doctrina eorum abolita 208.30

Anachoritarum & monachorũ collectas S. Bendanus in inſula medio in mari inuenit 13.10

Andefonſus rex Arragoniæ, Hiſpaniarum rex conſtituitur. 95.10. filios duos in finibus Hiſpaniæ contra Agarenorum impetum collocauit. 88.10. auxiliũ è Galliis contra Sarracenos petit. 87.40

Andegauij vrbis opulentia 353.10

Angaria damnari quid 279.30

Angelus noctu cum Abbate colloquitur 43.10

Anglia argentipara. 299.20. militibus plus quam argento deſtituta. ibidem. natiuo rege deſtituta perturbationes & ſeditiones patitur. 137.20. Angliæ rex & Ludouicus Francorum ſibi aduerſarij exiſtunt. 122.10. Andegauim obſidet. 354.30. felices ſucceſſus contra regem Franciæ ſortitur. 122.10. ex inſidiis Francos cædit. 352.50. fuga ſibi conſulit. 356.30. cur S. Thomam trucidauerit. 324.30. Normanniam in feudum habet. 110.10. Anglia ſeptem annis Paganiſmum hæreſin fouit, expulſis Catholicæ fidei antiſtitibus. 336.40. Angli flumine excepti 257.30

Anglici regni & Normanniæ diuiſio. 88.40. Angli ex parte Aquitaniæ atque adeo e toto regno Franciæ expulſi & exterminati ſunt. 298.50. fugam ineuntes ab ea reuocantur. 265.40. Anglorum in Gallias irruptio fruſtranea. 108.40. Anglus Karolidi inſidias ſtruere nititur. 278.50

Anni iubilæi gaudia quæ 165.40

Annona magna in Francia 196.30

Anſellus dapifer regius capitur 108.10

Anſellus Garlandenſis propria lancea perfoſſus eſt. 119.40

Antichriſti aduentus quo tempore prænunciatus fuerit. 47.40

Antiochiæ imperium Buamundus capit 90.40

Antiochia a Turco quodam Chriſtianis tradita. 90.10

Antiqua ſimplicitas in Francia in diſcernendis fidei articulis 208.10

Antiquum genus Friderici Imp: cur à quibuſdam Italiæ proceribus odio habitum fuerit 450.20

Antiſioderum ciuitas capi non poteſt 19.10

Antrum fatidicum in Galliis vbi ſitum 111.10

Appellationis forma in Galliis. 324.20. eius proceſſus in Galliis qui ibid.

Apoſtolici anathematis vigor & efficacia quæ. 397.10

Apoſtolus Andreas viſione clerico Antiochano in obſidione ſancta ſigna & pignora beatorum martyrum patefecit 90.10

Aquila inſigne Othonis, Friderico à rege Franciæ mittitur poſt victoriam 380.40

Aquarum inundatione pontem Pariſiis infringente: hominibus peccatorum cauſſæ explicatæ ſunt. 206.30

Aqua ſalſa maris an fortior dulci amne? 302.20

Aquitaniæ principes plerique regi Ludouico fidelitatem promiſerunt deuotiſſime 398.40

Archeria apud Turcos quid ſint, & earum vſus quis. 152.10

Archipræſul Leotericus virga Moyſis partem inuenit. 30.20

Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Barones contra Albigenſes hæreticos confœderati crucis ſignum à Cardinali Romano acceperunt 400.10

Argumentũ & ſumma vndecimi libri carminum de geſtis Philippi regis Franciæ 366.10

Ariſtotelis Metaphyſica Anabaptiſtarum errores confirmare videntur. 208.40. cur in Gallia prohibita & combuſta ſint? ibid.

Arnulfus in Flandria prælio victus. 87.10. cum Comite Boloniæ capitur cum multis aliis. 221.30. Arnulfus Pontifex Aurelienſis theſauro in baſilica exuſtæ reſtauratione inuento adiutus nouã Eccleſiam extruxit 16.30

Armiger Symonis plus minus ducentis interfecit vna pugna. 333.50. eius cum rege Arragonum colloquium. ibidem. regem Arragoniæ interficit. 334.20

Arſeron primaria Turquiæ ciuitas 464.50

Ars arte deluſa 215.20

Ars extorquendi pecunias 241.10

Ars ſub aquis ambulandi 310.30

Artis

Artis viuis ſentit magiſter 290.40
Arturi mori quæ damna Iohanni Regi Angliæ attulerit. 303.40
Arturo cingula noua militiæ tributa, Mariæ regis Francorum filia deſponſatur. 297.40. Arturum a Britonibus contra vim & ſævitiam Richardi retentum. 284.10. Arturus a Rege Pariſios delatus dona ſanctis offert. 200.50. Arturus Pictos inuadit. 297.50. Vulcaſſinos, Piſſiacenſes, & Carnotum Bleſenſem ſuperat. ibid.
Arx Mirabelli a Francis expugnatur duce Arturo. 300.10
Aſcalon, Herdis patria 273.30
Aſtingi & ſucceſſorum eius prædæ & vaſtationes per centum annos in Galliis durauit. 9.10. Aſtingus a paruis initiis in multam gentem excreſcens per Gallias ſæuit. 8.10. ex infimo ruſticorum genere ortus, Nortmannorum genti adhærens princeps ab illis terra marique conſtituitur. 8.40
Aſtutia inquiſitoria artis 208.30
Aſylum & confugium ad altare in Galliis obſeruatum 45.40
Atrabatenſis Comes treugam ſuſcipere Richardo Comiti annunciat 413.10
Auctoris mores incompoſiti & corrupti iuuentutis. 51.10
Auctor hiſtoriæ huius, credulitati hominum ſe aptat. 198.50
Auctor: qui expeditionem Hieroſolymitanam conſcripſit, in militia vna adfuit 155.30
Auaritiæ effectus. 17.30. auaritia inſatiabilis frequentia in Italia. 46.30. eius lucrum quod. 291.20. auaritia malorum cauſa. 49.30. proditionis arma 153.50
Auenna Iacobi morte contriſtantur 275.10
Auerum ſeu (aurum) Regis Philippi Regis Francorum, quo transportari debeat post mortem eius. 188.20
Augei Comitis Caſtrum Drienceria vocatum vi occupat ibid.
Auguſtodunum, caſtrum 238.10
Aurea & beata ſecula natiuitatis Ludouici Regis Francorum 159.10
Aureliani in Ducis Aquitaniæ voluntatem tandem conſentiunt, & pacis conditiones ſuſcipiunt. 129.10. Aurelia vrbs Francorum vnde dicta. 16.30 Aureliæ Galliarum magna Iudæorum multitudo exiſtit. 31.40. Aureliæ lupus ore funem campanæ arripiens ſignum auditu mirabile. 16.10
Auſtria a Francis ante & poſt Chriſtum natum poſſeſſa 229.10
Autor altarium inſcriptiones & S. martyrum nomina reparat 53.10
Autoris conſilium de laude Regis Francorum efferenda. 159.20
Auxilia Amalrico Symonis filio in obſidione Tholoſana a Rege Francorum miſſa. 385.50. Arturo a Rege Franciæ contra Anglum conceſſa. 298.30. Barrenſi comiti a ſuis exhibita. 264.30. e Flandria contra Regem Franciæ miſſa. 359.50. Flandrenſis Comitis in Regem Franciæ. 244.30. Regi Franciæ miſſa 346.40
Auxilia valida contra Symonem de monte decreta. 330.30
Auxilium & valetudo a Domino 416.10

B.

BAilliui an a Regina Galliæ & Archiepiſcopo Remenſi abſente locum tenentibus remoueri ab officio poſſint: & quid de illis Rex amplius conſtituerit. 187.20. Baillinorum ſeu præfectorum officium abſente Rege. 187.10
Balduini progenies quæ, & vnde deriuetur. 397.40. Balduinus Comes Flandriæ Richardo Regi Angliæ, contra Philippum Regem Franciæ arctiſſime confœderatus eſt. 198.20. Flandriæ Regi Philippo hominium fecit. 197.30. Balduinus Comes Palatinus. 279.50. præceptor Philippo Regi Francorum extitit. 86.40. Godefredo ſucceſſit in Imperio Hieroſolymitano. 93.10. Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus reliquias de cruce Chriſti, ſpinea eius corona, Regi Franciæ dedit in Franciam transferendas. 206.10. Rex Hieroſolymitanus effectus 294.10
Baliſta Francigenis incognita 248.30
Barrenſis Comes donis corrumpi nequit. 280.10. periculo mortis a Thoma de ſancto Valerio eximitur & liberatur. 220.20. equus medium ſe Regi Franciæ, & Othoni interponit. 371.40. tres equites proſternit equis. 285.10. ſecundo equo ſublatus ex arena, quomodo ſe in hoſtem geſſerit. 264.40
Baro Barrorum contra hoſtes Francorum contendit. 262.30
Barones Franciæ quomodo in terram ſanctam profecti ſint 409.10
Baronum & Comitum terra ſancta; Regem Franciæ & Imperatorem Alemanniæ cum exercitu expectantium, enumeratio & ordinaria deſcriptio. 149.20
Baſilius Græcorum Imperator Bulgaros vincit & in ſuam ditionem cogit cum Regibus eorum. 79.20. Conſtantinopolitanus ab Italis & Romani Imperij ſubditis tributum exigit, 23.40. Hyberiam domat. 79.30. Imperator voto ſe ad vitam monaſticam obſtrinxit, a concubitu & carnibus abſtinuit 79.30
Baſto Tartarorum princeps Poloniam & Hungariam vaſtat ibid.
Beata Agatha dictum de Rege Francorum Philippo. 166.40
Beata Maria ſacra dehoneſtans grauiter punitus eſt. 122.40
Bealnaregio Franciæ 238.20
Beati Fabiani pietas 214.10
Beati Martini confeſſoris inuocatione victoria parta & adepta eſt 56.40
Beatus Maiolus apud Sarracenos in alpibus captiuus miraculoſe ſe gerit 5.50. & 6.10
Beatus Maiolus a Sarracenis alpes occupantibus captus a fratribus Cluniacenſis monaſterij mille librarum argenti precio redemptus eſt 5.30
Beatus Martinus vitæ terminum præſciuit, & ſociis ſuis notum fecit. 389.50. oſtenſionem mira-

culorum Nerineo petenti abnuit, eamque à Domino peti debere indicat. 28. 30. per viſionem refert fratres quoſdam per interceſſionem ſuam à purgatorio liberatos ibid.

Beatrix ſoror Margaritæ Reginæ Franciæ à Rege Arragoniæ armato exercitu obſidetur 420.40

Beda Britanniæ presbyter ſuæ patriæ & gentis propriæ hiſtoriam conſcripſit 1.20

Belſogia caſtrum 278.50

Belga Conimnorum repertor. 344.10. *eius deſcriptio. ibid. Belga carpentorum inuentio adſcribitur.* 380.20. *Belgiæ antiquitas vnde cognoſci poſſit.* 344.20. *eius opes.* 344.30. *Belgium pars tertia Galliæ* 344.20

Bellona cruore bellico tincta 376.10

Bella & ſeditiones inter Stephanum & Theobaldũ Odonis filios aduerſus Aimricum patruum ſuum. 85.50

Bellorum variæ inter Regem Franciæ & Angliæ regem viciſſitudines & immutationes 202.20

Bellorum tumultus in ſui populi ſanguinem plerunque deſinunt 13.20

Bellum cum Normannis & Anglis à rege Francorum victoriam habet 86.20

Bellum in Anglos paratum. 352.10. *inter regem Henricum & Simone de monte forti quem exitum ſortitum ſit.* 448.20. *in Aquitania.* 206.40. *in Normannia a rego Franciæ fruſtra ſuſceptum.* 194.40. *in regionibus Galliarum.* 13.20. *inter Anglos, Brittones & Scotos ortum. ibidem. inter Francos & Normannos.* 110.30. *inter Conanum Britonum Ducem, & Salomonem.* 386.30. *inter Henricum Francorum regem Roberti filium & filios Odonis Theobaldum & Stephanum.* 56.30. *inter Philippum regem Franciæ & Henricum Angliæ regem de dote Margaritæ ſororis eius reſtituenda quæ certis conditionibus et pacta erat.* 189.20. *Murelli.* 333.10. *bellum nauale.* 309.10. *b*[illegible] *Philippi regis Franc: cum Philippo Comite Flandrenſe ſuper comitatu Viromandiæ.* 169.40. *bellum rex Philippus Duci Burgundiæ infert pro libertate Eccleſiæ.* 172.50

Bellum ſanctis & feſtis diebus ſuſceptum infelicem ſortitur exitum 212.10

Belrex Hungariæ Margaritã Philippi regis Francorum filiam in vxorem ſumit 177.20

Beluacenſis Epiſcopus germanũ regis periculo liberat. 376.10. *clauâ obuios ferit* ibid.

Bendanus confeſſor per noctis ſpacium in ceto marino hoſpitatus, & per aliquot dies in eo ad Orientalem plagam verſus, in Inſulam tranſuectus eſt cum ſociis ſuis 12.40

Benedictio ſanctæ crucis in eccleſia S. Dionyſij. 206.30. *benedictio monachorum Abbatia monaſterij S. Dionyſij* 177.30

Benonica vrbs Galliarum, Imperium qui tenuerunt. 30.30

Bercella & Toletum vrbes Flandriæ aquoſis foſſis munitæ 353.50

Bercoldus interfectorum Comitis Flandriæ ſocius furcis cum cane ſuſpenſus vitam miſerabiliter finiit. 130.30.

Berengarij Andegauenſis Eccleſiæ Archidiaconi errores de Sacramento & re Sacramentali conuincitur. 86.30

Berno Balmenſe monaſterium extruxit 28.40

Beſtiſium obſeſſum 247.10

Blancha Ludouici Regis Franciæ mater mortua. 435.20. *Blancha mater Ludouici regis Franciæ omnium mulierum prudentiſſima* 404.10

Blaſphemiæ merces. 264.40. *blaſphemorum pœna in Francia quæ* 440.30

Boamundus Hieroſolymitanus princeps à Sarracenis interceptus & decapitatus eſt. 102.10

Bogius Euſtachius atque Manaſſes clauſtra quibus Ioannes Angliæ rex latuit reſerare & penetrare conatus eſt. 318.10

Bogiſij mira perſpicacitas 318.10

Bobo Comes captus 80.40

Bolonides cur, & à quo irriſus. 376.40

Bolonides apud regem Franciæ delatus, & de proditione inſimulatus. 381.20. *affinitas eius cum rege Franciæ. ibid. à rege Franciæ clementer exceptus cum in bello captus eique oblatus eſſet.* 381.30. *regi Franciæ præſentatur.* 379.10. *cur bellum contra regem Angliæ & Othonem Saxonem diſſuaſerit.* 376.40. *cur vinci non potuerit. ibidem. Francis illudere nititur.* 377.40. *ſeries aciei eius artificioſè inſtructa turbatur à Francis. ibid. mortem elongare laborat.* 378.10. *profugus regnum Franciæ turbare præſumit.* 337.40.50. *Peronæ cuſtodiæ arctiori mancipatur.* 381.50. *triplici choro ſibi proſpexit & muniuit ſe in pugna.* 371.10. *grauis reprehenſio.* 383.20. *in pugna cauta ſui prouiſio* 372.30

Boloniæ Ducis conſilium contra regem Philippum. 339.10. *Boloniæ Comes & Salebericus heros regi Angliæ & Ferrando conſociati* 345.30

Bolonius Comes hoſtes regi Frãciæ adſciſcit eumque excitat. 354.10. *Bolonius Peronnæ captiuus à rege retentus* 256.20

Bondodar Babyloniæ Soldanus à Tartaris ad Damaſcum caditur 493.10

Bouina Galliarum vrbs 563.30

Breuis repetitio vitæ & rerum geſtarum Roberti regis Francorum 83.20

Britannia viros audaces gignit. 352.30. *Britanniæ, Barri & Montis fortis Comites ab itinere terræ ſanctæ deflectentes omnes fere interfecti ſunt.* 409.30

Briigenes Eccleſias incendiis vaſtant 322

Brito Alano ſubſidio contra regem venit; caduntur Britones. 285.20. *Britonum Dux damno affectus.* 387.10. *Britonum Dux contra Amalricũ arma ſumpſit.* 386.50. *Britones ab Andegauenſibus caſi, & proſtrati.* 14.10. *in decipulam inducti caduntur* 14.20

Brutus Britanniam incoluit, à quo nomen accepit. 174.10

Brunus bello periit 356.50

Bruga à rege Franciæ occupata. 345.10. *Brugenſes proditores & interfectores Comitis Caroli tueri deſinunt.* 130.30

Budmundus Dirrachium occupat 93.40

Buchardi

Burchardi interfectorũ Caroli Flandriæ comitis ſocij miſerabilis mors & pœna 130.10
Burcum quomodo a rege Franciæ oppugnatum & quibus machinamentis & artibus 253.10
Burdegalia Ioannem Angliæ regem profugum excipit. 353.30
Burdini ſchiſmatici pœna 124.20
Burgundia Cæſaris Vldonis mortẽ deplorat. 275.10

C.

CÆdes, incendia, rapinæ, fere totam Franciam vaſtarunt. 85.30. cædes Anglorũ. 356.40. cædes 7000. Cotarellorum in prouincia Bituricenſi. 168.20
Cæſar quam late Imperium Romanum dilatauerit. (383.10
Cadomum villa potens Normanniæ, a Kaio dapifero Arturi extructa 320.20
Caldrici Epiſcopi Laudunenſis ſcelerata interfectio. 120.40
Caletes dicti, Oximiſ ſiti ſterili colle dicũtur. 281.20
Caleſi & finitimis locis Angliæ ritus ſacri a Philippo reſtituti 343.50
Caninam carnem obſeſſi vorare coacti in obſidione Gailardi 315.10
Canna Anglorum rex Chriſtianiſſimus, Scotum regem ſubiugare tentauit 13.30
Cantica & laudes triumphales regis pro parta victoria ab omni populo Galliæ exhibita 384.10
Capitum libri primi ſumma 2.40
Capitis ſecundi ſumma 11.30
Captiui fame necantur. 301.20. *captiui occiſo Gaſcelino euadere conantur.* 283.30. *captiui nobiles ex Aquitani magno auri pondere redimuntur.* 81. 10. *captiuitas Comitum Gallicanorum & Baronum.* 96.30. *captiuitas Epiſcopi Cameracenſis à Petro legato Romanæ Eccleſiæ reſcinditur.* 200.40. *Principis Salernitani regis Siciliæ filij.* 499.30. *captiuorũ redemptio qua.* 347.30. *captiuus a ruſticis illuſus* 223.50
Carcaſonenſis vrbs occupata 329.50
Carnes humanæ toſtæ venundantur Trenorchij in Gallijs 44.20
Carnotenſis Domina qua 395.40
Caroli progenies in Imperio regni Francici ſucceſſione cur reprobata dicatur 397.50
Caroli regis Siciliæ prima acies ab Hiſpanis & Theutonicis deuicta. 456.10. *& quomodo ſuis Carolus ſubuenerit. ibid. Carolus Comes Andegauiæ, quomodo Romam venerit, & in regem Siciliæ vnctus ſit; & qui ei aduerſati ſint.* 450.40. *quomodo Marſilienſes ſibi ſubiugauerit.* 446.20. *Ludouici regis Franciæ frater, beatricem Margaritæ reginæ Franciæ ſororem Comitis prouinciæ filiam vxorem ducit.* 420.40. *Carolus Comes Flandriæ humi iacens proſtratus orationi & precibus vacans, detruncatur nefarie.* 129.30. *Carolus de amita regis Ludouici Danorum regis natus filius Balduino Hieroſolymitano Comiti Roberti filio ſucceſſit & Flandriam rexit.* 129. 20. *Carolus Hebes vltimus Galliarum rex ex proſapia Caroli Magni & Ludouici Pijortus.* 3. 40. *Carolus Magnus Imperator & filius eius Ludouicus lectionibus vacarũt.* 81.20. *primus Italiæ & Franciæ Imperium tenuit.* 3.30. *Carolus princeps Salerni quomodo in Franciam venerit.* 493.10. *Carolus regis Danorum filius ſuperbiam Epiſcoporum compeſcit, & domat.* 129. 20. *Carolus rex Siciliæ, quomodo ad Burdegalas contra regem Arragoniæ venerit.* 497.40. *Carolus rex Normanniæ filiam ſuam Rolloni è Pagano Chriſtiano facto vxorem dat.* 323.30. *Carolus ſimplex, Francorum rex. ibidem. Carolus rex Siciliæ vrbem Meſſanam obſidet: Petrus Arragoniæ rex a Papa Romano excommunicatur.* 496.20.
Caro regis Philippi Narbonæ ſepulta 504.40
Caſtellio a Rege obſeſſum 239.10. 240.20
Carrus Othonis aquila & dracone inſignitus igne flagrat. 380.30
Carpentorum vſus qui eorum inuentores. 380.10.
Caſela ardens cometa ante mortem Philippi regis conſpecto comparata 388.20
Caſtellum fortiſſimum caſtrum. 344.50. *caſtellum Veronenſe a Francis quandiu obſeſſum.* 278.10
Caſtra & Villa incenſa 260.10
Caſtrenſis ordo qui 250.10
Caſtrum amœnum ſuper fluuium Marronæ ſitum per Ludouicũ a raptoribus vindicatur. 104. 50
Caſtrum de Rupe forti oppugnatum. 100. 50. *caſtrum Bobarum a Flandrenſibus munitũ a Philippo rege Franciæ obſidetur.* 248. 30. *caſtrum Fuxinenſe à Philippo rege Franciæ cur oppugnatum.* 483.30. *caſtrum Radulfi.* 353.50. *caſtrum S. Germani precibus miſſarumque in eius nominis honorem celebratione, ab hoſtibus liberatum eſt, nebula exorta* 19.30
Catholica religio in locum Albigenſis hæreſis ſubſtituitur 330.10
Catuli canum a Rogerio ex arce Gaillione expulſi, & quare 314.20
Cauſſa cur Philippus rex Franciæ contra Fuxi Comitis Tholoſani exercitum in expeditionem venerit. 482. 50. *cauſſa appellationis ſub Philippo rege Francorum, quo proceſſu agitari ſolita.* 324.10. *cauſſa, quare Philippus rex Franciæ de tota Francia Iudæos exterminauerit, qua, & quot ſint?* 164.50. *cauſſa expeditionem Damaſci impedientes qua* 155.20
Cauſſa regis Franciæ transfretandi in Angliam. 213. 10
Cauſſa phyſica an omnium; & quarum rerum reddi poſſint 302.30
Cautela regis Ludouici in verbis quando & quantum ad regimen ſubditorum 442.10
Cauterium labiorum a Ludouico rege Franciæ propoſitum. 440.30. *& quibus infligi ſolitum. ibidem.*
Celebratione miſſarum in Gallijs liberatio à Demoniaca faſcinatione & occupatione contigit plurimis hominibus 55.10
Cetus maris miræ magnitudinis, & magnæ admirationis: a prima diei aurora vſque ad tertiam diei horam tranſitum continens, 12.30
Charitas. Ludouici Regis Francorum in operibus externis exhibita & humilitas, quanta? 442.20

Chaſma de cœlo cecidit 56.20

Childericus Francorum Rex Treuerim urbem cœpit. 396.50. *ſextus Francorum Rex appellatus.* 230.50

Chriſtiani argentum & aurum ex victoria cum Sarracenis habita, acquiſitum ad Cluniacenſe monaſterium conferunt. 48.20. *à Paganis quid differant.* 80.40. *Chriſtiani innocato nomine Chriſti & Apoſtolorum Principis Petri, de Sarracenis in Africa victis triumphant.* 48.20. *Legem Mahometi profeſſi ſunt, & qui?* 433.30. *Principes poſt acceptam cladem ad Damaſcum, bellis terram ſanctam infeſtare deſierunt.* 156.20 *Chriſtiani quomodo fraude inducti, hortos Damaſci reliquerint, & hoſtibus occaſionem victoriæ præbuerint.* 153.40. *Chriſtiani reges in Francia quo anno regnare cœperunt.* 176.10. *Chriſtiani Turcorũ muros terraceos ad Damaſcum ſternunt.* 152.30. *Chriſtianorum exercitus Damaſcum obſeſſuri Libanum ſuperant.* 151.40. *Chriſtianorum acies ad Damaſcum quomodo inſtructa fuerit.* 151.50. *eorum corpora ad Sidonem in terris transmarinis inhumata ſepeliuntur.* 436.10. *eorum exercitus Cæſaream Philippi appulit; & quando.* 150.40. *Chriſtianus exercitus crucis ſigno aduerſus Turcas proficiſcitur.* 89.20. *Chriſtianus exercitus Ludouici regis Franciæ receſſit ex cypro & portum Damietæ occupauit.* 428.20. *Chriſtiani contra Turcas multam inediam patiuntur* 89.30

Chriſticolæ à paganis iniuſta patiuntur. 323.30. *in Syria urbes & vicos reſtaurant* 273.20

Chriſti paſſio nos ſaluat; Iudæos actio damnat. 280.30. *Chriſtus leproſum à monacho ad cœlos vectũ allocutus eſſe creditur a nonnullis* 77.10

Cibaria & victualia in caſtris Chriſtianorum ad Damaſcum deficere incipiunt 154.30

Ciſtercius ordo monachorum ex Anglia pulſus, & exterminatus 336.30

Ciuitatis Geronda in Arragonia obſidio 502.30

Ciues Medontenſ à rege Philippo cur laudati fuerint. 262.10. *ciues Medonti, & Londoni, contra Anglos ſe defendere conantur* 260.30

Clementis Papæ mors 190.10

Clades in Galliis 8.20

Claſſes ad iter Ieruſalem inſtructæ Tynaciis in finibus conſiſtunt. 269.30. *Claſſis in Flandriam tranſuecta.* 344.10. *eius opulentia deſcriptio.* ibidem.

Clauis ſancta uſus qui 405.20

Clericus Cyphum aureum in formam cerui confectum aufert impuneq; furtum reſtituit 69.30

Clerici genus pigrum, fruges conſumere natum appellatur ab Othone 362.10

Clericorum deſcriptio ſpecifica ibid.

Clerus Remẽſis regi Franciæ ſupplex factus. 242.20

Clodius quartus Francorum rex 230.40

Clodoueus & Clotildis primus rex & regina Franciæ qui Chriſtianam fidem & religionem amplexus eſt. 172.20. *ſeptimus Francorum Rex.* 230.50. *Clodoueus Francorum rex primus ſacro Baptiſmate inſignitus fuit* 231.10

Cognationis intuitus & ſanguinis coniunctio in bello exulat. 221.10

Cæmiterium Pariſienſe ſcortationibus & meretricibus antiquitus patuit, & quomodo a ſordibus repurgatum ſit? 235.40

Colloquium & interrogationes quas rex Ludouicus nuncius Tartarorum propoſuit. 425.10. *inter Fredericum Romanorum Imp: & Philippum Francorum regem inſtitutum colloquium* 210.10

Comes Albemarlenſis contra Regem bellare ſtudet. 122.20. *Audegauiæ Carolus frater Ludouici regis Francorum rex Siciliæ factus contra exercitum Manfredi procedens, quomodo ſanctũ Germanum Accuſerium ceperit.* 451.10. *Boloniæ ſtrategemate uſus vinci non potuit.* 220.30. *de proditione ſuſpectus acriter pugnat.* 221.10. *occiſo equo pedes capitur.* ibidem. *excommunicatus, ad excommunicatos ſe transfert.* 211.10. *curiam regis Franciæ recuſat; & cum hoſtibus regis fœdus init.* 211.30. *Britannici litoris adhuc puer cum matre ſua regi Franciæ hominium facit ſub iuramento.* 200.40. *Britanniæ ſecundo contra regem rebellauit, & quomodo ei ſucceſſerit conatus.* 404.40. *Campaniæ exercitu congregato Ludouicum expugnare propoſuit, ſed facto & re mutauit conſilium.* 406.30. *Clarimontis Philippi regis Franciæ frater in tyrocinio militari, ad amentiam perpetuam percuſſus eſt.* 493.20. *de Alancione Philippo regi confœderatus.* 204.20. *de Rupeforti regius dapifer Papæ obuiam mittitur.* 102.10. *Flandriæ & frater eius captiuitate liberati.* 437.50. *Flandriæ terra decumbens decollatur.* 129.20. *Flandriæ Regem Francorum bello aggredi conatur.* 122.10. *Comes Fuxi & Remondus Rogeri Arragoniæ regis capitanei, cum rege Franciæ de pace tractant.* 503.40. *Matthæus bellum ſui gratia inceptum amice componere ſtudet: pacemq; poſcit.* 98.30. *Marchiæ cum Hugone ſuo filio primogenito, Ludouico regi Francorum ſupplex factus.* 414.10. *Comites Franciæ ſemper inſid regibus extiterunt.* 85.30. *Comes Niuernenſis ubi mortuus ſit, & quo genere mortis.* 468.10. *Comes Toarcius Ludouico regi homagium fecit.* 400.10. *Comes Otto hoſpitem quendam actiuum homines ad ſe diuertentes interimentem cremari igne iuſſit.* 44.30. *Comes Pictauus hoſtes ad arma prouocat.* 262.40

Cometes in Galliis viſus. 82.50. *Cometarum cauſſa quæ.* 261.50. *Cometes in formam haſtæ, magnam vim locuſtarum annunciauit.* 85.10. *Cometes, Philippi regis Franciæ mortis nuncius.* 388.10

Cometes tribus menſibus viſus plurima portẽdit admiranda. 26.30. *Comites Francorum ab Antiochia occupatione Hieroſolymã capiunt.* 90.40. *Comites quinque cum 25. nobilibus captiui regi ſiſtuntur, & rei læſæ maieſtatis conuincuntur: vitam autem eis Rex donat & diuturnæ captiuitati mancipat.* 222.10. *Comitis Boloniæ facinora.* 211.10. *S. Pauli magnanimitas.* 219.10. *Comitum & præcipui ordinis militum contra Turcas enumeratio.* 89.20. *Comitum qui aduerſus*

verſus Aluernenſem tyrannum in expeditionem venerunt, enumeratio 128.20
Compaſſio Ludouici regis de amiſſione ſancti claui qualis. 405.40
Conanus Epiſcopus Bellouacenſis vbi captiuus detentus fuerit. 327.10. Conanus princeps Brittonum. 14.10
Concilia poſt famem graſſantē de rebus ſanctis ordinandis & pace inſtituta. 45. 40. concilium à Papa Paſchali pictaui indictum. 101.40. apud Montem peſſulanum ad mandatum Honorij Papa celebratum. 398.50. apud Diuionem. 201. 10. concilium generale Pariſiis a Philippo rege Francorum pro auxiliis cōtra Turcos decernendis indixit. 171.30. in Galliis a Leone Papa inſtitutum. 86.10. in Galliis edicit Papa Vrbanus. 88.50. concilium magnum 1536. Prælatorum. 139.30. Pariſiis de Anabaptiſtarum erroribus. 208.40. Pariſiis à Ludouico 2. rege Francorum inſtitutum. 161.20. concilium Remis agitatum. 124.10. Stampis rex Francorum pro electione & approbatione & confirmatione Papa Innocentij indicit. 131. 50. Virdiaci indictum. 123.40. vniuerſale Galliarum anathemate turbatores pacis & hoſtes Chriſti notat. 120.30
Conditiones auxiliorū implentur a Græcis. 204.10
Confœderati aduerſus regem Francorum vincuntur, & ſuperantur. 222. 10. confœderatio, & deuinctio principum Comitum & Baronum, contra hoſtes crucis Chriſti. 214.30. principum ad obſequium ſancta crucis, & ſepulchri Domini. 294.10. regum transmarinorum cum Normannis & Rotomagorum duce 13.30
Confeſſio à Ludouico rege Franciæ quomodo peracta. 443.20. auctoris ſpōtanea & particularis. 51. 10. Ludouici regis Francorū Theologica. 134.20
Confeſſor regis Ludouici qui 443.30
Confluentia magna Hieroſolymas loca ſacra & ſanctiſſima viſitantium. 46.40
Conradi Romani Imperatoris, mors & ſepultura. 156.40. eius exercitus a proditoribus græcis in anguſtias ſeductus à Turcarum maxima multitudine opprimitur. 142.30. Conradi Imperatoris Romani reditus a partibus transmarinis quomodo ſucceſſerit. 156. 30. Conradus Imperator Alemanniæ diſcedens a Conſtantinopoli Hieruſalem venit. 148. 20. Imperator in expeditione Hieroſolymitana vix cū paucis Baronibus mortis periculo euaſit & ad vrbem Nicæam ſe contulit. 142. 40. Leuticorum populorum ſeditiones & Veſaniam ſedat & dirimit. 48.50. exercitum ſuum a regis Galliæ exercitu inconſulte ſeparat. 140. 40. Conradus Landgrauius Thuringiæ electus in regem Alemaniæ cum aſſenſu Pontificis. 420.10. Conradus Rom: Imperator quomodo a rege Franciæ de accepta clade à Turcis conſolationē acceperit. 143. 20. Conradus nepos Rudulphi, Henrico regi in regno ſuccedit 438.10
Conſanguinitas an Diuortij cauſſa ſufficiens. 157.50
Conſecratio altariorum ſacrorumq; locorum in Abbatia S. Dionyſij 177.10
Conſilium regis Franciæ de ineundo bello cū Othone. 363. 20. regis Angliæ 259.10
Conſpiratio contra regem Ludouicum iuniorem, a Comitibus Baronibus & Principibus Franciæ facta; Dei auxilio diſſipatur. 402.20. contra regem Philippum 163.40
Conſtantinopolis & Eccleſia Orientalis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ adiuncta eſt. 204.10. græcorum in transmarinis Orientis partibus ſpeciale caput. 8.10. ſeueriſſime obſeſſa, & a Francis occupata. 203.30
Conſtantia regina vxor Hugonis moritur. 85.30. eius Roberti regis Francorum dona in monaſterium S. Aniani collata. 73.20. Conſtantia & Iohanna de regno Guilelmi contentio. 270. 40. Conſtantia Ludouici regis ſoror Boamundo matrimonio nectitur 101.50
Conſtitutio de clero & decimis: parta victoria ſeruanda. 361.50
Contemplatio diuinæ diſpenſationis in elementis, aliiſq; operibus Dei homini quid proſit 11.10
Contentio de regno Angliæ inter cognatos & conſanguineos. 270.30. inter Fridericum & Romanam Eccleſiam. 409. 40. regis Angliæ & regis Tancredi Meſſanæ interuentu Philippi regis Franciæ ſedatur. 188. 30. contentio regum & comitum de origine & ortu eorum 82.20
Controuerſia & lites in Francia inter Comites & Epiſcopos. 210. 30. ſuper vnctione & coronatione regis Galliarum inter Epiſcopos & Regulares orta. 107.20
Continentia Ludouici regis Franciæ à voluptatibus carnis. 443.10
Conuentus a Chriſtianis habitus de obſidēda Aſcalone. 156.20. in Syria de rebus terræ ſanctæ habitus. 149.50
Conz[illegible] Imp: Conſtantinopolitanus fratrem excæcat. 203. 20. eius fratris excæcati filius a Philippo Rom: Imp: Francis & Italis auxilium contra vim iniuſtam impetrat certis conditionibus. 203.30
Corbeia à comite Flandrenſi occupata & capta. 245. 40. Corbeienſis ciuis caſtorum cur imitatus ſit. 246.20
Corda Francigenū̄m donis placabilia exiſtunt. 280. 10
Cornaci ſitus & fertilitas. 297.10
Cornicius quidam nomine miles fortis Rolonidem equo excuſſum & captum cultello interimere tendens. 378.50
Corona aurea gemmis & margaritis radiante, rex Franciæ cohoneſtatur 152.30
Coronatio regis Philippi Ludouici regis Franciæ filii, vbi & quando facta. 482.10. Ludouico patre viuente & volente perficitur Remis 162.20
Coterelli qui? 246.50
Corpora defunctorum hominibus eſſi fuerunt. 245. 20. ſanctorum Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij in vaſis argenteis extracta ſunt 198.10
Corporis Chriſti præſentia in Euchariſtia quomodo accipienda & dignoſcenda 64.30
Corpus Domini noſtri pro agrotantibus in vaſis aureis & argenteis in Galliis aſſeruatum a Coterellis demonſtratum fuit 168.30

Corpus Philippi regis Franciæ iuxta Dagebertum, ſepultum. 391.10

Cor Regis Franciæ demortui contentionis cauſſa. 504.40

Corui volantes carbones viuos roſtro portarunt, & plurima ædificia incenderunt. 195.20

Cotarellus impiiſſimus blaſphemus à Dæmone eodem die, quo factum nefandum perpetrauit, viuus raptus & vita ei ablata eſt 181.10

Corradini morte genus Aquilæ terminatum. 459.10. *Corradinus à rege Siciliæ deuictus & in fugam conuerſus ſit.* 456.20. *Hiſpani fugientes inſequuntur. ibid. Corradinus & Henricus frater regis Hiſpaniæ quomodo exercitum contra regem Siciliæ Carolum Ludouici regis Franciæ fratrem collegerint.* 454.40. *Corradinus iuſſu Caroli regis Siciliæ cum multis aliis decollatus.* 458.40. *Corradinus & Henricus in bello contra regem Siciliæ capti & adducti ad Carolum regem ibid. Corradus Frederico Imperatori ſucceſſit.* 434.20. *Corradus, VVaphalus, Gerardus, Randerotenſis, Sponte manus in vincula dabant, Othone fugato* 375.40

Crazaium caſtrum Galli contra Philippum regem quæ auxilia habuerit 252.40

Creandi paſtores ius in Galliis, ab Anglorum iure quomodo differat, &, quale in Galliis vſurpetur. 324.20

Creſcentij crudelis mors. 7.20. *Creſcentij ſimultas Romæ obſidionem parauit.* 6.40. *Creſcentio Otto Romanorum Imp: manus amputari, oculoſq; erui iuſſit.* 6.50. *de turri deiicitur.* 7.30. *de trabe ſuſpenditur.* 7.20. *turri ſaluari conatus, ſera pœnitentia Ottonem ſupplex deprecatur fruſtra.* 7.10. *præpotens ciuis Romanorum Pontificem Ottonis conſanguineum de Apoſtolica ſede deiecit.* 6.30

Criſmatis virtus & efficacia ab infidelibus non percipitur. 54.30

Cruci Chriſti à quatuor mundi plagis populorum conuerſionem tribuit auctor. 10.30. *crucis Saluatoris imago riuum lachrymarũ emiſit.* 15.40. *crucis ſignatio à quibus & quãdo facta.* 419.40

Crudelitas & ſæuitia Richardi in captiuos Francigenas. 286.40

Curſus celerrimus regis Franciæ, quo ſuis ſubſidio venit. 280.40. *an cum Alexandri Magni Narbazanem, Beſſumq; verſus conferendus ſit. ibid.*

D.

DÆmonis conſuetudo in decipiendis hominibus. 223.20

Dagobertus Epiſcopus Piſanus, Patriarcha Hieroſolymis efficitur & confirmatur a Chriſtianis. 92.10

Damaſci ſitus & vnde nomen acceperit. 151.20

Damieta à Ludouico rege Franciæ quomodo capta. 429.10. *cur inexpugnabilis viſa; & quid rex Franciæ de victualibus in ea ſtatuerit.* 429.30. *Sarracenis reſtituta & captiui Chriſtiani & infirmi liberati & dimiſſi* 432.40

Danubius magnus & profundus velociterque dilabitur. 139.20

Dan quid, & eius deſcriptio 244.40

Dauid Eboracenſis Hyrundellæ præſul 281.10

De bello Caroli regis Siciliæ ad Beneuentũ, & quomodo primæ duæ acies Manfredi deuictæ ſint. 453.10.20

Debita quomodo ſoluenda, & quid fideiuſſoribus iniunctum ſit in Galliis reſpectu perſonarum exemptarum 183.20

Decimarum inſtitutio belli Turcici cauſſa a Philippo rege Francorum facta. 182.30. *decimarum inſtauratio & ordinatio in Galliis* 62.10

De collatione beneficiorum & deuotione regis Ludouici, ad diuinum officium, & modo orandi eius. 445.10

De confeſſione & modo pœnitentiarum Ludouici regis Franciæ 443.20

Dedicatio Monaſterij ſancti Martini Turonenſis. 28.20

Deditio vrbis Gerondæ in Arragonia 503.10

De Edoardo, filio regis Angliæ, quomodo ſe in terris maritimis & in itinere ad ſanctam terram contra Sarracenos geſſerit 478.30

Defenſio Eccleſiæ Chriſti à Philippo rege Francorum puero 16 annorum 236.50

De foſſatis quæ Franci in circuitu caſtrorum propter inſultus Sarracenorum fecerunt, & de ſtragibus ab illis inuicem illatis 467.40

Delator Hieroſolymæ vrbis igni traditur 32.20

De modo tangendi infirmitates ſodellarum regis Ludouici 445.40

De obitu regis Ludouici 469.20

Deportatio clericorum in Francia ab Othone Saxone præſumpta 361.50

De profectione regis Philippi apud ſanctam terram in Gaſconia 488.50

Deppen portus celeberrimus 278.30

Deriuatio genuina vocis Franci vnde ſumatur? 229.40

De ſecunda profectione Ludouici regis Francorum ad terram ſanctam 460.40

Deſcriptio Flandriæ. 245.10. *tranſitus ad patres Roberti regis Francorum* 77.50

De tranſitu regis Franciæ per Siciliam & Calabriam; ac morte Yſabellæ reginæ vxoris eius. 479.40. *per Lombardiam* 480.20

Deuotio Ludouici regis Franciæ in ſanctis locis Bethlehem & Nazareth. 435.20. *auctoris huius hiſtoriæ* 40

Deum corde mundo & veſtitu candido pro totius mundi piaculo immolare a multis hactenus animarum remedium creditum eſt 64.40

Deus in toto orbe nihil ſine cauſa agit. 386.10. *geſta regis ſecundat.* 267.40. *quomodo per mundi ſuperni ſpeculationem & 4. virtutum, totidemque ſenſuum complexũ, a mundo inferiore prædicetur, & celebretur.* 2.40. *mutat tempora & transfert regna, & cur id fiat.* 397.50. *ſic ferit, vt ſanet, ſic vulnerat, vt medeatur* 322.40

Diaboli proprium quid 406.50

Diabolus ſignum crucis Saluatoris effugit & extimeſcit. 42.10. *totius boni impeditor cur dicatur.* 495.10. *Eccleſiaſticæ pacis inimicus.* 163.30

Dictum

Dictum regis Franciæ, quod in extremis vitæ terminis ab eo ſæpius relatum fertur 133.30
Dierum nominatio unde originem trahat 366.10
Dies optatus regi Franciæ illuxit 364.30
Die ſacrato ad bellum proficiſci an liceat 364.20
Dilatio omnis damnoſa 259.50
Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij ſancta corpora pro ſalute Ludouici regis Franciæ extracta & eleuata ſanitatem regi pepererunt. 417.10. *Dionyſij Areopagitæ corpus vbi inuentũ?* 175.30. *Dionyſius Ieromartyr per viſionem mortem Philippi regis Franciæ annunciat & quando euentura, prædicit.* 393.10. *Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij corporum puluis, veſtimenta ſanguine conſperſa, & triplex funiculus ſancta habita & admirabili efficacia decorata ſunt.* 75.20. *S. Dionyſius regum Franciæ patronus, & defenſor.* 197.10 *reges Francorum eius auxilium implorarunt.* 161.30
Dira fames in caſtro Gailione 313.10
Diſcordia Soldani Babyloniæ & Halapiæ vnde extiterit. 426.40
Diſcrimina crucem habentium & minus, quæ obſeruata ſint 183.30
Diſpenſatio Romanæ Eccleſiæ coniugium inter conſanguineos approbat & confirmat. 499.50. *diuinæ voluntates cur occultæ* 10.50
Diſpoſitio diuina Ludouicum regem Franciæ protexit. 402.40. *regis Ludouici poſt reditum è terris vltramarinis, de baillinis foreſtariis & aliis reformatione indigentibus facta.* 439.10
Diuerſa ſententia de promouenda expeditione in Syria. 156.20. *de electione Papæ* 131.40
Diuina potentia auxiliũ quando ſperandũ. 122.40
Diuinitas inueſtigari nec poteſt nec debet 34.10
Diuiſio regni Franciæ ab hoſtibus ante victoriam facta. 361.40
Diuitiæ & præda in arce Alanceſon inuenta. 266.40
Diuitiarum multitudo in capta vrbe Hieroſolyma inuenta 91.40
Diuortij regis Franciæ Ludouici & Alienordis vxoris eius. 157.40. *inter regem Ludouicum, & vxorem eius Alienordem* ibid.
Diſſenſio & pugna ſcholariũ Pariſienſium. 496.40
Diſſidium indiſſolubile inter Conanum Brittonum, & Fulconem Andegauorum principem. 14.10
Documenta quæ Ludouicus rex ante mortem ſuam Philippo primogenito ſcripſit, & quaſi pro teſtamento reliquit 468.20
Dolia numiſmate plena indefenſa 345.50
Domus Kaij, vbi ſita, & quare ſic dicta ſit 322.10
Dona in Abbates & regulares Aquitaniæ collata. 80.10
Donaria Caroli Calui ad Eccleſiam S. Dionyſij collata. 175.10. *Hugonis ſanctis contributa.* 68.40. *Philippi regis Francorum pii, & ſanctis locis relicta.* 188.30. *Roberti regis Francorum in monaſterium S. Aniani collata enumerantur in ſpecie.* 74.10. *Romanorum Imper: a Principe Conſtantinopolitano data* 148.30
Donorum & munerum efficacia 40.40
Dos Margaritæ regis Franciæ filiæ 158.10
Draco apud Pulliacum caſtrum horrendo & terribili ignis coruſcantis aſpectu viſus eſt. 18.50. *in palo ab Othone erectus quid deſignauerit.* 366.50. *Othonis fractus regi Philippo offertur.* 220.30
Droco vulneratus: vulnere reſtricto hoſtem acrius infeſtat 263.20
Dromellotides quomodo ſe in hoſtem geſſerit. 265.10
Ducentos annos hiſtoria ſtylo intacta manſerunt. 1.20
Duces Auſtriæ quando regnare cœperint, &, qui primi fuerint? 174.20
Ductores & monſtratores viarum à Manuele Conſtantinopolitano Imperatore Chriſtianis traditi & conceſſi ſcelerate & nequiter rem gerunt. 140.40. *exercitus Chriſtianorum a Manuele Conſtantinopolitano conceſſi a Conrado Romanorum Imperatore ob proditionis ſuſpicionem examinantur* 141.10
Duo fratres Comites Aquitaniæ tertium fratrem ſuum captum lingua & oculis priuant 83.10
Dux Aquitaniæ filiam ſuam, Ludouici regis Franciæ filio Ludouico deſponſandam per legatos offert. 135.10. *in itinere ad S. Iacobum moritur, omnem terram ſuam Ludouico regi Franciæ delegat.* ibidem. *pacem à rege Francorum impetrat, datis iuramento & obſidibus* 129.10
Dux Auſtricus Anglorum regem Henrico Roman: Imperatori obtulit. 276.10. *Burgundicus a ſuis ab hoſtibus eripitur & defenditur.* 369.30. *ſubditis ſuis exactiones grauiſſimas imponit* 172.30. *equo fruſtratus vlciſcitur lapſum ſuum.* 218.30. *ſupplex Philippo regi Francorum factus cautionem de non offendendo præſtat.* 173.10. *Gulielmus Hiſpaniam bello vaſtat.* 87.10. *Venetum Francis auxilio fuit obſeſſis a Græcis* 203.40
Dynaſtia quid, & qualis dignitas ſit 276.10

E.

EBroica vrbi Ioanni Anglorum regi donata, à rege Franciæ 277.20
Ebali Baronis Rutiacenſis & filij eius Guichardi magna apud Philippum Francorum regem fama & laus bellica 98.40
Eccleſia Cornoti, celeberrima & nulli comparanda exuſta. 280.10. *reædificata funditus* ibid.
Eccleſia lignea auxiliantibus ſanctorum meritis & beata Maria operante, lapidea facta. 75.20. *a cõfœderatis ſanctæ crucis ſub ſigno ſanctæ crucis ædificata.* 128.30. *ſancti in Lubania quo vexillo vſa ſit.* 366.30. *Eccleſiarum pax vndiq; firmata & confœderata.* 132.10. *Eccleſiaſticorum prærogatiua in Galliis qualis.* 324.30. *arma ſpiritualia* 331.10
Ecclipſes in Galliis in Luna & Sole 86.20
Ecclipſis lunæ particularis in Gallia quid portenderit. 176.30. *ecclipſis lunæ tremenda.* 56.20. *lunæ vniuerſalis viſa in Galliis.* 177.50. *ecclipſis Solis horribilis aſpectu totum diem viſa eſt.* 49.10. *magnã annonæ caritatem eam ſubſecutam prænunciauit.* 57.10. *morbum Ludouici, & Philippi regis Francorum filij & patris diuerſis tum locis degentium, deſignauit.* 190.20
Ecclipſis toto die viſa: concilium Romæ ab Innocen-

tio Papa celebratum. 224.40
Edictum Philippi regis Francorum de eiiciendis è regno ſuo Iudæis omnibus in vniuerſum, quo tempore publicatum fuerit 166.10
Electio in Eccleſia a tumultuantibus Romanis minus ordinarie accidit 131.50
Electio Papæ vbi fieri debeat conſultatur 131.50
Electus Bolonidem a morte liberat. 379.10
Elienordis ſoror Arturi, primogenita Gaufridi a Iohanne ſine terra rege Angliæ, capta retenta. 213.40
Eliſabetha Philippi Francorum regis vxoris mors & ſepultura 186.10
Eliſabetha regina Franciæ 280.10
Emma Rodulphi vxoris de eligendo capeſcentem regnum poſt obitũ mariti ſcitũ reſponſum. 4.20
Engorrutius de caluo monte caſtrum Andeliacum regis Franciæ nomine occupat. 122.30
Engorrandi ſtrategema detectum. 355.10
Enumeratio armatorũ ex parte regis Franciæ contra Anglos in bellum prodeuntium. 360.10. *Archiepiſcoporum, Cardinalium, & Epiſcoporum ſepultura Philippi regis Franciæ adſiſtentium.* 225.40. *populorum a Francis ſubactorum.* 230.30. *Regum, Ducum, & Baronum Galliæ, qui ob victoriam Turcorũ ad regnum Hieruſalem partam crucem Christi in habitu deuotionis gratia ſumpſerunt.* 138.20. *Ducum & Comitũ ad bellum contra regem Angliæ ſub iureiurando ſe accingentium.* 341.20. *Principum, Ducum, & Comitum contra Othonem.* 217.30. *procerũ & Comitum, qui cum Philippo rege Franciæ è terris tranſmarinis redierunt.* 477.50. *ſcelerum Ioannis regis Angliæ, eius mors* 385.20
Epiſcopi Flandriæ Carolo comiti proditorie inſidiantur. 129.20
Epiſcopis Galliarum & Italiæ à rege Francorum transgreſſiones & vitioſitates indulgentur, & quare. 58.50. *Epiſcoporum dehoneſtatio ab Hugone illata.* 114.10. *Epiſcoporum & cleri magnus numerus cum Henrico rege contra Vngaros pietate commoti in militiam proficiſcuntur, hoſtemque ſuperant.* 57.40. *Epiſcoporum in Aquitania varia transmigrationes ad patres & eorum ſucceſſiones.* 80.10. *Epiſcoporũ 28. ad nuptias Henrici Conradi Saxonũ regis filij venerunt.* 56.10. *Epiſcopus Leodicenſis a duob. Imperatoris Henrici militibus interfectus eſt.* 191.10. *Treuerenſis coram Papa Paſchali pro Henrico Imperatore verba facit* 102.50
Epiſtola Philippi regis Franciæ ad Ioannem Angliæ regem ſuper iniquitatibus ſcripta. 295.10. *epiſtola regi Cypri miſſa.* 424.10. *epiſtola Richardi ad Philippum regem Franciæ, miſſa, belli exordium facit.* 253.30
Epitaphium Philippi regis Franciæ, vbi & quomodo extructum. 390.50
Equi Francorum complurimi occiſi, Franci laſi & vulnerati. 218.40. *vectoribus deſtituti, per rura diſperſi.* 369.50
Ercalthay Tartarorum rex magnus a Chriſtiano presbyteri Ioannis regis Indiæ filia natus. 425.30.
Error: Spiritum ſanctum in ſancto Baptiſmate percipi non poſſe: & poſt criminale peccatum nullam beatitudinem ſperandam, igne correctus & damnatus. 84.30
Eſdræ inſtitutum, rex Franciæ imitatus 279.30
Eſus caninarum carnium. 314.10. *cur, & quomodo a Rogerio prohibitus ſit: ibid. eſus horrendorum ex fame pragrandi* 44.10
Euangeliorum ac elementorum & quatuor virtutum Cardinalium myſtica & ſpiritualis collatio. 2.20. *in quas mundi plagas deuenerit* 10.40
de Euchariſtia ſobria doctrina 54.10
Eutichij hæreſis vbi damnata ſit 139.30
Euſthatius interfectus 369.10
Euſtachius & Manaſſes muros defendere conantur. 317.30
Exaggeratio doloris ex obitu Philippi regis Franciæ concepti 390.30
Exempla Neronis, Herodis, Iudæorum, interfectorũ Chriſti in Ioanne rege Angliæ conſpicua. 303.20
Exemplar literarum regis Tartarorum Ludouico regi Franciæ miſſarum. 423.20
Exemplis a quatuor mundi ætatibus, quaternitas declarata & dilectio erga auctorem omnium demonſtratur 3.10
Exemplum Chriſti fugientis ſanguinolentam Herodis crudelitatem. 330.50. *a lupo vorace.* 335.20. *leonis armenta inuadentis.* 332.40. *Moyſis.* 331.10. *Pompeij Mithridatem debellantis.* 383.10
Exequiæ Philippi regis Franciæ quomodo & a quibus factæ 391.10
Exercitus Chriſtianorum principum à proditoribus in anguſtias viarum ſeducitur. ibid. Francorum montes Pyrenæos aſcendit, & aliquas villas capit. 501.30. *pontem Bouinum ingreditur, contra Othonem.* 217.10. *regis Francorum & Roman. Imperatoris contra Turcos enumeratio.* 140.10. *regis Francorum in penuria aquarum mirabiliter aquam accepit.* 184.20. *regis Francorum in Orientalibus regionibus diu multumque vagati tandem ad ciuitatem Satelliam deueniunt, vbi victualia comparare nituntur.* 146.40
Exhalatio in Africana regione vnde oriatur. 18.10
Exordium carminis heroici Guilelmi Britonis, Ludouico Philippi regi Franc: inſcriptum: eius tenor qui. 226.10
Expeditio naualis Philippi regis Franciæ contra Ioannem Angliæ regem inſtituta 307.20
Exploratoris Angliæ regis fidelitas qua. 259.20. *eius relatio.* 363.40. *exploratores Othoni vera referunt.* 362.30
Expoſtulatio cum rege Anglorum. 276.10
Exundantia Nili damnum Chriſtiano exercitui intulit. 429.50
Exuſtio membrorum, ſanctorum memoriis ſanata eſt. 18.30

F.

Factum celebre Orientalis cuiuſdam apud Saracenos inauditum. 101.10
Fama natura qua. 289.20. *multa ſæpe mentitur.* 160.10

Fames dira in toto terrarum orbe trium annorum. 44.50. inaudita in Hungaria. 415.30. inaudita in & extra vrbem Antiochiam obſeſſam. 90.10. quinquennalis in toto Romanorum orbe prauaſida. 19.40. nihil vitari patitur. 314.20. prægrandis obſidione detentorum. 315.10
Famulus præſulis Murelli a Tholoſana phalange male tractatus eſt 334.50
Fautores Imperatoris Henrici Papa anathemate perſequitur 104.30
Felicitatis æternæ cauſſa hominibus incognita & occultata eſt 10.30
Ferrandi primogeniti regis Hiſpaniæ mors. 486.10. Ferrandus ab Anglo pecunia conductus Philippo regi Franciæ bellum intulit. 359.40. captiuus lectica Pariſios ciuibus in triumphum mittitur. 382.30. captiuus Pariſios ductus quomodo exceptus vbique ſit. 223.40. Hiſpanus, Mathildis vxor eius Portugalenſis. ibid. Comes Flandriæ cur ſolus regi Galliæ auxilium denegauerit? 211. 30. Philippi primogenitam vxorem ducit. 342. 40. Vaſallagium Romano Papæ renunciat. 343. 50. vulneratus ſe hoſti dedidit. 371.10. vndiq; circumſeptus hoſtibus in periculo verſatur ſummo. 349.40.
Ferricus Dux Sonaniæ, nepos Conradi Imp: Romanum Imperium rexit 156.50
Ferro viam parandam cenſet rex Franciæ. 288.30
Feuda regis Angliæ quæ à Philippo Franciæ rege tenuit. 268.20
Fides auaritia obſcuratur. 49.30. fides Catholica extirpatis hæreſibus Tholoſæ reſtituitur. 385.50. fides in Chriſtum prædicatur 10.30
Filiarum regis Franciæ ante diuortium ab Alienorde genitarum matrimonium & deſponſatio quibus acciderit 158.10
Filius matrem liberat hoſte 300.10
Flagellatio Dei cui accidat 70.10
Flandrenſis Comes aduentum Philippi regis cur fugerit armatus. 247.20. Comes in Philippum regem Franciæ arma parat. 244.30. & quibus auxiliis vſus. ibidem. Comes Philippo regi Galliæ ſubditus omniaq; reſtituit. 250. 40. Comes quomodo Bobas ab obſidione regis Franciæ liberare ſtuduerit. 249.30. Comes quas vrbes & caſtra Philippo regi detinuerit. 243.10. Flandriæ Comes quomodo ſe contra Philippum regem Franciæ defenderit; & quibus rationibus iuris vſus ſit. 243.30. vnde oriundus Balduinus verus rex Hieruſalem fuerat: traditus, incarceratus & ad extremum patibulo affixus eſt. 399.50. Flandrica gens opibus variis & rebus abundās. 245. 10. Flandria regis Franciæ exercitui tranſitum præbet. 346.20. Flandri a Francis quomodo dignoſcantur. 251.20. fugam deteſtantur. 370.30. ſeruandi honoris cupidi exiſtunt ibidem.
Florentia capti, & Manfredus deuictus 447.40
Fluminis inundatio abſque vi pluuiarum miraculoſa. 184.20
Fluuius Remorum Indola 340.20
Fluuium Paradyſi penetrauit Ludouicus rex Franciæ. 424.10
Fœdus Francigenarũ contra Angliæ regem. 341.50
Font ſacri Baptiſmatis ſub Imperiũ Chriſtianorum regum tyrannos ſubiugauit 9.40
Fortitudinis officium quale 2.50
Fortunæ mos qui 289.30
Francia qui Barones, Comites, & nobiles Franciæ qui & cur ſumſerint. 498.50. Francia terrarum domina appellata. 126.40. Franciæ tellus bellica. 352.10. ſub interdicto poſita. 200.40. Franci Alanos ſubigunt. 230.10. a Turcis in montis altitudine obruuntur & interimuntur. 145. 20. alacriter bello hoſtem adoriuntur. 93.50. Franci & Turchi vnde originem duxerint, & quomodo diuiſi fuerint. 173.40. Franci in ciuitate Satellia Orientis, cibum & victualia comparant. 146.50. Franci vada Menandri tranſmeantes Turcos opprimunt. 144.20. Franci fugientibus inſiſtũt. 285.30. Franci quãdiu ante & poſt Chriſtum natum Auſtriã poſſederint. 229.10. Franci quaſi feranci id eſt feroces cur dicti ſint. 174.10. Franci Romanis tributum denegant. 230.20. Franci ſuperatis Pyrenæis montibus quæ caſtra villas & ciuitates occuparint? 502.30
Franci Turcorum præda onuſti trans Menandrum flumen Orientis in tentoria ſua redeunt. 144.30. Francio regis Troiæ Priami nepos in Galliam poſt euerſam Troiam venit, eam ad ripam Rheni inhabitauit. 174.10. Francio quis. 173.50. Francionis vrbs & habitatio prima quæ ſit? 229.10. Franci vnde nomen acceperint ibid. victoriam reportant ad Murellum obſeſſi, caſtrum. 335.30
Francigenæ bello infeſtantur ab Othone. 362.30. Peronam redire feruntur. 363.40. eorum ſtirps vnde. 396.40
Francorum & Anglorum rixa & contentiones de caſtro reſtituendo bello terminantur. 109.40. Francorum & Saxonum regum diſſidium. 9.30. eorum auxilia coniuncta aduerſus exteros principes. 127.20. Francorum gens Deo addictiſſima immerito ſæuitia hoſtium commiſſa, queritur. 145.50. eorum geſta auctor conſcribere ſe pollicetur, non Anglorum. 97.10. Francorum præcipuorum & præſtantiſſimorum militum a Turcis interceptorum enumeratio & deſcriptio. 145. 30. Francorum prima ciuitas quæ. 173.50. eorum reditus à terra ſancta qualis, & qua via factus. 272.10. eorum reges Chriſtianitatis titulo inſignitis claruerunt iuſtitia & fortitudine. 3.30. Francorum regni poſt Robertum regem ſucceſſores & cognationes. 25.10. eorum regum originis deſcriptio ex Gregorio Turonenſi. 173.40. eorum reges paganiſmi errori antiquitus dediti fuerunt. 396.50. virtus in hoſtem quæ. 265.10. Francorum 300. ab Anglis inſidioſe interfecti. 277.30. eorum virtus Burgundionibus præualuit. 219.50. victoria naualis. 346.50. Francos Anglis ſubiici an fas ſit 96.40
Fraterna concordia crimina & facinora detecta ſunt. 277.50
Fratres regij amicitia fœdus ineunt patriſque ditionem inuadunt & diripiunt 37.20

Fridericus Imperator ab Innocentio IV. Papa Lugduni ſententia anathematis condemnatus fuit: & quibus ex cauſis. 418.10. Fridericus Romanorum Imperator a quo Pontifice, in quo Concilio, & quas ob cauſas regno priuatus, eoq; indignus habitus ſit. 494.40. in expeditione tranſmarina diem ſuum obiit. 190.10. à Papa Gregorio excommunicatus, & quæ inde ſecuta ſint. 410.10. in Apulia mortuus eſt. 434.10. Fridericus Romanorum Imperator in Italia electus, & honorifice exceptus. 210.10. amicitia Sarracenis coniunctus arguitur. 419.10. Sarracenis Templa & Eccleſias conceſſiſſe inſimulatur. ibidem. Fridericus Magnus Ieruſalem per plana petit. 275.40. interceptus aquis fit mortis præda repente. ibidem. Fridericus ad Ludouicum regem Franciæ de tranſitu legatorum Papæ miſit. 410.10. Fridericus filius Henrici, Imperator Romanus creatur Romæ. 209.50. Friderici Roman: Imperator, Siculorum rex, unde ortus 270.50

Fratribus hoſpitij Templiq; Hieroſolymitanis, quid Philippus rex Fráciæ moriens legauerit. 391.40.

Fraus regis Angliæ 279.10

Fraus fraude compenſata 497.30

Fugientes armis ſe exonerant 357.10

Fulbertus pro reuerentia philoſophiæ è Francia auocatur. 80.10

Fulcherinus Patriarcha obuiam regi Francorum mittitur a rege Hieruſalem 148.50

Fulco Andegauenſis comes fratrem ſuum vſque ad mortem carceratum tenuit. 88.30. ad ſepulcrum Saluatoris Hieroſolymorum pœnitentiam concepit, & monaſterium monachis extruxit. 14.30. regi Francorum confœderatus auaritiam fidelitati præponit. 123.10. odium reginæ Galliarũ erga filios ſuos reſtinguit, iramq; compeſcit. 37.30. contra regem Ludouicum ſe inſtruit, & militare contendit. 122.20. Fulconis comitis mors & ſepultura. 49.50. Fulco ſacerdos quidã Franciæ abſtinẽtiam ab vſuris à compluribus factis, concionibus ſuis perſuadere conatus eſt. 196.50. ſacrationem monaſterij a Ioanne Papa, impetrare coactus, magni auri pondus obtulit. 15.10. Fulco Guilelmo Angliæ regis filio filiã ſuam nuptũ collocat & vincula amicitiæ regis Frãcorũ ſoluit. 123.10.

Fulmina, grandines, & ictus lapidum pluuialium quæ damna in Galliis dederint 195.20

Fundatio Abbatiæ, beati Aniani, cum redditibus & fructibus ei deſtinatis ſub nomine S. Petri. 60.20

Furca ſigna terroris & iræ 355.10

Furori currenti quando cedendum 246.10

Furor Theutonicus Francis formidabilis. 219.30. quomodo, & a quibus perdomitus ſit in bello contra regem Siciliæ Carolum. 457.10. Turcis hactenus incognitus fuit 153.10

Fur in Trecaſſina ciuitate patibulo à iuuenca cornibus ſuſtentatur, viuuſq; deponitur 31.10

Fur ſuſpenſus, altero die viuus in terram decidit. 30.40

Fuſinus & Tholoſanus Comites fugam arripiunt. 334.30

G.

GAilardi caſtri gloria incinerata iacet Philippo regi ſubdita 318.30

Gailardum Andelij Inſula à Philippo rege Franciæ direpta, & occupata. 304.50. eius munitio & ſitus ibid. quomodo a Philippo rege Franciæ munita. 316.10. terra mariq; oppugnatum a Francis capitur. 309.40. a rege Franciæ munitur. ibid.

Gaillonem Richardus obſidere tentat. 285.50

Galliæ laus in exterminandis hæreſibus. 340.50.

Galliæ metropolis ciuitas Redonum. 13.50. ſpeciali decore Chriſti vtuntur, & qua ratione 234.10

Galli in bellum aduerſus Turcas vocantur. 89.10. quo anno ante natiuitatem Chriſti in Gallia abſque rege vixerint 174.40

Galo de Montigniaco vexilifer 219.20

Galterus & Buridanus per vim in prælio capti. 218.30

Galterus & Dux Boloniæ capti. 346.50. inſignibus exutus, dimittitur ibidem.

Galterus iunior inquiſitioni præfectus 279.20

Gaubertus mira natãdi arte peritus, 310.30. arcem ſub aquis aggreſſus incendit ibidem.

Gaucheri vigor in pugna. 370.10. capitis ſui periculo ſocium ſuum hoſtibus vallatum liberat. 370.20.

Garinus hoſpitalis Hieroſolymitani frater Gaufrido fratri ſuo ſuccedens conſiliarius regius effectus eſt. 213.50

Garcio quid, & eius vſus qui 379.10

Garlandicus Francis ſe ſocium adiungit contra Anglos. 260.30

Garrulitas linguæ venenum appellata 259.30

Gaſcelinus quis 283.20

Gaſcelinus a captiuis quos Medonta retinuit compedibus vinctos, interfectus ibidem.

Gaufridus regis Angliæ ex Margarita, Philippi Francorum regis ſororis filius Pariſiis mortuus, ibiq; ſepultus eſt ad ſummum altare beatæ Mariæ. 177.20

Gaufridus Syluanectenſis Epiſcopus ob corporis molem ſe Epiſcopatu abdicauit 213.40

Gaufridus Meldenſis Epiſcopus munus ſuum reſignans, tranſit ad monachos S. Victoris Pariſienſis cui ſucceſſit Cantor Pariſienſis 214.10

Gauzlini Abbatis laus 75.40

Geboinus Catalonorum Epiſcopus obiit 18.30

Genua vrbs Italiæ vnde nomen ſumſerit 269.30

Gerbertus è Galliis oriundus liberalibus litteris inſtructus fuit 7.30

Gerbertus Rauennæ Archiepiſcopus ab Ottone Romanorum Imperatore Pontifex Maximus conſtitutus eſt 7.20

Germanus Dei Pontifex 19.20

Geronda ciuitatis regni Arragoniæ obſidio & occupatio. 502.40

Geſta Ludouici regis Francorum in matrimonio inſtructio & educatio liberorum ſuorum qualis. 442.50. noni anni Philippi regis Francorum. 185.20. octaui anni Philippi regis Francorum. 182.20. Philippi regis Franciæ in pubertate ſua, vbi deſcripta 242.50

Geſta Philippi regis Francorum anni decimi noni. 200.10. Philippi 3. Audacis nominati, Ludouici regis Francorum. 471.30. primi anni Philippi. 161.10. quarti anni Philippi regis Francorum. 167.40. 169.30. ſecundi anni Philippi regis Franciæ. 164.10. ſexti Philippi Francorum regis quæ ſint? 176.20. tertij anni Philippi regis Francorum. 166.10. 22. anni Philippi Francorum regis. 204.20
Gilebertus Gaſcolidarum Dux 267.50
Girardi Theutonici laus bellica. 373.30. eius magnitudo corporis & animi. ibid. cum numeroſa manu Saxonum Othonis auxilia & ſubſidia ſuſcepit. 375.10. Othoni Domino ſuo equo delapſo equum præſtat. 375.50. Othonis equum lethaliter vulnerat. 374.40
Giſlebertus Pariſienſis Epiſc. diem ſuum obiit. 18.30
Gloria mundi inconſtantiæ exemplum 268.30
Gornacum rex Fräciæ in ſua iura reduxit. 297.40
Gothefredus Dux Hieroſolymæ adminiſtrationem ſuſcepit 91.50
Gothefredus præfectus adminiſtrationi Hieroſolymitanæ moritur 92.20
Gratiarum actio Roberti regis pro actu dedicationis monaſterij S. Aniani 74.10
Græci Beneuentanæ prouinciæ magnam partem occupant. 23.40. in Romanum Imperium irruunt. ibidem.
Græci & Orientales populi Alemannos præ aliis populis odio habent. 142.10. iuſſu & ad mandatum Henrici Romanorum Imperatoris murum diruunt, & reædificant. 25.10. perfidi & Iuda proditore nequiores exiſtunt. 141.10. Troadem veterem Italiæ ciuitatem vltra tertium menſem obſeſſam tradunt Henrico Romanorum Imperatori. 24.50
Græcorum & Tartarorum nuncij ad Concilium Romani Pontificis venientes ad fidem Chriſtianam ſe promiſerunt. 484.20. eorum obſeruantia in rebus Eccleſiaſticis. 52.30. opes & diuitiæ Romanos alliciunt, & ad ſe pertrahunt. 40.50.
Gregorius nonus Papa effectus 404.10
Groſſomi infideles Hieruſalem inuadunt. 417.20
Gaillardum caſtrum Franciæ fortiſſimum Philippus rex occupat 204.40
Guido a Guilelmo rege Anglorum proditorie interceptus eſt 111.10
Guido Britonum Dux cæſus 285.30
Guido Comes alumnæ regionis nepotem & natum ſuum cur perdiderit. 328.20. de Monte-forti Henricum Richardi Alemanniæ regem interfecit, &, quam ob cauſam. 480.10. de Pontiuo Epheſi mortuus, inque maiori Eccleſia ſepulturæ honorifice mandatus. 144.10. cum Britonibus vicinis ſuis bellum inferens, eos obſedit. 322. domum Haij cremauit. ibidem. de Rupe forti dapifer regius filiam ſuam Ludouico in matrimonium collocat. 100.30. Montinianus vexillifer. 360.20. Guidonis Comitis Aluerniæ tyrannis & iniuria in Eccleſiam compeſcitur à Philippo rege Francorum 209.10
Guidemarchus quis, & eius fortitudo quæ. 327.10
Guido regis Angliæ filius minor pedibus hoſtium conculcatus erigitur. 449.30. Vergiacus fit Philippo Francorum regi vaſallus. 172.10. Viennenſis Archiepiſcopus viſione in ſomnis vidit. 124.10
Guileti arx & locus captiuitatis Bolonidis. 256.20.
Guilelmi ſceptro regni inhiat 270.30
Guilelmo Galericus ſubuenit. 375.30. Henricus frater minor natu in regno ſucceſſit. 97.10. regi Anglorum Henricus frater ſucceſſit. 109.10
Guilelmus Aceſtrius Barrenſem fundit. 264.10. Amoricus vbi ſtudiis operam dederit. 261.30. Anglorum rex ſagitta perfoſſus obiit. 96.50. Comes Normanniæ filius Roberti Comitis Hieroſolymitani Flandriæ Comes efficitur. 130.10. Comes Leceſtriæ à Philippo rege Gallorum captus eſt. 195.10. de rupe forti quibus ex cauſis à rege Francorum Seneſcallus effectus. 325.10. de rupe forti Andegauum vrbem capit. 324.40. de rupe forti paganus telo transfoſſus obiit. 356.50. de rupe forti Seneſcallus Franciæ effectus. 324.50 Dux Aquitaniæ magno exercitu in Angliam transfretauit. 87.10. glorioſus rex Anglorum moritur, regnum eius in filios diſtribuitur. 88.40. rex Anglorum moritur. 92.30. Romanorum Imperator a Friſonibus interfectus. 437.10. ſui captura rixam inter Ducem Aquitaniæ & Gaufredũ comitem Andegauenſem finit. 84.40
Guirchini capti 386.50

H.

HAnno Baro Burbonenſis ad iuſtitiæ obſeruationem vix adigi potuit. 121.10
Hannonis ſuperbia punitur 21.10
Hanno regi Francorum ſupplex effectus 121.10
Harſacida Edoardum regis Angliæ filium toxicato cultello lethaliter vulnerat, qui vita tamen ſeruatus. 478.40
Haraſcidia regio vbi ſita 407.10
Hardon mons Italiæ 274.30
Hæretici & Iudæi è tota Gallia à Philippo Francorum rege expulſi ſunt. 163.40. in Flandria combuſti. 168.10. in Hiſpania homines peruertũt. 22.40. à Pontifice Petro declarati, & dãnati. 22.20. hæreſeos auctor multis rationib. ſe opponit. 33.34. 35. in Italia orta a Marchionibus reſiſtitur. 41.30. hæreſis Stephani & Liſoij. 84.30. cuiuſdam a muliere prolata capita. 33.20. hæreſis & diuerſa in religione ſententia in Galliis. 208.20. hæreſeos ſectatores igni mandantur concremandi. 35.40. hæreſis in Aurelianenſi ciuitate à muliere ſeminata eſt. 32.50
Herueus ob ſuſpicionem conſpirationis ad iuramentum adigitur 224.30
Heliſabeth Ludouici regis Franciæ mater. 395.40.
Henrici Anglici regis aduerſus Ludouicum regem Francorũ conatus. 126.20. Archiclaui S. Martini monaſterij, Turonenſis vigiliæ, ieiunia, & Eleemoſinæ. 28.20. comitis, Trecenſis mors, Theobaldi fratris eius in regno Hieroſolymitano ſucceſſio. 198.40. Galliarũ regis mors vbi acciderit. 18.40. Romanorum Imp. mors. 25.10. eius ſepultura. ibid. Mareſcalli Franciæ ad Comites ſuos Francigenas adhortatio ad bellum 326.10

Henrici Mareſcalli Franciæ victoria aduerſus Pictanienſes. 326. 30. regis Angliæ obitus. 185. 50. regis Angliæ filius pro patre fortiter dimicans interficitur. 449. 20. eius ſepultura quomodo facta ibid. iunioris mors, vbi, & quando acciderit. 168. 20. ſepultura. 186. 10. Roman. Imperatoris iniuria Epiſcopis illata. 198. 40. mors & exitus vitæ. 198. 30. cum regibus Galliarum Roberto, & Alrado Anglorum, Nauarriæ, & Hiſpaniarum, amicitia & fœdera. 26. 20. ſucceſſit Lotharius Dux Saxoniæ. 104. 30. Saxonum regis annus Imperij cum quo anno Chriſti conueniat. 1.30

Henricus Angliæ rex auxiliis Richardi fratris contra Francos terra mariq; ſe parat. 399. Archiclauus Turonenſis, monaſterium clam ſuis propinquis ingreditur, & monaſterium extruit. 27. 50. Comes Franciæ ducta regis Hieroſolymitani filia in vxorem, rex Hieruſalem & terræ ſanctæ efficitur. 193. 40. Conradi Romanorum Imperatoris filij cum Agnete, VVilelmi Pictauorum Ducis filia, nuptias celebrat. 56. 10. Conradi filius in Imperio ſuccedit. 49. 30. Dux Normanniæ indignationem Ludouici regis Franciæ demulcere conatur. 157. 30. filius regis Roberti ad caſtrum Tornoderenſe exercitum mouet. 52. 10. filius regis Angliæ, Margaritam Ludouici 2. regis Franciæ filiam ex Conſtantia natã vxorem ducit. 158. 10. filius Roberti rex Galliarum præter ſpem, matris efficitur. 37. 10. Francorum rex Odonem Auſtraſiorum regem debellat, ditionique ſuæ adiungit. 37. 40. Francos territat. 358. 40. Francos deuitat. 266.30

Henricus frater regis Hiſpaniæ Caroli regis Siciliæ cõſanguineus Senator Romæ factus, nequiſſimus extitit. 454. 20. Friderico patri ſuo ſucceſſit electione procerum Theotonicorum ad Imperiale faſtigium adſcitus & euectus. 276. 10. Friderici Imperatoris filius mortuus. 434. 10. Friderico Teutonum Imperatori ſucceſſit. 190. 10. Friderici Magni filius Moguntiæ moratur. 276. 10. Imperator Romanus patrem ſuum crudeliſſime perſecutus eſt, & exheredare ſtuduit. 102. 10. de præeminentia iuriſdictionis Papæ ordinandi cum rege Francorum Ludouico cõtendit. 123.50

Henricus Mareſcallus Franciæ contra Pictones bello decertare conſtituit. 325. 30. modicus corpore, magnus viribus Mareſcallus Franciæ, caſtra & oppida occupat, Pictoneſque ſubiugat. 325. 20. Ottoni Saxoni in Imperio ſucceſſit. 8. 10. poſt Hugonem viuente adhuc patre regno Galliæ rex præficitur. 37. 10. regis Hiſpaniæ frater a Carolo rege Siciliæ & gente Francorum deuictus & captus. 457. 10. regis Hiſpaniæ frater a Caroli regis Siciliæ exercitu Francico in fuga auxilio & beneficio Abbatis S. Benedicti captus regiq; Carolo traditus fuit 458.40

Henrici regis Nauarræ, & Ducis Campaniæ nuptiæ & matrimonium cum Iohanna Franciæ regina. 484. 10. rex Angliæ fuga ſibi conſulit. 257. 10. rex Angliæ Ludouico regi Francorum deuotiſſimam obedientiam promittit 132.10

Henricus rex Angliæ pertimeſcens progredi contra illum dubitat. 413. 10. rex Angliæ Ludouicum regem Franciæ de reſtitutione Ducatus Normãniæ ſupplex orat. 157. 10. rex Angliæ fidem iuramento firmatã fallere nititur; ſed ad implendam illam compellatur. 189. 20. Comiti Britanniæ contra Ludouicum regem Franciæ in auxilium venit. 403. 20. regis Angliæ filius in regno ſuccedit, & a Papa tributarius effectus confirmatur. 385.30

Henricus rex de patris ſui ſalute dubitat. 58. 30. rex Francorum parua manu ducenta millia Vngarorum fudit & diſſipauit. 54. 40. rex Galliarum Vngaros in ditionem ſuam adegit. 56. 10. rex luxurioſus & incontinens fuit. ibidem. rex Odolricum Lingonenſis Eccleſiæ Archidiaconũ Lugduni conſtituit Pontificem & ſic toti regioni pacem comparauit. 57. 40. Roberti regis Francorum filius Robertum fratrem ſuum Ducem Burgundiæ conſtituit. 37. 30. Romanorum Imperator Papa Paſchali nouum priuilegium prouocato priori extorquet per vim. 104. 20. Romanorum Imperator Remis in concilio anathemate notatus fuit. 126. 10. Apuliam, Calabriam, & Siciliam occupat. 196. 10. inſigne Imperiale Cluniacenſi Galliarum ſanctiſſimo Abbati miſit. 10. 20. Lotharingorum, Saxonum, Alemannorum, Baioariorum, & Sueuorum auxiliis & copiis aduerſus Ludouicum regem Franciæ vſus eſt. 126. 10. ſynodum indicit 58.30

Heraclius Romanorum Imperator philoſophiæ peritiſſimus extitiſſe fertur. 167. 20. Patriarcha Hieroſolymitanus cum Priore Hoſpitalis, & magiſtro magni templi legatus ad Philippum regem Francorum miſſus 171.10

Herbertus Abbas, ſcelerate interfectus 138.30

Heribertus & Liſcius Hæreſiarchæ, examinantur & hæreſios conuincuntur, & igni traduntur. 338. 30. 35. 30. Heribertus excogitata fraude regem Carolũ Hebetem in vinculis vſq; detinetur. 3.50

Hermes mors & ſepultura 28.50

Herloinus monachus ad tranſmarinas terras ſancto Zelo vectus, nihil præclare effecit 199.10

Herodis patria quæ. 273. 30. nefandum facinus quis imitatus ſit 303.20

Herueus beneficiorum immemor tranſit ad regem Angliæ 353.20

Hiems bellum regis Franciæ & Angliæ finit & terminat. 202.50

Hildericus à Papa cum vxore & filiis rex Francorum vnctus 397.10

Hieroſolyma quo anno euerſa & diruta ſit. 31. 30. occupatio & deditio quando acciderit Chriſtianis. 91.10

Hieruſalem quis ædificauerit. 383. 30. & quare ſic dicta. ibidem.

Hiſpani a Gallis in diebus ieiuniorum diſſident. 27. 30. Hiſpani capti 94.50

Hiſpania a Gallis quomodo diſcriminetur. 394.50

Hiſtoriæ auctor prælio ipſe interfuit, & canticum celebrauit. 217. 50. hiſtoria Hieroſolymitana repetitio & enarratio 203.10

Hiſtoria huius fides in quo poſita. 3. 20. *hiſtoria quo genere orationum contexenda ſint.* 401. 20. *hiſtoriographorum munus quod* 401. 10
Hiſtrionis mores, eorumque deſcriptio qua? 178. 20
Homicida Herberti Abbatis de turri altiſſima præcipitantur 138. 40
Homini quæ peruestiganda; & quæ minus. 411. 30
Hominum primus pater cur propriæ ſalutis arbiter conſtitutus 10. 50
Hominum ſeptem millia interfecta 241. 10.
Homo conditoris ſui obliuiſcens & opera eius ſpernens beſtiis ſimilis efficitur. 34. 40. *diaboli figura deceptus eſt* 21. 20
Honor in ignominiam ceſſit. 223. 20. *quibus & qua de cauſa exhibeatur* 22. 50
Horſi & Hengiſti dolus & machinatio falſis prandiis parata 277. 40
Hoſtes regis Francorum ſero nimis reſipiſcentes ultionem diuinam patiuntur. 122. 50. *captique Pariſium adducti.* 206. 50. *à Francis ſibi metuentes, & reſiſtere coguntur.* 362. 40. *a Francis iterato obſeſſi fraudem ſuam luere coguntur.* 119. 40
Hoſtes regis Francorum qui 25. 30
Hoſtis contemptus 362. 30
Hoſtium ſuperbia à rege Francorum ſuffocata eſt. 127. 50
Horti Damaſcenorũ cur turrib⁹ muniti ſint. 152. 20
Hugo Abbas beati Dionyſij mortuus eſt, cui ſucceſſit Hugo Medeolanenſis Prior S. Mariæ de Argentolio. 198. 30. *Bolonicus fuga ſocius fit.* 376. 30. *Capetius Comes Pariſienſis rex Franciæ factus.* 397. 30. *Caſulas auro opertas D. Petro & S. Dionyſio fabricari fecit.* 68. 10. *cognomento Magnus, Ottonis ſororem uxorem duxit.* 5. 10. *Comes Marchiæ Ludouico regi Franciæ homagium facere detrectat, & quam ob cauſſam.* 411. 30. *qui regis Angliæ ſubſidio innitebatur. ibid. conſanguineam ſibi matrimonio nefarie copulauit.* 69. 50. *cum rege Anglorum Henrico, & Theobaldo confœderatus fines regis Ludouici inuadit hoſtiliter.* 117. 20. *creciacenſis humani ſanguinis ſitibundus meretricio habitu arcem ingredi conatus impeditur.* 108. 20. *& Ludouicus rex Franciæ animis ſeiuncti ſunt ſibiq; inuicem aduerſantur.* 113. 20. *& Buridanus in pugna capti.* 368. 50. *filius Amrici Ducatum Burgundiæ accipit.* 87. 20. *Gorlienſis regi ſe opponit.* 122. 20. *in conſpectu regis trucidatus eſt a* 12. *militibus.* 25. 50. *inimicus Philippi regis, & exul meretricis amore capitur.* 359. 30. *fit monachus.* 87. 20. *matris ſuæ inſtinctu optata non conſequitur.* 36. 20. *Marchionum optimus mortuus.* 18. 20. *Pariſienſis Ducis filius Francorum rex deſignatus.* 12. 10. *Puteolenſis regem Francorum flocci pendit.* 113. 40. *Puteolenſis patre ſuo nequior extitit.* 113. 30. *rebellantes ſubito compeſcit.* 12. 10. *redit ad meliorem mentem regimenque accipit.* 36. 40. *rex Francorum an ſaluatus ſit, diſputari cœpit.* 69. 50. *rex puer decẽnis coronatur.* 36. 10. *Roberti filius ad ſucceſſionem regni Francici peruenit.* 36. 20. *Roberti Pariſiorum Comitis filius.* 4. 20. *rex Galliæ Hugonem filium ſuum in regem ſubſtituit.* 69. 20. *Pariſienſis Comes ſanctorum Ualari & Richarij corpora ad ſua loca honorifice reſtituit.* 397. 20. *Hugonis aui Roberti regis Francorum vota & pietas.* 67. 40. *amici ſingulares & amicæ, qui fuerint.* 68. 10. *Antiſiodorenſis Epiſcopi mors.* 49. 40. *fraus pace fit.* 117. 20. *mors.* 12. 20. *natiuitatis ſolum.* 68. 30. *vita, & mors iambis deſcripta ab auctore* 36. 40
Humana vitæ ſubſtantia, cum 4. *elementis & virtutibus collatio* 2. 40
Humanitas regis Frãciæ erga legatos ſanctos. 76. 20
Hungaria pelles apportat 344. 40
Hungarorum gens cum rege ſuo ad Catholicam fidem conuerſa. 9. 40. *rex Gallias inuadit, deprædatur & diripit* 9. 30

I.

IActantia Richardi Anglorum regis de parta victoria. 289. 40
Ibor nobilis Francorum 22. *ſibi ſubiectos habuit.* 229. 20
Idolorum cultus & inepta Iudæorum ſacrificia in Italia reparantur 41. 30
Ieſus in mari ambulans quid deſignare voluerit. 53. 40
Ieiunij & abſtinentia à carnibus & vino ſexto die, cauſa 45. 50
Illuſiones Satanæ in Galliis per inſtrumenta varia exiſtunt 42. 20
Imperator Græcorum Imperatori Romanorum in terram ſanctam nauigaturo nauigiũ preparat. 148. 30. *Conſtantinopolitanus nece vitam perdere coactus eſt.* 293. 50. *Antiochiã obſeſſurus Dyrrachiũ proficiſcitur.* 101. 20. *Imp. Romanus defenſionis Eccleſiæ iuramentũ Pontifici Innocentio* 3. *præſtat.* 209. 20. *Romæ a Pontifice inueſtiturarum & ſancti baculi confirmationem expectare cogitur.* 103. 40. *qua de cauſa expeditionẽ Hieroſolymitanam diſſoluerit.* 156. 30. *Conſtantinopolin reuertitur* 143. 10
Imperator validò ictu Turcũ medium ſcindit. 153. 10
Imperij Romani mutationes. 8. 10. *Imp. Rom. hiſtoriam conſcribit autor* 3. 20
Imperium Romanum totius orbis principale dictum. ibid. Francorũ quomodo ad Romanorum Imperatores tranſlatum ſit 5. 10
Impetus in bello inutilis exiſtit 362. 50
Incendia in terra Syluanectenſi à Flandrenſibus facta. 246. 50
Incendium criſmate extinctum. 54. 30. *in Flandriã ab exercitu originem traxit* 347. 10
Incidentia ante Philippi regis Franciæ aduentum in viterbio. 480. 10. *circa annum Domini* 1260. *de Turcorum tumultibus.* 447. 50. *circa annum* 1255. *quo Ludouicus rex Franciæ è tranſmarinis partibus.* 437. 10. *circa annum Chriſti* 1283. *qualia ſint.* 498. 20. *circa annum Domini* 1278. *de Paparum Romanorum abolitione & nouorũ electione.* 492. 50. *inter initium Philippi regis Franciæ Ludouici filij.* 483. 50. *quæ, dum Ludouicus rex Franciæ in tranſmarinis partib. verſaretur, in Francia & alibi acciderunt* 434. 10

Infans omnium animalium pedibus, vnò hominis, natus, terra mandatus erupit; àquis immerſus, magnum & tremēdum vlulatum edidit. 84.30. *infantes in Francia 20. ani 22: dentes nati ſunt, & qua de cauſſa* 181.40
Infidelitas Emphiteuta aduerſus Dominum Feudi: 157.20
Infortunium Philippo Ludouici regis Francorum filio per porcum allatum 192.50
Ingerrannus miles a Francis redimitur. 504.20
Ingorrandus mira magnitudinis 354.30
Inimicitia aduerſus Ludouicum Francorum regem initio regni exorta 107.20
In Italia hæretici extirpati 22.30
Iniuria Galliarum a plurimorū Comitum & principum militibus et exercitu vindicantur. 127.10
Iniurias Hugonis rex Francorum vlciſcitur. 114.20
Innocentij Papæ reſidētia Lugduni. 421. 40. *quando creatus ſit, & vbi.* 415. 50. 3. *Othonem filium Ducis Saxoniæ Imperatorem Romanum conſtituit & confirmat.:* 209. 10. 3. *legatos ſuos pro reconciliando rege Angliæ Philippo regi Galliæ in Franciam mittit, at fruſtra* 200.10
Inopia victualium in partibus Albigenſium: 398.10
Inquiſitionis callidum inuentum 208.30
Inſidia & venenum Ludouico regi Franciæ à Soldano Babylonia paratum, patefactum. 428. 10. *inſidiæ ſtructa quomodo ſucceſſerint* 352.50
Inſignii Imperialis declaratio 10.10
Inſigne Imperiale a quo & quo anno fabricatum ſit. ibidem
Inſtructio bellica regi Franciæ propoſita 250.20
Inſula Cypri bis vendita 192.10
Interceſſio Sanctorum apud veteres vſitata. 159.40
Interfector Abonis S. Benedicti patris à Dæmone miſerabiliter arreptus vitæ finem fecit. 27.10. *interfectorum Caroli Comitis Flandriæ pœna & ſupplicia* 130.40
Inuidentia alterius boni 69.40
Inuidia venenum inter monachos ſparſum 53.20
Inuocatio S. Petri Apoſtolorum Principis voracis ignis Romæ flammam extinxit 18.10
Inundatio ad preces & interceſſiones S. Dionyſij Pariſiis deſijt. 206.40. *Pariſiis pontes fluuij Sequanæ perrupit.* 197.10. *ad vota precationeſque cleri & interceſſiones S. Dionyſij, cum proceſſione, in qua brachium ſenis Simeonis, & alia reliquiæ Sanctorum: deſijt* 197.20
Ioachim vel Sedechia rex Aſſyriæ lumine caſſus: 279.30
Iohanna Comitis Tholoſæ filia Adelfonſo Lud. regis fratri deſponſata fuit iuuenilibus annis 411.20
Ioannes de Hardiuiria Franciæ Mareſcallus cur Aubertum de longa valle ſtrenuū militem occidere permiſerit. 504.20. *Angliæ rex in expugnatione Gailardi vbi ſe ſaluauerit.* 317. 40. *a rege Franciæ fugatus vix ſaluus ad ſua remeat.* 328. 10. *Arturum coniuge priuare auſus.* 298.10. *faciem Philippi regis Franciæ auerſatur.* 304.40. *Francos conuiuio falſo quod inſtar nuptiarū Pariſienſium parauerat decipit & interficit.* 277.30
Iohannes Bruerollo obſidet 281.20
Ioannes de Acon, puticularius, quomodo a Sarracenis petentibus Baptiſmum, deceptus ſit. 466.10
Ioannes de Nigella miles procerus & robuſtus: at piger & ſocors laudem ex alterius virtute aucupatur. 221.30.
Ioannes Euangeliſta Epheſi docuit ibidemque expiraſſe dicitur 145.40
Ioannes patrem ſuum & fratrem prodidit. 277. 20
Ioannis regis Hieruſalem prima peregrinatio ad S. Iacobum in Galitiam 398.10
Ioannes regis Angliæ frater cum Philippo rege Francorum confœderatus eſt, ſed doloſe. 194. 30. *rex Angliæ citationem Philippi regis Franciæ negligens, bellum ſibi accerſit.* 202. 30. *Lyceſtrius Matthæum Marlitam haſtâ confodit* 278.30
Iohannes rex Angliæ regno pulſus, vitæ periculo exponitur. 385. 10. *rex Hieroſolymitanus qua de cauſa in Galliam venerit.* 225.50. *rex Angliæ auxilia depoſcit a Guilelmo de rupibus Mareſcallo.* 307. 10. *regem Franciæ inſultu nocturno obruere tentat. ibid. ab Otthone & Bolonide in fœdus aſciitur.* 338. 10. *exulat* 277.10
Iohannes rex Angliæ Francos interdiu aggredi non audet. 300.20. *nepotem crudeliter interfecit.* 303.10. *in Galliis & Pariſiis honorifice excipitur.* 202. 10. *ſceleſtum facinus in propinquos & conſanguineos ſuis perpetrat.* 303. 20. *proprio parēti cauſa mortis fuit.* 385.10. *regno priuatus eſt. ibid. ſponſam Hugonis Bruni Engolmenſis Comitis filiam rapit in matrimonium ſibi.* 294. 40
Iohannes rex iuramēto ſe falſo & fallaciter obſtringit. 300. 40. *contra pacta & fidem datam Mirabelli occupat clam & inſidioſe. ibid. Richardo fratri regi Angliæ in regno ſucceſſit.* 253. 20. *Rodolij vallem fratris ſui ſub iura ſua ope Eboracenſis comitis tentat.* 281. 10. *Scotus Berengarij erroris auctor a Nicolao Papa Romam euocatus combuſtus eſt.* 86. 30. *ſine terra rex Angliæ Ludouicum Philippi regis Franciæ filium fugit, & obſidionem caſtri in Aquitania deſerit.* 215. 40. *ſine terra fratri Richardo regi Angliæ ſuccedit.* 200.30. *ſine terra rex Angliæ Othonem electum Romanorum Imperatorem & alios Comites & Barones bellum in Aquitania ad vrbem Andegauenſem proſequitur.* 216. 20. *rex Angliæ Aquitaniam inuadit: & municipia quædam occupat.* 213. 20. *in Aquitania caſtrum munitiſſimum & oppida aggredi pergit* 215.10
Ioannis Baptiſtæ in cœnobio Angeriacenſi inuentū, à regibus & ducibus Franciæ & Aquitaniæ aliorumque locorum Italiæ & Hiſpaniæ deuota ſanctitate viſum & adoratum eſt 8.40
Ioppe & Gaza a Richardo occupata 273.40
Ionathas 20. Philiſthæos ſolus interfecit 263.10
Ipra colorandis gens prudentiſſima lanis 244.30
Irreligioſitas cleri quod populo detrimentum pariat. 17.10
Italia & Apulia ſub Calixti Papæ Romani auſpiciis integritati ſuæ reſtituuntur 124. 20
Italia & Gallia; vrbeſq; Romæ conflagratio fere totius vnde, & quo anno extiterit? 18.10

Italo grammatico Dæmones viſione Virgilij & Horatij apparuere. 22.20. Italis grammaticam ſequi mos eſt. ibid. Itali Catholicæ fides contraria docet. ibidem. Itali Odonem in Imperatorem expetunt. 38.10
Iter Hieroſolymitanum omnibus apertum & vecluſum. 101.40
Iudæa cur faciem Moyſis non videre meruerit. 274.10. delegit paleas, non grana; & qua damnum eam exinde ſecuta 274.10
Iudæi Chriſtianum hominem crucifigunt, & quam ob cauſam: 241.50. Chriſtianum hominem ſuſpenderunt. 192.30. cur ab omnibus orbis partibus congregati Pariſiis habitare deſtinauerunt potiſſimum? 165.10. cur Pariſiis igne conſumpti ſint. 162.40. debitores ſuos Pariſiis captiuos habuerunt. 165.19. donis maximis Galliam inhabitandam concredendam apud proceres ſollicitant. 166.20. eandem pœnam, qua illi Ægyptioi affecerunt, luunt. 162.50. in Galliis terrore perculſi conuerſi & baptizati ſunt poſt euerſionem Hieroſolymæ. 32.10. Orientales Admiralum Sarracenorum regem contra Chriſtianos Occidentales epiſtolis euocant. 82.30. in Gallia ad Chriſtianam religionem confugientes, perpetuam libertatem a rege Philippo nacti ſunt. 166.10. in Galliis a Frotmundi Comitis filio directi. 30.30. in toto Romanorum Imperio diſperſi, trucidati & aquis immerſi. 32.10. mediam Pariſiorum ciuitatem occupârunt. 165.10. Pariſienſes Ludouico regi in proceſſione legis librum velatum offerunt. 132.30. Pariſienſes vaſa aurea & argentea Deo & ad ſacros vſus conſecrata, ad vſus ſuos quotidianos tranſtulerunt. 165.20. Pariſienſes Chriſtianorum ſeruitio & famulitio vſi. 165.10. Pariſienſes quo facto contra legem Moyſis egerint. ibidem. Pariſienſes quotannis tempore Paſchæ Chriſtianum hominem iugulare ſoliti. 162.40. ſub Philippo rege Francorum cur capti & bonis exuti ſint per totam Galliam. 162.40. vnius crucem Domini dehoneſtantis decollatio, ventorum vim Romæ ortam ſiſtit. 82.40
Iudæorum Sarracenorum & Orientalium philoſophorum falſa prognoſtica de terra motu & ventis validis. 178. eorum ſcholæ ſeu ſynagogæ à Chriſtianis poſt egreſſum illorum mundata & piis vſibus Domini noſtri Ieſu Chriſti deſtinata ſunt. 166.40
Iudicium iuſtum Dei in peccatis liberorum erga parentes puniti 37.20
Ius patronatus ſeu collationis quomodo in abſentia regis Philippi conſtitutum fuerit 187.30
Iuſtitiæ munus quod ſit 2.40
Iuuentutis in caſtro Crazaio & burgo defendendo virtus. 253.20

K.

KAletum rex Franciæ intrat 278.20
Kandulphus proditor Tornaci 350.40
Karlotus vnde & quare ſic dictus ſit. 396.10. Karlotus Theſaurarius & Philippi regis filius. ibid. ingenio maxime valuit. ibid.
Karoli Magni in Teutonicos ſæuitia 363.40
Karolus quomodo Hiſpanias ingreſſus ſit 261.40
Karolides ſuos in obſidionem locat 353.20

L.

LApidum in Burgundia deiectio 21.20
Lapis grandinis apud Cremonã cecidit in quo crux & imago Saluatoris impreſſa fuit. 410.40
Lancea regis Roberti argento parata, & à coniuge ſua in templum deportata eſt. 65.40. Lancea S. Andreæ Turcas ab obſidione Antiochiæ propellit. 90.30
Landangus Comes Palatinus Philippum Imperatorem Romanum interfecit 207.10
Laudunenſis ciuitas & nobilis mater Eccleſia ibidem igne periit bellico 120.30
Laudes non Domino ſolum ſed etiam S. Aniano exhibentur a Roberto rege 73.40
Lectica S. Aniani auro occupata à Roberto Rege Francorum 73.20
Ledones quid ſint 26.40
Legati a latere Pontificis pacem inter Philippum regem Franciæ & Henricum Angliæ regem firmant. 180.30. à rege Franciæ ad Tartaros miſſi. 425.40. ad regem Franciæ pro Eccleſiæ vtilitate mittuntur 76.10
Legati Imperatoris contra Romã rem armis tranſigendam decertant. 103.20. legati Papæ Romani ad Philippum regem Franciæ miſſi pro hæreticis extirpandis. 207.10. diuortium Philippi regis Francorum reformare tentantes, ſed fruſtra. 194.20
Legati Philippi comitis Flandrenſis ad Philippum regem Francorum pro pace impetranda. 170.10. legati regis Franciæ honorifica in Italia ſuſceptio. 125.10. legati regij relatio negotiiq; bene effecti ſpecimen 125.40
Legis veteris inſtitutorum a noua gratia ſacramentorum donis diſtantia 15.50
Leodebodi deuotio & ſanctimonia variis donationibus legatis ad pias cauſas demonſtrata. 62.20
Leodeboldus Abbas Teſtamentum comminatione iræ diuinæ munit & confirmat 61.30
Legiones communiarum cum vexillo beati Dionyſij. 219.30
Leonis ferocis deſcriptio 247.30
Leonenſes quid cõtra Ducem præſumſerint. 387.50
Leuiathanis fiducia 17.40
Leutardus decimas iniuſte Eccleſiis dari exiſtimãs magnam partem plebis in ſuam opinionem traxit. 22.10. ſomnians, viſionem percipiens Catholicæ fidei aduerſatus eſt 21.40
Leutheria vrbs Sarracenorum Carolo regi Siciliæ ſubdita 455.10
Lentici populi qui ſint, & vnde dicti 48.40
Lenticorum populorum habitatio qua, & vbi ſita. ibidem. Lenticorum gens barbara, omnique ferocitate crudelis ibidem
Libertates Eccleſiæ Francorum a regibus conceſſa quæ ſint 172.30
Libri noni ſeries & argumentum 337.20
Lidericus amnis in Francia 256.10
Ligneum caſtellum contra Sarracenorum galeas extructum 474.10

Lignorum genus, quo Flandrenſes ad ſocum vtuntur, 245. 30. *eorum potius quis.* ibid.

Liger & Carus flumina Galliæ 267. 10

Lilium quid denotet aut ſignificet 405. 10

Linguarum diuerſitas militum bellorum tumultũ & diſcordias facile excitat. 139. 20

Litteræ inimicales Ioannis Angliæ regis & Ludouici Franciæ regis filij 355. 20. *a rege Angliæ ad interficiendum Philippũ regem Franciæ Arſacidæ miſſæ falſa eſſe deprehenduntur* 193. 10

Litigia vicinorum de agrorum terminis 21. 30

Lochiæ caſtri munitio & fertilitas quæ 227. 20

Lochiæ & Chino a Girardo capta 227. 40

Ludouico filio quem in bellum Anglicum adiunxerit Philippus rex Franciæ ante obitum ſuum. 392. 40

Ludouicus fratrem ſuum Alphonſum nouum militem apud Salmurum fecit, in præſentia complurium Archiepiſcoporum. 411. 20

Lolium quid, & vbi abundet 284. 10

Lotharingia vbi ſita, 358. 40. *Lotharingi bilingues dicti*, ibid. *in factis & opere non ſunt iidem, qui ſunt verbis*, ibid. *Lotharingorum Dux Loherius cum magna Archiepiſcoporum, Epiſcoporum & Teutonici regni optimatũ caterua, Ludouicum regem Galliæ excipit ſumma deuotione.* 312. 10

Lotharius exercitu e Burgundia coacto Ottonem Saxonem in Gallias perſecutus eſt vſque ad fluuium Moſam. 4. 50. *Dux Saxoniæ & Fridericus Alemanniæ dux de Imperio Henrici decertarunt.* 136. 40. *Ludouici regis filius in regno confirmatur.* 4. 40. *Lotharius Saxo Imp. Rom. ciuitates & inſulas totumq; regnum Siciliæ Romano iunxit Imperio, & Italiã ſubiugauit.* 137. 10. *Rom. Imp. diem ſuum obiit, portatur in Saxoniã.* 137. 10. *Henrico Imperatori ſucceſſit.* 136. 50. *Dux bellicoſus Campaniam, Apuliã, & Italiã ad mare vſq; Adriaticũ perdomuit.* 104. 40

Ludouici connubium quod. 395. 20. *eius donatio propter nuptias quæ* ibidem. *Ludouici hereditas.* 201. 30. *iunioris regis Franciæ ſapientia quæ.* 401. 50. *Philippi regis Frãciæ filij, natiuitas.* 251. 30. *acies bellica quo ordine contra regem Angliæ inceſſerit.* 355. 40. *natiuitatis celebratio.* 159. 10. *diſpoſitio, erogationes in pauperes & eleemoſyna quanta.* 134. 10. *agitatio ad Pontiſaram*, ibid. *alter filius ex Margarita genitus & Philippus nominatus fuit.* 417. 30. *eum Guilelmo Anglorum rege comparatio.* 96. 20. *in promouendis liberalibus ſtudiis zelus.* 404. 40. *mors pia & deuota.* 135. 30. *regnum & ſucceſſio quæ.* 397. 40. *primogeniti fama Ioannem ſine terra ab obſidione deterret.* 215. 30. *audaciam & imprudentiam rex Angliæ obſeruat.* 123. 10. *confeſſio.* 134. *mira pietas.* 400. 40. *mors & ſepultura, rapſodice deſcripta.* 158. 20. *geſta poſt liberationem in terris tranſmarinis.* 434. 30. *exercitus poſt cladem à Turcis acceptam, in vrbe Satellia in Oriente ſita, recreatur & refocillatur.* 147. 10. *2. regis Frãcorum & Corradi Romanorum Imperatoris conatus Deus reſiſtit.* 139. 10. *mens & propoſitũ.* 147. 50. *reditus à partibus tranſmarinis.* 156. 30. *vxor ex Aquitania diuortium parat; mox ad maritũ redit, & vterq; abſq; liberorum ope obiit* 5. 10

Ludouico Philippi Francorum regis filio ſucceſſit Ludouicus eius filius è Blancha natus. 401. 40. *diſſenteria in ſumma deuotione mortuo ſucceſſit Ludouicus eius filius, Aquitaniam tum regens.* 136. 10. *Ludouicus Andegauenſi Comitis matrimonij fœdere coniungitur firmiſſimeq; denuncitur.* 100. 10. *adultus iuuenis a patre Lothario regno præficitur.* 4. 50. *auxilia miſſa a Comite Palatino fudit & ſtrauit.* 105. 40. *Caroli regis filius in regem vngitur, hereditario iure regnaturum.* 4. 30. *Aurelienſi Eccleſiæ contra Lermum opem tulit.* 99. 10. *cognomento Pius in Imperio Francico, Italico, Carolum Magnũ inſecutus eſt.* 3. 30. *contra Ebolum & Lotharingos arma gerit.* 98. 50. *de hoſtibus ſuis ſine humano ſanguine triumphauit*, 402. 30. *diarrea grauiter laborat.* 133. 50. *Drogonẽ Montiacenſem propter iniurias armis aggreditur.* 97. 30. *duos vno ictu confodit: repagula hoſtium reſerat & vi viam parat pacemque ſtatuit.* 106. 10. *Ludouicus & Philippus regis Philippi filij.* 225. 50. *Fulconem fœdifragum rapinis & moleſtationibus variis fatigat.* 123. 10. *in Burchardum Mommorenciacenſem arma mouet*, 97. 20. *Ludouici regis filius a patre ad regium ſceptrum vocatur, rexq; conſtituitur.* 133. 10. *Ludouici regis Franciæ primogenitus Pariſiis mortuus.* 447. 20. *ſepultura eius quomodo peracta*, ibid. *Matthæo Comiti Bellemontis auxilium mittit, contra Hugonem generum ſuum.* 97. 10. *obſidionem caſtri Carobaci ab vim pluuiarum & tonitruum derelinquere cogitur.* 98. 20. *Philippi Auguſti Gallorũ regis filij natiuitas quando acciderit, & quam lætitiam in Galliis excitarit, apud omnem populum.* 181. 20. *Philippi regis filius Blancham Hildefonſi regis Caſtellæ filiam, Ioannis regis Angliæ neptem, vxorem ducit.* 201. 30. *patri ſuo Philippo quietem parat.* 100. 20. *Philippi regis Franciæ primogeniti mors quomodo acciderit, & quæ eius ſuſpicio.* 488. 10. *regnum accipit.* 398. 10. *dyſenteria, proceſſione & tactu Sanctorum reliquiarum ſubito liberatus eſt.* 190. 20. *ex Yſabella primogenitus quo tẽpore rex Franciæ coronatus.* 396. 40. *poſt mortem patris nouus rex effectus eſt.* 394. 30. *patri Philippo ſuccedit.* 94. 30. *rubore ſuffunditur.* 98. 20. *poſt obitum patris ſui Philippi, quomodo & a quibus in regem Francorũ vnctus ſit.* 107. 10. *primogenitus Philippi regis Francorum bis contra Albigienſes hæreticos miſſus.* 226. 20. *quomodo ab inſidiis latrunculorum liberatus ſit.* 407. 20. *in Aquitaniam a patre mittitur ad regendam eam.* 135. 20. *regis Ludouici Hebetis filius Rhenum tranſit.* 4. 10. *Philippi primogenitus Angliæ regi bella mouit.* 224. 50. *rex Franciæ ad Maſſorã captus, cum duobus fratribus ſuis, Alfonſo, & Carolo.* 431. 30. *quomodo contra Sarracenos pugnauerit, & quæ damna eis intulerit.* 430. 50. *Auiguionem vrbem fortiſſimam capit.* 400. 20. *in reditu ab vrbe moritur* ibid.

Ludoui-

Ludouicus rex Franciæ certo pacto à Sarracenis liberatus. 432.20. quandiu captiuus fuerit. ibid. contra Comitem Marchiæ omnem ſuam militiam congregauit. 411.40. dum in Cypro moratur, quæ acciderint. 427.20. cum Baronibus de portu Callaricano ſoluens ad portum Tunarum ſubtus Carthaginem applicuit. 464.20. filius Carnotenſis Dominæ precibus & intercesſioni commendatus 395.40

Ludouicus rex, et Barones Franciæ cum magna difficultate ad portum Callaricanum peruenerunt. 462.30. quam ordinationem fecerit poſt reditum ſuum vltra mare. 438.10. tribus ſenibus pauperibus ſingulis ſabbathis pedes lauit, & oſculatus eſt. 442.30. ab omnibus omnis generis hominibus, agricolis arantibus, & aliis excipitur, eique gratiarum actio exhibetur ſumma. 134.40 miſit Iohannem de Bello-monte militem contra Albigincuſes, qui aduerſus gentem ſuam rebellauerant. 408.40. Margaritam filiam Comitis Prouinciæ ſibi deſponſat matrimonio. 406.20. proditoribus in Flandria bellum mouet. 130.10. pacem inter Henricum regem Angliæ & Simonem Comitem Montis-fortis conſuluit. 448.30. eius profectio prima in partes transmarinas quando & quibus comitibus facta. 421.40. eius cum Henrico Friderici Romanorum Imperatoris filio de hæreſi Albigineuſium & ſuper regno tractatio. 399.10. quomodo ſecundo crucem tranſmarinam acceperit. 459.40. quo tempore cilicio vti & quandiu ſolitus fuerit. 443.40. quo honore affectus ſit ad Poſſiacum. 445.40. omnes res ſuas mobiles pauperibus erogauit. 134.20. in Cypro hyemans de rebus Soldani Babyloniæ certioratur. 427.10. quomodo caſtrum Carthaginis ceperit. 465.30. vbi, & quomodo ſepultus ſit. 481.10. Epheſo caſtra mouit, per partes Orientis in Franciam. 144.10. pro liberatione legatorum ſuorum captiuorum ad Fridericum Imperatorem mittit. 410.40. qua ſolennitate Philippum filium ſuum nouũ militem fecerit, & vbi. 454.20. Remis ſe milite inſtruit contra regem Anglorum. 126.30. grauitatem corporis ſui deplorat in extremis vitæ terminis. 133.30. voto filium ſuum Philippum impetrat, eumque mox Remis regem coronari fecit. 161.10. caſtrum S. Brixionis ſuper fluuium Ligerim diruit. 133.40. animæ ſuæ conſulturus, deuotionibus & precationibus ſanctum Dionyſium & ſocios eius ſanctos martyres auxiliatores depoſcit & implorat. 133.40. de Anglis victis triumphat. 413.30. caſtrum de Rupe obſidione liberat. 101.10. conuerſionem Iudæis Pariſienſib. optans à Deo precatur. 132.30. caſtrũ Beleſinum obſidet, & occupat. 403.30. Ludouico filio ſuo Barones & Comites in ſubſidium ordinat. 135.10. Lugduni Papam Romanum viſitauit. 420.20. in operibus ſuis precationem ſuam fundamentum ſtatuit. 160.50. animi nobilitate & fortitudine ad extremum vſq; floruit. 133.30. in lecto etiam inimicis ſuis reſtitit. ibi. in ſanctorum meritis, & orationibus hominum ſalutis ſuæ ſpem collocauit. 135.40. quomodo in auxilium venerit Comiti Campaniæ qui in odium ſui eum obſederant. 402.50. hoſtes aduentum eius non expectarunt. ibidem. poſt communicationem corporis Chriſti conualeſcere viſus eſt. 134.30. mortuus. 469.20. quomodo Henrico filio Gaufredi Comitis Andegauiæ Ducatum Normanniæ reſtituerit? 157.10. quomodo mare intrauit cum Chriſtiano exercitu, & de tempeſtate, quã ibi paſſi ſunt Franci, & Philippi regis filius. 461.20. Hannonis Burbonij caſtrum germanum incendit. 121.10. pro anima ſuæ ſalute monaſticum Benedictini ordinis habitum aſſumſit. 133.50. quomodo è tranſmarinis partibus domum redierit, & quibus cauſis commotus. 436.30. precibus ſuis à naufragio cum omnibus qui cum eo erant, liberatus. ibidem. ſeditioſos punit incenſis caſtris & locis eorum munitis. 120.40. fratrem ſuum nouum militem fecit, & ei comitatum Atrebatenſem donauit 407.20

Ludouicus 2. rex Franciæ in Emphyteuticarium ſuum, Henricum Ducem Normanniæ arma decernit. 157.30. rex Franciæ viſionem de filio ſuo Philippo habuit. 161.10. quo morbo laborauerit cum moreretur, & quid ante mortem præceperit ſeu fieri mandauerit. 161.20. inſidias Principis Antiochiæ fugiens, nocte ab Antiochia receſſit. 148.10. ſubſidio Normannorum liberatur. 118.20. vbi mortuus ſit. 161.10. quæ ad coronam Chriſti ſpineam dona contulerit, enumerantur. 134.10. Conſtantiam regis Hiſpaniæ filiam poſt diuortium cum Alienorde, vxorem ducit. 158.10. à Balduino rege Hieroſolymitano expectatur. 148.50. cædibus & rapinis, latrociniis & furtis ex Aquitania in Galliam ad occupandum regnum migrans, anſam præcidit, paceḿq; reſtituit. 136.10. poſt cladem ſuorum Antiochiam venit. 147.40. Principis Antiochiæ petitionem per auerſionem honeſte denegat. 147.50. annum ad terram ſanctam agens, propria repetit. 156.50. magno omnium hominum applauſu approbatus regnum Galliarum tenuit & ampliauit. 136.10. Gaucherum montis Gaij, ſuperbe contra ſe inſurgentem repreſſit. 137.30. Gaucheri regio funditus ſublata & deuaſtata. 137.40. peregrinationẽ ad ſanctam terram ſe deuouit. 147.50. inimicis crucis Chriſti, ob deuictam ciuitatem Roches exultantibus reſiſtere conatur, bellumque parat. 138.10

Lugdunum index veræ lucis doctrinæ cœleſtis maxime partis Galliæ habetur 57.30

Luna ecclipſin paſſa de cœlo ad terras deſcendere viſa & viciſſim aſcendere 185.10

Luna influentia ad maris recurſum quid conferat, quot & quibus horis & quibus temporibus ille accidat. 321.10

Lutetia quo tempore Pariſium appellari cœptum? 230.30

Lutetia vnde dicta 173.30

Lutetia nomen cur, & à quo abolitum fuerit? ibidem

Lychnorum accenſio à præſtigiis in monaſteriis vrgetur. 52.20

M.

MAcarius & Dionyſius martyres & patroni Pariſienſium. 359.40
Magiſter de Hungaria, & geſta eius qualia. 434.30
Magnitudo rerum geſtarum Philippi regis Francorum. 228.10
Magometus ab omni Syria exulat 273.20
Magometiſta Syria expulſi ibid.
Mango quidam plebeius in Galliis & locis Alpium ſub nomine ficto oſſa demortuorum pro reliquiis Sanctorum vendidit 42.20
Magnates ex improuiſo exequiis Philippi regis qui interuenerunt 391.20
Maildis reginæ ſepultura 86.20
Maiolus quartus Abbas Cluniacenſis cœnobij effectus. 29.10
Maiores domus in Francia 397.10
Malefacta Iohannis regis Angliæ enumerantur. 385.20
Malina quid 26.40
Malitia Herodiana & crudelitas in Galliis exercita. 111.30
Manaſſes Trecorum Epiſcopus mortuus eſt. 18.30
Mandunenſis in Normanniam irruit, Vriatum caſtrum munitiſſimum occupat, & multa loca diripit 123.20
Manes à Sarracenis occiſorum monacho apparentes, mortem eius & reliquorum prænunciant. 21.30
Manfredus Innocentio Papæ rebellis exiſtit; & Sarracenis ſe iunxit. 434.10. Mafredus interfectus, & Beneuentana ciuitas capta. 452.40. Manfredus oſſa hominum Mangonem pro Sanctorum exuuiis vendentem ad ſe trahit, eique cultum instituit. 42.30
Manichæi in Gallia extirpati 82.50
Manuel Conſtantinopolitanus Imperator Conrado Romanorum Imperatori poſt perpeſſam a Turcis cladem donaria multa exhibet eumq́; excipit. 144.10. regem Franciæ & Romanorum Imperatorem humaniter excipit, eiſque victualia præparat. 139.30, eius voluntate proditionem Chriſtianis principibus per inuidiam accidiſſe exitus docuit. 142.10
Marcomirus & Sonno, & Genebaudus, populi tranſmarini à Valentiniano Imperatore electi, Rhenum inhabitare cœperunt. 174.10. Marcomirus filius Priami ſecundus Francorum rex. 229.50. Marcomirus in Galliis exercitium armorum primus docuit ciuitateſq́; muro circumdari, & vallari fecit 174.40
Mare ante Lunam creatum an ſit. 321.10. figura præſentis ſeculi 53.50
Mareſcalli Franciæ officium an ſit hæreditarium? 216.10. Mareſcalli Franciæ mors 358.10
Maria vxor Theobaldi regis Nauarræ, Ludouici regis Franciæ filia, continentiæ votū vouit. 479.10. Trecenſis comitiſſa Philippi regis Franciæ ex patre & Richardi regis Anglorum ex matre ſoror, mortua. 198.40. Maria Philippi regis Franciæ de obitu regis ſui luctus. 504.30. regina Galliæ mors. 202.10. regina Franciæ coronatio, vbi, & quando facta 485.50
Maris recurſus cauſa an, & quæ reddi queant. 321.20. eius abſceſſus Britonib. arcis in terra Abrincorum mari vndiq́; circumdata occupandæ occaſionem præbuit 323.10
Marmorea columna in triumphū, pro victoria regis Galliæ a Teutonia parta eriguntur 127.20
Martinus Papa occulto morbo correptus moritur. 499.50. ſucceſſor eius qui ibid.
Martinus præſul Turonenſis eximius 267.10
Martyres victorioſi qui 52.40
Martyrium ſancti Criſpini & Criſpiniani quando acciderit 385.50
Marſilia Ludouico regi Franciæ per Carolum comitem Andegauiæ fratrem eius ſubacta 446.20
Materna odia erga filios regis Roberti renouantur. 37.30
Mater Comites vicinos odio in filios ſuos armat. 85.20
Mater & auunculus Philippi honoribus eius conſulere ſtudent & defendere eum conantur. 113.10
Mater ſæpe bona, malos alumnos generat. 377.20
Mater Theobaldi regem Franciæ expoſitis opprobriis patri ſuo Philippo ab Hugone illatis, aduerſus eum exacerbare ſtudet 114.10
Matris Hugonis opera bona 68.20
Mauri & Sarraceni a Chriſtianis deuicti 79.50
Mauritij Epiſcopi Pariſienſis bona opera quæ. 198.10
Mauritij Epiſcopi Pariſienſis confeſſio ante obitum ſuum edita ibidem.
Mauritius Pariſienſis Epiſcopus pater pauperum mortuus eſt ibidem.
Maurus beati Benedicti diſcipulus 28.20
Mediatores inter regem Franciæ & comitem Flandrenſem qui 250.50
Mediolanenſes contra Fridericum electum Romanorum Imperatorem contendunt armis inſidioſe. 211.50. hæreſium variarum rei aguntur. 212.20. Conrad: Imperium reſpuunt & ſeditiones in Italia excitant. 38.10. Othoni Imperio Romano exuto immerito fauerunt. 212.20. à Papianis bis eodem anno deuicti ibid.
Menander cygnis abundat 144.20
Merouæus quintus Francorum rex 230.50
Metaphyſica Ariſtotelis cur in Gallia prohibita & combuſta 208.50
Michael Decanus Pariſienſis Patriarcha Hieroſolymitanus electus eſt, & poſtea Archiepiſcopus. 194.40. Harmenſis haſta perfoſſus. 368.10. Michaelis Benonenſis Epiſcopi mors & ſucceſſio eius. 201.10
Miles mortuus reuixit, & futura prædixit. 199.20. per miraculum de morte Philippi certioratur. 393.20. ſanatur a morbo grauiſſimo. ibid. & ad annunciandam eam ad Papam mittitur. ibid.
Milites Francorum prædæ inhiant 476.50
Milites Francorum treugas a Philippo rege Francorum cum Sarracenis initas difficulter patiuntur. 476.40. ad exemplum fugam capeſſunt. 356.40. ex decreto regis Franciæ Othonis exercitum fuga dilabentem non vltra miliare inſequuntur. 221.50

Milites Templi & ſepulchri Domini 274.20
Milonis de monte Lebery dolor ob diuertium coniugis ſuæ comitis Palatini ſororis 119.50
Mirabile auctori patefactum ſanctimoniam eius confirmans. 52.50. *de lychnis extinctis in monaſteriis dum reaccendantur, quid contingat.* 52.20. *in frugum ab equis militantium conculcatarum centupla reſtitutione clericis facta.* 170.30. *mirabilia quæ circa regimen Roberti regis Francorum acciderunt.* 84.20. *mirabilis audacia militis Anglici inſperatum ſortita exitum.* 215.20. *mirabilis fontis Breceliacenſis in Galliis natura.* 302.40
Miracula à Christi natiuitate cur deſierint. 53.40. *a Fulcone Sacerdote edita, Pariſiis.* 198.50. *ad corpora Sanctorum Pariſiis, & ecclipſis Solis.* 194.20. *circa Euchariſtiam acciderunt.* 54.20. *in Criſmate acciderunt varia.* 54.30. *in puluere à cælo delapſo in Galliis acciderunt.* 88.50. *Ludouici regis Franciæ, quæ, quomodo & vbi acciderint?* 470.20. *quædam Fulconis Sacerdotis Pariſienſis propter hominum incredulitatem auctor omiſit* 198.50
Miraculoſa, & inaudita in Galliis acciderunt. 199.30. *miraculoſa voluntatum regum Franciæ, & Angliæ mutatio* 196.50
Miraculum ad ſepulchrum Saluatoris cum Sarreno patefactum. 47.20. *circa corporum Valarici & Richarij Sanctorum ad ſuum locum reſtitutionem.* 397.20. *cum vrſo & ſancta cruce accidit apud Yconium.* 421.10. *inundationis aquarum torrentis exiccati ad commodum exercitus Philippi regis Franciæ.* 185.30. *quod de corporibus Sanctorum Richarij, & Valarici, accidit.* 397.40
Modus & ordo in rebus ſeruandus 228.30
Monachi contra Sarracenos bellârunt. 20.10. *è monaſterio Glannofolio expulſi ad monaſterium S. Sauini confeſſoris Pictauienſis appulerunt.* 28.30. *in beati Pauli Eccleſia Romæ corruptam vitam agunt.* 7.30. *Monachis in Galliis monſtruoſa phantaſmata apparent.* 43.20. *Monachus ad altare obdormiſcens delatus eſt ante fores monaſterij in clauſtrum* 52.10
Monaſteria Pariſiis à Hugone, auo Roberti regis Francorum, extructa Pariſiis. 68.10. *templa & caſtella ab hoſtibus regis Francorum diruuntur.* 129.50. *& Eccleſia in vrbe Aurelianenſi extructa à Roberto rege Francorum* 77.30
Monaſteria potiora vbi floruerunt 28.50
Monaſterij S. Aniani in Galliis plenaria deſcriptio ſecundum omnes circumſtantias 73.10
Monaſterium Argentoclenſe puellarum conuerſatione turpiſſima infamatum 126.20
Monaſterium Floriacum a quo, & ſub cuius auſpicus extructum ſit 61.20
Moneta (vt via pateat regi Chriſtianiſſimo) ſparſa. 132.20
Mons acutus, caſtrum validiſſimum à Ludouico periculo hoſtium exemtum 99.20
Mons clarus mortem illuſtris Stephani deplorat. 274.50
Mons regalis quid, &, cur ſic dictus ſit. 404.40
Mons Tricardi a Rege Philippo multo labore captus. 255.30
Monſtrolialum à rege Franciæ captum & occupatum. 326.50
Monſtroſus partus editus, & quæ eius cauſſa. 314.10
Mora commoditas quæ 298.30
Morbi ſanguine Chriſti ex vulnere brachij excepto in Galliis ſanati ſunt. 189.50. *morbi Francos & Sarracenos in expeditione degentes occupant.* 476.20
Mores regis Franciæ Philippi Ludouici filij quales. 482.30
Mores & ſtatus vitæ Ludouici regis Franciæ qui. 442.10
Mors Petri, regis Arragoniæ vbi & quomodo, quandoque acciderit 503.10
Mors Caroli comitis Flandriæ aſtantibus letitiam peperit & gaudium ſummum 129.30
Mos Orientalium populorum eſt vt omnem gazam ſecum in bellum deferant 90.30
Mors Ludouici regis Franciæ. 400.30. *ſepultura eius. ibidem*
Mors Philippi regis quomodo Papa patefacta. 393.10. *luctum omni terra attulit.* 388.20. *mors Roberti regis Francorum.* 77.40. *mors Richardi regis Angliæ, quo anno acciderit.* 292.20. *qui eius ſucceſſor* ibidem.
Moſa, regni Franciæ & Imperij Romani terminus eſt. 26.10
Moſa ſub Maximiano ſanguine beatorum martyrum Criſpini & Criſpiniani, Fuſciani & Gentiani ruborem contraxit 358.50
Mos creandi & inaugurandi Imperatoris Romani à Catholicis collaudatus 9.50
Mos peruerſus in decernendis ordinibus 17.10
Moyſes & reliqui Prophetæ viri robuſtiſſimi fortitudinem ſanxerunt 3.10
Mucro beati Petri qui dicatur 104.20
Mummilinus Sarracenorum rex cum paganorum magna manu Hiſpanias inuadit 210.10
Munera inter Imperatorem Romanum & Galliarum regem amicitiæ ſymbola adhibentur. 26.20
Munitio S. Iohannis deſtructa & vaſtata 322
Muri Damaſci terracei 151.30
Muri Pariſiis, & per Franciam ad mandatum Philippi regis Francorum extructi ſunt. 188.30
Murus à Francis ſubfoſſus 248.40
Murium & aliarum immundarum carnium eſum homines compulit fames magna in Galliis. 85.20
Muſula qualis ciuitas 425.10
Mutua ſcripta regum Franciæ & Angliæ ſuper competentia iudicis & fori, iuriſdictioneque. 296.10

N.

NAbugodonoſor rex Babyloniæ cur in legis obſeruatione Iudæis præferendus? 165.30
Naues curſoriæ Anglicæ regis Franciæ naues extra portum Gandauenſem conſiſtentes diripiunt. 212.40
Naufragium claſſis Richardica paſſa. 269.50. *quomodo liberata ſit* ibidem.

Nauigatio legatorum periculoſa extitit, & qua de cauſa 76.20

Nauium ad Troiam numerus 343.30

Nebula denſiſſima hoſtes ab obſidione caſtri S. Germani depulit 19.40

Nefanda ſcelera in ſanctos homines cōmiſſa. 168.20

Nefarij homines raſis omnique nequitia & impietati deditis, moribus peruerſis exiſtentes Franciā atq. Burgundiam complent 38.20

Neptunus alter qui appellatus ſit 500.20

Neptis Iohannis Angliæ regis Ludouico Philippo regis Franciæ filio nubit 293.30

Nemurici Comes Philippum regem armis impetit. 359.10

Nemus à Philippo rege Francorum muro cinctum & concluſum 168.10

Nemurcius Flādrini Comitis frater captus. 287.20

Neronis opus a quo perpetratum 303.20

Neuſtria regi Francorum ſubdita 323.50

Nicolaus Papa Romanus mortuus, & quis ei ſucceſſerit 494.10

Niniue, quomodo hodie nominata ſit 425.10

Niortum cereris, bacchique ferax ſolum habet. 326.40

Nobilium plurimorum in bello Anglico interitus. 357.10.

Nocte non pugnandum, & qua de cauſa? 250.30

Nomina Sanctorum in quorum honorem altaria in monaſterio S. Auiani extructa ſunt a Roberto rege Francorum 73.10

Nonaginta duo equites Francigenæ ab Anglis capti. 288.40. *nonaginta nouem Iudæi à rege Philippo combuſti* 241.30

Non ſemper ferit ad libitum, quicumque minatur. 260.30

Normannia à Philippo rege Francorum appetita. 320.10

Normannia antiquitus Neuſtria dicta. 323.50. *Franciæ in iure & legibus adæquata.* 324.20. *Philippo regi Francorum a Rollone reſtituta.* 325.40. *quot annorū ſpatio ſubditione regum Franciæ non fuerit.* 205.20. *in feudum Henrico regi Angliæ traditur.* 157.10. *tota Francis ſubdita.* 323.10. *leges & ſtatuta de clericis a Philippo rege Francorum quæ.* 324.20. *Normanniæ pax comparatur.* 112.20. *Normanniæ regio tota Philippo regi Franciæ ſubdita.* 322. *Normānicæ gentis aduentus in Gallias per natos ex concubinatu ſeruatus eſt ad ſucceſſores vſque.* 47.30. *Normanni a Francis fugantur, cæduntur & interficiuntur.* 196.10. *Normanni ad Catholicam reuerſi quando fuerint.* 397.10. *captiui Conſtantinopolin ducti vitæ finē in carceribus claudunt.* 79.50. *Chriſtianam fidem ſuſcipiunt.* 175.20. *Chriſtianis auxilio in Hiſpaniam profecti.* 79.50. *cum captiuis ex Aquitania ad ſua redeunt.* 81.10. *cum Francis & Burgundionibus religionis & connubij fœdere uncti.* 9.20. *ex Denmarcha Aquitaniam hoſtiliter inuadunt.* 80.40. *ad Oceanum breuibus ſtipendiis contenti ſe ſuſtinuerunt.* 8.30. *ex Galliis pulſi.* 9.10. *in Italiam ingreſſi Romam & Apuliam deuaſtant.* 79.40. *quando ad fidem Chriſtianam cōuerſi.* 397.40. *regi Francorum colla dederunt.* 86.20. *unde dicti & qui ſint.* 8.30. *Normannorum poſteri in Galliis qui fuerint.* 9.20. *Nortmannorū ducum Eleemoſina & munera ſanctis locis relicta.* ibid. *eorum præda & incurſiones in Italia.* 8.30. *Nortmannorum ducum iuſtitia* 9.20

Nota militum quando inceperit 363.10

Noua doctrina in Francia 208.10

Nouitates inauditæ in Gallia 199.20

Nubere, ſecundum legis præceptum viuere, eſſe, Ludouicus 2. rex Franciæ exiſtimat. 158.10

Numerus puerorum inſontium ab Herode interfectorum qui 273.30

Nummi Francis ab Anglis erepti. 279.10. *Dolia nummis tumida* ibidem.

Nuptiarum Philippi regis feſtiuitas miraculo feſtiuo condecorata 164.20

Nuncius regi Franciæ de claſſe & confœderatione Anglica 345.30

Nuncij Hieroſolymitani de ſæuitia Sarracenorum in direptione Chriſtianorum caſtris, & dominiis ad regem Francorum 181.10

O.

OBitus Ludouici regis Francorū Philippi, ubi, & quo anno acciderit? 164.30

Obſeſſi in caſtro Matrona, acriter pugnant & ſe defendunt. 105.20

Obſidionis Damaſci auctor in expeditione ſimul fuit. 155.20

Obſidio & occupatio Gailardi caſtri quomodo facta à Francis 305.40

Occaſio auctoris 1.20

Octauianus Auguſtus legendo & ſcribendo ſe exercuit. 81.20. *Paganus fuit* ibidem.

Octauianus Oſtienſis legatus Pontificis, concilium in Francia edicit, de diuortio Philippi regis Francorum cum Ingeburge Daniæ regina 201.40

Octoginta Iudæi combuſti 192.50

Odilo Abbas Cluniacenſis tumultum in Burgundia ortum ſedare & compeſcere ſtudet. 19.10. *Odilo quintus Abbas a primo Berno: Cluniacenſis cœnobij factus* 29.10

Odium Flandrenſium in regem Franciæ 368.10

Odo contra Alemannos & Lotharingos arma ſumpſit, eoque bello corruit. 85.30. *Odo dux Allobrogum arma contra Philippum ſumpſit.* 238.10. *Francorum regi urbes & caſtra diripit.* 37.40. *fratri ſuo Hugoni ſucceſſit* 87.20

Odo Curboſtenſis Comes lancea perfoſſus moritur. 116.40

Odo ſucceſſor Bernonis in Balinenſi monaſterio. 28.40

Odolricus ad Hieroſolymam miracula edit. 47.20

Odoni in Abbatia ſucceſſit Heimardus. 29.10. *eius cadauer ab uxore eius occulto ſigno in ſecretiori loco dignoſcitur.* 38.30. *Epiſcopi Pariſienſis mors, eiuſque ſucceſſio.* 206.40

Odonis & Herberti mors. 18.20. *eius filij contra Amricum inſurgunt* 85.30

Odonis Imperatoris mors. 38.10. *ſepultura.* 58.30

Odonis tertij genealogia ibidem.

Officia

Officia pia perfecit Robertus rex 71.30

Officialium munus quod, & diſpoſitio circa eos Ludouici regis Franciæ 440.20

Officiorum diſtributio à Philippo rege Franciæ ante obitum ſuum facta 392.20

Ogerus hoſtes turmis, vt piſces reti, implicat, & angit. 370. 40

Omnium bonorum erogatio priſcis temporibus valde vſitata 216.10

Opera miſericordiæ & largitatis eleemoſynarum ad pauperes regis Ludouici 444.10

Oppida & villæ in Ducatus Normanniæ feudo contenta enumerantur 157.20

Oppidani Curboilenſes regi Ludouico ſe opponere conantes ab eo reprimuntur 108.10

Optimates Franciæ cum Ludouico amicitia coniunguntur intermiſſo bello 99.50

Oraculum vatis agreſtis in rege Anglorum verificatum 109.10

Oratio Arturi ad proceres regni habita. 298. 20. *oratio regis ad milites.* 217. *oratio regis Franciæ ad proceres & belli duces.* 364. 30. *Symonis de monte ad ſecum obſeſſos in Murello* 331.20

Ordinatio eſculentorum & omnium neceſſariorum requiſitorum Pariſiis, a Ludouico rege Franciæ poſt reditum de terra vltramarina inſtituta. 438. 20

Ordo caſtrenſis quis, & quid exigat, 250.10

Origo Francorum à Priamo. 229.50. *Francici Imperij, & quamdiu durauerit* 3.30

Originis regum Franciæ altior & ſummaria repetitio. 396. 50

Ortus Ludouici regis Franciæ filij ex Margarita. 415.30

Oſſa cum corde regis Philippi in Sicilia mortui Pariſiis ſepulta 504.40

Otho falſa exploratoris relatione deceptus eſt. 363. 40. *Otho filius Ducis Saxoniæ Philippo Romanorum Imperatori ſuccedere niſus eſt.* 207.10. *fugâ delabitur* 375.50

Otho belli dux triplici ſe agmine muniuit. 371.10. *Burgundiæ Dux fugit.* 220.10. *Otho & Philippus in acie ſibi inuicem oppoſiti.* 367.10. *Otho Imperator Romanorũ cur ab Innocentio Papa 3. excommunicatus ſit?* 209. 40

Othonis equus Dominum ſuum fundit. 374. 50. *ictum per oculum in cerebrum excipit.* 374. 30. *eius exercitus præſtantia.* 364. 20. *& militis laqueis inſtructi cur fuerint.* 363.10. *corpus eius demortuum in Saxoniam deferunt.* 8.10

Othonis Saxonis Roman. Imp. conſtitutio de ſtipendiis militum & bonis ciuium, agricolarumque poſt victoriam ſeruanda. 361. 50. *Othonis in regem Franciæ impetus* 371.40

Otto militibus ſuis ſigna crucis per terga ponit, & quare. 363.10. *piloſus Philippum regem Franciæ armis infeſtat.* 359.10. *Otto Roman. Imp. Friderici Henrici Imp. filij terram hoſtiliter inuadit.* 209.30. *Otto Saxo Romanorum Imperator, Romam bello petit.* 336. 50. *Otto ſuos bene munivit artus.* 374. 30. *Ottonis liberalitas in Eccleſiarũ & eleemoſynæ expenſis.* 5.10. *ſepulcrum* 8.10

Otto, Ottonis Saxonis filius Imperium adeptus, quendam conſanguineum ſuum ad Apoſtolicam ſedem ſublimari fecit. 6. 30. *Otto Romanorum Imperator Saxonum rex, ſuperiorem partem regni Francici (quod Lotharij regnum cognominatum fuit) ad ſuum ius traxit.* 4.40. *Otto Saxo Franciam ſexaginta millibus ingreſſus Lutetiam venit. ibid. Otto Saxoniæ rex ad vitæ finem à Papa anathemate ſolutus.* 385.40. *Otto Saxo per ſenatum, nomen Neronis ſecundi adeptus eſt.* 336.50. *Otto & Dux Boloniæ contra regẽ Franciæ confœderati.* 338.10. *Otto Dux Saxonum, Robertum Sueſſioni interfecit.* 38.30. *Otto Henrici Saxonum regis filius, primus ex Romanorum Imperatoribus Imperium Galliarum ſumpſit.* 5.10. *Otto Imperator Romanus monachos Romæ praue degentes extirpare meditans, viſione beati Pauli dehortatur.* 7.40. *eius mors in Italia.* 7. 50. *Otto rex Saxonum Aquiſgrani clam mortis periculum declinat* 4.40

P.

Pacis deuota & ſtricta obſeruatio in Galliis. 169. 20. *pacificatio inter Philippum regem Francorum & comitẽ Flandrenſem confirmata.* 170.20

Pacta noua inter Angliæ & Franciæ reges conſtituuntur, & ſcripto firmantur, datis pignoribus. 296.20. *pacta violata.* 344.50. *pactum Adalrici & Richardi regis ſtabilitum.* 13.20

Pagani in Francia baptizati. 231.30. *obſeſſi & debellati.* 192.10

Pampilona à Roberto comite Attrebatenſi & Francis capta cum pluribus caſtellis. 491.10. *Pampilonis exercitus Francici vim aquarum patiuntur.* 504.30

Pandulphus locum tenens à rege Angliæ conſtitutus. 343.50

Panes cocti ſanguine maduerunt. 93.10. *panis ſacratus Euchariſtiæ in carnem conuerſus* 54.20

Papa Benedictus, inſigne Imperiale qua forma fabricari iuſſerit 10.10

Papa clauem Petri cur geſtet. 393.10. *contumacibus apud regem Franciæ intercedit* 207.40

Papa Eccleſiam Chriſti, Imperatoribus ſecularibus ſubiacere & ancillari non debere contendit. 103.10

Papa electio contentionem excitat inter Romanos tumultuantes 131.30

Papa Gregorius Aenricum Imperatorem de ſolio regni deturbat, & Rodulphum Saxonem in locum eius ſubſtituit & ordinat. 88.20

Papa Imperatori aureum pomum Romæ tradidit. 10.10

Papa Innocentius Ludouicum regem Francorum pro electione ſua adſciſcit 131.30

Papæ Ioannis mors 18.20

Papæ mors cur occultari ſoleat 131.30

Papa odio aduerſus Teutones Romam reuertitur. 103. 30. *Paſchalis ſuper moleſtiis in Galliis ortis cogniturus Cluniacum venit.* 102. 10. *Philippo regi, omnium peccatorum ſuorum a pueritia perpetratorum, etiam non enumeratorum in confeſſione, abſolutionem pollicetur* 207.10

Papa Romanus a partibus regis Galliæ contra regem Angliæ mittit. 126. 20. anathemate Othonem Saxonem ferire interminatus eſt. 361. 30. beati Petri vicarium ſe oſtendit. 102. 30. contra Guidonem Comitem Montis-fortis exercitum mittit. 496. 50. Imperium Othoni ſupplantare & Friderico addicare niſus eſt. 363. 30. in concilio 300. Epiſcoporum iniurias & vim iniuſtam ab Henrico Imperatore Romano perpeſſam accuſat & de iis proteſtando conqueritur. 104. 20. miſſam celebrando corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti confecit. 103. 40. vxorem & liberos quos habuit: quo nomine vſus ſit. 450. 50

Papa Vrbano ſucceſſit Paſchalis in Patriarchatu Hieroſolymitano 92.20

Papiani & Cremonenſes de Mediolanenſibus triumphant 212. 10

Papianorum & Cremonenſium contra Mediolanitas perpetuum & inteſtinum odium vnde originem traxerit ibidem.

Panes ſanguine madentes 86.10

Panis Dominicus (quod mirabile dictu, incredibile factu, & auditu eſt) duobus milliariis auolauit. 54. 30

Panormitanorum & Meſſanenſium crudelitas in mulieres pragnantes. 495. 10. eorum tumultus & ſeditio contra Gallicanos ibid.

Paradiſi amiſſio per inertiam 2.40

Parcere inimico, an leges prohibeant, & qua. 314.10

Pariſienſis ciuitatis rex Philippus nomen antiquum Lutetiæ immutare contendit 173.30

Pariſienſes Iudæi maximas diuitias corraſerunt. 165.10. Pariſienſes tributa Romanis reddiderunt primitus. 229.40. Pariſienſibus error de reliquiis S. Dionyſij eximitur. 191. 20. Pariſienſium & vicinorum Comitum controuerſia & pugna. 116. 20. Pariſij vnde nomen acceperint. 174.30. Pariſiorum nomen antiquum quod & quale. 173. 36. fundatio. 229. 30. Pariſiorum vrbis amplitudo & ædificatio 210.10

Pariſium vnde Lutetia dictum 173.30

Pariſium ſecurus acceſſus pateſit 116.10

Parlamentum Chriſtianorum de obſidenda Aſcalone. 156. 10. Parlamentum in Galliis conuocatum. 137. 10. Parlamentum generale ex voto Honorij Papæ contra Albigenſes hæreticos renouat & confirmat. ibidem. Niordum & alia caſtra capit & diruit, Rochelam obſidet & occupat. ibidem. in Syria de rebus terræ ſanctæ diſponendis inſtitutum, & præparatum in vrbe Syriæ Acconenſi 149.50

Pars tertia terræ qua 383.10

Parma Anglorum qualis eſſe ſoleat 215.10

Paſcha quo tempore incipiat & finiatur 55.20

Paſchafeſtũ rex Franciæ pompoſè celebrat. 132.40

Paſchalis Papa Romanus moritur 123.40

Patientia confeſſoribus adhibenda 70.30

Parricidarum genus in Galliis extirpatum. 233. 40

Parricidarum pœna qua 381.10

Patriarcha, & princeps Antiochenus a Ludouico rege Francorum auxilium petunt 427. 30

Paulus Italiæ hiſtoriographus 1.20

Paulus proditorem profeſſus 218.10

Pax Eccleſiis morte tyranni reſtituta eſt. 131. 20. cum Ludouico Rege & Comite Marchiæ certis conditionibus inita. 414. 30. cum Philippo rege Franciæ, & Iohanne Angliæ renouata & firmata. 293. 30. in Galliis conſtituta. 384. 50. inter duos reges Franciæ & Angliæ firmata. 197, 10. inter Henricum regem Angliæ, & Ludouicum regem Franciæ pro terra Normanniæ. 446. 40. inter Henricum Imperatorem Romanũ & Ludouicum regem Franciæ ſtabilitur. 124. 10. inter Ludouicum & Guidonem ſocerũ ſuum. 101, 10. inter Philippum regem Franciæ, & Henricum Angliæ regem breui ante obitum ſuum tempore concepta, a Richardo Henrici filio firmatur & ſtabilitur. 186. 10. inter Philippum & Ioannem Franciæ, & Angliæ reges de terris quibuſdam diuidendis firmata. 201. 20. inter regem Galliæ, Angliæ, & Comitem Palatinum Theobaldum conſtituitur. 119. 40 inter regem Franciæ & Angliæ tentata, at non ſecuta. 257. 10. per ſcedulam in qua imago beatæ Mariæ, mirabiliter impetrata fuit. 169. 10. poſt reditum Ludouici regis Galliæ reditum e tranſmarinis partibus in Francia viguit. 441. 30. regis Francorum cum Buamundo de non impediendo Hieroſolymitana regionis itinere 94.10

Peccatorum pœna per peccatores ſæpe infligitur. 228. 40

Penuria vini & tritici in Galliis in vltionem a Deo immiſſa 55.40

Peroratio vnde perficiatur, &, quibus ex rebus exiſtat. 666

Perſona idonea ad Eccleſiarum regimen adſumenda. 17. 10

Petitioni regis Franciæ pro filio locus datur 160.50

Petrus a Chriſto præfectus Eccleſiæ ſine conſtitutus eſt. 53. 50

Petrus Arragoniæ rex Carolo Siciliæ regi bellum centenis dirimendum nunciat. 497. 20. Petrus Comes Britanniæ quomodo contra dominum ſuum inſurrexit. 403. 20. Petrus comes de Alanſone regis Philippi frater obiit, & quando. 498. 30. Petrus de Brocia, captus, & patibulo ſuſpenſus. 492. 10. eius mortis cauſa cur incognita. ibidem. Petrus de Roſſiaco Epiſcopatus Pariſienſis conſors, meretrices ad continentiam & homines ab vſurarum peccato reduxit. 199. 10. Petrus de Reim ſtrenuus miles. 218. 30. Petrus de Turella Bolonidis equum ſauciat, eumque peditem conſtituit. 378. 10. Petrus Dux Britonum Gallis obſeſſis auxilium tulit. 346. 30. Petrus filius Drocarum Ludouico regis Francorum filio primogenito contra Anglos auxilium tulit. 213. 30. Petrus in ambulando quid demonſtrauerit, & innuere voluerit. 53. 50. Petrus Malenicinus in Othonem tendit. 374. 20. Petrus rex Arragoniæ, quomodo nauigio in Siciliã venerit. 495. 20

Pictauenſis Baro Antegardam tenet, in itinere regis Galliæ ad ſanctam terram 144.50

Pictauorum virtus bellica 285.10

Picti mutabiles fide 299.30

Picto-

Pictones, equites, qui 325.20

Pictones fœdifragi in amicitiam à Philippo rege Francorum recipiuntur. 224.10. *fugiunt victi.* 326.40

Pipinus pater Caroli Magni 397.10

Piſcis in forma leonis captus, eius horribilis planctus. 496.40

Phantaſmate ciuitas cum territorij ſuis locis vicinis completa. 84.20

Pharamundus Romanos è Gallia remouit. 230.40

Pharamundus tertius rex Francorum *ibid.*

Philippi Comitis Boloniæ mors quando acciderit. 406.10

Philippi pater peregrinatus ad ſanctum Thomam; eiuſque precatio 232.40. *mors.* 94.50. *regis educatio & diſciplina* 162.20

Philippo regis filio Ludouici cum comitiſſa Andegauenſi nuptiæ factæ. 100.10. *hiſtoriæ veritas in quo conſiſtat?* 160.20. *in captiuos famelicos clementia & liberalitas* 315.10

Philippi regis Franciæ & Angliæ ſimultates & contentiones vario bellorum exitu finita. 202.40. *votum & preces poſt reditum ab expugnatione Hieroſolymitana & tranſmarina.* 192.20. *laus a bonis eius operibus.* 163.40. *mors, in reditu ex Arragonia.* 504.20. *pietas.* 380.50. *Ludouici primogeniti altera vxor Maria.* 484.40. *tutor matris & filiæ extitit.* *ibidem.* *iracunda obiurgatio Reginaldo comiti Boloniæ facta qua clementiam ſuam ei patefacit.* 222.30. *conſtitutio, de iis, qui S. crucem aſſumpſerunt in quem finem edita.* 182.20. *pompoſa ſepultura.* 106.40. *ſententia in hiſtriones.* 178.20. *hiſtriones in Galliis cari & accepti.* *ibid.* *diuortium cum Ingeburge.* 194.20. *in pauperes pietas & miſericordia.* 178.30. *pro felici nauigatione ad terram ſanctam & expeditione contra Sarracenos.* 188.50. *amor veritatis, & continentia coniugalis ſeuera obſeruatio.* 162.30. *matrimonium cum Eliſabetha Balduini comitis Flandrenſis filia.* 164.10. *mors & ſepultura.* 225.30. *Philippi primogeniti matrimonium cum conſanguinea ſua a Papa Romano confirmatũ.* 500.10. *a comite Flandrenſi omnia reſtituuntur.* 250.50. *vexillum quale.* 366.50. *cur rubeum* *ibid.*

Philippo regi Francorũ argentum pro pactione milites offerunt. 197.50. *ſucceſſit Ludouicus filius.* 96.10

Philippus à fratre Ludouico rege Francorum, ad deditionem cogitur. 113.10. *a Roberto patruo ſuo exhereditatur.* 86.50. *Aimrici filius in regno ſucceſſit.* 86.40. *comes Namurij captus & regi Philippo traditus eſt.* 200.40. *defuncto regi Philippo Ludouici regis Franciæ filio ſucceſſit.* 504.30. *Dux Sueuiæ fratri Henrico Imperatori ſucceſſit.* 200.10

Philippus & Ioannes regis Franciæ heredes legitimi ab Innocentio Papa declarantur 202.20

Philippus & Ludouicus reges Franciæ Papæ Paſchali contra Imperatorem Henricum ſe coniunxerunt. 102.40. *Philippus ex timore in venatione accepto in morbum acutum incidit.* 162.10

Philippus Franciæ rex equo depulſus humo leuatus alteri equo inſidet 285.30

Philippus Ludouici regis Franciæ primogenitus in tranſmarinis terris febre correptus grauiter ægrotauit 468.20

Philippus octauus rex Francorum vngitur, oleo cælitus demiſſo. 234.10. *tutela & defenſioni beati Thomæ & ſanctorum ſuffragiis deuote commiſſus a patre ſuo.* 233.20. *regis Ludouici filius amœnus & floridus equo cadente oppreſſus animã exhalauit.* 132.40. *manus Romanorum quomodo euaſerit?* 201.40. *ante prælium preces fundit pro anima ſua.* 365.20. *aprum in venatione inſequens, biduo errauit.* 231.50. 232.10. *ab incœpto contra regem Angliæ deterretur, a ſuis proceribus.* 288.10. *victoriam abſque conflictu & vulnere nactus eſt.* 251.20. *quibus argumentis a comite Flandrenſi ſua repetierit, & probauerit.* 244.10. *ex voto regna marina & terram ſanctã petit.* 269.30. *nauibus naufragium patitur, & naues exoneratæ ſaluæ ad portum perducuntur.* *ibidem.* *Aquitaniam & Pictauium debellat.* 205.30. *in Iohannem regem Angliæ flagitia eius vlturus, arma parat.* 304.40. *de commeatu & tranſitu ad terram ſanctam oportune ſibi proſpicit.* 189.10. *Ingeburgem poſt diuortium contra ſpem omnium Epiſcoporum reaſſumit.* 201.50. *quæ caſtra ceperit.* 255.30. *miſerias Blanchæ ſororis ſuæ & iniuſtam exheredationem filiorum eius ex Hiſpaniæ regno ſubleuare ſtudens, nuncios ad Alphonſum in Hiſpanias mittit.* 486.30. *Danguinum occupat.* 283.20. *in vrbe Acharon febre correptus grauiter ægrotauit.* 274.10. *Ianuam vrbem quomodo ceperit.* 500.50. *fœtorem platearum & eluuies fluminis Sequanæ ferre nõ valens, vias omnes & vicos lapidibus ſterni iubet.* 173.30. *Boloindi omnia crimina ſua exprobrat.* 381.30. *infidelitatem & triplicem defectionem ad hoſtes obiicit.* *ibidem.* *ob reductos Iudæos pœnas luit.* 199.40. *& Angliæ rex Richardus in prælia ad ſe inuicem oppugnandum deſcendunt.* 282.20. *Iudæos in Gallias reduxit.* 199.40. *cur regi Angliæ arma intulerit.* 324.30. *caſtra ſibi oppignorata a rege Angliæ occupat; Cornacum capit.* 296.40. *iniurias Epiſcopis, reginæ & militibus ſuis iniquiſſime infert.* 201.10. *cum Ludouico filio ſuo Ioannem regem Angliæ ad Andegauenſem ciuitatem opprimit, & confundit.* 216.40. *ad montem Maſcerſ venit & qua de cauſa.* 493.30. *tyrocinia militum inſtituit.* *ibid.* *Ludouici filius vbi coronatus.* 482.10. *montem Tricardi & Luzonis capit.* 255.40. *exemplum Maccabæorum imitatus ſabbatho pugnam init.* 365.20. *Eccleſiam offendere noluit.* 207.30. *Eccleſiaſticis in Anglia ſollicitus eſt.* 213.10. *contumaces quomodo punire ſoleat?* 207.30. *hæreſes exſtirpat è Galliis.* 236.10. *hoſtes ſuos Hebonem & Cahilonem vincit bello.* *ibid.* *cuius tutela & patrocinio cõmiſſus.* 243.20. *Neuſtriæ leges confirmat.* 324.10. *Ludouici in terris tranſmarinis mortui filius quomodo per Siciliam & Calabriam in patriam redierit* 479.40

Philippus Rex Franciæ mutato propoſito transfretandi in Angliam: in Flandriam diuertit. 212. 30. Achon Sarracenorum ciuitatem impugnat. 191. 30. oblatam a comite Flandrenſi pugnam ſuſcipit. 240. 40. fidei Catholicæ acerrimus vindex extitit. 163. 40. Iſamburgem in gratiam recipit, eique carnis ſuæ debita participat. 211. 40. hæreticos extirpare nititur. 329. Henricum regem Angliæ cum Richardo filio ſuo turpiter fugat & proſequitur. 184. 30. clericis auxiliū fert contra vim iniuſtam illatam. 163. 20. contra Richardum Pictauiæ comitem cur arma ſumpſerit. 252. 20. pugnæ impatiens in hoſtem prorumpit. 371. 10. Anglos ab obſidione Gandauenſi propellit, naues eorum igne perdit, & receptis obſidibus pacis, in Franciam redit. 213. 10. iuuenis in venatione aberrans a carbonario reducitur Carolopolim. 161. 40. in vaſallos infideles æquitatem & clementiā exercuit. 381. 20. auxilium à Domino contra omnes hoſtes ſuos habuit, quos fortiter ſemper proſtrauit, libertatemq́ cleri & Catholicæ religionis defendit. 163. 40. per Apuliam Galliam petit a locis tranſmarinis. 192. 10. quomodo ad ſanctam terram in Gaſconia per Hiſpanias profectus ſit. 488. 50. Mariam filiam Ducis Moraniæ filiam, vxorem ſibi elegit deſponſarıq́ fecit. 197. 30. res proprias negocio ſuſcepto in honorem S. crucis poſtponit. 271. 50. cum Philippo Duce Sueuiæ cōfœderatur. 200. 10. Zuchello nobili cuidam vim patienti auxilium fert. 207. 20. ab Otthone Romanorū Imperatore & rege Angliæ oppreſſis auxiliari manu ſubuenit. 337. 40. cur & vnde alter Neptunus dictus. 500. 20. Giſortium & Normanniam quæ regis Angliæ ditionis fuerunt, cepit & occupauit. 193. 50. Normanniam bello ſecundo infeſtans Ebroicam recuperat. 195. 10. Normanniam imperio ſuo ſubiicit. 205. 10. quinquennales inducias cum rege Angliæ paciſcitur. 224. 20. acceptis obſidibus, comitem Flandriæ & alios captiuos proceres liberat. ibid. Ludouicum filium ſuum in ſubſidiis relinquit. 354. 10. vrbes & mœnia, quæ reædificari mandauerat, vigilanter aſſiduè viſitare ſolitus. 388. 50. regis Angliæ legem de clericis in Normannia aboleuit. 324. 20. ius Eccleſiarum confirmat, pugiles conſtituit. 324. 10. anno 15. ætatis ſuæ primum bellum vim iniuſtam clericis in Galliis inferentibus intulit victorq́ extitit. 163. 20. Fulconi Andegauenſium comiti coniugem eripit. 92. 50. Duci Brabantiæ Mariā filiam ſuam iuuenculam deſponſat. 211. 20. quartana febre correptus. 388. 40. munificentia eius in ſubditos ibi. clericos & monachos regis Angliæ eiicit. 195. 30. pro expeditione Hieroſolymitana theſauros in ſtipendia militum colligit. 195. 40. monaſteriū ſeu Abbatiam in memoriā victoriæ ſub nomine victoriæ extruit. 380. 50. quandiu regnauerit. 389. 30. viam ad Giſortum parat. 287. 30. Richardo viam intercludere tentat. ibid. cur Iudæos ex regno Galliæ eiecerit. 162. 50. hoſtem ſe hoſtibus Eccleſiæ oppoſuit. 365. 10. conſtantia & magnanimitas eius 288. 20

Philippus rex Francorum conuentum procerum regni ſui Ambiani indicit. 169. 50. ſexagenarius apud Miliduunum caſtrum finem vitæ fecit. 106. 30. hiſtrionibus cur adeo aduerſatus fuerit, & quid de eis ſtatuerit? 178. 30. Chriſtianos in regno ſuo a Iudæorum debitis liberauit. 165. 20. in venatu ſagitta confoſſus mortuus eſt. 92. 40. cur Auguſtus nominetur? 160. 20. Richardum Angliæ regem ſocium laborum honoris participem facere ſatagit. 273. 10. teſtamentū ante profectionem ad ſubſidiū terræ ſanctæ, condidit. 186. 10. Teutonicorum aciem penetrans ad terram ſternitur. 371. 10. mox a ſuis erigitur ibid. & defenſus euadit. ibidem. Hugoni Duci Burgundiæ contra Guidonem comitem Vergienſem ſuppetias tulit & obſidioni exemit. 171. 50. iuramenta in quantum oderit. 162. 20. baculum peregrinationis & vexillum ex Eccleſia S. Dionyſii accipit ad bellum profecturus. 186. 20. an 4. virtutibus ſummis, quas Moyſes à principe pio deſiderauit, præditus fuerit? 167. 10. regnante filio ſuo Ludouico, rabie concupiſcentiæ raptus, libidini ſatiſfacere ſtudet. 106. 20. Iudæis cur inimicus redditus. 162. 40. omnibus bonis operibus intentus fuit. 178. 10. Accii vltra mare applicat feliciter. 189. 30

Philippus rex Francorum exules ex Anglia recipit. 336. 40. Canuti regis Daniæ ſororem Ingeburgem vxorem per legatos impetrat. 194. 10. apparatum bellicum contra inimicos crucis Chriſti à precibus & orationibus inchoat. 186. 30. hæreſiarchas carniū eſum & coniugia prohibentes, ignè cremandos tradidit. 235. 20. Iudæos eiecit omnes eodem tempore. 234. 40. iuramentum quod fiebat per membra Chriſti, ſub pœna prohibuit. ibidem.

Philippus rex Lochas & Chinonium valida manu occupat. 205. 40. Meduntæ mortuus eſt. 390. 10. reditum in Franciam parat. 274. 30. Romæ à Celeſtino Papa celebri honore afficitur. ibidem. terram Franciæ ab iniuſtis exactionibus liberat. 172. 40

Philoſophi Græcorū mediocriter Catholici, in cognitione quaternitatū valde laborarunt 2. 10

Philoſophia ſub Imperio Heraclii Imperatoris maxime floruit 167. 20

Planctus & luctus Meduntæ propter obitum Philippi regis Francorum, qualis 390. 20

Planitie maris nimia Franci impediti 428. 50

Pœna denicti in cauſa appellationis quæ ſub Rege Philippo, 224. 10. pœna Ducis Burgundiæ de exactionibus ſubditis inique iniunctis. 172. 40. indignè ſumentis Euchariſtiā Domini noſtri Ieſu Chriſti, in monacho exhibita. 54. 20. iniuſti iudicis qua. 441. 20. in ſanctos delinquētiū. 371. 50

Poetica noctis ingruentis deſcriptio 379. 50

Pons Boninus, dilatatus 365. 10

Pontifex Adalberius Bragæ in ciuitate Eccleſiam rexit. 6. 20. Claremontenſis contra Aluernenſem comitem vi Eccleſiam & eius bona occupantem, a rege Franciæ auxiliares copias implorat, & impetrat. 128. 10

Pontifex Romanus pacem regum Franciæ & Angliæ, confirmare per legatos ſtudet 204.30
Pontifices & Duces Galliæ & Italiæ mortui ſunt. 18.20.
Pontifici Romano an in aliquo canonici moderaminis tenorem tranſgredi liceat? 15.30
Pontius ſtrategema illudit 354.40
Porta Sequana ſeu Caroli benna quæ, & ubi ſita. 76.10
Portæ urbis Hieroſolymæ diſtribuuntur Ducibus & cohortibus militiarum occupandæ 90.50
Portenta quid præſagiunt 52.10
Portentoſa monſtra, mutationes & perturbationes imperiorum præſagiunt 13.10
Portentum Aurelianæ urbis mirabile 15.40
Poteſtas regis Franciæ 36.10
Poteſtas Othonis Roman. Imperatoris ultra Papæ iuriſdictionem diffuſa 362.10
Portus Roſarum ignis impoſitus 504.20
Portus Damietæ à Turcis defenſus contra Francos. 428.40
Portus in flumine Sequanio in Belgium transferens, qui 282.30
Poſthumus Philippo regi Fräciæ natus ab Ingeburgee, ſ. 201.50
Præceptum Ludouici regis Francorũ Ludouico filio ſuo Aquitaniam occupaturo traditum. 135.20. præceptum legis matrimonium cõtrahere. 158.10
Præda Danitis erepta: à Piſſianite defenſa 346.10
Prædam milites in caſtris hoſtium occupant. 357.10
Prædæ diuiſio à Francis quomodo facta 380.10
Præda ciuitatis Achon æqua lãce diuiditur à Chriſtianis militibus 191.50
Prælati è regno Franciæ capti ab Imp. Friderici filio. 409.50. Prælati Franciæ ab Imperatore Friderico ad comminationem Ludouici regis Franciæ liberantur captiuitate 411.10
Præſentatio 20. doliorum vini à caſtellano Callairicano regi Franciæ facta 464.10
Præualentia & gloriatio Othonis Saxonis de victoria contra Papam parta 362.30
Precatio Ludouici regis Francorum in operibus fundata eſt 160.50
Precationes Ludouici regis Franciæ, & miracula eius. 470.10.20
Preces Eccleſiæ pro Philippo rege Franciæ quid præſtiterint. 364. 50. homini cur neceſſariæ. 34.40
Precibus S. Dionyſij quidam captiuus carcere liberatus eſt 105.20
Presbyter Ioannes rex Indiæ à Tartaris occiſus. 425. 30. presbyter pernoctans in monaſterio extra illud dormiens à præſtigio deportatur 52.20
Primates Italiæ contra Sarracenos armantur. 8.20
Priamus primus Francorum rex 229.50
Primus rex Vngarorum Stephani nomen Baptiſmate accepit 23.30
Primus rex Chriſtianus in Francia qui 172.20
Princeps Salernitanus regis Siciliæ filius à Siculis captus. 499.30
Principes Romanorum Papam de ſede deiiciunt. 49.20. principi Babylonis à Iudæis perſuadetur euerſio Hieroſolymitana 31.40
Priſci vates dies quomodo diſtinxerint, & quibus nominibus appellauerint 366.10
Priuilegia ſcholæ Pariſienſi à regibus Franciæ Ludouico & Philippo indulta 207.20
Probabile dictum de Roberto rege Francorũ. 65.20
Problemata prognoſticum Angliæ continens. 336.30
Probi à reprobis quomodo dignoſcuntur 251.20
Proceres & comites Franciæ in Cypro morbo qui correpti, & mortui ſint. 422.20. in regnis tranſmarinis moriuntur 274.50.275.10
Procerum conuentus contrà Arturum regis Franciæ ſocerum 298.10
Proceſſio monachorum in delatione coronæ ſpineæ. 408.20
Proceſſus & viſitationes ſanctæ inſtituta à regularibus Aquitaniæ ad caput ſancti Iohannis Baptiſtæ. 81.50
Proceſſiones pro Ludouici regis Galliarum valetudine & incolumitate factæ cuius efficaciæ fuerint. 416.10
Prodigia corporibus oſtenſa, diuturnitatem vitæ renunciant 51.50
Proditio Anglorum patefacta. 111. 20. aperte patefacta. 301. 40. Syrianorum perpetuum inter Francia & Syriæ populos excitauit odium. 155. 20. animaduerſa 225.10
Proditio in expeditione Damaſci, ab aliarum ciuitatum & locorum obſidione Chriſtianos deterruit. 156.10. proditionis artificium 338.20
Proditionis euentus 154.30
Proditores è caſtris Chriſtianorum nocte ſe ſubducunt. 141.20. proditores & inimici regis Francorum, voto ad obſequium crucis et ſepulchri Chriſti facto, crimina ſua expiare nituntur. 293. 20. 294.10. proditores & interfectores comitis Flandriæ terram eius, oppida & caſtra inuadunt. 129. 40. exercitu Conradi Imperatoris in anguſtias deducto, regem Franciæ ſimiliter mendacio deludunt & ſeducere conantur. 141.30. ferro & fame in Flandria contriti, in turribus ſe ſuſtentant. 130.10. regibus & principibus Damaſcum obſidentibus fraudulento conſilio perſuadent vt ab alio latere ciuitatem aggrediantur. 154. 10. eorũ pœna. 112. 10. proditorum nominibus & honori cur parcatur 154.10
Prognoſticum Aſtrologorum Orientalium Iudæorum, Sarracenorum, & Chriſtianorum, de futuris ventorum agitationibus, terræ commotionibus, & regnorum euerſionibus, falſum euentus comprobauit 179.20
Profectio Hieroſolymitana quomodo, & à quib. impedita. 495. 10. regis Philippi ad Arragoniam. 500.20
Proto Conſtantinus chriſticola ex concubina Helena ortus legitur 47.40
Prouerbium Ruſticorum 157.20
Puer ab altari raptus, fuſcina focaria. 27. 10. puer ægrotans ad ſepulchrum beati Vuilermi ductus conualeſcit. 43. 40. puer 12. annorum ſedi Apoſtolicæ Romæ auri multitudine ſuffectus fuit. 59. 10. puer Imper. Conſtantinopolitani excæcati potenter Conſtantinopolim inducitur 204.10

Puerulus mortuus inuocatione & interceſſione beati martyris S. Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij Pariſiis, coram omni populo reſuſcitatus eſt. 194.10. *puerulus 3. annorum, aquis extinctus, per preces & merita beatiſſimi martyris Dionyſij reſuſcitatus eſt* 194.50

Pugna acris comitis Burgundiæ contra Philippum regem Francorum. 219.10. *inter Pictauũ & Anglos qualis.* 263.20. *Francorum cum Othone initium.* 367.50. *Francorum cum Othone & Flandrenſibus deſcriptio accuratiſſima.* 369.40. *regi Francorũ a comite Flandrenſi indicta.* 249.40. *Symonis cum Arragonenſibus* 333,20

Pullani quid ſint, & dicantur 155.10

Pythonicus error Ferrandi taxatur 382.30

Q.

Quaternitas à quatuor elementis qualis deducatur. 2.10. *a quatuor Euãgeliis quæ oriatur.* 2.20. *à 4. ſenſibus (olfactu excepto) qualis deſcendat.* 2.10. *a quatuor nomiatiſſimis amnibus, ex Eden fluuio Paradyſi deriuatis, quæ ſit.* 2.40. *à quatuor virtutibus qualis deriuari poſſit.* 2.10. *quaternitates diuina quæ ſiat.* 1.10. *quaternitatum contemplatio in quo conſiſtat* 2.10

Queſtio de ieiunij diebus deciditur 27.20

Quinquaginta millia Chriſtianorum à Moabitis caſa. 196.10. *quinq; miracula ab Aſtrologis prædicta: ſed non ſecuta* 179.30

Qui timendi Chriſtianis ſint 410.30

Quot hominũ millia in reditu Philippi regis Franciæ naufragio & tẽpeſtate exorta perierint. 478.20. *quot Sarraceni ad caſtrum Carthaginis perierint.* 465.40

R.

Radulfus comes Viromandenſis oculo priuatus eſt. 131.20

Raymundus Antiochiæ princeps Ludouicum 2. regem Franciæ inimicitia & inſidiis proſequitur. 148.10. *Raymundus comes ab Arragonenſi rege auxilium contra Symonem catholicoſq; Franciæ impetrat.* 330.20. *Raymundus princeps Antiochiæ homo plane verſutus, & malus.* 155.40. *aduentu regis Franciæ lætatur.* 147.30. *auxilij ſpem a rege Franc: per aduentum eius accepit.* 147.40

Rainaldus Antiſiodorenſis comes a milite infimi generis interficitur 49.40

Rainardus comitis Frotmundi filius a rege Galliarum è ciuitate expellitur 31.40

Rebellantes per Aquitaniam domiti, & in ditionem redacti 80.30

Recurſus maris, & amararum cum dulcibus aquarũ cõcurſus ratio phyſica an dari poſſit, & quæ. 302.20

Reditus Philippi regis Francorum ex Arragonia, & eius obitus quomodo acciderit. 504.10. *Fulconis comitis Andegauorum ab Hieroſolymis,* 49.50. *regis Franciæ & Imperatoris Romani, ab expeditione tranſmarina* 156.30

Redonũ populorũ Galliæ mores, victus & opes. 14.10

Rebellio Siculorum contra regem Carolum aſſenſu Petri de Arragonia, quique eius ſeditionis auctores. 494.40

Reges Francorũ an à Troianis deſcenderint. 173.50

Regale Imperium Francicum, finem quando acceperit. 5.10

Regi aduerſatur regina Galliarum in conſtituendo Henrico filio eius in regem. 37.10. *boni conſiliarij eligendi* 402.10

Reges Franciæ cur lilium in vexillis, & inſignibus ſuis gerant 405.10

Regina Angliæ regi Galliæ hominium fecit pro comitatu Pictauenſi. 200.50. *regina Franciæ mors & ſepultura.* 37.30. *monſtrum pariens diuortio dimittitur* 84.10

Reginaldus comes Boloniæ cur regem aggredi auſus non fuerit. 220.40. *in regem Philippum ſocerum ſuum, bellum mouet.* 329.30. *comes Boloniæ in captiuitate Othonem in prælio fuga delapſum ad arma inuitat cõtra regem.* 222.20. *ſingulari carcere & admirabili catenarum cohærentia captiuus detinetur.* 222.40. *Dominus Martini comes Boloniam comitiſſam ad partes regis Anglorum tranſtulit.* 280.10. *virgis ſuis ſibi verbera parat.* 340.10

Regis Angliæ belli contra Arturum cauſa. 299.10. *fraudem animaduertit Philippus rex Franciæ.* 296.20. *geſta in expeditione Hieroſolymitana, breuiter attingũtur.* 192.10. *frater captiuus trans mare mittitur.* 382.20. *proceres ab eo deficiunt, & quib. ex cauſis.* 301.10. *regis Arragoniæ mors.* 503.30. *lethale vulnus eius. ibid. regis Franciæ & Romanorum Imperatoris dolor de diſceſſu ex ſubſidiis ante Damaſcum quantus.* 154.40. *columbina ſimplicitas ei damnoſa.* 157.20. *rapina.* 115.50. *regis Galliæ conſiliarij ad Pontificem Romanũ appellant.* 201.10. *reges in Auſtria quando regnare cœperint, & quãdo deſierint.* 174.20. *regis Ludouici inſtitutio quam Philippo primogenito ſuo reliquit.* 468.20. *Ludouici exercitus arcem occupat: & dapiferum eius captiuitate liberat.* 108.30. *Maiocarum imperium quod & quale.* 501.10. *Siciliæ & Nauarræ conſilium, de trenga cum Sarracenis ineunda, quale & à quibus acceptum.* 476.50. *Siciliæ reditus in Apuliam, & quomodo filius eius princeps Salernitanus a Siculis captus, & rex ipſe poſtea defunctus ſit, & qui ei ſucceſſerit* 499.40

Regis Francorum conſilium aduerſus Henricum Angliæ regem. 126.40. *virtutes.* 25.50. *regum Franciæ origo vnde.* 228.50. *a Pharamundo filio Marcomiri, ſucceſſio genealogica ad Philippum regem Franc.* 175.10. *genealogia.* 397.40

Regnum Franciæ inter duces belli & proceres diuiſum ante victoriã & ſingulis pars certa aſſignata. 361.40. *quando, & ſub quo rege ad ſtirpem Caroli Magni reuerſum.* 396.40. *Siciliæ, quomodo Carolo comiti Andegauenſi oblatum ſit.* 449.40. *regnum Franciæ quomodo ad comites à regia ſtirpe tranſlatum.* 397.20. *vnde ſtirpem traxiſſe dicatur.* 396.40. *regni Galliæ proceres regi auxilium decernunt* 126.50

Regnum Chriſti felix obtinet tripudium 13.40

Res criminis mutuis cibo potuque corporis Chriſti non damnantur 64.10

Regum duorum concordia. 271. 20. Regum, Principum, Baronum, & Comitum, Patriarcharum, Cardinalium, & Epiſcoporum qui in negocio terræ ſanctæ conuenerunt, enumeratio 130.10

Relatio Papæ Calixti legationis regis Francorum facta. 125. 30

Religioſus de aduentu Othonis cum exercitu ſuo regem Franciæ certificat 363.10

Reliquiæ Ludouici regis Franciæ vbi reſeruata fuerint; &, quid Carolus rex Siciliæ ad funus eius præſtiterit, quomodo, & vbi id factum ſit. 472. 20. S. Dionyſij & ſcapula Ioannis Baptiſtæ Pariſiis. 206. 10. ſanctorum Dionyſij & brachium ſenis Simeonis extra portam Pariſienſem portari non ſolent 190.40

Renouatio Eccleſiæ ſancti Dionyſij quando & cuius conſilio facta. 405. 20. vniuerſalis Italiæ & Galliæ Eccleſiarum & Baſilicarum 27.40

Repertorium regum a Ludouico rege Francorum. 95. 30

Rerum omnium cauſa Deus 386.10

Reſidui ex euerſione Troiæ, quo anno ante incarnationem Domini in Galliam venerint? 174.30.

Reſtauratio vrbis Hieroſolymitanæ quando ſuſcepta. 32. 30

Regina Galliarum Robertum in regem eligit. 37.10

Reuelatio Sanctorum vbi primum facta 30.10

Reuelatio S. Dionyſij de beatitudine Philippi regis Franciæ 391.10

Rex Angliæ duello controuerſiam dirimendam cum Francorũ rege contendit. 110. 20. clericos ex Eccleſia Turonenſi, eiicit. 195. 30. a Francis terra marique circumdatus opem depoſcit. 307. 10. à bello contra Ludouicum deterretur, eique illud diſſuadetur. 356. 20. a Francis captus & vinctus. 376. 30. exiguam funeris pompam, comitesque ſepulchri pauciſſimos nactus fuit. 268. 40. ex improuiſo in regem Philippum irruptionem ex inſidiis fecit eique ſaginarios multos cum denariis & argento abduxit. 195. 50. Henricus cum pudore & ignominia domum reuertitur. 403. 40. inſulam Cypri cum Imperatore eius, & filia cepit. 189. 40. pacem a Philippo rege Franciæ petit. 268. 10. Lochas capit. 195. 10. Pariſium verſus iter capit, vaſtat & perdit quaque. 259. 50. Philippum regem Franciæ bello ſuperat. 199. 50. quibus verbis ſuos adhortatus fuerit. 258. 10. proceres qui bello eum contra Francos iuuare ſpondent. 238. 20. Thomam interfecit, & quam ob cauſam. 334. 30. ruſticos & ciues proſcribit. 326. 10. ſua repetit. 277. 10. prælatos, clericos & monachos è ditione ſua cur expulerit. 336. 20. Teutonicum dolum expertus, a Francis, cui fides adhibenda ſit, edocetur 127.40

Rex exercitũ ſuum clamore animat, & erigit. 119. 20. Franciæ, Angliæ, Richardus comes aliiq; proceres ſanctam terrã inuiſere conſtituunt. 255. 10. Arragonũ a Chriſtianis confœderatis pro cruce Chriſti occiditur. 214. 40. rex Franciæ ab Hugonis obſidione, impetu caſtrum Tauriacũ liberat. 114. 10. ad Danũ hoſtem fugat. 346. 30. ab Anglo per inſidias læſus, & damnis affectus eſt. 279. 10. à ſanctis Martyribus licentiam peregrinationiſq; baculum & vexillũ impetrat. 138. 50. auxilium S. Dionyſij & omnium Sanctorum pro liberatione a periculoſa nauigatione legatorum implorat. 76. 30. baliſtarij immiſſione crure perforatus. 131. 20. caſtrum Neuſtriæ natura inexpugnabile, triduo expugnat & per vim capit. 210. 40. Clementem ſummum Pontificem de itinere & profectione ſecunda ad ſanctam terrã conſulit. 459. 40. clericos & monachos protegit ac defendit. 361. 50. cum regina redit in gratiam. 25. 50. de arbore defenditur, & periculo hoſtium euadit. 146. 20. de Imperatore Romano, & rege Angliæ vno tempore triumphauit. 127. 40. & Corradus Romanorum a rege Hungariæ humaniter accepti ſunt. 139. 20. & Conradus Rom: Imp: ad iter transmarinum ſe parant. 138. 30. & Epiſcopi eius in erogationes pauperum omne argentum contulerunt ob annonæ caritatem. 196. 40. & Rom: Imp: ſummo cum gaudio & lætitia Hieruſalem excepti. 149. 40. formidus inceptor, & conſummator acerbus. 315. 30. in auxilium ſibi venientes alloquitur. 354. 10. in terrã deiectus periclitatus eſt. 219. 40. Pictauium, Londunumq; occupat. 326. 40. rex Franciæ iniquitatem Guidonis vlciſcitur. 328. 30. rex Franciæ vtilitatem honori poſtponit, & quare? 284. 50. vrbem Rothomagum capit, & diripit. 322. occaſionem loci eligit. 365. 20. ſuis de victualibus & epulis è caſtro proſpicit. 313. 10. Ypriam & alia caſtra munitiſſima occupat. 343. 20. ad extremas Flandriæ & Brabantiæ partes tranſit. ibid. ciuitatem Ebroicam cepit & omnia in melius reformauit. 200. 30. an de iure ſcripto in alieno ſolo muros & foſſata erigere poſſit? 210. 10. depellit Theobaldi impetum. 115. 30. de hoſtibus ſuis debitas pœnas ſumſit. 119. 40. equo militis clam abacto inſidens, de reſtitutione compellatur. 38. 10. in hoſtes, pacis poſt decretum a concilio in eos factum, bellũ parat. 120. 30. Ludouicus animoſus eſt in hoſtes. 118. 20. Ludouicus & Barones, eius conſiliũ ineunt adeundi Tunetum, & quibus rationibus rex conſenſerit adire. 463. 10. Myloni ſuppetias fert & priſtinos honores reſtituit, eumq; contra vim iniuſtè illatam defendit. 113. 40. Vernonenſium turrim humi ſtrauit. 278. 20. Francorum zelum contra hæreticos quantum adhibuerit. 329. 20. Haraſcidarum quoſdam Haraſcidas in Franciam ad occidendum regem Ludouicum miſit 406.50

Rex in hoſtes vltionem parat, & confœderatos aduerſum ſe bello & armis proſequitur 118.10

Rex Moabitarum Hemirmomelim Hiſpanias intrauit & terras earum vaſtauit, cui Hildefonſus infeliciter occurrit. 196. 10. Philippus leoni comparatur. 237. 50. caſtellionem occupat. 173. 10. Robertus bonis operibus clarus fieri & videri voluit. 72. 20. rex Siciliæ Carolus frater Ludouici regis Franciæ, quomodo exercitũ Manfredi perſecutus ſit vſq; ad Beneuentum, & quomodo ſuos admonuerit. 432. 50. in quem euentum Sarracenos a Francis fugatos perſecutus ſit. 473. 30. vbi iuſſerit figi tentoria ſua, & quomodo Dominus

Hugo de Banceio perditus ſit. 472.40. *Tancredus Siculæ gentis rex, Francorum & Anglorum reges honorificè excepit* 270.20

Robertus quotannis mille pauperibus panem & vinum Pariſiis dedit. 72.10

Richardi caſtrum a Francis expugnatum, dirutum, & funditus ſublatum. 285.40. *Richardi & Philippi regũ concordia, & amor.* 271.20. *regis Angliæ Apologia contra falſam obiectionem.* 276.20. *ſepultura.* 18.20. *regis Angliæ fides labilis & exigua.* 283.10. *Richardus regi Franciæ conciliatus pacem frangit.* 282.30. *Richardum pater ſequitur.* 266.50. *Richardus Philippo Angliæ regi ſororem ſuam ſibi deſponſatam reſtituit, & qua de cauſa.* 271.30. *Angliæ rex ad Giſortium tendit.* 287.40. *regem Franciæ ex inſidiis obruit. ibid. Robertum & plaga magna in capite affectum capit. ibid. mortuus inopinato: & quomodo acciderit.* 291.50. *quando effectus ſit.* 269.10. *Richardus Beluaci præſulem, Melloti Dominum & alios nobiliorus propaginis præſules captiuos abducit.* 287.10. *Berengariam regis Nauarræ filiam matrimonio ſibi iunxit.* 271.30. *comes Pictauienſis rumpit fœdus in aſſumptione S. crucis pactum & confirmatum.* 184.10. *Henrici regis Angliæ Philippo regi Francorum homagium præſtat, & fœdus cum eo init.* 185.10. *Dux Rothomagorum obiit.* 18.20. *Hieroſolymam centum libras auri miſit donarium.* 9.30. *inconſiderato pacto & iuramento præſtito, Philippũ Franciæ regem bello aggredi auſus eſt.* 197.40. *Normannorũ Dux in Apuliam proficiſcitur.* 84.40. *rex Angliæ à Philippo rege Francorum fugatur.* 196.20. *rex Angliæ vulneratus ad Lomoricam ciuitatem, obiit.* 200.20. *ſponſam ſuam a patre petit.* 266.10. *regem Franciæ ex iureiurando ei obſtrictus, ſequitur.* 270.20. *rex in reditu à terra ſancta fines Philippi regis Francorũ vitat, & cur?* 193.20. *rex Angliæ ducentis millibus marcarũ ab Henrico Imperatore redimitur.* 193.30. *à tranſmarinis locis rediens naufragium patitur.* 193.20. *Britones inuaſit, eoſq; cladibus innumeris affecit.* 283.50. *clam è terra ſancta diſcedit.* 275.10. *comes Cornubiæ rex Alemanniæ coronatus.* 438.10. *Cypron occupat.* 272.40. *dolorem ex ſtrage ſuorum conceptum crudelitate in captiuos Francigenas lenire conatur.* 286.40. *eiuſq; genitor obſeſſis auxilium ferunt.* 253.30. *& pater eius regi ſupplices fiunt, & veniam precantur.* 254.10. *Henrici regis Angliæ frater pacem cum Sarracenis conſtituit, & qua cauſa cõmotus fuerit.* 409.40. *fortunam ſecundam auidus & abſq; gratiarum actione arripit.* 289.10. *Philippo regi Francorũ arte & fraude ſe purgat.* 282.30. *celſam arcem exſtruit: & fœdera frangit. ibid. cauſam ad forum regis Franciæ ſpectantem anticipat. ibid. Pictauiæ comes vaſallus & homo ligius Philippi regis Franciæ.* 252.10. *Richardus rex Angliæ theſaurum a ruſtico in agro ſuo inuentum expugnat vi armataq; manu.* 290.20. *curiæ Franciæ ſententiam de ea quæſtione detrectat. ibidem. contra Francos militiam & bellum ſuſcipit.* 284.30. *leoni Lybiæ comparatur* ibidem.

Rinardus Iudaizans à rege Galliarum redarguitur. 31.30

Riſus Angli damnoſus 257.10

Roberti filius ab Anglis vinculis detentus. 360.10. *eius fortitudo qualis.* 352.30. *Roberti Francorum regis Imperium in quem annum Chriſti inciderit.* 1.30. *eius medicus animæ qui extiterit.* 70.10. *mors & ſepultura eius Pariſiis extat.* 84.50. *beneficia in pios collata.* 74.20. *confeſſio.* 70.20

Roberti regis & Richardi comitis Rothomagorum expeditio in Burgundiam. 18.50. *ſtudium & doctrina: vitaq; inſtitutio.* 63.30. *laudes carmine Elegiaco celebratæ ſunt.* 72.50. *mors.* 77.40. *pudicitia caſtitas & ſanctitas.* 77.20. *ei medendi vis & facultas diuina virtute tradita eſt.* 77.10. *progenies & origo.* 63.10. *tranſitus quem luctum apud omnes omnis generis homines excitauerit.* 78.30. *virtutes omnibus partibus & numeris abſolutæ.* 63.20. *mors vbi acciderit.* 37.30. *inuſitata humilitas vbi exhibita.* 67.10. *iuſtitia in præſtatione iuriſiurãdi obſeruata & inſtituta.* 66.50

Robertus Attrebatenſis comes mortuus, qui parentes eius, quæ vxor & reliqua de natalibus ſuis ſcitu neceſſaria. 487.20. *cæco pauperi inconſiderate, occulta quadam vi diuina potentia viſum reſtituiſſe creditur.* 66.40. *quale cum rege Hiſpaniarum colloquiũ habuerit, & de reditu eius in Frãciam.* 491.10. *quomodo à rege Franciæ in Nauarram miſſus ſit, & quæ prælia ſuſtinuerit.* 488.40. *Robertus comitis Drocarum primogenitus à Ioanne rege Angliæ captus eſt.* 213.30. *deſertor dulcis patriæ.* 255.10. *Catholicæ plebis regimen & defenſionem ſuſcepit.* 12.20. *Ludouici regis Franciæ frater in Villa ad Maſſoram temporaliter amiſſus eſt.* 430.40. *Robertus filius Hugonis regis Franc: Guilielmum captiuum comitem Tranſagonnanum perdomuit eumque pacatum eſſe coëgit.* 83.30. *Galliarum regno potitus ab exercitu Saxonum interfectus eſt.* 4.30. *in templo duobus operi nefario incumbentibus pallium pelliceum imponit.* 70.40. *Robertus nepos Richardi Siciliam & Calabriã dominio ſuo adiungit.* 84.50. *Eleemoſynis clarus fuit* 72.10

Robertus rex exempla Sanctorũ & deuotorum Epiſcoporum ſibi imitanda propoſita habuit. 67.30. *Abbatis inſtructione vita beata ſpe roboratur & certificatur.* 74.30. *aquam benedictam ſemper ſecum habuit.* 78.10. *abſque Epitaphio ſepultus.* 78.40. *commatrem ſuam vxorem duxit.* 84.10. *Dauidi regi Iſraëlis comparatur.* 79.10. *duodecim conſpirationis in eum reis mitem ſe & miſericordem exhibet.* 64.10. *Henrico Roman. Imperatori centum equos phaleratos amoris ergo donat.* 26.10. *gratias agit pro inſtauratione monaſterij S. Aniani beatiſſimi Abbatis.* 73.50. *pauperi adſtanti in templo argentum de lancea ſua largitur.* 65.40. *pater patriæ nominatus eſt.* 73.50. *pius corde & humilis fuit.* 63.30. *reis publicorum criminum facile delicta remiſit eoſq; amiciſſimos habuit.* 65.10. *ſimilem non habuit.* 79.10. *ſanctas noctes ſtans orationibus conſumpſit.*

ſumpſit. 71. 30. furem in templo lychnuchum ſeu candelabrum auferentem defendit. 65.40. terra fortiſſime ſæpe accumbere ſolitus eſt. 74.40. pauperibus beneficus fuit, & mitis erga delinquentes. 64. 20. 65. 20. pro peccatoribus precatur & orat. 70. 50. viuo adhuc Hugone patre coram primoribus Franciæ & Burgundiæ rex conſtitutus eſt, anno Chriſti 1300 12.20

Roches capta a Turcis 137.50

Rothomagi vrbis munitio 322

Rodanum, aquas mortuas & Cyprum Ludouicus rex Franciæ viſitauit 421.10

Rodolia valle Andiora amnis celebris 277.10

Rodulphus Beneuentanis in ſubſidium miſſus, græcos diſſipat ac trucidat. 24. 10. comes factionis contra regem auctor extitit. 85. 40. Ducis Burgundiæ filius, rex Galliarum. 4.20, græcos tertio prælio vicit 24.20

Rogerius ob victus neceſſitatem 500. hominum recluſit. 312. 50. Rogerius omnia vtilia in arce Gailardo combuſſit 317.20

Rollo Caroli ſimplicis Francorum regis filiam vxorem ducit 323.30

Rollonis paganus Chriſtianorum & Normannorũ acerrimus hoſtis, Carnoti Chriſtianam religionem profiteri cœpit 323

Rollonis paganus excæcatus. 323. 10. vir bellator in armis ſtrenuus 323.20

Rollonis per cæcitatem ad fidem Chriſtianam conuerſus. 323 20

Rollonis vxor ſterilis fuit 323.40

Romæ ad Conſtãtinopolim collatio. 8.10. Roma vniuerſæ latinitatis principatum gerit ibid.

Romani inexplebiles pecuniæ. 40.40. à Francis tributum exigunt. 230. 10. Imperij titulum circumnexarum prouinciarum reges ſibi vſurpárunt. 3.30

Romanorum Imperium quomodo à ſtirpe auulſum ad exteras nationes deriuatum ſit ibid.

Rorollam villam muniti ſſimam oppugnant: quæ à Ludouico obſidione liberatur ibid.

Roſiacum caſtrum deſtructum & readificatum in manus alienas deuenit 83.10

Ros melleus de cœlo fruges mellitas efficit 199.20

Rothomagenſes Richardum Vuilelmi ex concubina filium ex parte ſua principem conſtituunt. 38. 40. Rothomagorum ciuitas metropolis Ducaminis Normanni. 9. 20. ciuitas a Philippo rege Franciæ quot dierum ſpatio occupata & in ditionem redacta 322.50

Rothomagum caput Normanniæ. 204. 40. Rothomagum vrbem rex Franciæ occupauit 322.50

Ruſtici contra Sarracenos in bellũ coguntur. 87.40

S.

Sacerdos regis ad Sacramenta conſtitutus bello periit. 356. 50

Sacrationi monaſterij Fulconis à toto populo circũquaque contradicitur 15.20

Sacra inſtrumenta Eccleſiarum à Iudæis Pariſienſibus in cloaca repoſita offenduntur & repurgata ſuis locis debito honore reſtituuntur 165.40

Sacra ſcriptura Canon quid contineat 10.40

Sacrilega & furta ab Hugone patienter indulta. 69.10

Sacrilegium per miraculum patefactum Altiſiodori, in vrbe 393.50

Sacrorum Canonum faſtidium quid importet. 17.10

Sæuitia Otthonis Saxonis in ſeruos Chriſti quanta. 336. 50

Sagium, Conſtantia, Dexoninmq́ tres vrbes Normãniæ nominatiſſimæ regi Frãciæ dedita. 320.30

Saladini exercitus regi Angliæ in mari occurrit & perit cum armatura. 189. 50. regis Syriæ mors, cui ſucceſſerunt duo filij eius 194.10

Saladinus Rex Syriæ fœdifragus pactum Franciæ ſeruare renuit 273.10

Salmur Ligeris, & Vigenna fluuij 355.50

Saluaricus Anglorum perfidiã percipiens regi Ludouico ſe ſubmiſit 397.20

Samſonis excæcatio & mors vbi acciderit, & quid denotauerit 273.40

Sancta corona ſpinea Domini, ac magna pars ſanctæ crucis, & ferrum lanceæ quod lateri Domini infixum fuit, allata ſunt Pariſios 407.50

Sanctæ crucis tria miracula Sarracenis patefacta. 421.10

Sanctificatio monaſterij à Fulcone extructi ab Hugone Archipræſule Turonorum cur denegata ſit. 14. 40

Sanctæ crucis ſignum diabolum fugat 21.10

Sancta Euchariſtiæ myſterium quale 54.10

Sancti clerici in caſtro Murello obſeſſi hoſtes gladio anathematis feriunt. 331.20. & 332. 10. Dionyſij altaris inſcriptio carmine Heroico edita. 75.30. Maioli exuuiæ infirmitatibus opẽ tulerũt. 18.30

Sanctio Othonis Rom. Imperatoris, de bonis victoriæ partis 361.50

Sanctorum exuuiarum vis. 18. 30. eorum mors à ſuis deplorata 274.50

Sanctorum ſignis & prodigiis ſanitas reſtituitur. 52. 30. conuerſatio cum rege Roberto & regina Conſtantia ante conſecrationem templi facta. 73.40. pignora quo anno reuelata 30.10

Sanctus Adalbertus, coram altari confoſſus iaculis, finem vitæ fecit. 6.20. Benedictus caput totius ordinis Eccleſiaſtici. 76. 10. S. Benedictus Dux monachorum amicus ſpecialis Hugoni extitit, & præcipuus inter præcipuos. 68.10. Leodegarius cætum angelorum per viſionem cognouit. 236.30. Maiolus apud Siluiniacum cœnobium vitæ præſentis terminum conſecutus eſt 18.30

Sanctum propoſitum impeditum & quomodo. 255. 20. S. Polycarpus Iohannis Apoſtoli diſcipulus extitit. 57.30. Martini Epiſcopi Turonenſis mors quo anno acciderit 176.10

S. Gauzlini erogationes & eleemoſyna in pauperes. 75. 50. Stephanus protomartyr decus & honor totius Franciæ 76.10. Richardus à Iudæis interfectus in martyrum numerũ adſcriptus & multa miracula per interceſſionẽ ſuam edidit. 162.40

S. Thomæ interfector qui 268.20

Sanguinis Chriſti ex lapidea eius imagine defluentis efficacia 180.50

Sanguis de cœlo pluit 84.30

Sapientiores in opere magis, quam facto cernuntur. 358.40

Sardinia insula hæreticis abundare dicitur 22.30

Sarraceni a Mullermi Arelatenſis ducis exercitu alpibus pulſi, internecioni omnes traditi ſunt. 6.20. *a rege Siciliæ intercepti, & decepti Francis prædæ fiunt.* 473.40. *affinitate inter Ludouicũ & Boamundum principem Hieroſolymitanum terrentur.* 101.30. *alpes inuadunt & occupant.* 5.10. *aurũ & argentum ſecum in bellum deferunt.* 48.30. *Eccleſiam Bethlemiticam deſtruere nitentes ab Angelo percutiuntur.* 82.30. *fame pereũnt, reſidui à fame ab Arabibus occiduntur.* 82.40. *Francorum armatura, habitu & perſonarum qualitatibus ſtupefacti.* 477.30. *fugati montes aſcẽdere coacti.* 475.30. *genealogiã ſuam ab Abraham per lineam Iſmaelem ad Mahometum ſuum traducunt.* 6.10. *in Hiſpaniis caſi.* 210.20. *loca ſancta ſepulchri Saluatoris diruunt.* 82.30. *multam auri ſummam pro trenga Francis pendunt.* 476.40. *prophetias de Chriſto in Mahometo ſuo completas eſſe autumant.* 6.10. *quomodo ſe in prœliis terribiles præbeant, & cur.* 473.20. *regem Galliæ excoriant.* 87.20. *terram ſanctam inuaſuri, magno Chriſtianos timore affecerunt.* 171.20. *trengam frangunt.* 433.10. *ad bellum proficiſcentiũ mos.* 48.30. *eorum argentum & aurum in bellum ſecum delatum, Chriſtianis augmentum prædæ exitit.* 48.30. *Sarracenorum blaſphemia in crucem Chriſti deteſtanda.* 431.50. *eorum cum Chriſtianis acris pugna, in qua Chriſtiani caſi.* 473.10. *Hiſpaniam citeriorem occupant Sarraceni.* 87.30. *Sarracenorum horror & tremor, eis à Chriſtianis illatus.* 48.20. *eorum in Chriſtianos bella & ſeditiones, in Africa.* 48.10. *in Hiſpaniam & Gallias irruptiones & ſtrages.* 19.50. *medici noſtris curationis artem melius ſciunt* 432.10

Satanæ horribilis formæ deſcriptio. 50.50. *eius ludibrium & faſcinatio monachis exhibita.* 50.40. *eius odium aduerſus ſacrum Baptiſma.* 231.10. *Satanas falſis perſuaſionibus a ſanctimonia ſeducere tentat.* 50.40. *horribili forma auctorem è lecto pellit atq; ad confeſſionem peccatorum & pœnitentiã adigit.* 51.10. *mirabili forma in monaſterio ſe oſtentat.* 51.20. *monachos ad ſedulitatem & attentionem compellit* 51.40

Sanericus pirata 344.40

Scabis Normanniæ arx rupibus vndique cincta à Francis oppugnata 320.10

Scaldus & Scaurus an idem 345.10

Scholares in Anglia orti 109.30

Schiſmaticus perpetuo carceri mancipatur ſub Calixto Papa Romano 224.10

Secta Georgianorum Tartaris ſubiecta eſt totaliter. 491.50. *ſecta noua Pariſiis exorta* 434.20

Secunda ſolennis inunctio Philippi regis Francorum. 164.10

Seditioſi & confœderati ad Parlamentum ſe ſiſtere detrectant 402.20

Segetes contritæ renaſcuntur 251.10

Segetes in Galliis præter ſolitum & ante tempus ad maturitatem peruenerunt 56.30

Selas ſeu chaſma de cœlo cecidit ibid.

Semina diſcordiarum inter coniuges ſparſa 25.40

Semurus, Flauignia, Muxis, Auallo, ciuitates Franciæ. 238.20

Senſuum humanorum ad quatuor elementa collatio. 2.10

Sepulchrum Ludouici regis Francorum miro artificio conſtructum a matre eius, & in quo loco? 164.40. *ſepulchrũ Domini readificari cœptum.* 82.40. *Ludouici regis Francorum.* 135.40. *Saluatoris in deſtructione Hieroſolymitana contra vim ferri perſiſtit* 31.40

Sepultura dignitas in quo. 135.40. *ſepultura & ſucceſſio Richardi regis Angliæ.* 200.20. *Ludouici regis Franciæ & Iſabellæ reginæ vxoris Philippi Ludouici filij Iohannis Niuernenſis comitis fratris eius, & aliorum, corporibus eorum in loculis reſeruatis, quomodo Pariſiis proceſſionibus, vigiliis & cereis peracta ſit.* 481.10. *regum Galliarum.* 172.20. *regis Ludouici, & quæ eum ſecuta ſint?* 164.40

Sequanæ fluuius refluus. 302.10. *Sequanæ inundatio Pariſiis.* 494.10. *eius celerrimus recurſus.* 302.20

Series annorum a ſupputatione Hebræorum cur diſcrepet 1.30

Serpentis ænei ſignificatio 53.40

Seruire Deo, regnare eſſe, Robertus rex in animo repoſitum habuit 71.30

Seruorum ſtatus quotuplex 279.30

Sicilia & Calabria Carolum regem Siciliæ & Romanam Eccleſiam contemptui habent. 495.50. *Siciliæ princeps cur in Arragoniam tranſportatus.* 500.40

Siculi aduentum regis Franciæ cur metuunt. ibid. *infideles* ibid.

Signare caractere corporis terram quid? 376.20

Signa mortem Roberti regis Francorum antecedentia. 77.40. *ſigna in aſtris & elementis in Aquitania apparuere* 82.30

Signi crucis Chriſti vis in medendis & ſanandis vulneribus 77.10

Signiga vrbs vbi ſita 392.50

Signum S. crucis pro liberatione Hieruſalem & ſepulchra Domini, qui ſumſerint? 182.10

Simonia culpa remittitur & vitium ipſum extirpatur. 58.30. *labes quandiu in Galliis & Italia durauerit* 59.10

Simoniaca hæreſis è Gallia anathematis gladio extirpatur 86.10

Sitim vbi Romani milites equino ſtercore leuanerint? 314.30

Sitis intolerantia qua ſit ibid.

Situs regionis Galliæ qualis 13.40

Soldanus à militibus ſuis interfectus 432.40

Soldanus Babyloniæ & Damaſci inimicitiam aluerunt. 422.20. *Iconium metu Chriſtianorum foſſis & aggeribus munit.* 139.40. *Soldanus Turcorum Imperator ex aduentu Chriſtianorũ magno metu correptus eſt* 139.40

Solis

Solis & Lunæ ecclipſes quo tempore accidere ſoleant. 57.20
Spes regni tota in rege poſita 288.20
Spiritum ſanctum veteres a ſanctorum locis menſi ſunt. 135.50
Splendor armorum exercitus Francorum comitem Aluernenſem in fugam compulit 128.40
Sponſa Richardi turre clauſa fuit 266.10
Stagnum ad Cornacum quale 297.10
Standardo quid declarauerit Otho 366.40
Stella in formã trabis Hieroſolymis apparuit. 93.30
Stephani de Longo Campo virtus bellica qualis, & quomodo perierit. 374.10. Stephanus Bituricenſis Philippo regi ſupplex & vaſallus effectus. 237.10. frater Theobaldi moritur. 85.50. Ungrorum ad Hieroſolymam proficiſcens beneficus extitit. 23.30. regis Roberti filius a militibus Philippi capitur 87.30
Stirps Francigenarum à Pipinio deſcendit. 396.46
Strategema illuſum 354.40
Studium litterarum Pariſiis floruit 207.40
Stultitiæ pœna qua 501.30
Subſidia Sarracenorum armatorum à rege Angliæ intercepta & victa 190.10
Succeſſio Ferrandi. 342.20. ſucceſſio Philippi Ludouici Francorum regis primogeniti in quem annum Chriſti inciderit. 471.40. ſucceſſiones in regno Conſtantinopolitano variæ. 203.20. ſucceſſor Philippi regis Franciæ quis 504.50
Succurſus Carolo regi Siciliæ è Francia factus contra Petrum Arragoniæ regem 497.10
Sueſſionis vrbis deſcriptio 340.30
Sueſſionici Ducis ſcripta ad Philippũ regem Franciæ pro auxilio ferendo 346.10
Suffocatio virorum, mulierum Lemonicæ Manichæorum aduentum præceſſit 81.30
Sugerij Abbatis viſio in ſomnis eiuſque interpretatio. 124.30. Sugerius Abbas legatus regis Franciæ extitit, & in Italia honorificè exceptus fuit. 124.30
Superſtites de excidio Troiano Galliam inhabitâre cœperunt. 174.10
Superbia & elatio præſulum 57.20
Supplantationis artificium quod 271.10
Syluanectenſis vrbs obſeſſa & capta 246.40
Simon aciem inſtruit in hoſteſq; irruit. 332.40. Barrenſem comitem & Guidonem Sydoniorũ principem, & Alanum: ad fortitudinem hortatur & excitat. 332.10. comes Montis-fortis lapide ictus periit. 225.10. Simon de monte, hæreticos è Galliæ finibus exterminat. 330.20. in caſtro Murello obſeſſus. 330.50. in obſidione Tholoſana humanis ceſſit. 385.40. Simon Montis-fortis præfectus Chriſtianis militibus contra Sarracenos. 214.40. Simon 30. millia Arragonenſium occidit, amiſſis tantummodo octo de ſuis. 335.30. Simon Xantos, Burdegalas, Pluuios, Pictones & Anglos bello deuicit 375.30
Syria lapidibus caret 151.40

T.

Tabula S. Petri auro cooperta à Roberto Rege Francorum 73.20
Tartari Arſeron primarium Turquiæ ciuitatem obſederunt. 414.40. innumerabiles & plurium facierum, & quos ritus exerceant. 424.20. fœdifragi. 415.10. Arſangum ciuita em occupantes Turcos omnes occidunt. ibid. Francos metuunt & ab iis ceduntur. ibid. nuncios ad Ludouicum regem Franciæ mittunt. 422.50
Tartarorũ rex magnus Cham Chriſtianus factus. ibidem. vita genus. 425.20. vnde Tartari dicti. ibidem.
Tebaldus Vuilhelmi à ſe interfecti vxorem in coniugium petit. 38.40. Vuilhelmum ſpata quam occultè ſecum habuit, interemit 38.40
Theobaldi, Milonis & Hugonis contra regem confœderatio. 116.40. Theobaldi exercitus a regis Franciæ militibus oppreſſi, caſi & flumio Matronæ ingurgitati. 116.10. Theobaldi regis Nauarræ mors. 479.10. eius ſepultura qualis. ibid. comes beneficiorum a rege Francorum acceptorum immemor, bellum ei mouet. 115.30. comes Campaniæ de nouo rex Nauarræ creatus, cum aliis proceribus terram ſanctam viſere conſtituit. 409.20. comes Palatinus obſeſſis in caſtro Matrona auxilium fert. 105.30. auxilio regis fretus ſe iuuante matre ſua Hugoni opponit. 113.50. comes Palatinus a bello recedere tentat. 119.40. Theobaldum comitem Palatinũ & regem Franciæ Fulco comes à caſtro Alenciaco repellit 122.40
Teiphali qui dicantur 55.10
Theodoſius Imperator, Pius dictus, lectionibus & ſcriptionibus inhiauit 81.20
Theodericus Aurelianenſis ciuitatis Epiſcopus, regi Hugoni percharus & dilectus fuit 68.40
Tempeſtas quam Franci in reditu de Tunicio paſſi ſunt. 477.50
Templa & loca ſacra à Ludouico rege Francorum extructa, donariis aucta & cohoneſtata quæ fuerint. 444.20. templarij & hoſpitalarij a Friderico Imper. pluribus damnis affecti cauſam condemnationis auxerunt apud Innocentium Papam. 418.30.40. inſulam Cypri 25000. marcharum argenti a rege Angliæ ſibi coëmunt. 192.10. templariorum habitu veſtitur ibid. patefactus capitur. ibidem.
Tempus ab incarnato verbo, anni 1406. hiſtoriæ huic initium dedit 3.10
Tentoria Sarracenorũ, & galea eorum, caſtellumq; contra eas quomodo extructum fuerit 474.10
Tenor Eccleſiaſticus apud Græcos exactiſſimè obſeruatur. 52.30. (166.10
Terminus quo Iudæi Pariſiis emigrare coacti ſunt.
Tertia expeditio Gallorum in Hiſpaniam 87.20
Terra Roſſilionis vbi ſita ſit. 501.10. terra alba ſeu argilla homines veſci qui conati ſunt, perierunt. 44.40. terra Hieruſalẽ & regionis iſtius in Baronias & comitatus diſtributio. 149.10. terræ motus in Gothia. 176.20. terra ſancta & cruce Chriſti capta a Saladino infantes 20. aut. 22 tantum dentes nacti ſunt. 181.40. terræ ſanctæ itineris, quod Ludouicus 2. Franciæ rex, & Conradus Imperator pro liberatione eius a Turcis ſuſceperunt, deſcriptio 139.20

Teſtamenti Philippi regis Francorum tenor & ſententia qua 186.10

*Teſtamentum Leodebodi Abbatis Anienſis.*60.10.

Teſtamentum & legata Philippi regis Francorum. 226.10. *Philippi regis Franciæ quomodo confectum fuerit & eius tenor qui, & de mobilibus bonis diſpoſitio qua* 389.10

Theſaurus regi Angliæ occaſionem mortis præbuit. 200.20

Theobaldus filium fratris ſui hereditate priuauit. 85.50. *a rege Francorum inedia ad deditionem coactus.* 86.10. *honore exuitur* ibid.

Teutonici à Romanis cæſi 209.30

*Teutonici aditum ad fluminis vſum ante Damaſcum profluentis patefaciunt.*153.10. *Francis victoria cedunt.* 371.50. *& ancum eis conferendi.* ibid. *homines impatientiſſimi & minus circumſpecti in armorum negociis.*152.50. *Imperatoris Henrici exercitus tumultus Romæ.*103.50. *Othonis Imperatoris Romani milites cur Italia expulſi fuerint?* 210.10. *pedites; Galli equites cur pugnent* 361.30

*Teutonicorum acies quomodo inſtruere & quomodo ij pugnare ſoleant.*377.30. *eorum ceruicoſitas, Gallicana calliditate, quo modo perdomita ſit.*453.20

Teutonicorum haſta qualis 371.10

Teutonicum flagellum quod 334.50

Theutonicuſq; furor & laudatiſſimus armis, Gallis auxilia miniſtrat 338.50

*Tibaldus regis Franciæ Seneſcallus, moritur, ei ſuccedit Balduin' nepos eius ex filio Henoeſi.*191.10

Tholoſa ciuitas hæreticos fouit 385.40

Thomæ de S. Valerio virtus. 221.40. *Thomæ martyris mors quomodo à Deo vlta ſit.* 252.10. *Thomas de Marna tanquã rythio fumigãs extinctus eſt.*130.40. *Thomas factioſus nequiſſimus à rege Franciæ exheredatur.* 120.50. *Thomas de Marna inter Euchariſtiæ cõmunicationem expirauit* 131.10

Tornacum à Francis occupatum 350.30

*Trahit ſua quenque voluntas; in regis damna Philippi.*244.30

Traiectum ciuitas, vbi Rhenus & Moſa confluunt. 359.10

Tranſitio ad geſta regis Philippi poſt pubertatem completam 243.10

*Tranſitus frequens ad patres ſummorum Pontificum.*181.30

*Tremonia vrbs Vnaphalæ Imperio addicta.*359.10

Tres Magi Coloniæ ablati. 450.50. *tres pueri de Flandria ô iundi abſq; cauſæ cognitione ſuſpenſi.* 441.10. *tres reginæ proceſſioni ad S. Anthonium præſentes interfuerunt, & quæ illæ fuerint.*398.40. *quid efficaciæ proceſſio illa habuerit.* ibidem. *tres Soles ad Hieroſolymam viſi* 94.40

Trenga conſtituta. 256.30. *trenga data, & Guerra mox incœpta à rege Angliæ.* 196.10. *trenga Domini ſeu pax in Galliis inſtituta, per Henricum regem Conradi Romanorum Imperatoris filium.* 55.30. *trenga & pacta non ſeruata.* 296.30. *trenga & conditiones pacis cum rege Tunarum, à Francis inita.* 477.10. *trenga firmata inter reges & comites.* 200.50. *inter regem Franciæ & comitem Flandriæ ad tempus.*200.40. *trenga inter regem Franciæ, & comitem Flandriæ conſtituuntur.* 250.50. *trengas Sarraceni petunt.*476.10

Triumphi Francici pro victoria parta inſtituti. 127.30

*Tricardus mons à Philippo rege Francorum mole machinarum bombardicarum euerſus & dirutus.*184.30

*Triumphi & iubila pro victoria regis Franciæ.*223.40. *triumphi in Francia regis in honorem exhibiti.*384.10

Triumphi Philippi & Ludouici, patris & filij regum Francorum de diuerſis diuerſorum locorum victoriis 215.50

Troia quando ædificata, capta & euerſa ſit ad tempus incarnationis Dominicæ 176.10

Troiæ cum iudicibus Iſraeliticis collatio & ſeries temporum ibidem.

Tumba deaurata Henrici regis à ſacrilegis ab Eccleſia beatæ Mariæ euulſa 489.50

*Tumultus à perditiſſimo homine excitatus.*130.50

*Tunarum & Sarracenorum exercitus cæſus & fugatus: tentoria eorum direpta à Francis.*474.40

Turbatio ordinum militarium Francis damnoſa. 313.40

Turbo ingens trabes monaſterij Fulconis diſiecit. 15.20

*Turcæ à ſua ditionis hominibus in fuga interficiuntur.*90.30. *Chriſtianæ religioni illudunt.*89.10. *Chriſtianos Hieroſolymis habitãtes infeſtare conantes ad internecionem caduntur.* 92.20. *præ omnibus Orientalibus populis viuidam ad bellum dexteram gerunt* 89.10

*Turci ad vada Menandri cæſi à Francis & victi vinctique.*144.20. *à Tartaris vaſtati & diffuſi, nullo in vigore fuerunt.* 415.10. *Chriſtianum Conradi Romanorum Imperatoris exercitum fame & longinquitate viarum maceratum ſuperant, & ad internecionem deducunt.*142.20. *Turci Chriſtianis viam ad flume intercludunt.* 152.30. *Damaſcum inhabitantes, ſarcinis compoſitis fuga, ſibi conſulunt, & euadere conantur.* 153.20. *è turribus ante Damaſcum poſitis Chriſtianos lapidibus & ſagittis, multis modis infeſtant.*152.20. *Francos ſeparatos in monte obruunt, & interficiunt.* 145.20. *in hortis ante Damaſcum in latibulis ſe abdiderunt.*152.10. *cum Tartaris confœderati & eorum tributarij facti.* 421.10. *maxima præda in Teutonicorum caſtris acquiſita omnſi ſua repetunt.*142.40. *littus portus Damietæ defendere conantes, à Francorum exercitu depulſi & victi.*429.10. *proditionis arinis Chriſtianos ad Damaſcum deuincunt.*153.40. *Roches ciuitatem maritimam celebrem occupant.*137.50. *ſalui euadunt è Chriſtianorum expeditione* 142.30

*Turcorum ſedes prima, quæ.*173.50. *infinitus exercitus regnum Hieruſalem obſidet.*137.50. *eorum metus à Francis* 147.40

Turonem

Turonem Ambadinumq́; Girardus è ſeruitute natus vaſtat & occupat. 327.30
Turonis vrbis ſitus & fertilitas. 267.10. Britonum caput & metropolis dicta ibidem.
Turonorum Carnotique Moldorum atque Trecorum comitis mors. 18.20. Turonis inundatio ſub aduentum Anglorum facta 267.20
Turpis lucri turpis quaſtus & iuſtitia ſuffocatio eſt. 16.40
Typus mortis Chriſti in Samſone figuratus. 273.50
Tyrannis in deuictos & bello ſuperatos exercita. 314.10
Tyrociniorum militum vſus quis 493.10

V.

VAdium à Duce Burgundia exactum & praſtitum. 173.20
Valentiniani Imperatoris Romani Imperium quo anno, & quandiu durauerit 174.10
Valentinianus Imperator vectigal Francis & Turchis imperauit. ibid. auxilium Francorum contra Alanos expetit 230.10
Valida fames ex ſterilitate agrorum per Graciam, Italiam, & Gallias orta 44.10
Varia Sarracenorum & Francorum in caſtris verſantur incommoda 476.10
Vaſalli regis Philippi contra eum decertare nituntur bello. 255.20. Philippo regi rebellantes ab eo vincuntur 257.10
Vas olei ad vnctionem Clodouei de cœlo miſſum. 231.20
Vas Chriſmatis in primo Baptiſmo Clodouei fractum fuit 231.10
Vaſtatio ciuitatis Canuſia, beata Maria memoria & obtentu deſinit, & retrahitur 123.30
Vaticinium antiquum in rege Anglorum verificatum. 109.10. de futuris arumnis flagitia Iohannis regis Anglia inſecuturis. 303.40. Merlini de obitu Ludouici regis Francia 400.40
Velgis frumenti potens 281.20
Venatio Philippi regis Francorum quomodo regi euaſerit in erroris cauſſam? 161.50
Veneti & terra concuſſio Roma extitit 82.40
Ventus Sarracenis aduerſus internecionis eorum cauſſa 474.10
Verbi diuini deſpectus pœna 47.20
Veronenſes Francos amaris verbis laceſſunt. 278.10
Verſus prophetici de Philippo Rege Francorum. 185.10
Veſpaſianus Iudaos diſperſit in omnes ventos orbis terrarum. 303.30
Veterum facilis credulitas de perceptione Spiritus ſancti 135.50
Vexatio dat intellectum 242.10
Vexilli S. Dionyſij in bellis vis & efficacia. 186.20
Vexillum Othonis quomodo inſignitum fuerit. 217.40. S. Dionyſij contra Sarracenos productum. 475.10
Vexillum regis Francia liliis interſtinctum à communiarum legione dignoſcitur. 219.40. rubeum in bellis car reliquis praferatur, & praeat. 367.10. Sarracenorum regis Mummilius Romam in Eccleſia S. Petri allatum eſt 210.30
Via regi facta ſparſa moneta 132.20
Vicus Kaij Seneſcalli qui & vnde ſic dictus, & ſitus eius qualis 326.50
Victi funibus innodantur à Francigenis 376.50
Victores victi, euadunt 119.30
Victoria Chriſtianorum contra Turcas parta. 90.30. victoria Francorum iuxta Tunicium parta contra Sarracenos. 473.20. victoria Ludouici Philippi regis Francia filij. 357.30. penes Francos conſiſtit 380.10
Victoriam ſuam ad laudem procerũ pertinere profitetur Philippus rex 365.10
Victoris Abbatia qua de cauſa extructa ſit. 380.50
Victualia confœderatis contra regem intercluduntur. 118.30
Vigilia & ſpecialis miſſa pro anima regis Francia matris, a Ludouico eius filio inſtituta 435.50
Vilbardus Italus, grammatica artis peritus hareſin amplectitur 22.20
Vinculum conſanguinitatis diſcordiam duorũ regum Francorum & Saxonum ſuſtulit 9.40
Vindocinum & Giſortum in regis Francia iura venerunt 256.30
Vini & leguminum magna in Galliis fertilitas ſecuta eſt 56.10
Vinum altaris mirabiliter in ſanguinem verſum, & panis in carnem 199.20
Virbertus Pontificium Remenſe ab Hugone rege adeptus eſt 63.40
Virga Moyſi vis & efficacia. 53.30. eius anno Chriſti milleſimo octauo Senonica Galliarum vrbis inuenta, vis & effectus 30.20
Virgo beata Carneti domina 323.30
Viri de monte Leberi perfidia amuli & doloſi ſunt. 100.40
Viromanica & Santerienſis tellus, Philippo regi Francia quibus conditionibus reſtituta 251.10
Virſonum caſtrum amœnum & frugiferum piſcoſiſque amnibus refertum 28:.10
Virtus an dolus in hoſte laudanda ſit? 215.10
Virtus domeſtica eſt Francis 377.50
Virtus non numerum penſat, ſed corda virorum. 288.30
Virtus inuidia patet 160.10
Virtutes Ludouici regis Francorum. 96.10. ſumma qua & quot in Chriſtiano principe requirantur? 167.10
Virtutis fomenta qua 386.20
Virtutis ſummus effectus 352.40
Viſcera regis Philippi Narbona ſepulta 504.40
Viſio diaboli ad ſepulturam monachi ſe oſtentantis. 21.10
Viſionis interpretatio euentu patefacta 125.10
Viſio Romano Papa mortem Philippi regis Francia patefecit 393.10
Viſio Vulferio monacho monaſterij Reo Mamageniſſe apparuit 20.10
Vis malorum quomodo fugienda 330.40
Vita hominum deprauata, & beneficiorum Dei immemor 46.20
Vita ſpatium Iohanni Papa per plures annos extenſum. 492.10. eiuſq́; mors ibidem.

Vlmus Anglis vmbraculum exhibuit. 257,10. *cauſa belli extitit: ibid. ferro munita, igne correpta cremata.* 257.40

Vlmus prægrandis 256.50

Vltio diuina, miſerabilis & funeſte hominum internecionis, fructum conuerſionis nullum extorſit. 45.20

Vnde ducta Normannia 323.50

Vngari ab Henrico deuicti & ad ditionem ſuam redacti. 56.10

Vngarorum gens quo anno ad fidem Chriſti conuerſa. 23.50

Vota ad Sanctorũ beati Dionyſij, Ruſtici, & Eleutherij reliquias facta 191.20

Vrbs Biturigenſis veneno Albigeæ peſtis infecta a rege Francorum diripitur 329.40

Vrbs cuius portas Samſon fregerit & tranſportârit, quomodo nominata fuerit 273.40

Vrbs Pariſiorum cur, & vnde Lutetia antiquitus dicta? 229.40

Vrbe veterani qui fuerint, & qui ſic dicti. 494.20

Vrſellodunum quale caſtrum. 252.20. *& vbi ſitum. ibidem.*

Vtilitas hiſtoriarum 1.20

Vxor maritum ſuum mollificat. 112.30

VV.

W*Allenſis gentis natura.* 286.10. *eorum habitus, victus & arma* *ibidem.*

Vuallenſes incoctis carnibus tantum expreſſo ſanguine veſcuntur, eaſq; pro delitiis habent. 286.30

Vuedo vicecomes caſtrum a quinque comitibus obſeſſum obſidione liberat. 82.20

Vuilelmi Ducis Aquitaniæ mors & ſepultura. 83.10

Vuilelmus Aquitania Dux diſciplinam monaſticam in melius reformat, ſeditiones in monaſterio ortas pacifice componit, canonicoſque in locum ſeditioſorum monachorũ reſtituit. 82.10. *lectionibus intentus fuit, magnam librorum copiam ſecum retinens.* 81.10. *vrbem Turonenſem obſidione cepit.* 82.10. *Abbatem cœnobij Cluniacenſis muneribus ſibi deuincit.* 80.20. *bellum a ſanctis precationibus & lethaniis inchoat, vix tamẽ periculo euadit.* 80.50. *noua cœnobia magnificè extruxit* 80.20

Vuilelmus Engeliſmenſis a Roma caſtrum Martiliacum obſidet. 83.10. *mitis ergà inimicos.* 80.30. *Pictauorum comes a captiuitate pecuniis ſe liberat* 49.40

Vuilermi epiſtola Romanum Pontificem, de malis in Italia ortis admonet 41.20

Vuilermi Abbatis monaſterium, vita, genus & mors. 28.10

Vuilermus Abbas fundator Eccleſiarum, quo anno mortuus 43.30

X.

X*Erxis claſſis ad Achon qualis* 288.10

Y.

Y*Sabellis reginæ Philippi, regis Franciæ, mors, in terris tranſmarinis* 479.50

F I N I S.

LEGATORIA DI LIBRI
P. GIOGIORICCIO
Borgo Vittorio N. 26
ROMA (13)